CL. VIRI D. PETRI MICHAELIS

DE HEREDIA,

COMPLVTENSIS PRIMARII, ET DECANI;

Atque PHILIPPI IV. Hiſpaniarum Catholici Regis Archiatri

OPERVM MEDICINALIVM

TOMVS SECVNDVS,

COMPLECTENS HISTORIAS

EPIDEMICAS,

SEV

COMMENTARIA IN HIPPOCRATEM DE MORBIS POPVLARIBVS.

Editio altera perquàm accuratè recognita, ac emendata curâ & diligentiâ D. PETRI BAREA DE ASTORGA, Regij Medici.



LVGDVNI,

Sumptibus LAVRENTII ARNAVD, & PETRI BORDE.

M. DC. LXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

ELENCHVS HISTORIARVM.

Hiſtoria Philiſci.

FEBRE ardente malignâ, ſextâ die interiit. pag. 1

Hiſtoria Sileni.

Febre ardente malignâ inflammatoriâ cum pernicioſa diarrhæa à principio, die vndecimâ interfectus. 9

Hiſtoria Herophontis.

Acutâ febre laborauit, à qua liberatus eſt per ſudorem die nonâ: decimatertiâ recidiuauit; iudicatus eſt perfectè decimâ ſeptimâ. 23

Hiſtoria vxoris Philini.

Poſt partum femellæ (etſi rectè purgata) die decimaquartâ à partu febricitauit acutè, & vigeſimo febris die interiit. 32.

Hiſtoria vxoris Epicratis.

Febre acutâ prope partum correpta febriens filiam peperit, & poſt febricitauit vſque ad octuageſimum. 40

Hiſtoria Cleonactidis.

Febrem erraticam per dies multos perpeſſus eſt. 48

Hiſtoria Metonis.

Febrem ardentiſſimam, & iudicatam diê quinto ſine coctione vrinæ paſſus per ſudorem, & hæmorrhagiam. 54

Hiſtoria Eraſini.

Laborauit duplici febre, altera putrida, acuta, maligna; altera ſymptomatica ex viſcerum inflammatione: quintâ deceſſit conuulſus. 59

Hiſtoria Critonis.

Peſtilente febre oppreſſus, tertiâ ſublatus ex viuis. 64

Hiſtoria Clazomenij.

Febrem acutam ex iecoris obſtructione paſſus, poſt multa & inæqualia tandem liberatus eſt per abſceſſus die quadrageſimâ. 66

Hiſtoria vxoris Dromeadæ.

Femellam enixa acutè febricitauit, & grauibus accidentibus conflictata, ante ſeptimam diem ſubitò obiit. 70

Hiſtoria ægroti duodecimi.

Iecoris inflammationem habuit, & ex ea vndecimâ die ſublatus eſt. 75

Hiſtoria ægroti decimitertij.

Grauida mulier acutè febricitans, & cum malignis ſymptomatibus, mirabiliter quintâ die per ſudorem liberata. 80

Hiſtoria Melidiæ.

Ex diminuto menſtruo acutè febricitauit, & vndecimâ per ſudorem liberata. 85

Hiſtoria Pythionis, qui propè Telluris templum habitabat.

Quartanam febrem, continuam, notham habuit, ſudauit decima, & iudicatus eſt, ſed melius per ſuppurationem abſceſſus. 89

Hiſtoria Hermocratis.

Febrem acutam ardentem ex iecoris inflammatione vſque ad vigeſimum perpeſſus, in quo interiit. 94

Hiſtoria habitantis in horto Dealcis.

Febrem acutam habuit, ſed notham ob inæqualitatem humorum; liberatus tamen per multas partiales criſes die quadrageſimâ. 103

Hiſtoria Philiſtæ.

Vini potator acutè febricitauit, quarto conuulſus, quinto extinctus. 109

Hiſtoria Cherionis.

Ex mero acutam adeptus febrem, liberatur ſeptima ſudore, nona rediit ad febrem, vigeſima iudicatus. 113

Hiſtoria filiæ Eryanactis.

Virgo hæc ex capitis intemperie calida

catarrho

catarrho ferino ægrotans, febrem acutam contraxit, ex qua deceſſit. 117

Hiſtoria adoleſcentis decumbentis in foro Mendaciorum.

Sedentariè viuens, intempeſtinè exercitatus, febrem acutam acquiſiuit cum diarrhæa maligna; ex quibus inflammatis viſceribus obiit die ſeptima. 121

Hiſtoria mulieris decumbentis in Mendacium foro.

Enixa ex improſpera purgatione ardente febre correpta, decimaquarta extincta. 123

Hiſtoria Parij.

Febrem ardentem habuit cum multis recidiuis vltra centeſimam diem prorogatam. 128

Hiſtoria mulieris habitantis prope frigidam aquam.

Vtero gerens febriculoſa, multò tempore filiam enixa, febre correpta eſt acuta, horrida. 133

Hiſtoria Pythionis ſupra Herculis ædes decumbentis.

Febris acuta per pares mota in decima mortem attulit Pythioni. 141

Hiſtoria Phrenetici.

Phrenitis exquiſitiſſima, & exactè peracuta, & in quarta die mortalis. 146

Hiſtoria Calui in Lariſſa.

Acuta, ardentéque febre cum fœmoris acuto, & ſymptomatico dolore ingruente correptus, quarta ſublatus. 150

Hiſtoria Periclis.

Febre acuta correptus, & multis inſignita accidentibus, ſudore decretorio quarta die decernente perfectè liberatus. 155

Hiſtoria Virginis Abderæ.

Ex menſtrui diminuta euacuatione febre acuta correpta cum hyſtericis accidentibus: tandem vigeſimaſeptima ſudore critico liberata. 159

Hiſtoria Anaxionis.

Pleuritide exquiſita decubuit vſque ad diem vigeſimum, quo ſudore leuatus, vigeſimaſeptima reincidit vſque ad trigeſimumquartum, quo anacharſi cocta celebrata, ſudore per totum ſuboriente liberatus. 164

Hiſtoria Heropythi.

Laborauit febre ardente vſque ad diem centeſimum, in qua liberatus eſt perfectè.

Hiſtoria Nicodemi.

Ex venere, & vino intempeſtiuis ardentiſſima febre ægrotauit; ſed contra prauitatem ſignorum ſeptima liberatus. 180

Hiſtoria mulieris Moroſæ.

A febre ardenti cum furore liberata cum menſium fluxu tempeſtiuo die tertia. 185

Hiſtoria virginis Lariſſæ.

Iuuencula cum hircire cœpiſſet, febre ardenti correpta, quæ per pares mouebatur, ſexta largo ſanguinis ex naribus fluxu liberatur, apparentibus tunc primùm menſibus. 188

Hiſtoria Appollonij.

Ex praua victus ratione obſtructus, febre maligna oppreſſus, vigeſimaquarta ſublatus. 191

Hiſtoria habitantis in Cyzico.

Mulier gemellas enixa, febre horrida ex vtero decimaquarta occubuit. 198

Hiſtoria vxoris Dealcis in Thaſo.

Ex mœrore diuturno, febre maligna, & horrida die vigeſimaprima opprimitur, à principio phrenetica. 202

Hiſtoria adoleſcentis Melibææ.

Ex vino, & Venere febre acuta, pernicioſa, & malignis inſignita ſymptomatibus, vigeſimaquarta die conficitur. 207

D. PETRI

D. PETRI MICHAELIS DE HEREDIA DOCTORIS MEDICI, PRACTICA MEDICINA, ET COMMENTARIA IN HIPPOCRATEM, De Morbis popularibus.

HISTORIA PHILISCI.

Dies primus.

Philiſcus propè mœnia habitabat : primo die acuta febris ; ſudauit , laborioſam noctem habuit.

CONCORS omnium Expoſitorum eſt doctrina, quod Philiſcus febre ardente, & maligna laborauerit ; cum enim ſtatim cum implacabili ſiti, & prauis ſignis inuaſit, & cum magnitudine eſſentiæ, hanc enim Hippocrates notando dixit : *Primo die febris acuta fuit, & inde noctem primi diei laborioſam cum ſudore habuit.* Nemo expoſuit ſi huius diei ſudor calidus , aut frigidus fuerit, & meo iudicio fuit calidus : nam Hippocrates inferiùs alius ſudores referens, frigidos fuiſſe notauit, eſtque mihi obſeruatiſſimum in colliquante febre præ nimio ardore, ſudorem primum, & alium calidiſſimos eſſe , mox vero ſubſequentes frigidos apparere , ij enim in acutis febribus non dantur donec calor vitalis magna ex parte extinctus iam ſit, ita vt exterior corporis regio calefieri ab eo non poſſit, & ſic, quæ ad illam in C forma vaporis pelluntur , infrigidantur , & in aquam frigidam concreta vertuntur, vt doctiſſimè Galenus docuit 4. *aphor. comm.* 17. his verbis: *Vacuantur autem ex cute ſudores, quam frigidam eſſe contingit, cùm tamen ea quæ ſunt ſub ipſa comburuntur* , & inferiùs ſcripſit ; *Cum verò*

A *aliquando hæc duo contigerint, tum humores qui ſunt in vaſis putreſcere ; tum eam, quæ ſolida corpora regit naturam (quæ ſecundum Hippocratem eſt calor naturalis) vel extingui omnino, vel proximam eſſe extinctioni ; quæ quidem ex iis euacuantur, frigida ſentiuntur, eam vero , quæ fit ex putredine caliditatem nihil prohibet vehementiſſimam eſſe.*

Quod cùm ita ſit, & veriſſimum, & millies expertum, non probatur mihi ratio Galeni, in eiuſdem aphoriſmi expoſitione, ob quam putat mortales eſſe ſudores frigidos in acuta febre; verba ſunt : *Atque adeò ſignum exitiale oſtendens in animalis corpore humorum multitudinem ſuperabundare, tantam habentium frigiditatem, vt neque à calore natiuo, nec à febrili calefiant.* Conſtat enim veriſſimum B eſſe, vt acuta febre laborantes tantam crudorum copiam accumulauerint, cùm nihil magis acutis febribus, quàm copia crudorum obſtet , & ſi cutis ob eam copiam tam frigida eſſet, vt neque ab vtroque calore calefieri poſſet, nunquam frigidi ſudores in febre acuta darentur, quin lypiria febris illos ſemper præcederet, quod eſt falſum, & contra experimentum. Ergo vt in ſyncope algent externa ſine copia crudorum, quia vitalis ſpiritus extinctus ferè eſt : ſic in acutis febribus idem contingit, & quæ ad cutem pelluntur ſub forma vaporis, infrigidata ibi, vertuntur in frigidam aquam, & frigida exſudant : in prima verò acceſſione infrequens eſt tanta vitalis caloris extinctio, & ſic cenſeo primum ſudorem diaphoreticum præ nimio incendio fuiſſe : poſt verò, quia tam deſperatus erat morbus, frigidum ſudorem emanaſſe vſque ad obitum , & id ſignificauit Hippocrates dicendo : *Sudores perpetuò frigidi* , hoc eſt poſtquam fri- C gidi eſſe cœperunt , ob idque tam laborioſa fuit nox primi diei, cum ſudore illo, erat enim diaphoreticus cum magno incendio, & ſic nec tolerabilis , neque vtilis eſſe potuit : & cùm incendium vſque ad diem ſecundum extenderetur, quia morbus per pares mouebatur, ſudor ille vſque ad diem etiam ſecundum continuò moleſtauit,

A quia

quia vt ſefert Hippocrates: *Secundo omnia exacerbata ſunt*; non quidem per torum diem ſecũdum, ſed in parte diei, in qua ſũmus vigos acceſſionis primi diei adfuit; nam vt poſt docebo, in motu per pates deterior pars acceſſionis imparis diei debet ſecundum diem attingere: eſt verò deterior pars, ſummus vigor, in quo & ſudor, & inquietudo, & ſiris, & incendium, & corporis fractio, & laſſitudo plus moleſtare debeot, vt omnia alia ſympromata, qui morbi eſſentiam, & excrementorum fuſionem, & feruorem ſequuntur.

Hunc ſudotem, vt pernicioſum ſignum damnat Galenus, quia non ſolùm febrem non iudicauit, ſed deteriùs, & grauiùs pars diei ſecundi ægrum afflixit: nam decretoria non iudicantia (dicit Galenns) aut lethalia, aut difficilis iudicationis ſunt; lethalia, ſi qua iis ſymptomata, vel ſigna lethalia accidant; difficilis iudicij ſi abſque his ſigna permancant inconcoctorum humorum, & fuit oraculum Hip. 1. *epid. ſect.* 1. *text.* 9. his verbis: *Etenim eorum, qui ſtatim moriturì ſunt celeres indicationes, eses tm labores celeres, continui, & vehementes, quæ autem iudicant in melius, ne ſtatim appareant indicatoria non indicantia, partim lethalia ſunt, partim difficilis indicationis; quæ prajudicata, ſi cum cruditate iudicata ſint, recidiua. Sin minus acriſio; fuerunt autem, & lethalia, qua non parua.* Ex quo oraculo intulit Galenus mortem Philiſci, quia poſt ſudorem primi diei non iudicantẽ, apparuerunt vrinæ nigræ & alia peſſima ſymptomata, vt conſtabit inferiùs.

Dies ſecundus, tertius, & quartus.

HOs dies referens Hippocsates dicit: *Secundo omnia exacerbata ſunt, veſperi verò poſt clyſterem benè habuit, noctem quietè tranſegit. Tertio vſque ad meridiem videbatur factus ſine febre, deinceps verò febris acuta cum ſudore: ſiticuloſus, areſcebat lingua, minxit nigrum, nox laborioſa, non dormiens, omninò delirauit. Quarto omnia exacerbata ſunt. Vrinam nigram, noctem minus moleſtam, vrina melioris coloris.*

In febribus per pates periodicantibus, duo inſignia in diebus patibus inueniri debent, oimirum quod partim ſint moleſtiſſimi, partim leuiores: in eis enim, & vigos acceſſionis, & declinatio eſſe debent; vigor in prima parte diei, declinatio in teliqua, ob id Philiſcus habuit omnia ſymptomata exacerbara in prima parte diei ſecundi, & veſperi poſt clyſterem benè habuit, & noctem quietam, & febris vſque ad meridiem diei tertij intermiſſa eſſe videbatur, intermiſſio quidem mirabilis in febre tam acuta, & interficiente die ſexto, vt facilè imperitis imponeret iudicatam fuiſſe febrem per ſudorem primæ acceſſionis, redituram ramen, & cum maiori pernicie facilè Medicus agnoſcer per ſigna cruditatis io vrina, & pulſus inæqualitatem febrilem debitam febri partiali foci putredinis, & quia minus tobuſtus erit neceſſariò, & ſigna faciei, & alia, quæ in motbis exitialibus nunquam deficiunt, etiamſi nimis remittantur, aut intermittant; intermiſſionem verò illam (ſi verè talis fuit) fallaciſſimam eſſe dicente Galeno paſſim, quod iudicati morbi ſine ſignis recidiuaot, & ſæpè maligniùs.

Miraberis tamen ioretmiſſionem illam, ſi tam deſperata fuit febris, & nos cenſemus ſudorem illum diaphoreticum fuiſſe præ nimio ardote colliquatis ſuccis & vtilibus humiditatibus, de quo ſudore Galen. 3. *de cauſ. ſimpt. cap.* 2. ſingulariter meminit. Sed mirari deſine, ſæpè enim per febres æſtuoſas reſoluuutur in vapores tum ſucci puttefcentes, tum vtiles humiditates, ſed harum plus, & omnium multùm, ſolentque ſic affecti remiſſionem inſignem acceſſionum habere, quia multùm ſuccorum putreſcentium reſoluitur, etſi plus vtilium humiditatum: nil verò conducit plus ad inſignem remiſſionem, aut intermiſſionem, quàm ſudos abundaps, quoniam cinericium relinquitur minus, à quo ſecunda acceſſio creanda: verum etſi hoc eueniat, vt videatur febris tam copioſo ſudore iudicata, redit maligoiùs, vt dicebat Galen. quia radix mali imminuta non eſt, & ex ſudore copioſo virtus debilios remanſit, præſertim quando diaphoretici multùm obtinuit. Eſt verò neceſſe quod ſub debiliori virtute maligoiùs seperant acceſſiones febris malignæ, & moleſtiùs ſi maligna non ſir, vt tandem ſudores diaphoretici, qui caliddiſſimi priùs eſſe ſolent, in frigidos permutentur; quia tandem calotem vitalem extinguuor, aut diſſipaot, hoc verò extincto (vt *in aphor.* ouper citato Galenus docuit) frigidi ſudores emanant, etſi iotesiùs ſucci ferueant putreſcentes, vt cootigit Philiſco, qui etſi die tertio, & quarto exurentis febris tam certa ſigna habuit in lingua, ſiti exateſcente, vrina nigra, inquieta nocte, & in delirio, ſudoribus frigidis, obiit vitali calore extincto, & corpore ſudoribus colliquato.

Vrinæ nigræ diei tertij, & quarti vnde procederent nullus docuit, cenſeo non ex vſtione ſanguinis, ſed ex lienis affectu emanaſſe, habuit enim tumorem lienis rotundum, indicium fuit, quod eodem die quarto habuit nigras vrinas, & etiam alias melioris coloris, quod non foret poſſibile ſi à ſanguioe vſto procederent, vſtio enim ſemper vſque ad mortem fuit aucta: lien ergo affectus portionem humoris nigri euomens, lotium nigrum reddidit, & in eodem die potuis pellere, & ceſſare ab expulſione atri excrementi, & ſic varij coloris lotium apparuiſſe, & varias fuiſſe vrinas, vt in die quinto etiam contigit: nec meo iudicio peſſimæ fuerunt, quia nigræ (denotabant enim lienem tumidum) ſed quia paucæ, & non aſſiduæ, & affatim expulſæ: & quamuis cùm in magna copia pellerentur, indicarent fortaſſe lienis tumorem, non tamen febrem, quia cenſeo accidentalem non fuiſſe, ſed ardentem malignam ex ſe, ſine affectu lienis inflammatorio, vt omnes Expoſitores cum Galeno putarunt.

Dies quintus, & ſextus.

QVintum diem, & ſextum ſic Hippocrates exarauit: *Quinto ad meridiem parum de naribus, id quod merũ ſtillauit, vrina varia, in quibus erant ſuſpenſiones quædam rotunda genitura ſimiles, diſperſa non reſidebant, ſubdita balano pauca recrementa flatuoſa exierunt, nocte ſe grauiter habuit. Somni pauci, verba, deliramenta, extremitates vndequaque frigebant, neque iam ad calorem amplius redibant, minxit nigra, aliquantulum dormiuit, ſub diem obmutuit, frigida ſudauit, extrema partes liueſcebant, die ſexto ad meridiem eſt defunctus.*

Stillas ſanguinis pernicioſas eſſe præſertim ſi in die quarta ſtillentur, 1. *prorrh. text.* 1. ſcriptum inuenies. Significãt enim quatenùs ſtillæ, expultricis debilitatem, quæ reiicere cœpit, & ſtatim tã leui opere velut fatigata oneri ſuccubuit; arguunt etiã oimiũ ſãguinis craſſitudinẽ ob ſeri defectũ, vſtione febris conſumpti, cuius cõſũptio ſyncera excremẽta cõſtituit, quo fit vt non ſolùm tã craſſæ appateãt ſtillæ, ſed etiã nigreſcẽtes, vt in expoſitione docuit Galenus; *Rubra* (inquit) *ſtilla nõ eſt in morbo exitiali viſa vnquã, ſed atra ſẽper*, proinde veriſimile eſt huoc ipſũ atrum fuiſſe; cui doctrinæ Valleſius noſter refragarur iis verbis. *Ego verò intelligo Hippocratem dicere quæ dicit, Stillare autem ſanguinem puriſſimum nihil melius erat tunc tẽporis, imò fortaſſe etiam deterſas. Quia praterquam quod enacuatio erat quantitate, & tempore mala, non euacuabantur qualia oportebat.* Cenſet itaque ſtillas ſanguinis meri, fuiſſe ſanguinis perfectiſſimi, & rubri, non nigri, & craſſi. Et Cardanus huius hiſtoriæ Expoſitor, ridiculam vocat Galeni doctrinã per ſanguinem merum interpretando nigrum, & quia doceat in morbo mortali ſtillã rubram nunquam viſam fuiſſe.

Sed Galeni doctrina verior mihi videtur, nam in febre vſtoria, & tot ſudoribus humorum ſerum abſumẽte, craſſum ſanguinem nigrum, & ſyncerum redditũ fuiſſe probabilius eſt; maléque Galeno imponitur, quod

Digitized by Google

quod dixerit ſtillas ſangoinis puri & rubri non poſſe peſſimam affectionem ſignificare. Galenus etiam illud non ſomniauit, ſed ſolum docet quod ſtilla ſanguinis puri, & rubri in morbo exitiali nunquam viſa fuit,& contra Valleſium ſtat,quod ſtillæ nigræ fuerint conformes ideæ morbi Philiſci,tum ob febrem vſtoriam, tum ob lienis affectionem ex ſanguine melancholico ortam, & totum quod in ſuæ opinionis confirmationem tradit Valleſius,falſum eſt,& ſibi planè repugnat, vituperat enim ſtillas ſanguinis rubri, quia euacuatio illius erat quantitate,& tēpore mala,& quia non euacuabantur qualia oportebat,ſed qualia non oportebat. Euacuatio quantitate, & tempore mala dicitur quando minor eſt quàm conueniat, & euacuatur quando crudus morbus eſt; tentat enim natura criſim materiæ non coctæ, & verè ſymptomaticam. Damnando ergo Valleſius ſtillas ſanguinis ob paruitatem materiæ euacuatæ, neceſſe eſt vt laudet euacuationem illam abundantius factam ac proinde euacuabantur, quæ oportebat: malè ergo dicit vituperandas eſſe sāguinis rubri ſtillas,quia euacuabatur quod non oportebat; & per cōſequens, ſi euacuabātur,quæ non oportebat,deterior,& malignior fuiſſet, quod nimium, aut multùm euacuaretur. Rectiùs ergo aſſereret ſagacem fuiſſe naturam,quia incipiendo reiicere ſanguinē puriſſimum, ſuppreſſit illum ſtatim,quia euacuabatur,quod non conueniebat, & ſi non conueniebat, conſtat quod in quolibet tempore damnanda erat ea euacuatio; malè ergo eam condemnat, quia in tempore non idoneo tentata fuit, quaſi ſi in alio celebraretur,vtilis foret,quando in nullo poteſt eſſe vtilis,ſi euacuat quod non oportet. Nec cenſeo probabile, quod ſanguis ſaniſſimus, & naturalis in tam parua quantitate irritare naturam poſſit,vt illum reiiciat, & multò minùs admittā,quod ſanguis excretus in homine morti tam proximo,& tam exitioſa febre affecto, potuerit eſſe naturaliſſimus,quinimò aſſero quod hactenus non audiui,nec legi, ſtillas ſanguinis interdum eſſe peſſimas, quia in tam parua quantitate cogunt naturam expellere,quia in tam parua moleſtiſſimæ ſunt.

Sunt præterea peſſimæ ſignificationis,quia tam craſſus interdum redditus eſt ſanguis,vt viam per quam natura expellere tentat,præ nimia craſſitie occludat,& ob id ceſſet expulſio,& ſic non ſemper debilem expellentē accuſo:id etiam peſſimum habent, vt ſignificent cerebrum onuſtum ſanguine atro & viſtoſo, à quo rariſſimè liberatur, vt rariſſimum ſit non periclitari delirantem, vt Philiſco contigit. *Videtur ſiquidem* (inquit Galenus 1. *prorrit. ad finem primi text.*) *natura collectam in cerebro abundantiam conata eſſe vt expelleret,ſed nequiuiſſe.* Potatur verò deterius ſi æſtate,aut autumno euenerit,quia tunc viæ apertiores, & ſanguis acrior, bilioſior, & tenuior exiſtit, quo fit,vt debiliſſimam expellentem, aut magnam innuat craſſitiem. Quod verò die quarto ſit peſſimum ſtillas apparere,pendet ex die vt decretorio;in decretoriis enim omnia mala ſunt deteriora, non quia maiora,ſed quia firmiora,& arguunt etiam vim maiorem cauſæ morbificæ, quia in diebus in quibus à cœlo iuuatur, operari deterius maligniſſimum eſt, & vim cauſæ potentiſſimam ſignificat; vincit enim naturam, & cœlum, & cùm quintus ſit etiam decretorius, æqualem cum quarto perniciem affert.

Vrinæ huius diei magnam varietatem oſtenderunt, ſuſpenſiones verò illæ rotundæ, & ſemini ſimiles,ſignificabant quatenus ſuſpenſæ (hoc eſt in ſuperiori vrinæ regione ſtabulantes) flatuoſum ſpiritum, & craſſum incluſum in pituitoſa ſubſtantia, eamque ſurſum eleuantem, & perconſequens delirij ſignum eſſe ſolet in febribus acutis,quia ſurſum ſucci rapiuntur: facit etiam ſubſtantia flatuoſa intus incluſa,quod ſuſpenſiones illæ ſint ſimiles ſemini in albedine,omne enim lucidum nimis,ſpeciem albedinis oculis repræſentat: & quia flatus incluſus diaphanus eſt, & luminis capaciſſimus,

A inde album corpus ſuſpenſum apparet ob lumen receptum,ſed rotundas eſſe ſuſpenſiones illas pendet ex eiiſdem flatibus incluſis,eſt enim omnis bulla ſphærica ob aërem incluſum,qui ſphæricus eſt,vt quodlibet naturale elementum;indicium eſt ſpuma, quæ ſemper rotunda plus aut minus apparet,ob aërem, & flatū incluſum, quod Phrigius ignorans & Valleſius, ad calorem aſſanſem humidam ſubſtantiam,rotunditatem reduxit, velut ſi fuiſſet poſſibile cum calore tam viuo tantam copiam flatuum manere,vt ſurſum eleuetur aſſata,& toſta ſubſtantia:& ſimilis abundantia flatuum facit, vt ſuſpenſiones diſperſæ ſint,flatus enim ob mobilitatem nimiam ſemper diuidunt quod attingunt, vt diuiditur quicquid feruet;quò fit, vt tenax ſemper ſit quod flatum

B intra ſe ita incarcerat,vt euolare non permittat,ſed intus manere cogat, & ſic ſublimamenta craſſa cruditatem tenacem ſignificant, cocta enim (vt millies Galenus monet) coagmentantur,craſſeſcunt,& omnem flatulentiam deponunt, & inde ſedimentum deſcendit ad inferiorem regionē,quia coctione flatibus denudatur; hinc quæ ſubdito balano eiecit Philiſcus,flatuoſa facre,quia nimis cruda, & quia moribundus erat calore vitali extincto,extremæ partes algidæ erant,nec recaleſieri poterant,& præ frigore liueſcebant,obiitque die ſexto,& per conſequens in vigore acceſſionis diebus paribus proprio,vt antea docui & modò clarius percipies ſi quæ in fine hiſtoriæ ſcripſit Hippocrates iis verbis teneas.

Spiritus huic erat perpetuò quaſi reuocato rarus, & magnus, lien in tumorem rotundum elatus erat, ſudores perpetuò

C *frigidi. Acceſſiones diebus paribus.*

Reſpiratio magna, & rara deſipientiam oſtendit aut proximè venturam,aut præſentem: venturam quidem quando iam æger attentè incipit contemplari obiecta circa quæ deliraturus eſt; nam ob intenſam contemplationem eorum, non ſentit obiectum, quod ad reſpirandum naturaliter incitat,ſic intenſius multò, & plus irritans eſſe debet, vt præ nimia moleſtia applicet voluntariè inſtrmenta reſpirationis,& ceſſet tunc à raptu, aut violenta obiectorum contemplatione. Sic Philiſcus ante delirium tertij diei,magnè, & rarè reſpirauit:nam hæc reſpirationis læſio non pendet ex delirio formaliter, ſed ex attenta nimis obiectorum contemplatione, etſi contemplentur,quæ debent. Ob id dixit Hippocra-

D tes,quod reſpirabat quaſi reuocatus,& tranſtulit Valleſius,quaſi recordatus; oblitus enim videbatur reſpirationis ob intenſam cogitationem obiectorum a quorum reuocabatur verò ad reſpirandum ab anguſtia ſuffocationis,& periculo,non enim reſpirabat donec adeò reſpirationis finis vrgeret tam validè,vt iam ſuffocati periclitaretur.

Ex dictis infero tumorem rotundum lienis non fuiſſe veram inflammationem, vt Valleſius, & Phrigius putarunt; erat enim impoſſibile quod reſpiraret magnè, & rarè per totam morbi durationem cum tam magna lienis inflammatione, non ſolùm ob dolorem,ſed etiam ob ſepti compreſſionem à tumente liene. Nec doloris lienis meminit Hippocrates,qui grauis, & moleſtus in

E tanta inflammatione futurus erat, nec cum illa potuit videri Philiſcus ſine febre eſſe, vt docuit Hippocrates. Cenſeo igitur lienoſum fuiſſe,& congeſtione accumulauiſſe excrementa multa, & ſic tumorem indolentēm fuiſſe,& extrinſecum magis, & ob id reſpirationi magnæ, & raræ obſtare non potuit: hæc veriſſima eſſe ex ipſo Hippocrate deduces 1. *prognoſt. text.* 24. dicente; *Spiritus autem,qui creber eſt, ſignificat dolorem, aut inflammationem in regionibus,quæ ſuprà præcordia ſunt. Qui verò inſpiratur magnus multòque interpoſito tempore, delirium indicat.* Vbi clarè docet dolorem, & inflammationem præcordiorum crebram reſpirationem cauſare, non verò raram, qualem habuit Philiſcus; vt miratus ſim, quod cum tam magna, & rara reſpiratione non ſolum lienis inflammationem, ſed ingentem fuiſſe

A Valleſius cenſeat, eum qua nihil impoſſibilius, quàm tam magnè, & ratè reſpirare, mihi eſſe videtur, & quod tertio die ſine febre eſſe videretur: ingentem verò fuiſſe phlegmonem deduxit, ex eo quod tactu perciperetur non ſolùm tumor, ſed etiam eius figura rotunda: nã niſi magnus eſſe non potuit, quando ſuperpoſitæ partes, & muſculi, magnitudinem, & figuram obſcurare non potuerunt: nemo verò cum tam ingente phlegmone tam magnam, & raram reſpirationem, & dia tertio ſine febre eſſe admittet rationabiliter.

Moueri febres per pares quid ſit, Galenus docuit *de diebus decretoriis lib. 3. cap. 8. circa finem*, iis verbis; *Inuadunt quidam morbi ſecundum diem primo grauiorem habentes, quarum tertio, & totas acceſſiones diebus paribus. Qui longorum quidem morborum naturam quemadmodum in commentariis de criſibus oſtendemus, habent indicium tamen prauertũt, vt acutis propter acceſſionis vehementiam; hi etiam ſecundo die interficiunt, & quarto, ſed ſexto plurimos.* Clariùs **B** Valleſius explicuit, 1. *epid. ſect.* 3. in expoſitione ſymptomatum febrium ardentium, quæ vt ibi refert Hippocrates, acceſſiones habuerunt in diebus paribus. Acceſſiones (inquit) diebus paribus fieri per febres ardentes, & bilioſas, deteriùs multò eſt quàm in imparibus; nam cùm talas febrea habeant tertio quoque die acceſſiones, diebus paribus habent, cùm ſecundo, quarto, ſexto, & octauo exacerbationes; primo autem, tertio, quinto, & ſeptimo remiſſiones habent. Primo itaque die febris acuta incipit, & tamen ſemper creſcit vſque ad finem diei ſecundi, ita vt in diem ſecundum acerbiſſima pars totius periodi incidat, hoc verò multò grauius eſt, quàm in diebus imparibus acceſſiones eſſe, quantò ſcilicet prauius eſt incrementum longum eſſe, quàm inclinationem.

C Vt dicta intelligatis, notate quod acceſſio, authore Galeno 1. *aphor. com.* 12. eſt deterior pars, ſeu deterius tempus totius circuitus, quod eſt à primo inſultu vſque ad tempus conſiſtendi, ſicuti reliquum tempus declinationis melius, hinc acceſſiones fieri diebus paribus, eſt quod deterior pars acceſſionum dies pares attingat, ita vt ſi die lunæ ad meridiem acceſſio incipiat, principiũ, & pars augmenti totum diem primum occupent, pars verò augmenti, & ſummus vigor in diem ſecundum incidant, & ſic dies pares pernicioſi & grauiſſimi ſunt, quia in eis magna pars augmenti, & ſummus vigor dantur: quod continget nunquam, niſi vbi magna copia materiæ, & cauſa antecedentis creata ſupponitur, & validiſſima expultrix tantam copiã ad focum expellẽs, **D** & mittens, tam diuturnas acceſſiones creans, ita vt die ſecundo, & quarto occidere ſoleant, ſed plurimos die ſexto, vt Galenus 3. *de diebus decretoriis* dicebat iis verbis. *Etenim in ſecundo die natura quodammodo valida adhuc eſt, item in quarto adhuc valida magis quàm in ſexto, ſed nondum in certamen venire audet; at in ſexto acceſſionis vehementia frequenter ad certamen prouocat. Quare alterũ è duobus ſuſtinet, vel in ea concidit, & prius quàm, qua offendunt excreuerit, extinguitur, vel plurimum ex eis propulſat, reliquũ vero adhuc non poteſt. Verùm imbecilla, & defatigata prorſus cadit, & languida iacet. Deinde ſi quo modo poſtero tẽpore recreari, ac refici potuerit, paulatim morbũ concoquit. Quod ſi morbi reliquia eius robore maiores ſint, tandiu æger ſuperuiuet, quandiu natura adhuc ſufficere poteſt.* **E** *Morietur autem poſtea.* Hæc Galenus, quem locum peſſimè Laguna tranſtulit, obſcurauit enim quid ſit moueri per pares.

Integram ſententiam Galeni retulimus, quia nonnulla ſcitu digniſſima ex illa deducuntur.

Sit primum, quod nunquam motio per pares ſine magna copia ſucci creantis febrem, contingat, ob idque periculoſiſſimã eſſe periodicationem per pares, non enim ſolam multitudinem innuit, ſed etiam cogit acceſſionum vehementia, (vt Galenus doctiſſimè notat.) vt natura intempeſtiuas, & ſymptomaticas, & inde periculoſas criſes procuret; tanta enim excrementorum copia tempori tam breui ſuperari non poteſt. & ſic criſes tentat cum materiæ cruditate, & multitudine, quod ſemper ferè eſt exitiale.

Sit ſecundum, quod Galenus docet, multos nimirum in die ſexto perire, quia tarò tantam morbi vehementiam ſine expulſione critica non poteſt ferre natura, & ſic, & ſecundo, & quarto occidere ſolet, ſed plurimos in ſextu. Hinc ſequitur tertium ad praxim pertinens. Eſt verò, quòd expurgatio in motione per pares, etſi materia ſit cruda, tentatur rationabiliter; nam ſi, authore Galeno, typus per pares occidit plurimos die ſexto, ob copiam materiæ, & acceſſionum ferociam; omne genus auxiliorum magnorum ante ſextum tentandum eſt, ſi arte velimus ægros ſaluare. Dicerem ego, quòd typus par, quando non pendet à ſanguine, innuit ſemper magnum exceſſum humoris, vt verè dicas, ſine ſupernatantia non dari, in qua cum Hippocrate omnes expurgant, ſine aliqua lite. Hoc fuit, quod noſtrum Valleſium mouit, magnum Regem Philippum, renuentibus ſociis, in principio expurgare, agnouit enim excrementorum copiam, & ſupernatantiam, quia febris pari typo mouebatur, & timuit cum Galeno interitum Regis in ſexto cui infortunio occurrens, expurgando die quinto, ab Orci faucibus Regem eripuit, timoremque totius Reipublicæ non ſine magno ſui honore eliminauit; indéque cenſeo ſine ratione refelli à noſtro doctiſſimo Archiatro Serna, *libro 6. method. cap. 10. fol 462.* nulla enim ratio contra experimenta poteſt eſſe firma, & quæ traditur de materiæ cruditate in caſu Valleſij, & noſtro, locum non habet, non enim Valleſius, nec nos crudam materiam expurgamus, ſed antecedentem, quæ in cruditatem abitura eſt ſi non educatur, quia tota in focum per partes mittenda eſt, & cùm multa ſupponatur, deficiet priùs æger quàm coquatur tota: non retineri verò vt coquatur, euidens eſt, quia (vt dixi) tota, quæ ſuperfluit, ad focum mittenda eſt, vt nouæ acceſſiones ſemper repetant, & ſi mittitur, vt reuerà fit, nõ detinetur. Ruſſus in bile nimis excedenti, vt excedit quando typum parem concitat, nihil datur ob quod retineri debeat, cùm putrida non ſit, quia nondum ad focum fuit pulſa, & ſic emendatione non eget: eam verò non detineri quando excedit, tam certum eſt, quàm quod certiſſimum, quia omnes expurgant quando excedit, & nondum putrida eſt. Ergo non detinetur, ad quid enim ſi cacochimiam per exceſſum ſolùm generat, cui expurgatio directè debetur; Et quis non videat irrationale eſſe putare, quòd humor, qui ante putredinem non detinebatur, quia excedebat, detineatur quando non ſolùm excedit, ſed putridus iam eſt; cùm nihil magis retentioni obſtet quàm putredo, quæ quod antea in temperie naturali erat, corrumpit, & interdùm malignè, & peſtilenter, excrementumque per conſequens, & malignum redditur; Vnde ergo noua ſimilitudo, aut familiaritas, vt quod antea non detinebatur, quia excedebat, detineatur modò, quando non ſolùm excedit, ſed peſtilenter corruptum eſt, & deſperatam febrem generat. Aſſerere verò quod nulla datur corruptio, quæ emendabilis non ſit, abſurdè aſſeritur, tum abſolutè, tum in ordine ad hoc indiuiduum, cuius humorum corruptio, etſi emendabilis ſit abſolutè, non tamen ab illo, quia virtus eius pro tanto vitio improportionata reuerà à Medico iudicatur; & tam longè ſum vt expurgem materiam putridam, quod cenſeam illam in febribus nunquam expurgationem indicare, quia quæ acceſſiones creat, euolat tota in fuligines, & tota reſoluitur breuiter, cuius eſt argumentum euidens, quia ſi noua portio materiæ non mitteretur ad focum, non daretur noua acceſſio, ſed febris prorſus ceſſaret.

Addo quod nouum videbitur, ſed mihi veriſſimum, eſt verò quòd nihil turpius, nec tam ſiniſtre natura

tentatet

Digitized by Google

tentaret ad coquendum materiam putridam intra vaſa, quàm illam firmè retinere, vt coqueretur, quia eo ipſo non ventilaretur, & quicquid humorum accederet, & per ea vaſa diſtribueretur, impingeretur ibi, & de nouo obſtrueret, & maioris putredinis, & nouæ foret occaſio, non enim ventilatur, quod firmum eſt; & ſi detineri intra vaſa, confert vt humor corruptus coquatur, ad quid datur oximel, ad quid deterſoria mulſa, aut ſyrupus acetoſus ſimplex, aliaque lotium cientia, & deobſtruentia, & nihil aliud Medici febribus putridis medentes procurant, quàm omni ingenio perſpirabile corpus reddere, vt inhibeatur putredo. Quid aliud Galenus docuit *lib. 11. Methodi*, quàm ſanare, quod putridum eſt, & impedire ne de nouo putredo augeatur, & totum hoc negotium ad impediendum ſuccorum affluxum, ne obſtructio augeatur, & ad vſum deobſtruentium reduxit, *cap. 1.* illius libri. Ad quæ ſtatim quod totum inanitum ſit, imperat, vt fuligo non detineatur, & detur aëri liber ingreſſus, vt ventilato toto nulla detur occaſio putredini; & caloris vitalis temperies, & copia ſeruetur, qui eſt omnium putreſcentium vetus antagoniſta, & moderator. Et *cap. 18.* ſic exarauit; *At vero in humorum putredine, & excretio, & refrigeratio, & ventilatio, & ſemiputridorum concoctio ex aduerſo reſpondent.* Expendè obſecro, quòd in putridis non ſperat coctionem, ſed in ſemiputridis, in illis verò excretionem, refrigerationem, & ventilationem deſiderat, quibus omninò retentio, & ſtatio repugnat; nam quæ obſtruunt non aliter ſunt cauſa putredinis, niſi quia ventilationem impediunt, & quæ ad loca obſtructa mouentur, firmantur ibi, quia obſtruentia excrementa, immobilia, inconcuſſaque ſunt. Si ergo in omnibus vaſis ſolent putreſcere humores, & in continentibus febribus putreſcunt in maximis, ſi natura in tot vaſis ſuccos putridos, & putreſcentes retineret, non concoctio, ſed maligna corruptio, & putredo ſpectaretur, quia quicquid ſanguinis diſtribueretur, ſuccis retentis adhæreſceret, & impactum occluderet magis, ſicque & excretio, & refrigeratio, & ventilatio inhiberentur, & viuens periret. Quicquid mouetur liberè, ventilatur perfectiſſimè, & imputreſcibile fit, quod verò ſtat ſtatim corrumpitur, & ſitom contrahit, quia non ventilatur. Ergo firmare excrementa putrida, aut putreſcentia vt coquantur inter vaſa, erit non dubiè nouam putreſcentiam intendere. Nec mens capit quòd malignè corrupta detinentur, vt coquantur, cùm multa incoctilia ſint, & ſic illa detinendo natura occideret directè; quia venenum quod expellere tenebatur, detinet ſine fructu. Galenus de putridis ſuccis loquendo, *11. Method. c. 9.* indicationes omnes enumerat, quando putredo totum corpus occupat, & continentes febres creat, & ſic loquitur. *Ergo à corporibus, quæ ſic afficiuntur expellenda, quæ putreſcunt per vrinas, & aluum, & ſudorem, ſunt*; & inferiùs totus eſt in corporis rarefactione, & deobſtructione, & coctricis firmitudine per augmentum caloris vitalis, nunquam tamen retentionis indicationem in putridis coquendis tradidit; nec aliud in putridarum febrium medela plus dehortatur, quàm vſum aſtringentium, dicendo *1. De victu acut. text. 18. Nemo ſiquidem aſtringentibus vtitur cibis, niſi vel propter ſymptomata, quod animi deliquium indicat, vel propter immoderatum ventris profluuium, cogunt ſiquidem conſtringúntque corpora, viaſque tum diſtributionis, tum alimoniæ, tum eius, quæ foras fit perſpirationis continere faciunt, quas apertas recluſaſq; eſſe conducit.*

Nec obſtat quod Hippocrates *4. de victu acut. text. 44.* doceat, ægrum quieſcere, vt excrementa coquantur; & rurſus quod expurgatio non fiat, quia morbus non coquetur. Et Galenus *in com.* docet, quod expurgatio coctionem impedit; totum enim fatemur quando non conuenit ſub materia cruda. At in caſu noſtro conuenit. Nec Galenus commotionem ſuccorum timuit, ſed ſolùm virium fractionem ob agitationem corporis; verba ſunt: *Quod ſi hæc coctioni humorum conferunt, purgationes contrariæ exiſtunt, nempe corpus vehementer mouentes frangunt.*

Solùm videtur difficile, quod retulit *1. aphor. com. 22.* iis verbis: *Eos vero, qui ſunt in aliqua parte corporis firmationes alio auxilio mouere oportet, nec medicari ante coctionem, tunc enim naturam habemus adminiculantem.* Videtur ſiquidem ipſa poſt coctionem humores diſcernete, & ſuperfluitates expellere, quo in tempore fuerunt iudicationes; ſed quicquid ſit huius loci, certum eſt in noſtro caſu non poſſe intelligi, natu tota materia antecedens quæ in continentem abitura eſt, nec retinetur, nec firmata eſſe poteſt in aliquo loco, ſed tota exiſtit in motu, aut in nimia aptitudine ad illum, quia tota ad focum expellenda eſt per totam morbi conſtitutionem. Quod eſſe conſonum doctrinæ Galeni ignorabit nemo, qui nõ ignorauerit modum creandi nouas acceſſiones tam faſtidiosè, & longè traditum ab eo *2. de differentiis febrium*, capitibus vltimis, vbi totus eſt in explicatione ſimilitudinis fluxionum cum circuitibus febrium & eandem originem viriumque affectionẽ eſſe fatetur. Quia verò dubitat materiam fluxionum totam eſſe, aut in actuali motione ad locum affectum, aut in potentia (vt ſic dicam) proxima, vt pellatur, cùm pellatur per partes donec pellatur tota, & fluxio ceſſet, aut ægrum, ſi non ceſſet, occidat, vt veriſſimè dicas, materiam febrium periodicantium, totam in motu, aut nimia aptitudine ad illum reuerà eſſe, & ſic tantùm abeſt, vt retineatur, quod potiùs natura ſemper ſit velut turgens reſpectu illius antecedentis materiæ, quia totam illam ad focum per totam morbi conſtitutionem expulſura eſt, vt reuerà facit, donec finiatur tota, & ceſſet circuitio, aut æger, repetitionibus, & tot expulſionibus ſuccumbens animam agat.

☞ Quinimò probabiliſſimè, & fortaſsè certius philoſophabitur quis, ſi cenſeat difficultatem expurgandi, dum cauſa febris cruda cenſetur; pendere ex motu, & non ex quiete. Motum appello feruorem ſuccorum intra vaſa, dum celebratur putredo, quo omnia excrementa agitantur, & inter ſe confunduntur, & etiam cum bonis miſcentur per minima, vt hinc pendeat, quòd cum malis neceſſariò boni humores educantur; & nequeat natura corruptos reiicere ſine optimis; & multò minus id poſſit Medicus exequi medicamento eductorio. Vt hæc impoſſibilitas optimè explicatur in feruore externo diuerſorum liquorum, quorum nullum ſine aliis ſeorſim extrahere poteris, dum feruent, & impoſſibiliùs dum feruent nimis, vt eſt euidens, vt hinc intelligas ſummum Dictatorem dicentem *2. Aphor. 19. inchoantibus morbis ſi quid mouendum videtur, moue, cum verò conſiſtunt, ac vigent, melius eſt quietem habere*; nam dum incipiunt, nondum feruor magnus eſt, nec omnia excrementa tam confuſa, vt nequeant educi medicamento expurgante. At dum conſiſtunt, & vigent, quieſcunt melius, quia dum conſiſtunt, & vigent, inſignis feruor, & permixtio fatigat, & ſic nequeunt educi ſeorſim, quæ nocent; ſed omnia confuſa præ nimio feruore ſunt. Indicium eſt acceſſionum maioritas, & omnium ſymptomatum incrementum inſigne, & ideò cocta expurgare præcepit, quia coctione finita feruor euanuit, & ſic commodè educuntur educenda, quia omnes ſucci quieti ſunt, & ſeorſim ſuo modo conſiſtentes, etſi confuſi, hoc eſt permiſti ſunt, vt ſunt in naturali ſtatu, citra feruorem permiſcentem per minimas & ita poſſunt commodè extrahi ſeorſim peccantes, abſque eductione inſigni vtilium; nam ſine aliqua ſemper reuera implicat.

Ex dictis, aliud quod magis nouum videbitur, ſed

mihi veriſſimum aſſero : eſt verò quod quando natura
in morborum principiis materiam antecedentem eua-
cuat antequàm putreſcat, non eſt illa euacuatio ſymp-
tomatica, ſed perfectiſſima, hoc eſt, nihil contra natu-
ram includit, ſine quo nihil poteſt ſymptoma dici. Ra-
tio eſt mihi efficax : ſi quando humor bilioſus abun-
dat, expelleret illum natura, gauderet Medicus; & quia
conferebat, & tolerabatur, rectum eſſe opus naturæ iu-
rabit, quia euacuat quod lædebat, & cacochimum cor-
pus reddebat, & ad morbos bilioſos diſpoſitum. Eua-
cuatio verò quæ corpus in naturali ſtatu conſtituit,
non poteſt eſſe contra naturam, vt eſt euidens ; & con-
ſtat, quando educto humore bilioſo inducente febrem,
producitur frigus ab interno principio , quæ reductio
non fieret ſi non præceſſiſſet morbus, & mediâ illâ cor-
rumpitur calor febrilis. Ergo & actio, quæ expellit hu-
morem lædentem non eſt ſymptomatica , quia termi-
nus eius , reiicere ſcilicet humorem lædentem, natura-
liſſimum, & perfectiſſimum opus eſt, medio quo ſalus
inducitur. Quis enim, niſi ignarus Doctrinæ Galeni,
aſſeret, quòd actio qua natura venenum à corde extra
corpus expellit, & qua homo, qui præ veneni maligni-
tate iam ſyncopem patiens, ferè defunctus putabatur,
velut miraculosè reuocatur ad vitam , ſit contra na-
turam, & verum ſymptoma; nam ſi hoc tale eſſet, eius
oppoſitum foret naturaliſſimum, quia oppoſitum mor-
bo, aut ſymptomati, naturale neceſſariò eſt, & ſic natu-
rale foret retinere venenum, ſi eius expulſio ſympto-
matica, & contra naturam eſſet. Falluntur igitur pu-
tantes, quod omnia quæ natura operatur, quæ non eli-
ceret, ſi morbus non daretur , ſint ſymptomatica verè,
neſciunt enim (vt Galenus dicebat) diſtinguere ob
ſimilitudinem ſymptomata à naturæ operibus ; ſym-
ptoma iudicantes, quod eſt opus naturæ, & opus vt ſym-
ptoma, & ſic ex his in quibus ipſi falluntur, doctrinam
noſtram calumniantur, inquit Galenus , *lib. de differentiis
ſymptom. c. vltima.*

Curatio Philiſci.

SI quod dixit Hippocrates de ſudoribus, quòd eſſent
perpetuò frigidi, intelligeretur, quod Philiſcus con-
tinuò, hoc eſt per totum morbum frigida ſudabat, mag-
na, & celebris difficultas in curatione præſenti ſe offe-
rebat; à quo nimirum auxilio inchoanda foret : ſed vt
notauit Mercurialis, ſudor non erat continuus, ſed in
vigore , & incremento acceſſionum incipiebat ; mox
cum acceſſione finiebatur , & in alia redibat , non erat
cur ob ſudores idonea curatio perturbaretur , ſi in
declinationibus ad magna auxilia vires conſta-
bant.

Et cùm in omnium conſenſu ardens fuerit hæc fe-
bris, cuius focus, & cauſa ſemper in partibus circa cor,
aut in viſceribus ſtabulatur , nemo de ſectione venæ
dubitat, & cùm Hippocrates, & Galenus eximius eius
interpres, in febribus ardentibus, vſque ad deliquium
euacuent, dubium eſt, ſi vſque ad illud euacuare, fieri in
prima ſectione debeat, aut quando tentanda ſit ; quod
dubium nemo, quem legerim directè ſoluit. Iudicium
meum eſt, non eſſe ſtatim in principio imperandam
euacuationem vſque ad deliquium in ardente putrida,
nam præterquam quod ſectio hæc , eſt in controuerſia
poſita cum Auerroë oppoſitum ſuſtinente contra Gale-
num; conſtat temerarium eſſe in primo morbi inſultu
tam validè euacuare , vt non liceat in eo tenuiſſimum
victum imperare , quia tota morbi conſtitutio reſtat
tranſigenda, vt debeat Medicus euacuare minus, quan-
do à morbi tempore plus cibi indicatur; indicatur verò
plus in principio. Hoc clarè ex Galeno deducitur , do-
cente, quod cùm putredo per miſſionem ſanguinis ne-
A queat curari, relinquendum aliquid ſanguinis eſt pro
rectificatione putredinis. Accedit ratio ex reuulſione
petita, ob quam in principio febrium periodicantium
vena ſecatur, authore Galeno , fluxum humorum ad
focum ſtatim compeſcendum eſſe, conſulente : reuul-
ſio verò reiterata, non confertas ſectiones petit , vt ex
Galeno omnes tenent. Eſt ergo euacuandum, vſque ad
deliquium, quando eſt dandus potus frigidæ ad ſatieta-
tem; datur verò quando euidentes coctionis notæ cer-
nuntur, cernuntur verò in augmento, & maximè in fine
illius. Ratio noſtra eſt, quia imperatur hoc celebre au-
xilium , non ſolùm vt euacuetur febris materia, ſed
etiam vt refrigeratus inſigniter totus corporis habi-
tus, in contrariam temperiem permutetur. Galenus 9.
Method. docuit, quod roborato ægro ſequantur euacua-
B tiones ibi à Galeno relatæ , & ſoluatur , iuguletúrque
febris, hoc autem ſuccedere implicat , ſi febris ardens
putrida ſit in principio , vt implicat iudicium perfe-
ctum morbi in vniuerſali principio ſuccedere. Vnde fit,
quod quando ſigna cruditatis adſunt, & maximè ſi ſint
contraria , aut repugnantia coctioni , temerarium ſit
vſque ad deliquium euacuare , quia morbum iudicarà
repugnat , & inclinat natura , vt ſymptomaticas eua-
cuationes tentet, ſi ab hoc auxilio expulſio excremen-
torum per diuerſas regiones superuenire ſolet, quòd fe-
rè ſemper exitiale eſt in materia cruda.

Nec obſtat quod Galenus 9. *method. cap. 5.* in febre
putrida continente , ſanguinem vſque ad deliquium
ſtatim miſit; cenſet enim ſequendum non eſſe, etiamſi
C cum plenitudine, febris continens , putrida , & ardens
detur, & quæ diximus, contra eius praxim adducta ſunt,
quia parum ſecura videtur, ob adductas rationes , tan-
tam enim debilitatem induceret, quando febris acceſ-
ſiones redituræ ſunt , & eſt in principio vniuerſali ; ig-
noro , quod rationabiliter fieri poſſit, cùm id quod per
vnam tam copioſam ſectionem exequimur, & hoc peri-
culosè, per duas eodem die reiteratas aſſequi poſſimus,
tantam ſcilicet quantitatem cauſæ extrahendo, & non
exponitur æger tam certo periculo debilitatis ſine fe-
bris ablatione, vt probatum eſt, quia materia cocta non
eſt. In febre verò diaria continente , ſecutiùs ad deli-
quium vena ſecatur , quia tota acceſſio incendij alia
non eſt, niſi plethora totius, quâ ablatâ, copioſa ſectio-
D ne, & per deliquium inducto refrigerio , iugulatur ſu-
bitò febris. Quod ſi putrida ſit, eſt impoſſibile, & pro-
babiliſſimum eſt , quod redeat malignior , quia ſemel
debili ægro facto, cauſa putrefaciens validior redditur,
cuius proprius coërcitor eſt calor vitalis, vt antea do-
cui, vt idem in hoc auxilio , quod in potu frigidæ in-
tempeſtiuè dato eueniat , dicente Galeno , quod etſi
præſens videatur febris tepidior, redit tamen poſtea, &
plerumque maligniùs.

Reiteranda ergo venæ ſectio , ex vtroque brachio,
& baſilica, niſi caput doleret , & quod recipiebat non
diſſiparetur , vt ſic timeretur phrenesis; tunc enim
communis ſecanda eſt, vt cerebrum recipiens , & non
diſcutiens , vnà cum toto mittente euacuetur ; non
enim licèt permittere partem tam nobilem grauari;
E delirauit enim Iacobus Primeroſius *lib. 4. capit. 2.* cen-
ſens nullum delectum venarum in brachiis expectan-
dum eſſe , quia æquè cephalica vena euacuat omnia
viſcera , vt baſilica , aut communis , & è contra ; de
quo argumento non datur modò otium. Sic qui cen-
ſerent affectum Philiſci totum pendere ex ingenti
lienis phlegmone, & febrem fuiſſe ſymptoma illius, ex
ſiniſtra baſilica ſanguinem ſemper euacuabunt, & tan-
dem ex ſaluatella ſiniſtra. Si verò ſimul cum phleg-
mone putrida febris daretur quæ per ſe morbus eſt , &
febris comitata à Sennerto, ex doctrina Felicis Platerij
appellatur, quod veroſimilius eſt , ex vtroque brachio
ſecanda vena erat , etſi plus ex ſiniſtro ob vrgentiam
phlegmonis

phlegmonis, quia lien videtur habere rationem foci putredinis reſpectu febris accidenralis, vt hinc teneas, quod quando febres putridæ periodicæ dantur, para in quam humores, vt igniantur, mittuntur, interdum ſimplicirat ubſtruitur, & in illa maner inquinamentum illud, quod ſi non auferatur, rato febres ceſſant; interdum vero humores tam validè mittuntur in focum, & vt ſic dicam in partem tam determinatam, vt ipſa totam cauſam expulſam intra venulas minores capere nequear, & ſic ad poros diſtrubuti partem inflammant, & turgidam reddunt, ſicque augetur periculum, quia tantam copiam excrementorum tegera nequit. In mea verò opinione tumor ille phlegmon non erat, vt docui, nec focus putredinis malignæ febris, lien erat, & inde ax vtroque brachio reireranda erar ſectio.

Semper ramen in motu per pares maturiùs, & plus euacuandum, qoia, & cauſa abundat ſatis, & breui pericula adueniunr, ſicque plurimos in die ſexta occidit, vt docuit Galenos, & deſumpſir ex Hippocrate, conſtitutionem febrium ardentium per pares periodicantiũ referente, 1.*epid.ſect.*1.*tex.*75. verba ſunt. *Nec recidiua vbi horum aduenit; cæterum ad ſextum diem cum ſudore moriebantur.* Vbi vires ſectionem venæ maiorem non ſuſtinet, magni vſus eſt hirudinum vanis hæmorrhoïdalibus applicatio, in Philiſco præſertim, qui & lienoſus erat, & atra bile abundabat, & præcipuè, qui ſtatim habuit indicium raptus in cerebrum, vt rara, & magna reſpiratio indicabat, cui mirè tala auxilium ſuccurrir, vt cucurbitæ in ſuris, aut naribus ſcarificatæ, nec non clyſteres atram bilem educenres, & acres, alij enim irriti ſunt, quando mens alienatur, non enim niſi obiecta moleſtiora concipiunt, nec mens tam diſtracta, niſi à fortioribus obiectis reuocatur ad vſum. Quis non miretur hominem ardente febre oppreſſum cum liene phlegmonoſo, & ſaptum in hac opinione opprimente, raram reſpirationem elicere, & magnam, cùm tam vrgens ſit vſus in ardenre febre orta ex humore atrabiliario, crebetrimam reſpirationem expoſcente, & tam magnam eſſe reſpirationem quandò inſtrumentum illius compreſſum eſſe deber à tumente liene, tantùm poteſt mentis diſtractio: vnde præceptio practica eſt, ſi clyſteres acres ſine fruſtrentur, ob diſtractionem tam grandem, ſuppoſitoria irritantia eam reuocantia imperare, & ventrem ab vmbilico inferius vnguento arthanitiæ inungera, vt aluus omni ingenio ſolicitata, extra reiiciat, quæ detenta cerebrum onerant, & reuulſionem ad infera ſtrenuè impediat: Neque diſplicer in hoc caſu ſanguinem mittere, vt phrenitis confirmari impediatur validiùs.

Capiti ſuccurrendum eſt in caſu Philiſci, ſtatim, etiamſi corpus inanitum non ſit. Succurrimus verò multifariam, oxyrrodino nimirum ſincipiri, & collo applicato, vt *cap.de Caſtoreo.* Galenus docer, cucurbitis (vt nuper dicebam) partibus infernis, cum ſcarificatione, cauſticis duobus cruribus applicatis, quæ & melancholicis conferre nimis ſolent; eo quod ſero maligno, & atrabiliario ſcarent, quod mentem extremè turbat, & facilè à cerebro calido trahitur, & abſorbetur, & ſimili facilitate à veſicantibus coërcetur, & trahitur, & per vlcera copioſè emanando, replatio capitis, & aſcenſus impeditur; faciliùs enim deorſum, quam ſurſum mouetur. Hippocrates *libello de hominis ſtructura*, ſic loquitur. *Paſſio, quæ phrenitis appellatur, ex perurentibus febribus fit, vaporibus enim ex viſceribus per dorſum ad cerebrum emiſſis, eius humidum areſcit, & bona mente captus efficitur.* Quod ſi ita eſt, oxyrrodinum bifariam confert ante totius inanitionem, & quia cerebrum firmando non racipit facilè, & infrigidatum non trahit, & tandem quia humectando ariditatem à qua delitaturus eſt æger, impedit; impedit verò, & quia frigidum, cùm calor morboſus tam promptè omne humidum ſiccet; & quod inclinet ad ſomnum, publicum eſt, & ſic vti-

A lliſſimum: nec minus vtile erit totam ſpinam infrigidare, ſi per dorſum acria excrementa ferantur in cerebrum, vt notat Hippocrates. Nec timeas, ſi tranſpiratio impeditur, cor enim, & viſcera non exonerantur per ſpinam: multùm verò confert feruorem venæ cauæ reprimere, quando cerebrum ob magnum eius incendium, & feruorem ſanguinis deprauare incipit, vt incipit quando iam rarè, & magnè reſpirar in æſtuoſa febre: Et phrenitis timetur, præſertim ſi tremuli motus appareant, acrimoniæ vaporum aſcendentium præcones, quam & vnctionibus ſpinæ mulcebres illos reddentibus, & aquà ceraſorum dulcium bugloſſæ, & portulacæ, omnes acrimoniam retundunt, & contemperant, vt minus vellicent cerebrum, minus ſiccent, & minus ſomnum impediant, vt planè hunc affectum ignoret, qui eam aquàm pro medela epilepticorum vituperat, rationem tam ficulneam tradendo, nimirum,

B quod ceraſa ſint praui ſucci, velut ſi vt alimentum darentur, & optimi ſucci deberent eſſe, quæ vt remedia interiùs ſumuntur, & medicamenti ratio non ſit alimento oppoſita?

Dubium magnum ſe offert, ſi in febre per pares periodicante & tam acutè inuadente, ſperanda ſit declinatio, vt vena ſecetur, vt in aliis continuis omnes conſulunt. Nobis videtur, quod non, ſed quod in vigore ſit imperanda, & poſt recreato ægro leui cibo, & ſomno anta ſecundam acceſſionem iterum venam ſecare. Ratio eſt, quia in periculo tam præcipiti, ſerum auxilium videtur per tertios dies ſolùm venam ſecare; eſt enim cauſæ grandis copia, tam longas & difficiles ac-

C ceſſiones creans, quæ ſi ante ſextum nimis imminuta non ſit, eos in illo occidet, vt Hippocrates retulit; quam praxim ſequi præcipuè debent, qui nunquam in vniuerſali principio expurgare multam materiam didicerunt. Ego ſic philoſophor: Vbi tam prolixæ ſunt acceſſiones, & ipſa partialis cauſa earum ob feruorem in tanta materia; vaſa omnia partis quæ focus putredinis eſt, vehementer replentur, & ventilari commodè nequeunt, ſicque effumatio vehemens, & copioſa eſt, & totum obruitur multa, & craſſa fuligine, & vt corpus tranſpiret, & ſuffocatus æger non pereat, nullum maius auxilium, quàm venam in vigore ſecare; remittitur febris non dubiè, alioqui (vt Galenus docuit) ſecundo, aut quarto die animam aget, & certius in ſexto ſi ro-

D buſtiſſimus æger non ſit. Et quod ſit in vigore parum obſtat, nam ſi hoc obſtaret, in continentibus perpetuò creſcentibus, & eundem vigorem ſeruantibus, non liceret venam ſecare; ergo vt in iis declinatio non ſperatur, neque in periodis per pares ſperanda eſt, ſed periculo tam imminenti ſuccurrere debemus, nimirum ſi fieri poſſit ante ſextum euacuando, quo ſi non fiat periturus eſt æger; nam ſi Rex Philippus in quinto expurgatus, tam difficillimos habuit dies ſextum & octauum, probabiliſſimum erat, in vno eorum periturum eſſe ſi tam euacuatum non inueniſſent; vſque adeò rectè dictum fuit ab eodem Valleſio, ſecari interdum venam ſi non remittit febris, vt remittat. Suadet hanc

E praxim remiſſionis tempus tam auguſtum, vt in motu per pares datur ad reliqua auxilia cibum, & ſomnum, quod non dubiè ſectio venæ ampliat, & incendium ſummi vigoris remittit, & illum breuiat; erit ſummum luctum ſi à vigore vnius acceſſionis vſque ad alterius initium bis ſanguis extrahi poſſit, quod ſi non fiat, copioſa erit ſectio venæ, & id obſeruabis religioſè, cibare nempe tenuiſſimè vſque ad ſextum, aut octauum, quia, vt docet Galenus, acceſſionum vehementia per acutorum terminum ſine criſi non permittit tranſire, & ſic plurimos ſextus interficit.

De expurgatione ſequenda eſt opinio Valleſij, ſi ſimul cum motu per pares non pendere febrem à ſanguine agnoſcatur; nam, vt docui, magna cacochimia ſupponitur ſemper, & velut ſupernatantia in eâ longis

acceſſionibus ; eſtque magni momenti cauſam determinatam educere ſine aliorum ſuccorum non ſuperantium offenſa: Eſt auxilium medicum generoſum requirens, & tam conſtantis iudicij, vt fuit noſter Valleſius, dandumque eſt medicamentum in fine vigoris, vt tempus ſuperſit ad actuationem, & idoneam euacuationem, ante aduentum alterius acceſſionis. Erit verò mediocris virtutis; & ſtatim à ſumptione ſomnum per horam conſules; vt virtus inſtauretur, actuatio perfectior fiat, & poſtea dum expurgatur, vigilare commodiùs poſſit, eſt enim probabiliſſimum, quod in tanta cacochimia felix expurgatio ſequatur cum mediocri medicamento; nunquam verò illud permittes ſi affectio inflammatoria in regione naturali inueniatur, ſi æger difficilè expurgetur, aut naturaliter ſit duri alui, & nunquam in morbo ſine auxilio aliquo reſponderit: ij enim periculoſiſſimè expurgantur, quia quicquid commouetur, cùm non educatur, lædit viſcera, aut aliquod expulſum occidere ſolet: & ſi exporgare à principio decreueris, aluum lenientibus, & pinguibus clyſteribus, & extrinſecis linimentis lubricum reddes, & interiùs ſerò depuratiſſimo cum tamarindorum pulpa, & ſaccharo violaceo aluum mouere ſolicitabis; hoc enim auxilio, & attemperando incendium, & facilem aluum reddendo ſummè proficies, præſertim ſi ſudor prioris acceſſionis diaphoreticus apparuerit, ſi verò frigidus, auget non dubiè indicationem purgandi; arguit enim cacochimiam malignam vitales ſpiritus diſſipantem, & quod ſanguis cacochimus creandis ſpiritibus non ſit idonea materia, vt erat ſanguis Philiſci, & ſic algidus periit. Et vt ſudores frigidi ſectionem venæ dehortantur; ſic expurgationem commendant ob rationes nuper allatas. Conſtat verò vires indubitatas eſſe debere, ad ſuſtinendam euacuationem.

Extremorum frigiditas non ſolum, vt ſignum, eſt pernicioſa, ſed etiam, vt cauſa; denſat enim extrema, & ſic intrò repellit quicquid vitioſum, & malignum fuerit; habet enim vim repellentis auxilij. Lædit etiam vt denſat, quatenus incapaces partes ad recipiendum reddit, ſicque impedit abceſſum in partibus extremis fieri, qui præter ſpem in morbis malignis cum ægrorum commodo ſuperuenire ſolet, & ſic cum periculo partis in qua abſceſſus firmatur, ob quod *in aphor.* dicitur, in acutis non eſſe omninò certas præonunciationes ſalutis, aut mortis; & illud reduxit Galenus ad naturam humorum morbificorum; & quia nonnunquam humor noxios ex vno loco transfertur ad alterum, velut ſi diceret, humores acutos morbos creantes maligni, aut acres ſunt, quia calidi, & inflammantes, vnde natura ſemper quod emendati non ſunt, lancinatur ab illis, & eſt velut turgens, ſi non in actu, ſaltem in radice, quia perpetuò irritatur, & moleſtas acceſſiones ſemper excitat, quò fit vt quando iam à morbo victa ferè videbatur, irritatio ſit tanta, vt cauſam tam moleſtam expellere tentet, & quod partem principem exitioſè obſidebat, in ignobilem pulſum æger liberetur; quod etiam Galenus *loco citato, & 30. de diebus decretoriis* notauit, in febre mora per pares, cuius moleſtas acceſſiones non ferens, criſim tentat crudæ materiæ. Eſt ergo calefaciendum, & maximè quicquid alget in partibus extremis, vt forte oleo euphorbij, aut aqua vitæ, aut furfuribus ab omni farina depuratiſſimis, & calidis in ceruicali incluſis, & pedibus applicatis: ſemper crura ſint caligata, & ſi non ſint, aſſiduè & inceſſanter fricentur manibus vnctis oleo aliquo attractorio, & impetuoſè: eſt enim magna ſolicitudo habenda de recaleſcentia extremorum, vt ad ſynapiſmata accedere liceat, quibus ſoleo articulationes partium extremarum circumdare, vt calore, & tractione ad illas attrahantur excrementa, & natura inclinetur ad abſceſſus tentandos. Sic ſi cerebrum per ſe iam patiatur, retrò aures

A veſicantia, & ſupra cephalicam commodè applicantur, vt genibus quando totum laborat, ſynapiſmata, ſunt idonea, nunquam ſperando languorem extremum vt fieri ſolet, tunc enim, vt docuit Galenus, nec actuat natura auxilia, neque vtitur illis. Eſt etiam ſingulare auxiliom ad recaleſcentiam extremorum, fricare illa aſſiduè oleo Mathioli calido.

Tandem notandum, quod ſi Medicus ſtatim vocatus fuiſſet, vt videret Philiſcum, potuiſſet cenſere febrem illam fore continentem, & perpetuò creſcentem: & quid mirum, ſi vſque ad dimidium ſecundi diei aſſiduè maiores vires, & intenſionem, aſſumpſit? Sed quis non ignoret modum putredinis continentes creantem, quem (ni fallor) nullus ante nos exquiſitè explicuit? B planè agnoſceret extra naturam continentium modum inuaſionis fuiſſe. Sed mirabilius eſt, quod ſi falleretur, poſſet ignorantia medica eſſe infirmo vtiliſſima, nam timendo perpetuam creſcentiam non expectaret declinationem, & in vigore venam ſecaret cum magno ægrotantis commodo.

Tacuit Phrygius quid ſit moueri per pares, quod cupiens Mercurialis exponere, dum exponit diem ſecundum, quid docere voluit non capies, & falſa perſpicuè ſunt, etſi obſcura; vt ſunt etiam tradita pro ſolutione quæſtionis inquirentis, per quas vias lien per lotium expurgetur; ignorans commercium arteriarum lienis, quæ multæ ſunt, cum arteriis emulgentibus; de quo doctiſſimè, vt ſolet Andreas Laurentius egit *lib. 6. q. 27.* C Magnus tamen ſcrupulus reſtat, ſi ſcrupulus magnus eſſe poteſt, circa intelligentiam Galeni exponentis, quid ſit moueri per pares: verba ſunt; *Inuadunt quidam morbi, ſecundum diem primo grauiorem habentes, quartum tertio, & totas acceſſiones in diebus paribus. Qui longorum quidem morborum naturam quemadmodum in libris de criſibus oſtendemus, habent, indicium tamen ſeruertium, vt acuti propter acceſſionis vehementiam. Hi etiam ſecundo die interficiunt, & quarto, ſed ſexto plurimos.*

Primum videtur falſum, quod totas acceſſiones in diebus paribus habeant, nam ſibi clarè refragatur 5. *aphor.* 1 a. dicenti, quod acceſſio ſit deterius tempus totius circuitus quod eſt à primo inſultu morbi vſque ad tempus conſiſtendi; cùm ergo nullus morbus die ſecundo D ſui incipere queat, cùm omnis ſecundus neceſſariò referatur ad primum, euidens eſt, quod in primo die præceſſit acceſſionis principium, & non minus augmentum totum, aut maior illius pars. Quomodo ergo totas acceſſiones in diebus paribus habent, cum in illis vigor ſolus ſi detur, verè paribus mouebitur,

Deinde quæ maior acuties excogitari poteſt quàm ſecundo die, & quarto occidere aliquos, & plurimos ſexto? Et ſi hoc ita eſt, qua ratione longorum morborum naturas ſortiuntur, & hoc planè ſummo Dictatori opponitur 3. *prognoſt. text.* 1. dicenti, febres iudicantur eiſdem numero diebus, & ex quibus ſuperſunt homines, & ex quibus intereunt. Si ergo idem terminus præſcribitur ſaluti, & morti, vt eſt rationi conforme, repugnat, quod E morbus ſecundo, quarto, & ſexto occidens, & in ſexto plurimos, non debeat iudicari in eiſdem diebus, & ſic repugnabit, quod febres paribus periodicantes, morborum longorum naturam habeant, ſi in eiſdem diebus debent ægroti ſaluari, & periclitari. Nam vt intereunt vincente morbo, viuere debent morbo deſtructo in eadem duratione in qua occidere poteſt, aut omnes peribunt.

Primus ſcrupulus difficilè poteſt abſolui, niſi dicamus quod acceſſio ibi ſignificet ſolam deteriorem partem, & vt talis reliquas includat. Secundum dubium non parũ vrget, ſoluitur verò (ſi poteſt) quod intelligendus ſit Hippocrates in ordine ad ſolam criſim, hoc eſt, quod inſinuat Galenus tam obſcurâ doctrinâ, dicendo, quod acceſſionum moleſtia, & acuties cogit naturam, vt in ſexto criſim tentet, etſi in illo cocta materia eſſe nequeat,

queat,

quęat,quia pēdet ex multa, vt indicat acceſſionum tam diuturna durario,in qua criſi, & conflictu, aut ſuccumbet natura, aut vincet partem mareriæ, quà deficiente acceſſiones erunt leuiores, & morbus ſecurior,etſi longus ſuperſit, & ſic in eiſdem diebus fient iudicia in ordine ad vitam, & mortem. Galenus 1. *aphor. 36. circa finem* ſic loquitur; *Didicimus autem,quod in vehementioribus acceſſionibus iudicia fiunt,& quod morbi qui in diebus imparibus acceſſiones habent, citius iudicantur; qui vero paribus,tardant. Atque adeò,ſi in principio aliquis morbus peracutus eſt, hoc magis accidit in diebus imparibus;ſi tardare debeat,in dies pares acceſſiones incidunt.* Quæ doctrina non minùs quàm hactenus adducta difficillima eſt, cum de ſudoribus criticis ſermo habeatur,& ſi febris per pares moueatur, tardare criſes doceat:& loco de diebus decretoris citato,noter, quod acceſſionum grauitas, & irritatio occidat in ſecundo.& in quarto aliquos, in ſexto verò plurimos. Quod ſtare non poteſt cum doctrina aphoriſmi, docente abſolutè criſes tardare in motu per pares. Sed eſt quod reſpondeas, in aphoriſmo loquutum fuiſſe de iudicio,& criſi perfecta,quæ tardare debet,quia ſupponit coctam eſſe materiam perfectè: verùm de criſi abſolutè intelligenda eſt doctrina de motu per pares, quæ ad vitam,aut mortem in eiſdem diebus contingit, nempe intra ſextum, vt decet Galenus ob acceſſionum vehementiam; & cùm materia cocta eſſe perfectè non poſſit, occiduntur plurimi in ſexto,& liberantur aliqui, ſed non integre in illo die, ſed poſtea concocta materia,quæ cum ſit multa,non poteſt intra legitimum terminum acutorum domari,ſed conſtitutionem longorum attingunt, quia victa illa parte morbi in conflictu,& criſi tam graui primorum dierum, acutiem deperdidit,etſi poſſit etiam occidere,vt docuit Galenus. 3. *de criſibus,citato.*

SILENI HISTORIA

SI hiſtoria Sileni, vt docet exponatur, ſufficiet illa,vt omnia ferè accidentia quæ grauiora per morbos acutos euenire ſolent, intelligatis facilè & cauſas eorum exquiſitè inueniatis, & ex integra earum cognitione, quid operandum ſit in tam exitialibus morbis, & multò magis quid præſagiendum,aſſequamur;docet quidem tam pernicioſos affectus ſtatim agnoſcere, non ſolùm,vt breuiſſimè periculis occurramus,ſed etiam,vt à vulgi calumnia liberemur,ipſique prædicto periculo admirabiliores ſimus. Singulos dies ſeorſim explicabo, & cauſas omnium ſymptomatum aperiam, vt ex methodo noſtra methodum etiam in conſultationibus ſeruandam non ignoretis, ſi priùs noteris incommodam prauam victus rationem concomitantia.

Magna quidem,& admiranda morbi malignitas cum intolerabili incendio,quæ tot,& tam exitialia accidentia primo die ſuſcitauit:occaſionem eorum inordinatus præter modum viuendi modus Sileni præbuit, & quid aliud ex potationibus,laboribus,& exercitationibus intempeſtiuis ſperandum erat, præcipuè, ſi in hoc prauo viuendi modo educatus non fuit,quod mihi probabilius videtur,quando tam inſignem morbum primo die contraxit;contraxit verò,quia magna in eius corpore erat diſpoſitio,vt tam grandis mutatio, vel à leuiori agente poſſet introduci, nedum à cauſa febrem ardentem potente creare; labores enim, & exercitationes intempeſtiuæ,cum multa potatione (vini intelligite,& fortaſſis meri;vt qui ventri obſecundant,bibere conſueuere) ſanguinem bilioſum præter modum generant, & genitum durante praua victus ratione aſſiduè ſiccant, atrabiliariumque reddunt calefactione laborum,& exercitatio-

A ne. Et vinum,hoc ſi merum bibitur, calidorum humorum aptiſſima materia eſt, & calor exceſſiuus laborum efficienter ad eos diſponit,ſic & multa bilis, & ſanguis ipſe calidior generatur, & calore iam dicto aſſiduè vritur,cùm certum ſit per labores,& intempeſtiua exercitia ſerum,& aquoſitatem humorum plus quàm humores abſumi,& reſolui,quia tenuius,& ſic ſuo ſero priuati craſſiores, ſicciores, mordacioreſque manere, corroſiuos, & facilè inflammabiles,ſi cum ſero frigidiores,& temperatiores erant, & calefactioni plus reſiſtebant,ob hanc in ſanguine promptitudinem, vt inflammetur facilè, & ex multitudine excrementorum Silenum iam poſſidentium, orta fuit tantorum ſymptomatum varietas, & tam grauia, & maligna in primo die febris ap-

B paruerunt. Nullus enim calor tam vehemens,& vſtiuus primo morbi inſultu poteſt introduci, vt ſitim implacabilem,linguam aridam,peruigilium, & multò minus vrinas nigras cum nigro ſedimento, ſuperfluamque nigram diarrhœam,& ſpumantem cauſet,ſi magnam diſpoſitionem in materia non inueniret, quæ quia calida, iam ſicca,& corrodens erat, potuit calor in ea impreſſus tam breui tempore, tam malignam reddere, & quia multa,abundanſque erat, tot partes opprimere;vt lumbi,cerebrum, ceruix, inteſtina, & viæ vrinariæ eius diffuſionem & collignationem experirentur,& non minus cor, & reliqua viſcera, vt hinc etiam periculum ſtatim præſagire liceret, cum iam agnoſceretur tanta copia antecedentis materiæ quæ in coniunctam abitura erat, & ægrum occiſura, & breuiſſimè,ſi æger adoleſcens, &

C tam robuſtus non fuiſſet,ob robur enim tam magnum, moleſtiam mortis vſque ad vndecimum diſtulit.

Vt intelligatis incommoda laborum, & exercitationum intempeſtiuè obitarum, præſertim ſi multis potationibus, & ingluuiei adiungantur, tenenda eſt Hippocratis doctrina 6. *ǫpidem. ſect. 1. text. 19.* dicentis; *Exercitatio ſalutaris, non ſatiari cibis, impigrum eſſe ad labores.* Conſulit ergo, vt ſanus ſeruetur homo, quod cibis non repleatur,& quod ſe exerceat. nam repletio cibi duplex incommodum effugere nequit, inconcoctionis ſcilicet,& repletionis. Cruditas obſtruit ob lentorem, & craſſitiem crudorum, & repletio non minùs, imò plus, quia repletio totum corpus obſtruit, obſtructio crudorum, minimè, ſed in cauitatibus minoribus hærentes, ventilationem impediunt, quam plenitudo vniuerſaliter tollit,& hoc inconueniens neceſſario, qui

D ſatiatur incurrit, etiamſi totum alimentum exquiſitè conficiat. Duplex enim plenitudo ex multo cibo creatur,& ad vires,& ad vaſa:quæ ad vires,ſtatim corrumpitur,quia gubernari rectè repugnat, ſi vires excellit: quæ verò ad vaſa,non ſolùm corruptionem,ſed ſubitaneas mortes ſemper machinatur per apoplexias, ſyncopes, interceptiones vaſorum, aut eorum ruptiones, aut per febres continentes periclitantur.

Exercitium verò tam neceſſarium eſt ad tuendam valetudinem, vt vacare excrementis,nam ex omnibus alimentis excrementa neceſſariò creantur, quæ exercitatione debent reſolui; gliſcit enim calor, & vigoratur exercitationibus. Sic ſuperflua euacuantur,etſi euacuentur etiam vtilia,ſed minùs ſine comparatione;quia vti-

E lia retinentur,ſuperflua ſemper pelluntur. Incrementum ergo naturalis caloris defœcat corpus attenuando excrementa,vias per quas expellenda ſunt recludendo,& expellentem firmando:omnes enim actiones incremento caloris naturalis robuſtiores redduntur,& ſic retinenda & expellenda,retinentur, & expelluntur perfectiùs, vt quæ concoquenda,& attrahēda. Inde intelligetis quod quies ſimilia incommoda afferat,quæ repletio ciborum; cruda enim,& excrementa omnia per exercitium abſumenda,intus ſeruantur:calor naturalis in otio fatiſcit,& languet,& excrementis obrutus ſuffocatur, & ſic quieſcentes replentur,& onerantur crudis, tandemq; cachectici pereunt;

pereunt; exercitio enim corpus ventilatur, & calor reuiuiſcit excrementis expulſis, ob quod dicebat Hippocrates *lib. de diæta.* homo comedens ſi non exerceatur, ſanus eſſe non poteſt, & Galenus *lib. de rigore, & palpitatione,* ſcripſit: eſt mors vitalis caloris quieſcere, ergo multus cibus, & quies in idem conſpirant, replere nimirum corpus, & replere crudis: & cibus, & exercitium opponuntur; ille replet, hoc euacuat, ſed euacuando ſuperfluorum quamplurimùm, & vtilium pauciſſimùm, carnibus replet: implicat enim calorem naturalem augeri, euacuari ſuperflua; ſanguinem defœcari, & meliùs diſtribui, & non nutriri perfectiùs & magis: & cum iis carnes creatæ robuſtiores ſunt, quam in otio acquiſitæ, quia per exercitium, ſanguis, & quodcumque alimentum ſolidiora, redduntur. Et inde etiam patres ex firmiori alimento creatæ ſunt robuſtiſſimæ, & robuſtiores, quæ plus in exercitio laborant, velut ſi labor ipſe ſit alimentum earum. Eſt celebris ſententia Hippocratis, *ſexto de vulgaribus morbis, ſect. 5. text. 10.* verba ſunt: *Labor articulis, & carnibus cibus*; velut ſi diceret, etſi exercitium, & labor omnibus partibus conferant, quia excrementa omnium pelluntur, & commune inſtrumentum ſuarum actionum increſcit, meliuſque diſtribuitur; verùm articulis, & carnibus eſt labor alimentum proprius, hoc eſt roborantur magis, quia alimentum ſolidius ipſis accedit, & plus caleſiunt naturali calore, quia in motu locali, & exercitio articuli, & muſculi exercitantur magis, cùm ſint localis motionis voluntaria inſtrumenta; eſt in exercitio aliud ſingulare, vt creſcat omnium partium robur, nimirum, quod cauitates, & loca, quæ ante exercitium excrementa occupabant, poſt illud repleantur ſpiritu, & vitali calore, vt repleantur ſanguine, & partes præter hoc, naturaliorem ſtatum acquirunt, vt eſt conformius ipſis ſanguine, & ſpiritu impleri, quam extraneis, vt vitioſis corporibus, à quibus, vt repariuntur magis, ſic plus à naturali ſtatu recedunt; ad quem reducuntur ſi reſoluantur. Ob id paralytica membra fricanda ſunt, quando exerceri debebant, ne extenuentur impleta excrementis ab exercitio abſumendis; alimentum calore frictionum trahatur, calorque roboretur, & gliſcat, & ſic excrementa euaneſcant, quos effectus adfert, etiam picatio contra tabem membrorum tam celebris.

Tot commoda rectè viuentes, & res nonnaturales religioſè obſeruantes lucrantur, vt exponuntur periculis, & exitialibus morbis, eas contemnentes: Sic Galenus eſui fructuum horariorum indulgens, quolibet anno ægrotabat, quem conſilio ſui Patris omittens, ægrotare deſiit, & ad ſeruandam ſalutem tantam vim recto vſui rerum nonnaturalium tribuit, vt de ſeipſo referat, quòd, etſi à primariis diſtemperantiis fuiſſet formatus, & ſtudiis, & laboribus tam deditus, nunquam niſi aliqua febre diaria laborauit, poſtquam religioſè, & inculpatè vixit, & omnes ſic ſe regentes, non morbo aliquo, ſed morte naturali obituros cenſet, arguit enim doctiſſimè *lib 6. aphor. text. 17.* ſolam debilitatem partium, non eſſe ſatis vt morbi eueniant, ſi alimentum virtuti partium proportionatum ſumatur, & excrementa, vt decet obſeruando res nonnaturales pellantur: & hoc explicat exemplo articularis morbi, quo aff. cti, etſi in articulis inſignem debilitatem cõtraxerant, & hæc ſit perpetua non ob eam arthritide perpetua laborant, ſed intermittitur per longa internalla donec ob prauam victus rationem excrementis rurſus collectis & pluſquam poſſint reſolui, in articulos pelluntur; & reiterantur tormenta.

Certum ergo debet eſſe omnes potentias vt decet operando, robuſtiores, & agiliores effici, quod reſpiciens Hippocrates loco nuper citato *ex 6. epid. ſect. 5. text. 10.* vt pro articulis, & carnibus commendauit laborem, extulit etiam ſomnum pro viſceribus, quia viſ-

A cera in ſomno operantur validiùs quàm per vigiliam; dixerat alibi *6. epid. ſect. 5. text. 29. Sanguis in ſomno intro magis fugit:* & rurſus *6. epid. ſect. 4. text. 21. Manifeſtè qui vigilat, eſt calidior extrinſecus, frigidior intrinſecus, dormiens è contra.* Replentur ergo dormientium viſcera ſpiritu, & ſanguine, indéque & materia, & efficiens augentur interiùs; fiuntque coctiones, & generationes ſpirituum feliciſſimæ, quas vtilitates aſſequutus Galenus, paruæ pilæ exercitio proprium libellum dicauit, illud extollens, quia omni differentia motionum corpus exercetur, & totum robuſtius efficitur: & oculi quorum eſt in illo ludo attentio tam ſumma, vt varios motus pilæ concipere poſſint, perſpicacioris & acutioris viſus redduntur, ob tam aſſiduam, & attentam viſionem. Eaſdem vtili-
B tates in exercitio & labore ſenſuum internorum comparant, illos aſſiduè exercentes, quod in eodem textu Hippocrates docuit, dicendo; *Labor articulis, & carnibus cibus, ſomnus viſceribus, animæ deambulatio, cogitatio hominibus.* Hoc eſt homo dum cogitat, ambulat anima, id eſt exercetur; & vt reliqua in textu adducta, exercitio ſuo redduntur firmiora; ſic & internæ potentiæ, dum cogitant; nam ſuum ambulare, aut exerceri, vt validiſſimè, & facilè operentur, eſt cogitare. Labitur ergo omnium facultatum robur quieſcendo, ſeu non operando.

Sed cùm labor, & quies, cibus, & potus; vigilare, aut dormire ſint res nonnaturales, & hæ ſic conducant ad morbos, vt ſaluti conferunt, modus in his ſeruandus
C eſt, vt ſemper ex parte ſui valetudinem tueantur, & nunquam morbos creent, quod de ſomno, & vigilia notauit Philoſophus, proprio libello docendo, non poſſe dari animal quod ſemper vigilet, aut perpetuò dormiat, ſed mutuam viciſſitudinem inter illa duo ſeruandam, tenendamque eſſe: nam vigilare ſemper, exſoluit affatim vires, quia vt nuper ex Hippocrate dicebamus, ſi vigilans eſt calidior extrinſecus, & intus frigidior, defertur calor vitalis interna, & ad extra mouetur, ſicque reſoluitur, & omnes vires ob eius penuriam concidunt, ob quod dormire neceſſe eſt, vt vires inſtaurentur recuperato vitali ſpiritu, & non reſoluto; vt per ſomnum reſolui non poteſt, ſed intus ſeruatur, & viſcera roborat. Semper vero dormire, eſt etiam mori, quia vt intus ſeruatur calor vitalis, ſeruantur etiam excrementa, & fuli-
D ginoſa corpora, à quibus ſuffocantur ſpiritus: totum obſtruitur, & apoplexia ſuccedit, repleto cerebro, aut periclitatur paulatim extincto calore; qui vt ſeruetur duplici motu indigere paſſim Galenus docuit. Duplex verò motus partim vigilando, partim dormiendo celebratur, quia ſomnus intro ſolùm, vigilia verò extra tantùm, calorem vitalem mouet, ob quod ſomnus ſemper replet, vigilia inanit, & diſſipat, & tam validè inanit, quod voracem illam Hippocrates appellauit *6. epid. ſect. 1. text. 17.* dicendo; *Aqua edax, vigilia edax*; vt hæc reſoluit, reſoluit inedia, & vt ſomnus replet, replet cibario, & qualibet multùm, aut paucùm, aut moderatè, vt eſt. Idem in motu, & quiete inuenies; hæc replet, ille diſſipat; illa infrigidat, & hic ſemper; ille infrigidat ſi nimius ſit, ſem-
E per tamen priùs calefacit, ſiccat tamen ſemper; & quies humectat, & quia humectat, & infrigidat, crudis replet, & ſuffocat; & è contra; quia crudis implet, infrigidat, & humectat, mutua enim circulatione ſe augent, & fouent. Hæc in corporibus ſanis prius intelligenda ſunt, nam in infirmis ex accidenti contraria euenire ſolent. Motus enim, corpus crudis onuſtum etſi prius calefaciat, non ſiccat illud, nec inanit, ſed humectat, & replet, quia concreta, & cruda aliquando priuſquam reſoluere poſſit, vtrumque contingere inexplicabile eſt; nam concreta ſi liquentur, humectant magis quam anteà, & fuſa liquata quæ maiorem locum neceſſariò occupant, & ſic plùs replent, quàm ante, & conuulſionem ex repletione creare calor ſolet, ob quod quando in

apho

aphoriſmo dicitur, melius eſt febrem ſuperuenire conuulſioni, quàm conuolſionem febri, niſi limiterur, falſum inuenies; nam conuulſio ex copia crudorum augeri poteſt ſuperueniente febre, præſertim ſi intenſa non ſit, & occidere: & ſi conuulſio ex inanitione creetur, febris ſuperueniens certa pernicies erit. Eodem modo quies calefacere poteſt, ſi poſt motum iam per nimiam diſſipationem infrigidantem ſuccedat, & vt in ſano crudorum copiam creabat, extenuatum à nimio calore, & tabidum, ſubſtantificè ex accidenti humectabit, quia humidum vtile, & vitale calidum prius detinet, quàm excrementa humida, & frigida creet.

In omnibus ergo rebus non naturalibus ſeruanda eſt mediocritaa per mutuam viciſſitudinem, quæ ſi deficiat, tenent ſe non ex parte naturæ, ſed morbi: nam multa quies, ſomnus extenſus, & copia cibi, vt excrementorum retentio, replendo corpus occidunt. Multus labor, & inſolens, vigilia immoderata, inedia, & parcitas cibi, vt multa inanitio, euacuando, & vires aſſiduè exſoluendo, interficiunt. Sic de inedia, & euacuatione, *lib. 1. de veteri medicina.* ſcripſit Hippocrates. *Fames enim magnam potentiam in naturam hominis habet, & ſanandi, & debilitandi, & occidendi; multa verò etiam alia mala diuerſa quidem ab hac, qua ex repletione fiunt; non minus autem grauia vacuationis ſunt. Quapropter multò varietatior eſt, & maiorem diligentiam requirit: oportet enim modum aliquem coniectare, &c.* Modum verò explicauit in quibuſdam rebus, dicendo; *Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia mediocria.* Quibus verbis, non ſolùm mediocritatem conſulit, ſed ſimul ordinem poſuit in omnibus rebus ſeruandum. Mediocritas verò dicitur illud quod vnicuique naturæ, ætati, & regioni conuenit; huic enim mediocritati aſſuefieri debet quilibet, vt ſanus ſeruetur: Eſt pueris ſua mediocritas, iuuenibus alia, vt alia ſenibus, alia foſſoribus terræ, alia aulicis, alia pituitoſis, alia attrabiliariis, alia ſanguineis, de quibus innumeræ ſententiæ ab Hippocrate traditæ ſunt; vt in aphoriſmo dicitur, *carnes humidas habentibus, famem adhibere conuenit; fames enim corpora ſiccat*; & quibus fames conuenit, conuenit etiam exerceri, & laborare plus, ſed minus dormire: parcior potus, & potus ſit vinum, & hoc album, & minus limphatum, & cibus vt parcior eſſ: debet, aromatibus, & piperatis debet condiri: plus etiam euacuari debent: & quia venus euacuat, eſt pituitoſis minùs vitanda, in quem ſenſum Hippocratea 6. *epid. ſect. 5. text. 11.* ſcripſit, *venus in morbis à pituita, vtilis.* Dixiſſet meliùs, pituitoſis naturis, quàm iam morbo pituitoſo oppreſſis. nam laborantibus iam, virtus nequit conſtare ſatis, vt debilitati congreſſus ſuſtinere queant ſine læſione, & quia pituita eſt frigidior omnium quæ dantur in corpore, & venus, etſi primò calefaciat, tandem euacuatione ſubſtantiæ calidæ, & ſpirituum infrigidat, non poteſt frigiditatem corrigere, ſed augere. Conuenit tamen quia ſemper ſiccat motu, & euacuatione. Sed quia tantus Author de venere ſponte excitata, non per artem, aut aſſidua cogitatione, loquebatur, & ſponte frigidis rarò ſuperuenit; putandum eſt humiditate magis, quàm frigore diſtemperatos eſſe, & iis propriùs conuenit. Nec ob id intelligatis ſenibus conuenire, cùm ſint pituoſi, nam præter quam quod virtus iam labitur, aut lapſa nimis eſt, ſunt etiam ſicciſſimi; ob quod eſt ſenibus certa pernicies. Sanguineis verò ſecurior, bilioſis minùs, quia ſiccat nimis, & primo inſultu calefacit: melancholicis verò nociua ſatia eſt, quia ſiccat, infrigidat tandem; & ſpiritibus carent, ſine quorum euacuatione nimia, congreſſus non celebratur. Hos ad venerem excitari nimiè ob flatuoſi ſpiritus copiam Philoſophus planè teſtatur. Sed vt intelligatis Hippocratem, coitum pituoſis commendantem, notare, quod pituitoſa excrementa bifariam generantur, aut ob frigidam, & humidam intemperiem, aut ob ingluuiem, aut eſum alimentorum pituitoſorum, & his propriùs venus conA uenit, quia non ita crudis replentur ob defectum caloris natiui, vt propter errata, & ſic venere ſiccantur, & euacuantur, & caleſiunt: reducuntur enim ad naturalem calorem euacuatis crudis excrementis, & motu etiam caleſiunt. Qui verò ob frigidam intemperiem, pituitoſa creant, non ſanantur ſecurè per venerem, quia tandem infrigidantur.

Sed inquiretis ſolliciti qua ratione cruda euacuantur per venerem, ſi ſemen ſolum reiicitur, quod quia calidum, & ſpirituoſum, retineri potius debebat. Eſt pulchra ſolutio, bifariam contingere, & calore congreſſus, & multò plus, quia. vt docet Albertus, centum partes ſanguinis requiruntur, vt vna ſeminis fiat, & ſic, vt nouum ſemen creetur, multum crudi ſanguinis conſumitur, & multò plus ſine comparatione, quam ſeminis.

B Quia verò dixi venereas cogitationes, etſi homo ex ſe omninò aptus non ſit ad venerem inclinare, notare debetis, quod etiam cogitationes illæ excitantur ſæpè, aut ex ſeminis copia, aut eius acrimonia, & interdum efficaciùs in ſomno quàm in vigilia. Nam in ſomno quædam ſentiuntur meliùs, quia ſolet eſſe anima minùs diſtracta in illo quàm dum vigilat; vt de illo à Galeno relato, ſomniante quod habebat crus vnum lapideum, & poſtea incidit in paralyſim illius cruris, qui nunquam per vigilias habuit indicia aliqua futuræ paralyſis, quæ in ſomno percepit: & ſic experimur nonnullos ſomniantes ſemen effundere, qui per vigilias nullo modo irritantur, de quo euentu mirabilis hiſtoria ab Hippocrate traditur *lib. quarto epid. text.* 130. ſequentibus verC bis. *Nicippus in febribus ſemen effudit ſomnians, & non venit in deterius, & hoc ſæpè fiebat, & nihil læſus eſt. Prædictum eſt illi fore, vt ceſſarent, cùm febres iudicarentur, & factum eſt ita.* Vt hinc conſtet perpetua veritas Medicorum dicentium res non naturales, ad ſalutem, & mortem indifferentes eſſe, quarum modum ſalutarem Silenus contemnens, lethaliter, vt iam explico, laborauit.

Primus dies exponitur.

Silenum, qui apud Platamonem propè Eualcidem habitabat, ex laboribus, & potationibus, & exercitationibus intempeſtiuis, febris corripuit; D *cœpit autem ſimul dolere lumbis, & capitis grauitatem habebat, & ceruicis erat contenſio: ex aluo autem primo die bilioſa ſyncera, ſpumoſa copioſè multa efflaebant; vrina nigra nigram hypoſtaſim habentes; ſiticuloſus, lingua arida, nocte nihil dormiuit.*

Mira, (vt nuper dicebam) ſymptomatum varietas, & pernicies primo die Silenum oppreſſit, ex Intempeſtiuis rebus relatis, bifariam verò exercitia, & labores intempeſtiua fiunt; aut quia plus temporis durent, quàm deceat, aut quia non concocto cibo, & potu celebrantur, & nunquam periculoſiora quàm hoc ſecunE do modo, & tantu plus quanto à cibo recentiùs aſſumpto, præſertim ſi lurco exercitatus ſit: nam vehemens, & immoderati temporis exercitatio, crudiorem cibum diſtribuit, obſtructiones preſſiores fiunt, cacochymia maior, & duplex excrementorum generatio ſuccedit; crudorum nempè, & bilioſorum. & cruda partim aduſta per ſuperficiem extimam, vt quando maſſa ſub cineribus coquitur, & cruſta illa ſuo modo crudis ſuccis; vt inuolucrum inſeruit, ſicque difficiliùs reſoluuntur, ſemper tamen bilioſorum plus accumulatur, præſertim in vini meracioris potatoribus. Nec mirum videatur, quod de crudis incruſtatis nouiter duceo; nam ſi omnes cum Galeno opinantur, cruda à calore immodico lapideſcere, quid mirum vehementis exercitij, & laboris acrem calorem

lotem cruda extimè torrefacere, præſertim in ætate Sileni. Quod ſi concocto iam cibo vehementiùs, & magis aliquis exerceatur, totus ſanguis hileſcit, ſiccatur, & atrabiliarius redditur. Hinc Silenus tam exitioſè ægrotauit; erat enim non dubiè nimit obſtructus, cum magna copia duplicis excrementi iam dicti, ſed calidioris maiori; obſtructio namque nimia vaſorum longiſſimas, & moleſtas acceſſiones creat, & bilis intenſiores præ reliquis ſucci, ſicque internè combutuntur, & nigredinem comparant excrementa, & humores: & cum à tanto calore cruda neceſſariò liquentur, & multæ obſtructiones reſolutionem impediant, diuagantur per corpus; & cùm nulla ſit pars à crudis libers, omnes patiuntur ſuo modu fluxiones, ſicque Silenus febrem ardentem contraxit, & doluerunt lumbi, caput, & ceruix, & natura non ſuſtinens copiam, & prauitatem ſuccorum, cœpit per aluum, & non ſegniter, copiam & prauitatem deponere; fluxeruntque billioſa, ſyncera multa, & ſpumantia. Cur biliuſa, & multa, dictum iam eſt; ſyncera verò dicuntur, & quia alius humor admixtus bili ſenſibiliter non apparuit, & propriùs periculoſiúſque, quia ſine ſero pellebantur, ob cuius defectum ſynceri propriè ſucci dicuntur: conſumptum enim erat immoderato labore, & calore; & hoc indicarunt etiam vrinæ nigræ, ob aſſationem ſeri ſic redditæ, & non minùs hypoſtaſis nigra vſtionem craſſorum oſtendens. Sic Galenus 1. *prorrh. com.* 4. loquitur. Demonſtratum eſt, nigras vrinas ob ſerum bilis atræ vuà cum excrementis aquoſis emiſſum procreari, & quando à tali cauſa creantur, mortales iudicantur ab omnibus, nam calor ſerum ita vrens, vt nigrum appareat, incoctiles ſuccos reddit, ſerum præcipuè, quod ex ſe incoctile eſt. Incendium etiam internum ſpuma deiectionum oſtendit ob nimium feruorem creſts. Sitis etiam, linguæ ariditas, & peruigilium planè idem ſuadent. Eſt textus celebris Galeni 3. *aphor. com.* 20. vbi de iis, qui excrementis pleni exercitantur, ſic loquitur. *Verùm ſi hominem pituita plenam, vel flaua bile, vel atra, vel ſanguine volueris exercere, ei morbum comitialem, vel apoplexiam exercitatione contrahes. Aut ſi hæc mala non eueniant, periculum imminet, ne rupto vaſe in pulmone, in morbum incidat inſanabilem. Multi verò cùm febricitare cœpiſſent propter exercitationes, acutiſſimis morbis fuere correpti.*

Notanter dixi quòd calor ſuccos ita vrens, vt nigrum etiam ſerum reddatur, incoctiles derelinquit; quia coctio permiſcendo, & coagmentando ſiccum cum humido fieri debet, ſynceri verò humores, & nigri iam ob ſerum aduſtione conſumptum, humore ſuo, naturalique ſero depopulati, incoctiles fiunt, quia ſemper quòd à calore alterantur, vruntur plus ob humoris defectum, & coqui nequeunt, niſi humectentur, & calor vrens remittatur. Et hoc, vt magnum quid memoriæ mandabitis, quia eximiè ad praxim pertinet, vt pertinuit iam ad prognoſticum ante nos à Galeno etiam adductum. Nec contemnenda ſpuma in deiectionibus viſa, ſed vt prauum ſignum habenda, flatum enim intra materiam viſcoſam incluſum à feruore excitatum ſignificat, qui etiam materiam illam attenuauit, & diaphanam reddidit. Eſt verò aut ſuccus crudus, aut humiditas aliqua colliquata vehementià caloris, & hanc ſi deiectiones ſyncera fuerunt, certiùs ſignificant, ſignum quidem prauum, & millies ab Hippocrare damnatum, vt tractatu de colliquantibus febribus latiùs expoſui. Hæc primo die Silenum oppreſſerunt, praua quidem omnia, & timenda ob adductas iam cauſas. Habuit enim primo die lotium Sileni ſigna repugnantia coctibni, eratque in augmento lethali.

Dies ſecundus.

Secundo febris acuta, deiectiones plures, tenuiores, ſpumoſa, vrina nigra, noctem difficulter tulit, delirauit parum.

Non dicit quod ſecundo die fuit febris acuta, quia in primo non fuiſſet, ſed exaggerans illam, & quia moleſtior, & prauior, quàm in primo die fuit, habuit maioris prauitatis, quòd deiectiones tenuiores fuerint, & nocte delirauit; ſemper enim tenuitas maior in excrementis crudis, deterior cenſenda. Aut enim vehementior putredo ſignificatur, plus mixtum diſſoluens, & humidas partes, & ſiccas diuortium committere maius; aut colliquati magis humiditates vtiles, craſſos humores, & viros, plus diluentes. Hanc certiorem cauſam, vt prauiorem etiam amplector, niſi cenſeas etiam calorem tam acerrimum fuiſſe, vt more medicamenti diuretici ſanguinem aſſando, compreſſerit partes terreas ſiccitate denſatas antequam conſumpſerit; & hoc expreſſum, & ſeparatum, cum excrementis aliis permiſtum, & expulſum per aluum, illa diluerit, vt tenuiora apparerent. Cauſa etiam maiorem prauitatem quàm ſimpliciter colliquans, ſignificans, non enim ſine colliquatione poſſibilis eſt, & habet prauiùs, quòd diximus. Hæc cauſa excrementa plus diluit, aquoſiora reddit, abſque vllo lentore, & minùs fœtentia, quàm ſi à pinguedine, aut carne liquatis diluerentur, nihilque oleuſum, vt in iſtis ſupernatabit, & in maiori quantitate deiectiones fient; multùm enim, & plus ſeri, quàm humiditatum vtilium per vaſa diuagatur, & pellitur plus, quia faciliùs aquoſum fluit quàm lentum; & faciliùs à renibus trahitur.

Hanc febrem quam ſecundo die acutam appellauit Hippocrates, putat Valleſius fuiſſe ardentem, & moueri per impares, etſi certum iudicium ferri non poſſit, ob aſſiduitatem laborum. Crederem ego duplicem potius tertianam fuiſſe, & quolibet die acceſſionem nouam ſuccedere, & quamlibet prauiſſimam, ſine ordine tamen in modo affligendi, & grauitate ſymptomatum, nam diem tertium grauiorem duobus primis poſuit Hippocrates, & in quarto omnia æqualem exacerbationem habuiſſe. Implicaret verò ſi febris ardens ſola, & ſimplex fuiſſet, tertio die exacerbari, & habere æqualem perniciem in quarto, ſi non accederet noua repetentia, aut per pares moueretur: nam in motu impari ſemper pares leuiores debent eſſe, quia ſemper in illis declinare debent, & ſic aut motus erat per pares, aut erat duplex tertiana continua.

Dies tertius, & quartus.

Tertio omnia exacerbata ſunt, hypochondrij contenſio ex vtroque ſubmollis vſque ad vmbilicum protenſa, deiectiones tenues, ſubnigra, vrina turbata nigra, nocte nihil dormiuit, ſermones multi, riſus non poterat ſe continere. Quartò cum eiſdem.

Quia tertio die omnia exacerbata fuerunt, intulit Valleſius ardentem febrem fuiſſe, velut ſi quartus tot Sileni tormenta mitigraſſet, & in illo ſimiliter non affligeretur. Apparuit in die tertiò vtriuſque lateris in hypochondrio contenſio ſubmollis, ideſt latua dextrum in regione iecoris, & ſiniſtrum in regione lienis tenſa, & eleuata non multùm percipiebantur, nam ſi multa eleuatio fuiſſet, non appareret ſubmollis, ſed duta propter nimiam tenſionem. Contenſionem eorum, ex qua diſpoſitione ardorem potiùs cum humorum fluxione, quàm veram inflammationem, ſeu verum tumorem fuiſſe, deducit Valleſius, & cum hoc dixiſſet in initio commentationis hiſtoriæ, admittit hunc diem exponendo verum eryſipelas fuiſſe, & iam exteriùs cœpiſſe apparere, & ſeptum tranſuerſum obſidere, & ſic deliraſſe, quia delirium eſt ſignum propriiſſimum, & nimis affine ſepto inflammato, de quo ſic affecto docuit Galenus tam promptè delirium cauſare, quod parum à continuo delirio diffet delirium ſepti.

Montanus verò veram fuiſſe inflammationem ſepti putauit, & hypochondria tumida non apparuiſſe. Sed vbi

vbi legit Valleſius contenſio ſubmollis; legendum eſt, contenſio ſubuacua, & ſic Galenum legere conſtar. Appellatur verò contenſio ſubuacua, quia intro hypochōdria renduntur quando ſeptum verè inflammatur, hoc eſt retrahunrur intro attracta à ſepto tumente, cui ſunt alligara, & eſt eſſenriale ſignum ſepti inflammari. Et quia nullus humor hypochōdria ipſa tenebar, erat contenſio eorum ſubuacua; ideſt non dura, oec plena, ſed ſub naturali molitie eſſe perciplebantur. Ego verò ſeptum verè fuiſſe inflammarum purabo nuoquam; quicquid Auctores dicant. Ratio me conuinceos eſt, quod delirium ſepti poſtquam ſemel prehendir, nunquam ceſſar; quando malum ſemper augetur, & auctum occidit: & conſtar ex Galeno dicente ob id, quod deliriom ſepti parum à continuo diſtat, ideſt, quod etſi deliriom ſepti non ſtatim apparear quando inflammatio incipit, quia cerebrom debet compati: quod in primo inflammarionls inſultu implicat; & propter diſtanriam ita contingit: ramen quando iam ſemel cerebrum ſepto conſenſit, & durat io ea magnitudine inflammatio, & delirium nunquam ceſſar, oec ceſſare poteſt, vt non ceſſat effectus quandiu cauſa eius adæquata non minuitur. Ergo ſi malum Sileni creuit in dies vſque ad interitum, & delirare cœpit in nocte ſecundi diei, vſque ad quartum, & quinto mente conſtitit, quando febris, & malom exirioſiùs afflixit, non fuit delirans ob ſepti inflammationem, nec potuit; ſed ob aliam occaſionem murabilem, nec tam facilè, vt ſeptum delirare cogentem; nec à quinto in quo mentem recuperauit, delirium rediuit, illud enim noo taceret Hippocrates, cùm ſit ram graue, & conſiderabile ſymproma. Nec capio ſi ſeptum verè inflammatum fuiſſet, & in morbo ram graui, quomodò quando mente conſtabar, poruit eſſe reſpiratio tam magna, & rara per totum morbi rempus: ſi inſtrumeorum tam eſſentiale reſpirationis verè tumidum, & inflammatum exiſteret, & neceſſariò doleret, & plus dum mouebaror.

Cenſeo probabiliùs hypochondrium verè tumidum fuiſſe, non ramen durum inſigniter, vt per exquiſitas inflammationes humidas eſſe conſueuit: & hoc notauit Hippocrates, dicendo fuiſſe hypochondrij contēſionem ſubmollem, id eſt non tam duram, vt quando verè inflammatur, nec ram mollem, vt quando exquiſitum œdema hypochondrium occupat. Putauit enim Galenus crudos ſuccos cum bilioſis Silenum haboiſſe, & ſic tumor, aot contenſio hypochondrij ſubmollis ſuit, quia compoſita ex humore nimiè indurante, bilioſo ſcilicet, & extremè emolliente, vt eſt ſuccus crudus, & ſic ſubmollis tenſio apparebat, quia vterque fluxit, & vnus attemperabat effectum alterius. Nec probo doctrinam Valleſij, quòd palpitario perpetua hypochondrij à ſolo incendio cauſaretur, ſed maiorem cauſam fuiſſe obſtructiones naturalis regionis, & partium magnam arteriam circundantium ſimul cum febre; Silenus enim non potuit non eſſe nimie obſtructus, vt docui, & docuerunt Expoſitores omnes. & in hypochondricis quotidiè percipimus vehementem illam palpitationem, etiamſi nullo modo febricitent; & in fœminis obſtructis ſimiliter. Obſtructiones verò Sileni ſatis perſpicuæ erant, ex aſſiduitate acceſſionum, & mira confuſione earum, & ſymptomatum, & hypochondriorum tenſione.

Deiectiones hoc die fuerunt tenuiores quàm in præcedentibus; & iam cœperant atro colore tingi, ſed moderatè, aut remiſsè, vtrumque ſignum grauiorem morbum reddi planè ſignificat. nam tenuitas maior excrementorum, crudiratem maiorem portendit, & iam concoctricem vinci, ſi coctio ſemper incraſſat, aut efficit (vt nuper dicebam) maiorem colliquationem excrementa diluentem. Vrinæ etiam turbatæ exierunt, ſubiugales quidem, non ob concoctionem craſſeſcentes; nam coctio, etſi à calore fiat, eſt tamen intrà limites naturalitatis, quatenus coquit, & ſic meo iudicio non perturbat vrinas tam validè, vt ſubiugales appareant, vt hinc intelligaris, quòd non ſemper vrinæ turbatio coctionem incipientem ſignificat, vt Galenus putat 1. *de criſibus*; ſed diſtinctione eſſe opus. Extra dubium enim eſt, quod calor febrilis inſignem feruorem ſuccorum inducere poteſt, & vrinas turbare, ob quod, & dolorem capitis ſignificare ſolent, futurum aut præſentem, vt 1. *aphor.* dicitur, & cum eis deliria ſuperuenire, paſſim experimur. Valleſius cenſet turbatas apparuiſſe, non ob febris feruorem, ſed quia maior copia humoris nigri fuit expulſa cum ſero, quod mihi non placet: nam deberent eſſe multò nigriores præcedentibus, quod Hippocrates non notauit, ſed nigras, vt præcedentes apparuiſſe. Nec cenſeo ſemper debere eſſe deteriores, quia maior copia humoris nigri per lotium expellatur, eſt enim opus diſtinctione; nam ſi plus fuit expulſum, quia plus de nouo fuit genitum ab vrente calore, deterius erit: ſi verò humor niger ante morbum creatus erat, vt per morbos acutos ſemper ferè contingit, non cenſerem deteriores vrinas, quia plus illius ſucci ſecum afferrent, potiùs enim robuſtiorem expellentem ſignificabunt, quantitatem verò de nouo genitam, non. Nec ſemper maior excrementorum expulſio, maiorem creationem eorum innuit, cùm oriri non dubiè poſſit ex maiori ſuccorum vſtione, aut putredine, plus excretoriam vim irritando, quod peſſimum eſt. Et hanc cauſam in Sileno certiorem cenſeo; quia in quinto die maioris colliquationis ſigna apparuerunt, vt calor intenſior feruorem, vſtionémque maiorem, & colliquationem etiam feciſſet. Nec dubito ſimul poſſe maiorem copiam nigrorum à tanto calore creari, ſed doceo quod non ſemper vberior expulſio, creatam fuiſſe de nouo ſignificat. Faciliùs quidem eſt materiam prauam iam genitam acriorem à calore reddi, quàm prauam de nouo generari ex benigna materia; nouam verò creari abſque noua acrimonia in praua iam genita introducta repugnat. Ergo ſi ab expulſione vberioris materiæ, grauior morbus reddatur, nouam maligniorémque corruptionem, aut maioris copiæ creationem culpabis, aut vtramque. Si verò meliùs æger ſe habeat, aut ſaltem non deteriùs, fortior expulſio cauſa erit, non neceſſariò praua aliqua occaſio, & fortaſsè conueniet talem euacuationem iuuare, per quamcumque regionem pellatur, vt in curatione dicetur.

Nox tertij diei fuit laborioſa nimis, ſomno omnino priuata, ſermones multi, & inter illos ridebat Silenus, nec continere poterat, ab iis Viſionem maiorem fieri debere certiſſimum eſt, mutuóque ſe fouent relata ſymptomata, peruigilium calefacit, & ſiccat, ſanguinémque vrit, & virtutem potenter exoluit vitali ſpiritu reſoluto: ſermones multi, & riſus, vt ſe continere non poſſet, in idem damnum conſpirant, quia ſine locali motione fieri nequeunt, vt peruigilium; & hæc ſunt ſibi ad inuicem cauſæ, omniáque ſiccant, & calidam intemperiem cerebri à qua procedunt, intendunt. Futurum delirium Sileni peruigilium ipſum cum morbo ſtatim incipiens clarè ſignificat; nam vt in prognoſtico ſcribitur; *Peſſimum eſt, nec noctu, nec diu dormire, quia aut dolore, & labore vigilabit, aut delirium ſuccedet huic ſigno.* Silenus verò, etſi dolores non leues, & laſſitudines graues patiebatur, ob quas dormire non potuiſſet, verùm quia à primò morbi ingreſſu, caput, & ceruix doluerunt, aſcenſum in cerebrum timere oportuit, aut magnum cerebri incendium excrementa cerebri liquans, & mota per partes diuerſas, ad ceruicémque deriuata, dolores varios

& ceruicis contenſionem cauſant. Verum tantum peruigilium, vt fuit prima nocte, & cum tot grauibus ſignis viſionem ſignificantibus à cerebri incendio, & viſa fuligine creari probabilius apparet; rarò enim dolor laſſitudinis, aut liquatorum excrementorum in morborum initio tam grauis eſſe ſolet, vt omninò ægri non dormiant.

De cauſa riſus Sileni diſcordes Authores inuenio, inter quos ſingularem philoſophandi modum Valleſius noſter ſcripſit, etiamſi nullus eum ſugillet, nec citet, quamuis doctrinam eius ſequuti non fuerint; verba Valleſij refero; Ridebat, vt ſe non poſſet continere, ſi hic riſus per dementiam fiebat, profectò ſecura videbatur eſſe, ſiquidem cum riſu fiebat. Quare cum tam longè abeſſet homo à ſecura affectione, ſuſpicor non tam fuiſſe riſum ex motu animi natum, quàm impotentiam quandam continendi ſeptum tranſuerſum, ob calorem partium ad eam regionem pertinentium, aut ob motum conuulſiuum ipſius ſepti, de qua riſus ſpecie *libro 5. controuerſiar. cap. 9.* diſſeruimus. Hoc ſymptoma eſt, quod, vt ſignificet Hippocrates, dicit, *Riſu non ſe poterat continere*: atque hoc quoque ſymptoma naſcebatur ex calore circa hypochondrium, & ſeptum cui loco proindè admouenda erant tunc temporis frigida epithemata. Hæc Valleſius: omnia verò difficillima mihi ſunt; eſt in primis falſum, quod affectio riſum inducens non poſſit eſſe mortalis, quia Galenus omne genus phrenitidis appellauit mortale: & ſi eſt in opinione Galeni inflammatio vera, & hæc creatur à ſanguine, ridere in illa poterunt, & periclitari nihilominus. Quis enim periculum abeſſe in cerebro à ſanguine inflammante, ſuſtinere poteſit, ſi nulla talis affectio in partibus internis ſecura eſſe poteſt, nedum in cerebro parte tam principe? nam ſi ita, vt opinatur Valleſius, neceſſariò contingeret, omnes affectiones à ſanguine ortas ſecuras putaremus, quod eſt planè falſum. Ridere verò, in opinione omnium nullam aliam ſecuritatem ſignificat, niſi quatenus innuit talis morbi ſanguinem eſſe cauſam. Decepit fortaſſis Valleſium *aphoriſm. 52. ſect. 6.* in quo ſcripſit Hippocrates; *Deſipientiæ, quæ cum riſu fiunt, ſecuriores, quæ verò cum ſtudio, perículoſiores*; quem non oſcitanter legens Galenus, cœpit expoſitionem, reprehendendo tacitè Hippocratem, & publicando abſolutè, *Nulla deſipientia ſecura eſt*; vt intelligeremus ridendo periclitari poſſe. Sed cùm ex omnibus phreneticis ſaluentur pauci, plures verò periclitentur, ſaluantur plures in linea ridentium, quàm in quacumque ſtudij, aut maniæ delirantes; quia ſanguis faciliùs, quàm reliqui humores ſuperatur; notabitiſque, quod Galenus in expoſitione adducti aphoriſmi rationem tacuit, ob quàm deſipientiæ cum riſu ſecuriores cenſendæ ſint, eam verò retulit libello de humoribus, (ſi liber ille legitimus eſt) & dicit, quod omnes admittunt, quia nimirum à ſanguine oriuntur, in quo libello peculiarem modum delirij pituitæ etiam accommodat, quod teſtimonium in noſtra ſchola hactenus, nec lectum, nec traditum fuit.

Dicebat rurſus Valleſius, riſum illum non tam fuiſſe riſum ex motu animi natum, quàm impotentiam quamdam continendi ſeptum tranſuerſum ob calorem partium ad eam regionem pertinentium, aut ob motum conuulſiuum ipſius ſepti. Verba quidem obſcuriſſima ſunt, & nullo modo intentum confirmantia: non enim explicuit quid ſit illa impotentia ſepti, vt ſeipſum non poſſit continere, nec cur illa impotentia ridere cogat, quòd ſeptum non poſſet in Sileno ſe continere. Gratis, & ſine ratione aſſeritur, nam diſtemperies calida, & ſicca retentricis robur non ſolùm non exoluit, potiùs ob firmitudinem actionem ſuam intendit, & ſic eam præter naturam deprauat,

A ſi actio aucta deprauata cenſetur. Firmiſſimum verò ſeptum fuiſſe ex propria doctrina Hippocratis planè ſuademur: nam magna, & rara reſpiratio ſine robuſta facultate dari repugnat: mouebat ergo ſe ſeptum robuſte, & ſe continebat, operabatúrque, vt vſus poſtulabat; eſt etiam chimericum, quod ſi ſic per totum morbum Silenus reſpirauit, potuiſſet ſeptum conuulſoriè moueri: nam ſi ita ciebatur, quia conuulſum erat, implicabat tam magnam, & raram reſpirationem elicere, quia omnis conuulſio muſculum contrahit verſus originem propriam, & implicat muſculum conuulſum vtróque motu moueri poſſe, & liberè, vt eſt euidens. Silenus verò vtrumque motum abſque obſtaculo vllo liberè execuit, inſpirabat, & expirabat, & per magnum ſpatium; effectus quidem membro conuulſo repugnantes omninò, & antequam omnino ſeptum conuelleretur, offendentem ſpiritum elicere tenebatur, nam in *aphoriſmo 68.* ſectionis quartæ ſic ſcribitur; *In febribus ſpiritus offendens, malum, conuulſionem enim ſignificat*: Nunquam verò Silenus offendentem ſpiritum, hoc eſt in medio motus interruptum habuit.

Si verò ſeptum conuulſum propriè non erat, ſed motus conuulſiuos irritatum eliciebat, reſpiratio perturbata neceſſariò deprauaretur, & millies ab incepto motu ceſſaret, aut per vim excretricis naturalis, ſeptum tam violenter contrahentis, retraheretur ſeptum, aut motus voluntarius perturbaretur, miráque inæqualitas in motu reſpirationis eſſet, cum eſſent duo mouentia ordinem inter ſe non ſeruantia: nam expultrix naturalis quando irritatur, conuellit partem, vt pellat, & ſe muniat contra cauſæ violentiam, aut partem quampiam lancinantem; facultas verò libera, mouet quandò finis expoſuit, & irritatio naturalem expultricem ſtimulans, non pendet ex expoſitione finis ad reſpirandum inſtigantis. Fuiſſet ergo mira confuſio, & inordinatio in motu reſpirationis, ſi conuulſoriè ſeptum ſic moueretur: nam quod motus conuulſiui à facultate media quà reſpiramus elici repugnaret, ſi Silenus, vt narrat hiſtoria, reſpirabat, probatione non eget, neque in mentem tanti Authoris venire potuit, & militant contra hunc modum omnia nuper dicta, & multò, efficaciúſque, quod idem mouens, duos motus oppoſitos, ſeu diuerſos, in eodem mobili, & tempore, quin ab vno ceſſet, elicere implicat, & inde quando conuulſoriè facultas reſpiratoria moueret, à reſpiratione ceſſaret, & mirè perturbaretur, & intermitteret crebrò, quod in Sileno fuiſſe, chimericum eſt. Vrget etiam Valleſium, quod ſi cauſa ab eo adducta illius riſus probabilis eſſet, eſſet talis riſus frequentiſſimum ſymptoma, cùm calor circa partes, aut in partibus circa ſeptum, tam communis paſſio ſit, vt ferè non ſit poſſibilis febris continua acuta, in qua ſeptum, & partes circa illud præter naturam, non caleant; & ſi ex impotentia continendi ſe ſeptum, riſus ille pendebat, cur per totum morbum non afflixit, poſtquam incepit, ſi impotentia ſe continendi increuit aſſiduè, & vſque ad interitum; Calor etiam partium vicinarum, & ſepti non minùs. Accedit etiam, quòd in ſepti inflammatione deberet eſſe hic riſus inſeparabile accidens, cùm pendeat à ſanguine, qui riſus cauſa cenſetur; & ille ſolus inter humores, cuius calor ob maiorem ſanguinis voluptuoſam proprietatem, ſuauiùs, ſeu minùs moleſtè ſentitur, lætitiam creat; quæ omnia plus ad ridendum inclinant, & nihilominus nullus docuit riſum debere eſſe ſignum neceſſarium ſepti inflammati: & deceptio Valleſij efficacius conuincitur ex tranſlatione quam ſequitur doctiſſimus Montanus, & nouiſſimè Phrigius, ſic habet; *Multa verba, riſus,*

riſus, cantus, moderari ſibi non poterat ; non ergo ridebat ſolùm, ſed canebat, & multum ridendo, canendóque, moderari ſibi non poterat, quæ ex impotentia ſepti euenire repugnat, & Galenus eandem lectionem ſequitur.

Putandum ergo eſt cauſam riſus fuiſſe ſanguinis aſcenſum in cerebrum, vt in aliis, qui rident per morbos: hic enim humor grata repræſentat, & vt ſpirituoſus eſt, ad lætitiam conducit: & cùm delirantes, quæ noua non ſunt, vt talia concipere poſſint ob memoriæ defectum, indè rident morboſè, iam enim tractatu noſtro de deliriis docuimus, multùm delirantem poſſe decipi, ſine actione ablatiua alterius actionis, ob quam emendari, aut corrigi deberet aſſenſus rerum circa quas delirium verſatur, vt ille, qui delirando affirmat ſe Deum eſſe, oblitus eſt quod ſit creatura, in tempore à Deo producta, & quòd talis aſſenſus ſit contra fidem, & circa habitum huius, in quo ſemper fuit educatus, & inſtructus, & per quem emendare tenebatur propoſitionem tam abſurdam, quod creatura poſſit eſſe Deus, & illi non aſſentiri; ratiocinari verò ob morbum non poteſt, & ſic decipitur, & ſe Deum iudicat, & Deum eſſe proterue deffendit, & conſequenter in aliis, quæ primo errori annexa ſunt, decipitur, aliàs vt Deus imperando, edere non vult, & illud recuſat, quia Deus alimento non eget. Sic Silenus ridere potuit, & verè ridebat, quia obiecta grata ſibi repræſentabantur, quæ vt ſi talia realiter eſſent, percipiebat, & apparebant vt noua, quamuis noua non eſſent. Ridebat verò quia ob mentis diſtractionem, & inaduertentiam, ignorabat morbum quo tenebatur, moleſtiam eius, & periculum non agnoſcebat, quæ ſi percipere poſſet, certum eſt, & euidens, nec ridere poſſe, nec eſſe poſſibile in tanto periculo vitæ conſtituto ob morbum tam grauem; quia ridens debet obiectum aliquod gratum percipere, & illud nouiter; & non habere obiectum aliud à quo nimis triſtetur; ſed lætus debet eſſe, ſi non actu ſaltem diſpoſitiuè: & hæc in ægro læthaliter affecto dari repugnat ſi mente conſtat. Omnis itáque delirans decipitur ob defectum alicuius actionis, quà corrigere deberet, quæ phantaſia proponit rationi, vt veritati repugnantia, ignorando ob morbum, quod, quæ phantaſia, vt præſentia proponit, non ſunt à parte rei, ſed imaginata tantùm, & ipſe non aſſequitur hoc, ſed imaginatis præſentibus tibicinibus, putat eſſe reuerà præſentes, & inde circa annexa huic errori delirat, affirmando in tali ſitu eſſe: & iubet proterue, vt pellantur, quia ſonum vt moleſtum concipit, quem ſi vt gratum conciperet, lætaretur, non dubiè; manere ibi præciperet, aut fortè etiam vt proximiores exiſterent, vt gratioſiùs perciperetur ſonus, & muſica. Omnia verò hæc chimerica eſſe fatetur, ſi percipere poſſet (vt debebat) quod tibicines ſolùm imaginati præſentes, non ſunt præſentes reuerà, & ſic decipitur ob defectum illius actionis qua debebat concipere imaginatos ſolùm tibicines eſſe, & ſic nec ſonare, nec eſſe reuerà, nec propterea moleſtos eſſe poſſe, quia omnia phantaſtica erant, & non realiter.

Quod verò in Sileno ſanguis poſſet aſcendere, aut trahi à cerebro, non eſt dubitabile, eſtque frequentiſſimus aſcenſus per bonam valetudinem potatoribus meri, & ſanguine, & ſpiritu abundare ſolent, quia vinum talem ſanguinem creat, & crebrò caput tentat, & exanthemata rubra, quæ octauo die apparuerunt, id indicabant: longè enim à triſtibus abſunt vini potatores, & thoriſomeni, ſi vinum lætificare publicum eſt: & fortaſſe, Silenus dum valebat, hilaritate intempeſtiua, & inordinata afficiebatur frequenter, vt ſolent vino nimiè indulgentes: & ſic per morbum potuit faciliùs in hoc ſymptoma

A incidere. Galenus 7. *aphor. comm.* 7. ſic loquitur, *Deſipiunt autem ex talibus potionibus aliqui capite oppleto plurimo ſanguine, ac ſpiritu calido.* Et Hippocrates *libro de hominis ſtructura*, ſcripſit: *Qui enim puri ſanguinis non inexpertes ſunt, hi vſquequaque rident.*

Dies quintus, ſextus, & ſeptimus.

Qvinto deiectiones merè bilioſæ, leues, pingues; vrina tenues, pellucida, pauca; mente conſtitit. Sexto circa caput parùm ſudauit, extrema frigida, liuida, magna iactatio; ex ventre nihil exibat, vrinæ ſuppreſſa ſunt, febris acuta. B *Septimo ſine voce, extrema non amplius recaluerunt, nihil menxit.*

In die quinto magnæ colliquationis indicium apparuit, deiectiones enim fuerunt leues, & valdè pingues, & vna oſtendit febrem Sileni de genere colliquantium fuiſſe, & primo die ſpuma deiectionum id planè oſtendit, & certiùs ſynceris deiectionibus copulata. Omne pingue liquatum, l. ue eu, vniformi ſuperficie veſtitum: & cùm alui excrementa, & humores tantam varietatem in corpulentia inæquali, & varia diſpoſitione partium admittant, neceſſaris fuit multæ pinguedinis liquatio, vt deiectiones vniformes, & leues apparerent, quod notando Hippocrates dixit, *valde pingues*, de quibus egimus latiſſimè C tractatu de colliquantibus febribus: & diſtinctiones harum deiectionum pinguium adamuſſim retulimus. Iam verò in hoc die non erant nigræ deiectiones, ſed merè bilioſæ, quam permutationem expertæ etiam vrinæ fuerunt; nam ex nigris, & turbatis in die quarto, redditæ ſunt tenues, pellucidæ, paucæ, & cum hoc in die quinto delirus non fuit, de quo miratus Valleſius dubitat, cur dilirium auctum non fuit, ſi vrinæ redditæ ſunt tenues, & pellucidæ? Ex qua permutatione conſtabat raptam fuiſſe bilem nigram ad ſuperiora, & nihil formidabilius in delirantibus, vrinis tenuibus, & pellucidis, ſeu aquoſis: quoniam ſi delirabat æger ante hanc permutationem, delirat plus; aut ſi non delirabat, incipit delirium, redditis vrinis aquoſis, de quibus 4. *aphor. text.* 81. ſic dicitur, D *Quibus vrina alba ſunt, & perſpicua, mala, præſertim verò in delirantibus apparen*: & Galenus *in comm*: ait magnam cruditatem oſtendere, & præterea totam bilem flauam ad caput rapi. Soluit dubium Valleſius iis verbis; cùm bilis, atque adeò omnia maligna excrementa per debilitatem facultatis, & malo in deterius eunte ſurſum reperent, tamen ab inflammatis hypochondriis in media via intercipiebantur, proinde apparere cœperunt vrinæ perſpicuæ, & homo nihilominus mente conſtitit. Non aſſequor mentem Valleſij, qua ratione per debilitationem facultatis ſurſum repèrent excrementa, cum nunquam fortiorem agnoſcamus quàm quando ſurſum grauia corpora E expellit: Nec intelligo quomodo in media via intercipiebantur, ſi interceptio in hypochondriis fiebat; debebant enim primam partem motus à regione inferiore hypochondriis ſuſcipere; neſcio à qua inferiori parte incipere poſſet expulſio, ſi media viâ in hypochondriis ſituabatur.

Meliùs meo iudicio diceret, qui in maiorem languorem expellentis virtutis, & obſtructionem renum, & emulgentium, vreterarumque cum languore concoctricis dicta ſymptomata reducet: nam expultrix fortior requiritur, vt per arctas, & anguſtas vias craſſa excrementa reiiciat; fatiſcens verò iam, nec craſſa pellere poteſt, nec vias ſtrictas dilatare, quod ad expellendum craſſa requiritur. Impetus ergo pellentis iam effœminatæ, ſufficiens non erat ad

expellendam melancholicam, & craſſam, terreámque materiam. Serum verò pellere potuit, quia tenuius, & hoc in minorè multò quantitate, vt Hippocratem cogeret dicere, quod erant paruæ vrinæ. Et quia obſtruebantur viæ per quas vrina deriuanda erat, apparuit velut aqua tenuis, & pellucida, ad quam tenuitatem conducebat etiam lapſus facultatis coquentis, omnes enim virtutes in die quinto lapſas ſe oſtenderunt, & debiliores. Et quia excrementa non pellebantur, vt ſolebant per lotium, & aluum, ſed circa viſcera,& hypochondria manebat, præſertim circa ventriculi oſtium, magna iactatione die ſequenti Silenum affligendum fore neceſſe erat, quia anxietatis moleſtiæ, & mutatione perpetuæ decubitus, cauſa eſt, authore Galeno, praua humiditas ventriculum mordens, aut in tunicis eius humor malignus imbibitus: Nec fallat quod in die, in quo tam praoa ſymptomata apparuere, mente conſtirit; nam & non delirare à debili expultrice, vt reliqua dicta, pendebat; & à calore iam extingui incepto, ab excrementis detentis, & ſuffocantibus illum, ob quod nec vapores in tanta quantitate eleuabantur, & qui eleuabantur, corpulentiores erant, & grauiores, quia ob debilem calorem minus attenuati, fortiori expultrice egentes, vt surſum aſcenderent, & inde cerebrum non ita, vt antea offendebatur, & non delirauit. Cerebrum verò, & partes ſupernas à vaporibus calidis, vt antea non offendi, indicauit ſudor frigidus die ſexto circa caput apparens, qui, & paucos etiam fuit, ob paucam materiam, & extinctionem caloris in cerebro, & in partibus extremis, quæ & frigidæ, & liuidæ apparuerunt, ob caloris vitalis penuriam. Ex qua debilitate, & quia iam natura verſùs cutem portionem materiæ pellere tentabat, neque aluus, excrementa, nec veſica lotium reiiciebant, ſed hæ duæ euacuationes die ſexto defecerunt, & proximam mortem publicabant, præſertim vrinæ ſuppreſſio, nam quò facilius pellitur, aut trahitur aliquid, ſi non fiat, maiorem lapſum facultatum portendit, & maiorem multò ſi per vias minùs anfractuoſas, & circumuoluras, vt pellitur vrina, aut trahitur, ſi cum alui excrementis comparetur. Ex quo ſymptomate (iſchuria nempe,) & vocis interceptione eodem die ſuperueniente, intulit Galenus iam mori cœpiſſe, & in nono defunctum futurum ſi in octauo portionem malignæ materiæ, variolas creantem non reieciſſet Silenus, iam enim facultas cerebri tam debilis erat, vt loqui non poſſet, extincto calore, & tam validè, quod extrema non ampliùs recaluerunt; ſed cùm frigiditate intenſa liueſcerent etiam, vt docui, ſignum quidem mortale, vt innumeris locis Hippocrates docuit, vt *1. aphoriſm. text. 48 & 7. aphoriſm. text. 1. & in 1 prognoſt.* Ex qua etiam hiſtoria conſtat excretiones ſymptomaticas interdum conferre, ſi variolæ octauo apparentes non ſolùm cum cruditate, ſed cum ſignis coctioni repugnantibus violentiam mortis per duos dies remoratæ fuerunt.

Dies octauus, & nonus.

Octauo ſudauit frigidum de toto corpore, excrementa cum ſudore rubra, rotunda, parua, velut permanebant, non faciebant abſceſſum: ex aluo irritatione, parua ſtercora tenuia, velut cruda multa reddebantur cum dolore, mingebat cum dolore mordacia, ſyncera, pauca, recaleſcebat; ſomni tenues, comatoſi; obmutuit, vrinæ tenues, perſpicua nono cum eiſdem.

Hippocrates in prognoſticis æquè damnauit ſudores frigidos, ſiue circa caput, & collum tantùm fiant, ſiue ex toto corpore emanent; & duplicem habere ſignificationem; mortem enim cum acuta febre, longitudinem verò cum mitiori portendere dicit, quod

A præſagium repetit etiam *4. aphoriſm. text. 37.* dicendo, *Frigidi ſudores, cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autem, longitudinem morbi ſignificant*; vbi Galenus dubitat, quomodo febre calidiſſima hominem detinente, ſudor frigidus fiat; & reſpondet, ſudores emanate ex parte omnino diuerſa, ab ea in qua vehemens caliditas conſiſtit, euacuantur enim ſudores ex cute, quam frigidam eſſe contingit, quando ea quæ ſunt ſub ipſa comburuntur; nam quando hæc duo contigerint, tum humores, qui ſunt in vaſis, putreſcere; tum eam, quæ ſolida corpora regit, naturam, (quæ ſecundum Hippocratem eſt calor naturalis) vel extingui omninò, vel proximam eſſe extinctioni; quæ quidem ex his euacuantur, frigida
B ſentiuntur, eam verò quæ fit ex putredine caliditatem, nihil prohibet vehementiſſimam eſſe. Atque adeò ſignum exitiale oſtendens in animalis corpore, humorum multitudinem ſuperabundare, tantam habentium frigiditatem, vt neque à calore natiuo, neque febrili calefiant. In qua doctrina nonnulla notanda ſunt ſcitu digna.

Primum, quod quando Galenus dicit ſudores frigidos ex cute euacuari, non eſt intelligendum, quod materia ſudoris, ex cute emanet, etiamſi ex ea euacuentur; rectè enim ſudor frigidus apparere poteſt, etiamſi materia ex aliis partibus ad cutem mittatur, & materia ſit calida; quia ſi cutis, & ambitus corporis algeant, infrigidabitur quicquid ad illam pelle-
C tur ſi ſub forma ſudoris emanet, quia iam ad cutem in forma vaporis humidi tranſmittitur, à qua (quia frigidiſſima eſt) condenſatus vapor, à frigore in aquam vertitur, & exit in forma tali vapor, qui ſi cutis tam frigida non eſſet, & à frigore adſtricta, inſenſibiliter pelleretur. Itaque ex cute exeunt ſudores ſub forma ſudoris, quia in ea vapor denſatur à frigore; materia tamen, quæ ibi denſatur ex aliis partibus venire rectiſſimè poteſt, & eſſe in ſua origine calida ſatis.

Secundum eſt, quòd malè Galenus deduxit ex ſudoribus frigidis, dari tantam copiam ſuccorum crudorum, vt nec à natiuo calore, nec à febrili calefieri poſſit, nam ſemel admiſſo quod corporis ambitus ob ſolum defectum vitalis caloris frigidus nimis eſſe poſ-
D ſit, non erit neceſſaria copia frigidorum ſuccorum, vt ſudor ſit frigidus, quia frigus externum, & cutis, infrigidabit quicquid in forma vaporis ad partes externas mittitur, quod mihi certum eſt, & quotidie experimur. Quinimo, ſi incendium maximum viſcerum (vt datur per eryſipelata, aut inflammationes eorum) trahit ex toto corpore ad ſe ſanguinem, & ſpiritus, & ſic algent externa, vt æger lypiricus ſit, vt paſſim Galenus docet; nunquam repugnabit plus hic euentus, quàm in corporibus crudis ſuccis tam repletis, vt ab vtroque calore nequeant calefieri; & inde eſt, vt qui ſunt calidiſſimi ſanguinis, ſint paratiores ad eryſipelata, & veras ardentéſque inflammationes viſcerum; ſunt etiam aptiſſimi, vt ſi cum ſudoribus pereant, ſudoribus frigidis ſint perituri.

E Exanthemata illa variolas fuiſſe Valleſius putat, quod non admittit Montanus; parum curo; & vna cum illis ſudor apparuit, pellente ſimul natura ſerum humorum, craſſam pituitam, & ſanguinem. Serum fuit materia ſudoris; Alia duo exanthematum, quæ & dura, & rubra, & parua, & rotunda erant; nam pituita exſiccata, & ſanguis vſtus aliam formationem, & proprietates admittere non poterant, quando per oſcula paruorum vaſorum in cute reponuntur, & ob craſſitiem, & duritiem, & ſiccam intemperiem, vt exierunt, permanebant. Hoc eſt, nec fuerunt reſoluta, nec retroceſſerunt, nec ſuppurata fuere, ſed velut paruuli ſcirrhi dura permanebant. Non conſtat, ſi vt totum corpus ſudauit, fuit etiam totum dictis tumoribus fœdatum. Probabilius videtur, totum maculatum fuiſſe,

quia

quia in opinione Galeni nono moriturος erat, ſi exanthemata illa non apparuiſſent. Valleſius vero ſeptimo die defunctum eſſe debere putat, ſi non eueniret illa expulſio; non potuit vero moleſtiam mortis per duos, aut quatuor dies differre expulſio illa, ſi conſiderabilis non fuiſſet: non fuit tamen ſufficiens, quia tota maſſa ſanguinaria Sileni, ſimiliter æquali vitio, ipſóque prauo infecta nimis erat, & vbi hoc contingit, deſperatus eſt morbus quilibet, quia ſi euacuetur, bona portio non ſufficit, & ſi euacuatio extendatur, vt corruptio tam extenſa deſiderat, pereunt exanimati ſyncopizantes, antequam expulſio finiatur. Galenus, *Quarto aphoriſm. com. 17.* non ſolum in vaſis, ſed in toto corpore corruptionem ſanguinis admittit, his verbis: *Nam quibuſdam humoribus putreſcentibus, oſtenſum eſt febres acutas fieri. Hi vero putreſcunt ſæpius quidem in toto corpore, ſæpius verò in vaſis ſolis.*

In hoc die cœperunt nouæ excretiones per aluum, & lotium, aluus cum paucis ſtercoribus cruda multa reiecit, cum quadam mordicatione, & dolore. Erat copia crudorum in Sileno, vt docuimus, quam per aluum trudere cœpit, & non in parua quantitate, mordaci ex calore putredinali ſalſa reddita, aut aliquo acri ſero vitiata, non quia bilis retroceſſit, vt malè Valleſius putauit, quorum portio per renes, & veſicam deriuata mingebatur, cum dolore mordaci, & ſyncera, pauca tamen, quia pauciſſimum erat in corpore ſerum, cum quo per eam regionem trahenda erant ob ſudorem totius corporis, ad quem ciendum magnam partem ſeri ad ambitum natura depellit: & per vias tam arctas implicabat quantitatem conſiderabilem crudorum confertim moueri poſſe; periclitaretur enim iſchuria ſuperueniente, & meo iudicio obſtructas fuiſſe eas vias à crudis euidens eſt. Nam ſexto, & ſeptimo nihil minxiſſe; in aliam cauſam idoneam reduci non poteſt, quando æger delirus non eſt; & hoc indicat etiam deiectio crudorum mordacium cum dolore, & in quantitate tam parua. Erant tamen ſyncera, & poſteà vrinæ apparuerunt tenues, & perſpicuæ, quia rediuit obſtructio à craſſis, licet non totalis, & ſic percolabatur, cœpítque cerebrum à crudis ſuccis grauari, & à vaporibus humidioribus obſtrui, & comatoſus fuit Silenus ab eo die, putátque Valleſiua quòd frigidi ſucci cœperunt ſe oſtentare per aluum, vrinam, & ſomnum, poſtquam natura bilioſum humorem cum papulis ad cutem reiecit, eadémque accidentia nono die Silenum fatigarunt.

Dies decimus, & vndecimus.

DEcimo potum non capiebat, comatoſus, ſomni autem tenues, à ventre autem ſimilia; mingebat confertim craſſum, ſubſidens ſedimentum farina ſimile, album; extrema rurſum frigida, vndecimo obiit. A principio huic vſque ad finem ſpiritus magnus, & rarus, hypochondrij palpitatio perpetua, ætas circiter vigeſimum annum.

In febre tam magna, & tanti temporis, & quæ primo die tam ſiticuloſum Silenum reddidit, tandem non ſitire, duplicem cauſam habuit, ſomnum nempe, & ſentientis facultatis extinctionem, hæc peſſima eſt, & mortale ſignum: nam obiecta magna non percipere, proprium eſt moribundis iam, vt Galenus notauit. Dormientes etiam profundiùs quàm per naturam, inſenſibiliores fiunt, ob quod nec ſitiunt, nec fameſcunt, & quamuis obiectum ſitis, & famis aliquo modo concipiant, ob ſomnum, ad quem comatoſi perpetuò inclinantur, nihil petunt, ſed dormire ſolùm ſatagunt, & quamuis de potus, & cibi ſumptione moneantur, ob defectum attentionis, & ignorationem rerum ſine quibus vita conſiſtere nequit,

A nec bibunt, nec comedunt. Et ob lapſum virtutis muſculos ad illa munera requiſitos nun poſſunt mouere, nec imperare ſoporati ſimul, & extincti ferè. Conſtat verò hanc virtutis ſentientis extinctionem biſariam contingere poſſe. Primò ob commune principium iam ferè extinctum, & debile, quod damnum omnibus partibus commune neceſſariò fit. Secundò præter hanc cauſam, contingit propter vitium particulare partis affectæ, vt in illis, qui appetitu animali priuantur, & cibum nunquam concupiſcunt ob morbum oris ventriculi, ſenſum ſuctus, & famis obtundentem, etiamſi cerebrum firmiſſimum ad influendum ſit. Hoc vitium fuit meo iudicio inſigne in Sileno; ob quod potum non capiebat, quia iam læſo ventriculo appetitus defecit. Moueor ad hoc, quòd in eo-
B dem die in quo potum non ſumpſit, aluus idoneè ſentiebat, & excrementa cum dolore, vt antea pellebat, & quod magis eſt, mingebat confertim craſſum & ſubſidens; quod ſine ſenſu, & imperio fieri repugnat, éſtque communiſſimum accidens potatoribus, & lurconibus. Et quia circa ventriculum cruda multa congerunt, fibras eius laxantia, & tandem corrupta ibi, inappetentes non ſolùm, ſed cibum abominantes redduntur, & hoc vltimum cauſa maior non appetendi fuit in Sileno, quia in principio morbi ſitiebat, vt docuit Hippocrates. Quam cauſam non appetendi Galenus tradidit 2. *aphoriſm. comm.* 10. & recidiuæ morborum cauſam eſſe docet.

Non leue dubium eſt, quod de ſedimento farinacio
C Hippocrates docet; videtur enim dari non poſſe in tam acutis paſſionibus, & tam citò occidentibus, cùm oppoſitum docuerit, *ſeptimò aphoriſm.* 3. iis verbis: *Quibuſcumque febricitantibus in vrinis fiunt ſedimina velut farina craſſior, longam ægritudinem fore ſignificat.* Neque meo iudicio expoſitio Galeni ſatisfacit plenè; nam vrinæ longam ægritudinem ſignificantes, non poſſunt ex propria idea eſſe mortales, ſed ſolùm longitudinem ſignificare. Galenus verò dicit experimento conſtare tales vrinas exitiales eſſe. Si ergo mortem ſignificant, non longitudinem, neque diſtinctio Galeni ad veritatem Aphoriſmi commoda eſt: dicit enim, quod plurimi morte præripiuntur antequam morbus protrahatur diutiùs. Quicumque verò ea ipſa
D ſunt liberati, iis omnibus in longum protracta eſt ægritudo, cùm diſpoſitio multam requirat coctionem, in qua talis vrina mingitur; ſunt enim verba planè pugnantia, nimirum, quòd ſi æger ſit moriturus, erit breui defunctus, ſi verò liberandus, egeat tempore multo, quia multo indiget affectio, vt eius cauſa vincatur. Ad cuius doctrinæ confirmationem tradit Sileni hiſtoriam, qui vndecimo obiit, & illius qui in horto Dealcis habitabat, & quadrageſimo die fuit ſaluus. *Liquet ergo* (inquit) *quod quicumque mingentes vrinam ſimilem farina craſſiori, ſi ſaluari debeant, tarde liberantur. Quicumque verò exitialiter ſe habent, contingit iis quàm cito interire.* Sed hoc non eſt explicare naturam vrinæ ſedimentum farinaceum habentis, idem enim eſt, ac ſi diceret, vrina hæc cum morbis exitialibus eſt mortalis,
E & citò; cum ſecuris verò, ſecuta, ſed longus erit ille; cur verò longus eſſe debeat, non docuit. Non poteſt verò eſſe alia cauſa, niſi quòd dependeat ex crudis, & multis: cruda verò acutas febres qualis fuit noſtri Sileni, creare non poſſunt. Vrget etiam Galenum textus primus ex tertio prognoſt. in quo docuit Hippocrates, quod febres debent iudicari in eiſdem diebus numero, in quibus liberantur, & moriuntur infirmi: ergo ſi Silenus liberandus foret, in die vndecima ſaluus fieret, & non in quadrageſima: Et qua veritate, aut proprietate loquutus fuiſſet ſummus Dictator, ſi vrina quæ exitium, & tam citò venturum ſignificare potuit, conſtitueretur ab eo abſolutè, (vt in eo aphoriſm. fecit) inter ſigna longum morbum ſignificantia?

Præterea non docet Galenus, cur cum vrina tali non poſſit eſſe malum longum ſimul, & mortale; ſolùm enim dicit, quod qui ſaluandi ſunt cum tali vrina, liberantur tardè, ſed cur tardè periclitari poſſint non docuit; nam vbi croditas datur, & morbus ſperatur diuturnus, poterit non dubie æger perire; ſic enim in prognoſticis ſenſit Hippocrates dicendo: *Cum fuerit vrina tenuis, & ruffa, morbum eſſe crudum ſignificat, ſi verò vrina ſit talis, & morbus diuturnus, periculum eſt, ne non poſſit æger ſufficere donec tocta ſit vrina.* Nullus Expoſitorum hiſtoriæ Sileni, hoc dubium tetigit, illud verò tractatu noſtro de colliquantibus febribus latè expoſuimus. Modò breuiter dico, quod ſedimentum farinaceum ortum ex colliquatione febrium ardentium, & malignarum, ſemper eſt exitiale, & breuem futuram iudicationem, ſiue ad mortem, ſiue ad ſalutem ſignificat; nam vt docuit Hippocrates, morbi acuti in eiſdem numero diebus ad mortem, & ſalutem iudicantur, & ſi non iudicantur ad mortem in diebus ſuæ conſtitutioni debitis, permutationem accipere debent aliquo modo, ſi longus futurus eſt morbus, & ſic iam mutarunt naturam, periculum, & acutiem perdendo. Sed de ſedimento farinaceo ex colliquatione orto, prædicari non poteſt, quòd ex propria idea longum morbum ſignificet, ſi breui futuram mortem ſignificat, vt reuerà ſignificat, & inter praua ſedimenta fuit ab Hippocrate repoſitum. Ergo ſedimentum longam ægritudinem ſignificans, non eſt farinaceum illud in prognoſticis damnatum, ſed quod ex pituita cruda illud æmulatur in albedine, & inæquali partium diſpoſitione, vt eſt inæqualiter triturata farina, cuius quædam partes exquiſitam molæ triturationem effugerunt, quam inæqualitatem pituita partim ſiccata, & concreta, diuiſa tamen à flatibus, oſtentare ſæpè ſolet, & in multa copia apparere: huius cauſa nunquam febres acutas, & breui ſoluendas creat, ſed longas, ſiue ad ſalutem, ſiue ad mortem terminentur. Et de hoc ſedimento in aphoriſmo loquitur; de prauo verò in prognoſticis, & hoc fuit à Sileno expulſum; vt doctè notauit Montanus, & in Aphoriſmi expoſitione Cardanus, Galenum vt ſolet ſugillans, quia Hippocratem non intellexerit, laudat Actuarium cuius eſt doctrina à nobis adducta.

Aliud dubium eſt, ſi Silenus à quinto die mentem recuperauit, non potuit magnam, & raram reſpirationem ab eo die habere; non magnam quia laborabat phlegmone in ſepto: non raram quia acutè febricitabat, & ſic crebrò, & denſè reſpirare tenebatur. Solutio inſinuata iam eſt, nam qui deliraturi ſunt, trahuntur priùs efficaciſſimè à contemplatione attenta obiectorum circa quæ deliraturi ſunt, & tunc reſpirant, vt reſpirabat Silenus. hæc autem attenta contemplatio rectè poteſt dari ſine delirio, vt datur remiſſum ſine intenſo, & hoc habuit ſemper Silenus, & cùm poſtea comate teneretur, conducebat etiam ſopor tali læſioni reſpirationis, quia ſomnus profundior naturali, obſtat ſemper ſenſationi obiectorum, quæ ad reſpirandum determinant, & ob id Hippocrates in prognoſtico dixit, quod reſpiratio magna, & rara delirium innuit, non quidem illud dixit ob delirium præſens, quia hoc per ſeipſum oſtenditur, nec eget reſpirationis contemplatione vt agnoſcatur, ſed de delirio futuro; etiam, & propriùs intelligendus eſt, vt viſa illa reſpiratione præcaueatur, ne phrenitis ægrum arripiat, vt de ſeipſo conſuluit Galenus quando colligebat feſtucas; quæ cùm veriſſima ſint, conſtat planè error Montani in fine huius hiſtoriæ docentis, quòd, quæ dicit Hippocrates de anhelitu, ſunt etiam intelligenda de pulſu; cum ſit impoſſibile in acuta febre dari pulſum rarum, ſed creberrimum ſemper, & crebriorem quò plus malum increuerit, & debilior facultas fuerit. Sic errauit craſsè docendo (dum ſudorem Sileni damnat) eſſe doctrinam Galeni, quòd quando natura rectè operatur, diſcernit, & ſeparat priùs, deinde concoquit: contrarium namque planè Galenus docuit innumeris locis, & clariſſimè, 4. *aphoriſm. comm.* 22. & 1. *aphoriſm. comm.* 22.

Curatio Sileni.

IN Galeni doctrina, ſi quæ in Sileno notantur, Medicus vt oportebat agnoſceret, ſolis prognoſticis Silenus relinquendus erat, non ſolùm quia præſidia, vt ipſe monet infamantur; ſed etiam quia Medicus calumniæ vulgi ſubiicitur: auxilia enim magna ſi morbum non moderantur, vt non moderatur, qui ſemper grauior ob malignitatem, & aſſiduam ſerpentem putredinem ſuccorum efficitur, & veluti naturæ intolerabilis cauſa morbi, nullibi pacata quieſcit. Et vt ego in Sileno cenſeo, totum corpus à prauitate ſuccorum compunctum, lancinatum, & inde turgens erat; auxilia inquam magna, cùm non parum debilitent, & ob id intolerabilior morbus, & grauior appareat, cenſet vulgus non ſolùm deteriorem morbum ob auxilia redditum eſſe, ſed planè in Sileno imperanda non fuiſſe, & inde ignoraſſe Medicum, quæ plebeis notiſſima ſunt. Timet vulgus in alui profluuio (copioſo præſertim) venæ ſectionem, & timet plus medicamentum expurgans; quid ergo faciendum, vt vulgi calumniam effugiat: fugere debet ipſe ſi poteſt, ſin minus ſi ſolus ſit, ſocios ſibi, & doctiſſimos acceſſere, nec aliter (ſi dentur) medelam incipere; & ſi vt ſolet non dentur, periculum ſtatim prædicere, & ſimul inſinuare nullum auxilium magnum ſine aliquo incommodo imperari poſſe; non eſſe tamen in arte aliam viam tam grauibus morbis, & ferè deſperatis occurrendi, & ſic aut eſſe tentandum aliquid cum periculo, aut in deſperatione ægrum relinquendum, quod vulgus cum Celſo non admittit, præſertim in homine iuuene, & tam robuſtu, & vſque ad vndecimum diem tam exitioſo morbo reſiſtente, inhumanum enim videretur, in tot diebus auxilium validum non conſulere.

Sed quod auxilium imperandum ſit in febre maligna, & tam copioſo alui fluxui copulata, hoc opus, hic labor: Galenus enim, *primo ad Glauconem, capite decimotertio*, non ſolùm ſectionem venæ, ſed medicamentum expurgans dehortatur, & hoc cum tanta exaggeratione fugiendum eſſe conſulit, quòd etiamſi alui fluxio non ſit pro ratione multitudinis, nullum ex dictis auxiliis admittat, & arguit non ratione, ſed experimento (contra quod nulla ſolutio, aut ratio valida eſſe poteſt) quòd, qui aut ſanguinem mittere, aut aluum mouere auſi fuere, in grauiora pericula ægros deduxerunt. Silenus verò copioſè ſatis per aluum materiam peccantem pellebat; non ergo mouendum aliquid, ſed permittendus fluxus, quia quod oportebat, per tam conuenientem regionem euacuabat. Quòd verò euacuaret, quod erat conueniens non detineri, humor expulſus declarabat, erat enim bilis ſincera, & ſatis abundans; nulla ergo euacuatio ſalubrior deſideranda eſt, ſi ſine diſpendio ſanguinis humor tam prauus, & in idonea quantitate reiicitur; præſertim in ægroto cuius capiti timendum erat ne phreneticus fieret, docente Galeno in hiſtoriæ expoſitione; quòd cùm lumbis laborare cœpiſſet, & vnà capite grauari, & colli habere contenſionem, ſi morbus in deteriùs mutaretur, ſignificabant futuram phrenitidem, quæ meliùs præcaueri repugnat, quàm euacuando bilem ſynceram, & per partem tam diſtantem à cerebro. Qui ergo venam ſecaret, ſi fluxio ſiſteret, vt ſolet, raperetur ſurſum humor ille, & ſuperueniret phrenitis neceſſariò: nam humor ille tam prauus, naturam validiſſimè irritabat qualitate, & copia, & detentus irritaret plus, quia quantitas erat maior, & ob hanc irritaret intenſiùs. Pelleretur

ergo

ergo io cerebrum ſi ſectâ venâ ſiſteretur, nam per hanc (ſi Stuic.credendum eſt) calidior, & mordacior redditur bilis,ob ſanguinis defectum,à quo contemperanda erat ſyncera bilis. Si verò ſecta vena alui fluxio non moderabatur, inexcuſabile erat grande diſpendium vitium,quod pertimeſcens Hippocrates 4.*acutorum* venam ſecare pro hibuit,donec aluus firmatus ſit, & Galenus Expoſitor,ſic loquitur. *Fluente aluo ſanguinem non mittes,nam ſi poſt miſſionem fluor perſeuerat, virtutem proſternes.*

Si verò medicamento purgante plus adimere ſtudeas,quando natura euacuat cupioſè,vt Sileno eueniebat, ſu perfluam euacuationem procuras, inſolentémque vitium collapſum, naturæ enim malignitate, & copià excrementorum ſtimulatæ,& euacuanti abundè, nouum addere calcar,effrænem euacuationem reddet, & hunc modum euacuationis in prognoſticia condemnat Hippocrates diceodo; *Si verò ſæpè, & conſertim fluat,periculum adfert,animi deliquij*;& vt *in Aphoriſm.2. text.51.* docuit; Omne nimium eſt naturæ inimicum, éſtqoe ob id periculoſum, plurimùm, & repente euacuate,vt in expoſitione Galenus docuit. Nec obſtat quod purges, vt citiùs praua maiori morbi cauſa deponatur,nam ſic,& totum pus in ſuppuratis,& aquam io hydropicis euacuare liceret, contra aphoriſmum docentem, quod ſi pus,aut aqua vniuerſim effluxerit, omnea moriuntur. Quid ergo, ſi natura copioſè euacuat,& peccantem materiam,plus expurgando,niſi deliquium aut ſyncopem quæris,aut viribus deiectis omninò naturam fatiſcere, & deinceps iam exoluta, nec coquere, nec gubernare prauitatem poterit. Hippocrates enim 1. *prognoſt.* modum idoneum in euacuatione per aluum in initiis morborum tentata conſtituens,ſic fatur; *Sed expedit pro copia ingeſtorum deiicere bis,aut ter in die,ſemel in nocte:plurimum verò ſubeat ſummo manè vt conſuetum eſt homini*; Si ergo Silenus euacuabat copioſè,non indigebat, (vt virtus ſeruaretur) euacuatione maiori,ſi bis, aut ter in die, & ſemel in nocte; ſed ſi plurimum mane (hoc eſt prima diei deiectio copioſior ſit reliquis) idoneus modus euacuandi eſt,vt docet Hippocrates, vt euitentur pericula ex quouis alio modo euacuandi ſequenda, & in prognoſtico ab eo aſſignata. Et quod alibi docui, quicquid Medicus plus euacuando deſiderat, præſtat natura quando ſatis euacuat;nam reuellit à foco, ventilationem maiorem inducit,quia vaſa inaniendo,corpus totum meliùs tranſpirat; attemperat etiam bilem ſynceram euacuando; & minuit materiam, vt quod ſupereſt, deinceps poſſit faciliùs ſuperare. Cur ergo illam tam ſagacem agnoſcens in modo operandi perturbas,aut remoraris? Et quid deſiderabilius, quàm materiam tam prauam,& vt decet in modo,& per tam idoneam regionem extra corpus reiicere.

In tam difficili dubio multa notanda ſunt.Primum euacuationis modus,& copia: ſecundum, natura humoris,euacuati; tertium, ſi ſimul cum alui fluxu, & febre detur internæ inflammationis initium; ſæpè enim quando per aluum, peccantem materiam natura expellit,offenditur aliquod viſcus, & in ipſo humores impacti inflammationem incipiunt creare: loquimur vero in præſenti dubio de febre putrida acuta, cuius medela in ſanguinis euacuatione præcipuè conſiſtit.

Sit prima concluſio: Si aluus fluat minutatim, & crebrò (qui modus euacuationis primo loco ab Hippocrate vituperatur in progn oſticis) & febris ſit ex acutis,& humor lentè expulſus, non à prima regione, ſed à ſecunda pellatur,non impedit venam ſecare, ſed iniecto priùs clyſtere, roboratóque ventriculo, vena ſecabitur;illa enim alui euacuatio moleſta magis fatigat & tardum ſperatur auxilium à tam lenta euacuatione: & cùm in tam parua quantitate pellatur, non debilitatur æger, vt à ſectione venæ virium collapſio

A insignis timenda ſit, & plus illius humoris per venam educitur,ſine irritamento; & ſi retrahatur fluxio, aut ceſſet,meliùs cum ægroto agitur,quia moleſtia aſſidua deiiciendi,& in tam parua quantitate,plus nocet doloribus,conatu, motionibus, & vt dicebat Hippocrates peruigilio,quàm euacuatione ſit commoda, & dictis accidentibus febris exaſperatur, & intenditur, & illa minuta expulſio ex obſtructionibus pendere poteſt,ob quas multùm ſemel percolari,pellique eſt impoſſibile, quibus ſectio venæ commoda eſt: & ſi quòd ob hanc occaſionem pellitur, non retrahatur, metus eſt, ne in partes obſtructas impactum, eas geminet, & putredo augeatur:& ſi acrimonia, tam puſillæ euacuationis ſit cauſa,refrigerato ſanguine, ſectà venâ, mitigatur non B dubiè.

Notanter dixi ſi ex ſecunda regione, quod fluit paolatim pellatur;nam ſi ex prima,non caret ſcrupulo ſectio venæ,& differenda eſt,donec reiteratis clyſteribus, vitium primæ regionis auferatur, aut dato ſtatim leniente medicamẽto,ſi febris ſectionem venæ breui expoſcat:quo facto, & roborato ventriculo imperabitur ſine periculo. Qua leniente purgatione,aut alia minorante opus non eſt,ſi à prima regione humor non pellatur,ſecuriùs enim ſecta venà retrahitur, præſertim ſi ob viarum obſtructiones paulatim euacuetur:nam corpora obſtructa periculoſiſſimè expurgantur,nec fluida eſſe poſſunt, & timendum eſt, ne inflammatio ſequatur detentis excrementis,in partibus obſtructis, quæ bifariam ſuccedere poteſt; aut dato medicamento, C quod non admitto (vt dixi) aut quia natura plus pellat quàm per obſtructa loca percolari poſſit, & ibi cohibitum obſtruat magis, & ſic tandem detineatur totum, & tumor inſurgat, ob cuius præcautionem ſectio venæ vrgentes cum febre indicatur.

Quod ſi ob debilem expultricem minutatim fiat expulſio,dubito ſi crebrò poſſit repetere, & ſi hoc poſſibile iudices, non incommodat venam ſecare, quia in principiis morborum debilis eſſe non poteſt niſi grauata, & præ nimia plenitudine impedita bifariam, ob pondus nimirum, & viarum ineptitudinem,quibus ſecare venam vtiliſſimum eſt, ſi priùs aduertas, ne illæ minutulæ, crebrò tamen reiteratæ excretiones ex inconcoctione ventriculi, & inteſtinorum, meſereique D ſuſcitentur,vt frequentius ſolet, & miſtæ etiam pallidis excrementis æmulantibus bilem à venis ſecundæ regionis expulſam,quæ ex illa regione non eſt, ſed ex genita in prima ob defectum ventilationis vſta aliqua chili portione,& ex ea quæ à veſica fellea ad inteſtina deriuatur aſſiduè,& hæc detenta,& non irritando, ob pituitam inteſtina oblinientem, vritur plus,& iecoris caliditas accuſatur, quia vident Medici triuialem bilis expulſæ adustionem. Et vitium hoc primæ regionis communiſſimum eſt lurconibus, potatoribus, & venereis. Quod ſi prius quàm ſanguis mittatur, non emendetur, exoluuntur nimiè ex commotione excrementorum primæ regionis,& ventriculus eiſdem onuſtus,cui nunquam ſanguinis miſſio auxiliatur, ſed il-E lum ſemper effeminat, quia multo ſpiritu ad ſuum munus indiget,& non poteſt poſt ſectam venam ſaburram primæ regionis, & ſuam, alimentúmque denuo ſumptum concoquere, ſicque multa de nouo excrementa creantur,& quæ aderant prauiora fiunt; ob cuius rei inconſiderationem, innumeri à ſecta vena periere,ſuntque notanda omnia, ſi in re tam graui non delinquere cupimus.

Sit ſecunda concluſio: Si natura ſufficienter euacuat,& quod euacuat ſit morbi materia, & non detur interna inflammatio,ſequenda eſt Galeni doctrina, 1. *ad Glauconem* tam rigoroſè ſcripta, hic enim Author quando rem ex profeſſo tractat, acerrimi ingenij eſt, vt Cardanus dicebat, & ſine euidenti ratione, aut probabiliſſima,deſerendus non eſt; & cùm ſuam aſſertio-

Digitized by Google

A nem experimentis ſuadeat, putandum eſt illam ſæpè obſeruaſſe, & infelices ſucceſſus quos vidit fugiendo tam rigoroſam doctrinam, ſcripſiſſe, & ſi illã conſuluit, etiamſi euacuatio per aluum non ſit pro ratione multitudinis, temetarius Medicus erit, qui ſanguinem mittat aut mederi tentet, quando natura ſufficienter euacuat: & hanc aſſertionem tationes à nobis nuper adductæ ſatis ſuadent.

Non eſt tamen ignutandum quid intelligamus per hoc, quòd *natura ſufficienter euacuet*, non enim intelligimus, quod euacuet tantùm, vt ratione illius morbus auferatur, nam ſi mortalis fuerit, nulla euacuatio ſiue à natura, ſiue ab arte facta ſufficiens eſſe poteſt, vt conſtat. Intelligo ergo per *euacuare ſufficienter naturam*, quan-B do euacuat tantùm quantum ars quolibet die euacuaret, ſi fluxus alui non daretur: nam ſi Medicus euacuaret ſuperfluè, ſi euacuaret plus quàm cuilibet diei competit iuxta vrgentiam morbi, & eius conſtitutionem, & virium permiſſionem; ita quoque euacuabit ſuperfluè, ſi quando natura ſufficienter modo iam dicto, euacuat, alia euacuatio à Medico addatur; ex ignorantia enim huius præcepti, ſuadent in conſultationibus, alterius euacuationis indigentiam, dicendo, per euacuationem à natura teotatam morbus non ſoluitur; eſt ergo opus alia euacuatione. Fallaciſſima quidem illatio, cùm ſimilis in euacuationibus per artem factis ſallaciſſima ſit; Sanguis miſſus eſt manè, veſperi morbus non ſolùm non miuoratur, ſed grauiùs moleſtat, addatur igitur C alia euacuatio, aut mutetur euacuationis ſpecies. Ergo ſicut ſi manè idonea euacuatio celebrata fuit iuxta dicta præcepta, oon additur alia eo die, etſi morbus melior redditus non ſit, idem quando natura ſufficienter euacuat exequendum eſt, & multò certiùs, quoniam natura quando per aluum mouet, per diem & noctem euacuationem repetit, quod ars nullo modo imitari poteſt: idémque in quouis aceſſionis tempore exequitur, abſque incommodo aliquo, & hoc non eſt imitabile ab arte. Euacuat ergo morbi materiam quando ars quieſcere cogitur; ſagacius igitur, & plúſquam ars euacuabit, ſi non turbetur, aut impediatur à Medico. Non eſt ergo opus alia euacuatione, vt docuit tam aſſertiuè Galenus, etiamſi non ſit pro ratione multitudinis, hoc D eſt, etiamſi non ſit pro ratione multitudinis ægrum opprimentis: nam nec ars illud ſuis euacuationibus ſemper exequitur, nec poteſt: illud itaque, *Non eſſe pro ratione multitudinis*, noo eſt intelligendum, pro ratione multitudinis, quæ eo die per artem, aut à natura euacuanda erat; nam hic modus euacuationis additionem, aut ſupplementum potiùs per artem hortatur, vt ipſe Galenus apertiſſimè docuit; ſed *pro ratione multitudinis non eſſe ſatis*, de multitudine ad totam morbi conſtitutionem intelligendus Galenus eſt, habita virium ratione, velut ſi diceret, ſi natura per aluum quolibet die euacuat tantum quantum ars eo die euacuaret, non eſt alia euacuatione opus, verùm illa ſola ſufficit, etiamſi non ſit pro tarione multitudinis, nam hæc ſola eſt, quæ eo die ab arte celebraretur. Eſt verò per accidens, quod E non ſufficiat, ſi ars iuxta firmiora præcepta plus eo die non tenetur inanire, nec poteſt. Nam qui hoc non conſiderantes, & quia morbns ſtatim non remittitur, plus inanierunt, aut ſecta vena, aut aloo ſolicitato, in grauiora pericula ægros deduxerunt. Eſtque hæc noſtra aſſertio contra Neotericum Phrigium, qui paruipendendo doctrinam Galeni, ſine præcepto aliquo, aut practica conſideratione, in tam abundanti alui fluxu Sileni, venam ſecat ſtatim, nec idoneam rationem tradendo, nec explicando Galenum, à cuius doctrina, ſe non terreri dicit. Nec mirum ſi non intelligatur, intelligetur verò ſi teneas, quod ſi alui fluxio pro ratione multitudinis ſufficit, non eſt opus alia euacuatione; hoc euidens eſt nec præceptore eget. Verùm, etſi pro ratione multitudinis non ſit, dummodo quolibet die euacuet natu-A ta, quod per artem erat poſſibile, non eſt opus alia euacuatione; erit enim ſi peteretur tam irrationalis, vt eſſet, ſi iam eo die, vt ars petebat, euacuatio facta fuiſſet; & quia morbus non remittebatur, alia euacuatio adderetur.

Hæc doctrina tenenda magis eſt, ſi quod euacuatur à natura ſit omninò præternaturale, vt eſt atra bilis, aut ſpecies quælibet bilis præternaturalis, aut ſalſa pituita, hos enim humores nunquam retrahere licet, nec ſanguinis miſſionem expoſcunt; ſunt enim inſuperabiles ferè, vt docent omnes. Quam repugnantiam, & incoctibilitatem reſpiciens Mercatus, pernicioſam febrem creare ſemper cenſuit, & ob id medelam harum febrium, expurgando ſtatim, antequam vena ſecetur, B exorditur, de quo placito tractatu noſtro de febribus pernicioſis late egimus. Et quamvis illud refutauimus, modo aſſeto, quod ſi humorum prauitatem reſpiciens, etiamſi quieti ſint, & ex quiete poſſimus inferre retineri à natura, vt coquantur; expurgat ſtatim, & venam non ſecat, illicitum erit tam prauos humores ſecta vena retrahere ad viſcera, nihil enim ſalubrius, quàm extra corpus expelli, & tã electiuè, vt à natura docta expulſio celebratur, & tales humores ſunt, qui ſanguini miſceri ſemper deſiderant, vt contemperari poſſint, & partes non exedant, ſummis pariter anguſtiis ægrum fatigent, vt libro *de veteri medicina*, docuit Hippocrates: & inde ſi natura modo iam dicto ſufficienter euacuat, permittenda eſt operari, vt ince-C pit, ſi verò ex excretis retra natura ſuccorum agnoſcatur, & minùs quàm per artem educeretur, euacuet, vtiliſſimè expurgatio imperabitur, quia humores inſuperabiles, & incoctiles ferè ſunt. Sunt etiam iam naturæ intolerabiles, cùm illos ante coctionem expellat, & hinc eorum incoctibilitas vrgentius ſuadetur, qnia quod non retinetur, concoqui nequit.

Huius naturæ humores eoacuati à Sileno eſſe videbantur, vt ex occaſione ægrotandi, colore excretorum, ſiti clamoſa, linguæ ſiccitate, & aſpredine, & non minus ex ſpuma colligebatur. Quæ omnia ingentem attemperationem indicabant, nihil enim tam ſalubre eſſe, imperarique poteſt, nam humores adusti, & velut D incinerati, (vt antea docui) coctione non emendantur, ſed attemperatione, & miſtione, ſi concoqui poſſunt, coctiles fiunt, alioqui minimè. Sunt ergo imperandæ potiones niue infrigidatæ, & non auara manu, moderata tamen, aſtrictione conſtent, ne retentrix collapſa præcipitium irremediabile excretricis admittat. Sciendum enim eſt, quud ſub tanto incendio, totum corpus rareſactum, reclusúmque eſt, & debiliſſimum ob attenuationem, & incendium, & ſic moderata aſtrictio in his fluxibus colliquatiuis neceſſariiſſima eſt, quia fluxum non detinet, facultates iam lapſas ſtabilit, vt quælibet operetur perfectiùs, & mitigato incendio totius, & ſuccorum, & his humectatis minùs lancinant, plus detinentur, paulatim fluxio moderatur, & tandem coquuntur, ſi per artem morbus ſuperabilis ſit, opor-E tétque ſtatim partem habentem rationem foci, ſollicitè inueſtigare, quam dolor, aut tenſio, aut incendium oſtendent; & inuentam auxiliis ſibi appropriatis contemperare, & firmare, ægrúmque velut febre colliquatiua oppreſſum tractabis, non ignorando, plus cibi iis dandum eſſe, ob fluxum, attemperationem, & vt tam praui humores copioſiori cibo permiſti, minùs erodant, & fuligo per totum diſſeminata mulcebris fiat, ſomnum non tollat, nec delirium, quod ſemper machinatur, adueniat; eritque attemperationis cordis, & cerebri ſolicitudo magna, vt totius ſpinæ, ne caput tam vſtis fuliginibus impletum, inſomne, & deſipiens reddatur, vt Hippocrates docuit.

Sit tertia concluſio: Si cum alui fluxione detur initium inflammationis internæ, & fluxio excedens non ſit,

ſit, ſecanda vena eſt, ſi vires permittunt; nam ſi incrementum inflammationis internæ ſtatim non impeditur, periclitantur ægri frequentiùs, & pius euacuandum, ſi febris non ſit verè morbus, ſed accidens inflammationis, quia hæc tollitur ſimul cum inflammatione, putrida verò minimè. Eſt verò rariſſimum, quod putrida febris non ſit, quando inflammatio interna moleſtat; verùm ſi alui fluxio magna ſit, ſperandum eſt inflammationem magnam non fore, quia per aluum multùm materiæ antecedentis reiicitur, & ſic ſine venæ ſectione primis diebus diarrhea permittetur, firmabitur verò pars inflammata idoneis repellentibus, ne multùm recipiat, & recepti aliquid retrocedat; & ſi non obſtante copioſo fluxu, inflammatio magna fiat, deſperatus caſus erit; magnum enim virium robur inflammationes internæ, vt ſuperari poſſint, requirunt, quod adeſſe in hac complicatione impoſſibile cenſeo. Arguit etiam hic caſus ingentem humoris copiam, & quod intra partem inflammatam capi non poterat, reiicitur extra, deprauationem ſignificans expellentis totius, & attractricis partis inflammatæ, propter nimium incendium; in quo caſu ſi non pellat natura extra corpus, duas partes inflammare ſolet, quia quod in Sileno extra mittebat, mitteret ad aliam partem internam, quia illud continere non poterat. Mittet verò in eam quæ tunc debilia eſſe contingat, in quem ſenſum Hippocrates *ſeptimo aphoriſm. text.* 11. ſcripſit, *à morbo laterali inflammatio pulmonis, malum*; quem de complicatione vtriuſque inflammationis, Galenus expoſuit, quam ſuperuenientiam vocat, dicendo: *Huiuſmodi ſuperuenientium generatio, nec paruos, nec mites inſequitur morbos, ſed malos, atque malignos, nam quando non poteſt is, qui morbum lateralem facit humor in coſtis contineri, pars aliqua eius ad pulmones fertur.* Ex quibus videtur quod alui fluxio in Sileno, fuit non dubiè internæ inflammationis præcautio, & quod citiùs ſi aluus non flueret, fuiſſet occiſus: nam ſi ob exanthemata cutis per duos dies, mortis moleſtiam diſtulit, vt docuit Galenus, plures non dubiè ob nigras deiectiones lucratus fuit; nam tanta ſuccorum nigrorum pernicies interiùs ſtabulans, in quarto, aut quinto Silenum de medio tolleret. Et ſi conſideres tot expulſiones à natura tentatas, vt liberaret Silenum, duo deduces, robur nempe viſcerum, quod inſigne non dubiè fuit, ob quod vſque ad vndecimum vixit. Inferes etiam veneficam vim putrefactoriam in humoribus, & tam celeriter quidem contagium per illos ſerpebat, quòd tam copioſa, & accelerata eorum expulſio, periculum mortis præuenire non potuit, plus enim quàm euacuabat inquinabat putredo maligna.

Ex dictis non miraberis, quod multi probabiliſſimè opinentur eſſe expurgandam materiam in morborum initiis, quando Medicus tantam illius prauitatem, aut copiam tantam agnoſcit, vt morbum inſuperabilem à natura iudicet, & repugnantem coctioni. Silenus enim ſi liberari poſſet, euaſiſſet non dubiè, ob tot euacuationes à natura tentatas, & ſic expreſsè Galenus notauit. Remedia igitur quæ mortem vſque ad vndecimum diſtulerant, vtilia non dubiè fuerunt, & quæ hoc faciunt, ſanarent penitus, ſi morbus ſuperabilis eſſet. Idem ergo commodum per artem celebrata afferent: cur ergo non imperanda? Ignorant certè eſſe diuerſiſſimum euacuare crudam materiam, aut euacuare quando datur materiæ cruditas, & morbus eſt in vniuerſali principio. Hippocrates docuit, cruda non eſſe euacuanda, & inde inferunt nunquam in morborum principiis expurgandum eſſe, quia ſemper in eorum principiis eſt cruda materia, & cauſa. Ego verò ſi in principio expurgationem impero, non impero ad euacuandam materiam crudam, talem factam, per putredinem; nam hæc in qualibet acceſſione conſu-

A mitur, & in fuligines permotata euaneſcit. Hoc eſſe euidens conſtat, quia ſi noua fluxio ad focum non datetur, vt noua acceſſio veniret, ceſſaret penitus morbus; quia portio materiæ hodie acceſſionem creantis, non poterit craſtina die morbum continuare, quia tota in fuligines reſoluitur; cinericium verò nouam acceſſionem creare implicat. Quid ergo in morborum initiis expurgandum eſt? Non quidem materia, aut cauſa continens febris, nam hæc (vt modò dicebam) feruore acceſſionis conſumitur: expurgo igitur antecedentem materiam, quæ morbum fouere neceſſe eſt ſi non euacuetur; hæc verò nondum eſt cruda, quia non computruit. Mittetur verò ad focum, & ſic morbum fouebit; & quia per ſigna ſui exceſſiua agnoſco, ſuperare nimis,
B & rurſus morem morbi conſiderans, aſſequor etiam malignè corrumpi, quando ad focum, ad nouam acceſſionem creandam expellitur, moueor ad expurgationem illius, quia timeo ne tanta quantitas ſuperari poſſit, & multò magis, quod malignè corrupta citiſſimè occidet: hæc verò antequam fluat ad focum, cruda non eſt, neque à natura detinetur, vt peſſimè multi cenſent. Conſtat hoc, quia pellitur ab ipſa, & quia non pellitur extra corpus, reiicit illam ad focum conuictum iam vt recipiat, ob partis debilitatem, aut æſtuans trahat. Non itaque expurgo cruda, nec quæ à natura detinentur, ſed quæ in cruditatem abitura ſunt, & expellenda à natura in focum, quia moleſtiam eorum ſuſtinere nequit æger.

C Ex iis explodenda venit opinio docentium, quod omnes coacuationes ſymptomaticæ ſint ſtatim ſupprimendæ: praxis quidem erronea, & contra mentem Galeni in expoſitione Sileni, qui nono perire debebat, ſi die octauo exanthemata illa non apparuiſſent, & in opinione Valleſij, meritò illorum plures dies vitæ lucratus fuit, quia cenſuit ante ſeptimum cutem maculatam variulis fuiſſe. Et inquirerem libentiſſimè, quod commodum ſic opinantes ſperant, quando natura atram bilem, aut alium prauum humorem expellit in morborum initiis, ex retentione illius intra corpus: nam quod iam extra corpus reiicit (vt nuper dicebam) implicat à natura non pelli, & ſi non extra, neceſſariò ad aliquam partem. Putant igitur non dubiè
D vtilius ægroto fore intra partem contineri, quàm extra corpus manere, & extra lædere pius, quàm intus putreſcens: & ſi in partem principem pellatur, vt poteſt, & ocyſſimè occidere, erit commodius intus manere, quàm extra corpus. Eſtque hoc placitum experimento aduerſum, cùm videamus quotidiè citiùs perire, quibus aluus priùs maligna euacuans, aut ſponte, aut arte ſupprimitur; ſtatim enim à ſuppreſſione, anxietudine indicibili opprimuntur, & ſudoribus ſyncopalibus, extremorumque refrigeratione pereunt.

Nec circa hoc ſequendus omninò Galenus, *quarto aphoriſm. com.* 22. ſic ſcribens. *Quando aliquis morbus incipit, ſi quod excernitur, nihil tunc naturæ ratione excernitur,*
E *ſed ſunt omnia ſymptomata earum, quæ præter naturam ſunt in corpore diſpoſitionum. Quo enim tempore à cauſis morbum facientibus natura grauatur, & adeſt cruditas humorum; tunc aliquid vtiliter euacuari eſt impoſſibile*, &c. Non itaque ſequendus eſt ſi in eo aphoriſmo ſenſit, impoſſibile eſſe, quod euacuationes in principio à natura factæ, ſint aliquo modo vtiles, oppoſitum enim in hiſtoria Sileni docet; nec meo iudicio in illa expoſitione fuit aſſequutus mentem Hippocratis. Conſtat planè, quia illum coarctat, & exponit ſolùm de morbis in quibus cruditas neceſſariò præcedit, & coctione indigent, vt eorum cauſæ emendentur; ij autem ſolùm ſunt febriles. Hippocrates verò non dixit hoc, ſed vniuerſaliſſimè loquitur, dicendo, *morbis quibuſlibet incipientibus, ſi atra bilis vel supernè, vel infernè exierit.*

Digitized by Google

exierit, lethale. Vides, quod nullum morbum excepit. Docuit ergo Hippocrates quod eſt veriſſimum, nimitum quod omnes morbi pendentes à bile atra quæ pr opriè ſit talis, lethales ſint, & quia quòd pendeant ab illa non demonſtratur certiùs quam euacuatione facta quando incipiunt; ideò eſt ſignum mortale, non quia in principio euacuentur, ſed quia ſignificant cauſam tam prauam morbi incipientis authorem eſſe, & eſt cauſa illa velut venenum, & à natura ferè inſuperabilis. Inde morbus ille deſperatus erit; in quem ſenſum dixit *aphor. 24.* eiuſdem libri, *Difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile inceperit, lethalis eſt.* Quem meliùs Galenus expoſuit, & non damnauit, quòd à principio atra bilis pellatur, ſed intulit optimè lethalem eſſe talem affectum, quia pendet ab atra bile, quæ inſuperabilis eſt. Ergo ſi tantus author commodè poteſt exponi, quando impoſſibilem vtilitatem iudicat in euacuationibus principiorum, dices, loquutum fuiſſe de omni vtilitate, & adæquata ſignificatione illius. Deficient verò ſemper duæ rationes in euacuationibus principiorum. Prima ex parte ſigni, quia ſemper ſignificat aut copiam, aut prauitatem, aut retentricem debilem. Secunda quia euacuationes principiorum nunquam morbum iudicant integrè, etiamſi vtiles eſſe poſſint: & quia ita conferre vt per illas ægri ſaluentur rariſſimum eſt, abſolutè dixit, eſſe impoſſibile. Nec nauſees, quia doceam ſignum vtile dici poſſe, id enim me docuit Hippocrates, ructum acidum in lyenteriis ſignum vtile appellando: ergo in principio euacuati aliquid vtiliter vtilitate adæquata, modo dicto eſſe impoſſibile, rectè dici poteſt; abſolutè non poteſt. Eſt de hoc argumento celebris textus, *com. 1. de humoribus, text. 22.* qui habet: *Verum ſi cruda ſint, tunc habe in memoria eas diſtenſtiones, quarum ſupra mentionem feci; hoc eſt facilitatem tolerandi, & difficultatem. Siue enim cruda, ſiue frigid., ſiue fœtida, ſiue liquida, ſiue ſicca ſint; ægrotus verè facile ferat, cohibenda non ſunt. Sì verò ille ægre & difficulter toleret, ſupprimenda;* & Doctrina ex primo ad Glauconem, expoſitionem non paritur, cùm tam clarè doceat eſſe permittendum alui fluorem etſi non ſit pro ratione multitudinis: ſed ille ſolus ſufficit.

Quia verò in curatione puncticularis febris docui, non eſſe expurgandum in principio minoratiua, vocata, purgatione, modò verò illam amplector, aduertire eſſe diuerſiſſimum quod modò doceo; ibi enim minoratiuam purgationem exploſi, vt ab omnibus intelligitur, de purgatione ſcilicet partem materiæ putridæ educente; ignorn enim, cur ſi indicatur euacuatio materiæ putridæ ob malignitatem, non indicatur euacuatio totius materiæ, & non partis illius, ſi putrida materia educibilis eſt Cenſeo etiam putridam materiam (vt antea docui) & quæ acceſſiones iam actu facit, ipſam feruore proprio ſe abſumere in fuligines permutatam, & reſoluitur per portiones ſigillatim ad focum expulſas, vt acceſſiones repetant; expurgare verò in principio materiam antecedentem, quando multa iam collecta in initio morbi maligni agnoſcitur, præſertim ſi ex deprauatis humoribus ſit, vt quantitate, & qualitate multum à ſanguine diſtet, ſi non ſit manifeſtum impediens, probabiliſſimum, & vtiliſſimum, cenſeo; ad quam celebrandam non ſeco priùs venam, imò expurgatio ipſa vt vena ſecetur, neceſſaria eſt, ſi Galeno credimus, *4. de ſanitate tuenda, c. 8.* Neque mihi probatur doctrina Valleſii, *2. method. c. 3. circa finem*; docet enim quod ſanguinis impuritas non obſtat ſectioni venæ, quod eſt abſolutè falſum, cùm detur cacochimia, & ſupernatantia humorum, in qua graue peccatum foret, venam ſecare ante expurgationem: eſtque falſum docere abſolutè, quod inutiliùs ſanguis, iam expurgato, mittatur, quàm antequam expurgaretur; eſt enim euidens, quòd in ſupernatantia, & cacochimia magna diſponit expurgatio mirificè ſanguinem, vt ſecurè ſectâ

A venà educatur; & hanc expurgationem Sileno à principio imperarem, ſi aluus moderatiùs flueret, & bis aut ter deiiciendo, vt Valleſius in ſua methodo docuit, obedientem naturam, & aggrauatam mihi oſtenderet, non tamen reſpondentem quantitati quolibet die euacuandæ.

Sed quid faciendum quando ſimul aluus copioſè materiam tam prauam euacuat, & phlegmone vrgenti æger opprimitur, non aliud quàm virtutem omni arte firmabis, cibis, etſi alicuius momenti videatur, etiam alexipharmacis, & ſi locus inflammatus ſcarificari poſſit, & cucurbitis extrahi, quod impactum in eo eſt, id imperabitur. Nam alius modus euacuandi vrgentem materiam, non datur, niſi ex parte propria per topicam ſectionem venæ, aut hyrudines euacuatio B fieri poſſit, vt in cerebro exequi poteſt; mox reſoluentibus, inanitio partis tumidæ fiet, in ſepti verò inflammatione, quam dari in Sileno Expoſitores cum Galeno cenſent, attemperantibus incendium, & partem firmantibus, ne multùm recipiat, in initio vtendum eſt, mox reſoluentibus; nam cucurbitis ſcarificatis huic parti auxiliari non poſſumus, niſi in regione dorſi vbi illi alligatur: hyrudines tamen hemorrhoïdibus affixæ vtiles eſſe poſſunt, eſtque auxilium ſecuriſſimum in alui fluxibus ſi ſupprimere illos non deſideratur; eritque tibi certum, quod ſi à natura materia maligna euacuetur, occidet citiùs cohibita, quàm fluxum permittendo; & inſtauratio virtutis, quam fluxum ſiſtendo procuras, ſecuriùs certiúſque fiet moderando ſolùm C fluxum ſi potes; non tamen omninò ſupprimendo, & alimentis, potibúſque idoneis, & alexipharmacis virtutem firmando, ſi malignam qualitatem in excrementis admittas; ſin minus dum moderatè aſtringentibus moderari fluxum ſatagis, attemperabis omni ingenio viſcera læſa, & æſtuantia, & ipſos humores ſimiliter: nam hic modus doctiſſimus eſt ſiſtendi ſecurè fluxiones. Securè dico, quia ſi non moderata occaſione, ob quam irritant, fortioribus aſtringentibus fluxus ſiſtatur impetu cohibito extra, motu retrogrado in partes internas citiùs æger peribit. Et hoc intellige, dummodo retentrix debilis nimis, fluxui occaſionem non præbeat: nam in hoc caſu aſtringere quomodolibet ſecuriſſimum eſt, ſi febris putrida non repugnat. Sed quando iam ob ſuperfluam euacuationem ex retinentis lapſu virtus D labaſcit, vt vrgens indicat, & ex retentione eorum, quæ ob debilem retentricem pellebantur, nullum incommodum, ſed virtutis inſtauratio ſequetur, hócque præceptum à me ſolùm notatum obſerua; nimirum, quòd in omni fluxu alui, etiam vtili, & qui permittendus eſt, ſemper conuenit in cibis, potionibus, & aliis intus ſumendis, moderatam aſtrictionem admittere tranſacto iam primo fluxionis impetu: nam ſi hoc feceris, liberaberis hæc: impedies præcipitium naturæ, & ne ſuperfluat euacuatio, quia moderata aſtrictio nullam facultatem lædit, ſed omnes in tenore ſeruat, vt operentur ſalubriter: oſcula vaſorum, quæ ex aſſiduo humorum affluxu, irritamento, incendióque tanto dilatari præter E modum neceſſe eſt, & velut erodi, leui aſtrictione in naturali ſtatu ſeruantur, ob cuius ignorationem, etiamſi fluxio in principio conuenientiſſima ſit, in naturæ præcipitium mutatur propter offenſionem vaſorum, & oſculorum in tranſitu humoris, cuiuſque naturæ ſit, quia nullus morbum indicans, ſine offenſa partium per quas deriuatur tranſire poteſt, & plus quò malignior fuerit: & quia ſi fluxio impetuoſè celebretur, virtus nimis deſtruitur, & debilis reddita retentrix ſtatim in fluxibus cadit, quia contra illam directè, & egregiè pugnat expultrix, & ſic vſque ad ſyncopem, & mortem expellit, huic periculo aſtrictio moderata à principio occurrit, nunquámque, vt dixi, attemperationis viſcerum, & humorum obliuiſcaris, firmabíſque ventriculum, quia in fluxibus multum patitur: & ſi ſudori-

bus

bus ſyncopalibus ægri occidantur, vt in plurimis conſtitutionibus contingit, præcauti: optima ſit moderatè aſtringendo. Hæc dicta & commendata teneas in febribus putridis fluxoi ventris copulatis, aliter enim interiùs aſtringere amethodum irrationaléque eſt, authore Galeno *1. de victu acut. text.* 18. dicente, quod nemo in febribus vtitur aſtringentibus, niſi propter aliquod ſymptoma vires exoluens.

Et quia docui, quod in Sileno expurgatio fuiſſet conueniens, ſi ſtatim nigra, lentè tamen expelleret, id intelliges, ſi non detur inflammationis internæ ſuſpicio: nam ſi iecur, lienem, ventriculum, aut ſeptum, vel renes, aut aliquod aliud inteſtinum inflammari aſſequaris, aut in regione naturali inſignes obſtructiones inuenias, tenſáque hypochondria percipias, expurgare non licet, ſed clyſteribus idoneis res agenda eſt. Erunt verò attemperantes abſterſorij, & expurgantes interdum, ſi natura pigrè reiiciat, vt ſolet, quandu regio naturalis obſtruitur. Caput iam dixi præmuniendum eſſe, & primis diebus conciliandus ſomnus, vrinæ ſuppreſſioni occurrendum laxantibus, & propriatis auxiliis, renibus, & pectori admotis: cruda enim erant, quæ dicta partes occluſerunt, & iſchuriam cauſarunt; & cuiuſuis naturæ fuiſſent, ligari, & vias reſerari indicabant, & in mea opinione nihil ad veſicam deſcendebat, ſed in renibus, aut vreteribus obſtructio facta fuit, nam in morbi initio lumborum dolore cruciabatur, in quibus morbum firmari debere in aphoriſmo docetur.

Dubium diſcutiendum ſupereſt, ſi expurgato Sileno, aut præmiſſa euacuatione, vt corpus deonerаretur, fuiſſet vtile frigidam ad ſatietatem bibere, etiamſi fluxus alui moderatus non fuiſſet. Et mihi videtur ita faciendum eſſe, de quo auxilio latè ſcripſi tractatu noſtro de febribus colliquantibus; erat enim febris Sileni colliquatiua, ſtatim à primo inſultu, vt ex deiectionibus nigris, & ſpumantibus planè dedocebatur, & confirmarunt deiectiones diei quinti leues, ſynceræ, & perquam pingues. Qui potus vrgentiùs indicabatur, ſi vt putauit Valleſius, ſeptum tranſuerſum, cum toto hypochondrio habuit magnum eryſipelas, docente Galeno *9. methodi* c. 5. eryſipelas, quod ſit verè tale, aliter quàm potu gelidæ ſanari non poſſe, & fortaſſe, ſi ita actum cum Sileno fuiſſet, liberaretur, cùm eſſet tam robuſtus, & cum tam intolerabili incendio, inextinguibili ſiti, & deiectionibus tam perſpicuè feruorem internum oſtendentibus, & peruigilio ægrotare cœpiſſet: in hoc enim concurſu ſymptomatum ab eryſipelate viſcerum pendentium, coctionis ſigna ſperare, vt gelida copioſè bibatur, irrationabile omninò eſt, & contra Galenum *loco citato*, eſt inexplicabile, quàm ſecurè, quàm vtiliter, & quàm citò morbus miteſcat, & æger reuiuiſcat, alacriorque fiat, velut ſi ex inferno ad paradiſum fuiſſet tranſlatus. Dicebat quidam vitiua febre oppreſſus, iam credere, quod elementa in mixto formaliter manerent, nam niſi ab igne tantum incendium, vt in thorace ſentiebat, produci poſſe non putabat. Hoc potu anno præterito, ſenem atrabiliarium, præter ſpem ſociorum liberaui; vſtus erat, lingua præ ariditate conuulſa, cum ſumma aſperitate, conuicti tamen tandem auxilium permiſerunt; incredibilam aquæ quantitatem intrepidè bibit: eſt verò incredibilius, quod nec ſudore, nec aluo, nec vrina, nec vomitu, vnicam guttam aquæ reiecerit; ſed velut ſi totum corpus ex ſpongiis formatum fuiſſet, tantam aquæ copiam imbibit, non ſine admiratione omnium.

Et hæc ſpecies febrium tam ardentium, ſi ſenes inuaſit, duo arguit. Primum, quod ſint robuſtæ naturæ; nam ſi (vt dicebat Hippocrates) in eis ob frigiditatem corporis non poſſunt dari febres acutæ, & intenſæ, quando dantur, calido influente, natiuo, robuſtoque

A conſtant, & ſic gelidæ potum ſine noxa accipiunt. Secundum eſt, quod multi ignorant, nempè quod potus ille vrgentiùs à ſenibus quàm à iuuenibus indicetur: & petatur, quia cùm febris vſtiua ſit ſenibus morbus diſſimilior, maiorem cauſam arguit non dubiè; & indè maius remedium vt incendium tepeſcat, requiritur.

Tandem notabitis, quod humores tam aduſti; vt habuit Silenns, inſignem, aſſiduamque contemperationem requirunt, ob duo; & vt colliquatio, & mors impediantur, & ne corrumpantur attemperantia, ſi leuiora ſint, aut in qualitatibus, aut in copia, & corrupta ex parte morbi ſe teneant. Legite Galenum *lib. 2. ſimplicium, cap.* 12. vbi docuit, quod quando auxilia mor-
B bum mitigantia vincunt acrimoniam humorum, proſunt valdè; ſi verò leuiora ſint, & à prauitate ſuccorum corrumpantur, cacochimiam augent. Semper itaque in iis conandum eſt, vt docuit Auicenna, ardentem, & colliquantem febrem in frigidam febrem mutare; quod qua ratione contingat, in curatione cauſi expoſui, & fuit Galeni præceptum, dicentis, melius eſſe incrudare phlegmonem, quàm ſinere ægrum in hecticam labi. Quod ſi ita attemperando, & alui nigra, & colliquata expellendo, malum non moderetur, deſperata res eſt. Si verò ita attemperando, abſque alui fluxione malum perſiſtat, vlteſque conſtent, attemperabis cum iis, quæ ſimul aluum ſolicitent, quia aliud genus remedij in tam incoctilibus ſuccis non datur. Hoc mirè præſtat, ſerum lactis perfectè extractum, aut diſtil-
C latum, cum pulpæ tamarindorum magna quantitate, vt vnciarum viginti propinatum, & pulpæ recentiſſimæ ℥. iij. ß. cum ſaccharo, aut in eadem ſeri quantitate ℥. ij. ß. ſyrupi ſolut. violarum miſcebis, & frigidum propinabis, etiamſi interna inflammatio detur: partes enim, ſeu vaſa loco inflammato immediata, plena ſunt non dubiè excrementis prauis inflammationem fouentibus, ob quæ non mutatur in melius, & euacuari detergerique petunt vt locus inflammatus tranſpiret: Galenus *2. ſimplic.* ſcripſit, *Quamobrem proximi euacuandi ſunt qui ab iis, quæ contemperandi naturam habeant, irritanturque exaſperantur, vtpotè, qui multa, nec facilè ſolubili humorum corruptione laborant*: & portio ſeri reite-
D rabitur, ſi aliquo modo profecerit, & etiamſi non profecerit ſemel hauſta, ſi vires permittunt. Exanthemata verò illa ſi mortem per duos dies remorata fuere, vt Galenùs docet, iuuanda eſſe, dubium non eſt, vt non eſt difficile genus auxiliorum axitum adiuuantium.

HEROPHONTIS HISTORIA.

Dies primus, ſecundus, tertius & quartus.

E *Herophonti febris acuta, à ventre pauca, qualia per teneſmum ſolent inter initia. Poſt hac autem deiecit tenuia, bilioſa, copioſa, ſomni non erant, vrina nigra, tenuis.*

ACutè febricitatæ hiſtoria declarat, tacuit verò Hippocrates diem ſecundum, tertium, & quartum, vt cenſeo, quia ſimilia ſymptomata iis diebus affixerunt. Miſcellam trium humorum ex hiſtoria deduces, pituitæ nimirum, bilis, & melancholiæ. Cœpit primo die laborare teneſmos affectus moleſtiſſimus recti inteſtini, quod lancinatum aſſiduè mucoſo & acri excremento, à quo ob glutinoſam naturam diuortium difficillimum habet, deiicere illud

illud perpetuò nixu procurat, quia moleſtia ſucci adhærentis ceſſat nunquam. Eſt ſuccus moleſtus, aut quia ſalſus, aut quia mucus ſeu pituita bili acri permiſta reiicitur; & hæc miſcella tam moleſta fuit primo die Herophonti, & bilem cum pituita abundare declarat: nam deiectiones teneſmoſæ ſine pituita lenta, & craſſa impoſſibiles ſunt, hæc verò indolens ex ſe eſt; redditur verò moleſta, aut reddita ſalſa propter vſtionem, aut quia bili mordaci miſcetur, in doctrina Galeni, quam in ordine ad ſalſedinem iam Spagyrici irrident. Hinc docuit ille, deiectiones eſſe difficillimas oppreſſis teneſmo, & cum maiori cupiditate deiicere. *Teneſmo* (inquit) *laborantes longè maiorem deiiciendi cupiditatem habent quàm dyſenterici; nec enim flaua bilis ſtatim permeat, quoniam ſunt illa mucoſa.*

Nec permiſtio patum perſeuerauit, quia poſt deiecit multa, tenuia biliosa, vt videatur mihi probabile, mucum illum in prima regione creatum extitiſſe, bilem verò deſcendentem ob ſuam deterſionem cruda ex inteſtinis abraſiſſe, & teneſmum excitaſſe; finita verò crudorum excretione & bile iam non impedita à muco, & inde plus irritante, faciliùs, & abundantiùs expelli: non erat ſyncera, ſed ſuo ſero admiſta, ob id tenuis, & etiam quia cruda; verùm quia non ſyncera, ſecurior. Vrinæ nigræ fuerunt, & tenues, quæ exceſſum melancholiæ indicabant, & vt rectè Valleſius, non erat melancholia vſtione creata, ſed naturalis (vt erat bilis) ſuo etiam ſero permiſta, non erodens, nec ſiccitate conuellens, nec incoctilis: inde ſuperari, & concoqui potuit, & ad bonum terminari affectio Herophontis, primis diebus tot prauis ſignis exitium promittens; multùm enim intereſt ad victoriam, humores febrium authores ex naturalibus eſſe. Quod ſi Galenus conſideraſſet, non miraretur, quod Herophon defunctus non fuit, & ad rectè præſagiendum, diſtinctio hæc neceſſariiſſima eſt; rarò enim humores præternaturales ſunt priùs, & huic præternaturalitati accidit putredo; aut vſtio, vt ad creandum febres acutas accidere debet. Febres ſalubres non ſunt, ſed perniciosiſſimæ & inſuperabiles ferè, vt in expoſitione Philiſci, & Sileni notaui, multùm verò ſperandum eſt boni, quando humoribus naturalibus putredo ſuperuenit, hanc enim ſimplicem appellare poteris, & vt plurimùm ſimplices febres creat, & ſalubres, etiamſi ſint primo aſpectu horribiles, quia intenſæ nimis, de iis enim ita ſcripſit Hippocrates 3. *prognoſticorum text. 2. Mitiſſimæ autem febres, & ſignis firmata ſecuriſſimis, quarto die, aut citius finiuntur.* Si vero humoribus præternaturalibus priùs, adueniat rurſus putredo, aut vſtio, malignam hanc permutationem appella, quia inibi eſt duplicata præternaturalis mutatio: prima quâ redditi ſunt ſucci præternaturales; ſecunda quâ febres creant, inde tam alieni naturæ noſtræ his mutationibus redditi ſunt, vt vim veneni ferè æmulentur in inſuperabilitate, & reſiſtentia coctionis: quam proprietatem tam aduerſam noſtræ naturæ contemplatus Auerroës, putauit ex talibus humoribus nunquam eſſe poſſibiles febres, quia ſtatim à ſui generatione vt venena expellit illos natura, non permittens, vt putreſiant, & febres lethales generent. Inde intelliges, humores præternaturales praua qualitate, & maligna natura, magis quàm quantitate occidere, eorum enim rariſſimè tanta copia accumulatur, vt præ copia interficiant, ſecus in naturalibus euenit; neceſſe enim eſt, vt in magna copia putreſiant, vt necent, quia ſimplex putredo ex ſe vincibilis eſt, niſi ob nimiam humoris quantitatem inſoperabilis fiat, idem enim in iis, quod in alimentis inuenies; praua enim in pauciſſima quantitate commutari non poſſunt ob diſſimilitudinem nimiam; optima verò, vt concoqui non poſſint, in magna copia ſumi debent, ſunt enim ex ſe commutabilia, niſi præ copia coctricem ſuperent.

Et hic æger cui ſalutares fuerunt euacuationes ſymptomaticæ, docente Galeno, quod ſurditas ſuperueniens,

A quia ſuppreſſæ fuerunt deiectiones biliosæ, & impetum fecit bilis ſuppreſſa ad partes ſupernas, vt verificetur, quod in hiſtoria Sileni notaui; eſſe nimirum neceſſarium, quod ſymptomaticæ euacuationes ſuppreſſæ, quando praua eapelluntur, debeant expelli in alias partes internas; & ſi Herophon debilis cerebri eſſet, quòd ſurditatem fecit humor retrocedens, cauſaret phrenitidem, & ægrum iugularet; docuit enim Galenus 4. *aphor. com.* 28. quod ſurditas in febribus fiat currente bile ad cerebrum, & ceſſant biliosæ deiectiones, quæ priùs erant; & circa hoc nunquam concipere potui, cur ſit malum, vt cauſa, quòd cauſa antecedens morbi ſtatim euacuetur; & ſit ſecurius intus retineri, præſertim, quando humor expulſus præternaturalis omninò eſt. Non me latet dixiſſe Galenum, quod quan-
B do natura euacuat tempore cruditatis ante coctionem nequit malum humorem ſine bono expellere, aut quod euacuat bonum cum malo; ignoro enim quando nigra euacuantur, aut pallida ſyncera, & quæcumque alia prauæ naturæ, quid boni cum tam pernicioſa materia euacuetur, vt huius euacuatio plus obſit, quàm proſit euacuatio atræ bilis, & ob id liceat ſtatim tales euacoationes cohibere; cum fateamur omnes tam prauæ naturæ eſſe, quod ferè incoctiles ſint, & inuincibiles à natura, & totum id quod tales euacuationes prauum, vt ſignum ſignificant, ſuadet eſſe permittendas, (excipio ſi ob debilem retentricem contingant) duo mala ſignificare fatentur: aut multitudinem, aut prauam qualitatem, & naturæ tam moleſtam, vt cogat expul-
C tricem contra illam pugnare. Quod ergo inconueniens dabitur, ſi multitudo, aut quod tam prauum eſt, vt ferri nequeat, pellatur ſtatim, vt ob illud eorum expulſio permittenda non ſit? Semper enim vrget, quod ſi detineatur, debeat, quod natura extra trahebat, ad partes internas tranſmittere, & ſubito occidere, aut lethales paſſiones creare; nam per præciſam cohibitionem, non tollitur præternaturalitas, quæ ſtimulando expultricem, non potuit quod lancinabat intus permittere.

Nec doctrina Galeni ab omnibus recepta ſcrupulo caret; videtur enim inefficax argumentum à modo operandi in naturali ſtatu, ad ſtatum morboſum: nam cùm in alimento naturali ſint neceſſariò incluſa ex-
D crementa, aut debeant ex coctione alimenti creari; ſi ſine coctione expelleret, reiiceret neceſſariò bonum cum malo, quia bonum à malo per coctionem debet ſeparari, & ſic retento bono, malum detrudit. Sed quid valet hoc ad ſtatum morboſum, quando cauſa antecedens venenum æmulatur; an conuenit illud detinere, vt ex eo aliquid vtile accipiat, & mox excrementa remanentia pellat? non certè; operaretur ergo in ſtatu morboſo deprauatè, ſi retineret illud ex quo nihil vtile ſperat, & aliàs eſt publicus occiſor naturæ. Semper ergo claudicat, ſi in morborum initiis non reiicit ſtatim, quod morbum fouere debet, & id non deſtruat: & claudicat plus, dum morbus futurus eſt deſperatus; nam ex anticipata expulſione veneni, aut
E reddetur ſalubris, aut ſaltem lucrabitur quòd tardiùs occidat; nam humot, qui poſt coctionem expellitur, nutrire non poterat, nec aliquid boni ab eo accipere natura debet, nec poteſt, & ſic totus eſt ſemper excrementum: ergo ſtatim petit excerni. Malè ergo operatur, ſi poteſt illum reiicere, illum permittendo, cauſa enim morbi antecedens, quæ in coniunctam neceſſariò abitura eſt, nunqoam eſt naturæ commoda, vt eſt euidens. Antea non nutrit, ſed potiùs detenta diſponitur grauè, vt poſt continens, aut immediata fiat; facta immediata, morbum continuat: ſi coquitur (quod eſt ſumma felicitas) fit pus, aut ſedimentum, hoc ſi detineatur, rurſus morbum ſuſcitat; quid ergo natura ex retentione cauſæ antecedentis lucratur, quod ſit vtilitatis maioris, quàm ſi ſtatim pelleretur.

Quæ dicta ſunt, mihi euidentia apparent, & inde

communis

Digitized by Google

communis doctrina eſt, quod quando Galenus docet, tempore cruditatis neceſſario bonum cum malo euacuari, ſit intelligendus de euacuatione vitalis ſpiritus: dicunt enim naturam cæcè operari in morborum initiis, quia irritatur, & ſic ſimul cum humore vitalem ſpiritum pellere; & hac ratione noxias eſſe euacuationes, vt cauſa, ſi in principio fiant; Quæ ſolutio inſtantias magnas patitur. Sit prima, quod nulla euacuatio hoc inconueniens fugere poteſt; nam ſemper quod natura pellit irritata, & lancinata; ergo ſi irritatio illam obcæcat, ſemper vt cæca operabitur. Secunda, quod in communi opinione dicentium quod in ſummo vigore datur ſumma putredo, dabitur maior irritatio tempore criſis, quæ in vigore neceſſariò celebranda eſt, & inde, vt cauſa, erit perniciosior euacuatio ſummi vigoris, quàm principis, & antecedentis materiæ; nam hæc nondum putredinem concepit; quæ verò ſummum vigorem conſtituit, eſt ſummè putrida: ergo hæc irritat plus, quia præternaturalior, & acrior putredine facta fuit; ergo cæcitate maiori coget operari expultricem, & ſic effectus demonſtrat, quia quod in principio paulatim, & intermittenter euacuat, in criſi pellit confertim, & ſimul. Lædet ergo plus quàm euacuatio principij, ex parte irritationis & cæcitatis. Quod argumentum eandem vim habet in alia opinione; nam nulla negabit, quod materia morbi non ſit deterior in vigore, quàm ſit materia antecedens, antequàm fiat coniuncta.

Sed adhuc reſponſum dant dicendo, quod quando iam natura concoxit, pellit natura ſine irritatione, ante coctionem minimè. Diſcrimen eſt, quod poſt coctionem iam retentrix non detinet, & quod non detinetur debet expelli, non irritatione præcedente, ſed ſubordinatione naturali facultatum. Solutio mihi ridicula, & ad reſpondendum ſolùm parata, non ad veritatis examen, nam excrementa naturalia moleſtia ſatis manifeſtè irritant, vt viuens ad excernendum ſe accingat: cur ergo ſine irritatione non pelluntur, ſi retineri non debent. Vrget etiam argumentum adductum, & fortiſſimè; Materia ſummi vigoris moleſtior eſt, & malignior quàm materia antecedens, quia hæc nondum computruit, & eſt naturalior: plus ergo illa quàm hæc irritabit. Si dicas quod antecedens detinetur, vt coquatur, falſum dicis, quia potiùs detinetur ad corruptionem, vt conſtat, quia diſponitur vt ſit materia coniuncta; & non expellendo illam ſtatim ſi creata ſupponitur, depravatè operatur, detinendo quod tenebatur reiicere. Præterea ſi cum malo euacuatur bonum neceſſariò, inquiro, aut eſt maioris vtilitatis, quòd euacuetur humor ille, quàm ſpiritus, aut è contra, læſio maior ex euacuatione ſpiritus ſuperuenit. Si dicas primum, non eſt euacuatio mala abſolutè, vt cauſa, ſed naturalior, ſi plus commodi lucratur natura. Si dicas ſecundum, ſequitur neceſſariò ſtatiòs ſupprimendas fore omnes euacuationes in initio tentatas, & hoc ex doctrina Galeni in expoſitione aphoriſmi 21. libri quarti deducitur, aſſerendo, quod eſt impoſſibile aliquid euacuari vtiliter quando adeſt humorum cruditas, & tunc vrget, quod, capiet impetum in partem principem, & ocyſſimè occidet, aut inflammationem internam creabit, quia natura talem materiam intro non ſuſtinet. Tandem reſponſio illa, quòd irritata natura pellit vt cæca, redarguitur bifariam: primò, cur non detinet ſpiritus, vt debet, ſicut retinet omnes alios ſuccos cum quibus per minima humor expellendus permiſtus eſt. Secundò quia ſpiritus quos euacuandos eſſe hæc opinio cenſet, ſunt illi, qui cum ipſo humore expellendo vniti, aut in ipſo imbibiti ſunt, non qui in reliquis vaſis, & viſceribus habitant, quibus permanentibus vires repugnat ſenſibiliter deiici, etiamſi pellantur humorum alumni: & quod antea in hiſtoria Sileni, ex mente Galeni diximus, vixiſſe nimirum duos dies, ante quos fuiſſet defunctus, niſi euacuationem illam ſymptomaticam variolarum habuiſſet, ſuadet planè plus emolumenti, quàm noxæ talem euacuationem habuiſſe.

Semper cenſebo, quod euacuatio materiæ antecedentis ſit commodior, & vtilior, quàm eius retentio; quod intelligendum eſt quantum agitur in ipſa euacuatione ſolùm, etiamſi ei annectas reſolutionem ſpirituum, quam in omni euacuatione inexcuſabilem iudico. Ratio à priori inſinuata iam eſt, quia euacuatur antequàm putreſiat, & nondum cruditatem ſuſcepit, cuius expulſio eſt præcautio illarum acceſſionum, quas ſi coniuncta fieret, crearet neceſſariò. Eſt verò irrationabile cenſere, quod cùm ſit ſemper naturæ inimica, non lædat plus intus manendo vſque ad tempus in quo pellatur ad focum, & febrem continuet, quàm ſi ſtatim pellatur; intus enim ſtabulata ſemper lædit, febrem continuat, contagio ſuo ſanguinem inficit, & cinericio ad nouam acceſſionem materiam aliam diſponit; & eſt poſſibile, quod in illa acceſſione, aut acceſſionibus, æger debitum naturæ ſoluat. Quod ergo incommodum ſi ſtatim euacuatur? cum dictis conferri poteſt, neque eſt comparabile, ſi rectum iudicium ferendum eſt.

Sit ſecunda concluſio: de euacuatione materiæ coniunctæ, quæ iam putrida eſt, aut viſa, non eſt eadem ratio ſecuritatis, ſi ante coctionem pellatur. Videbitur prima fronte concluſio ridicula, ſi hæc materia prauior iam eſt. Diſcrimen in curatione audietis, ſi aduertatis, quod Herophon primis diebus inſomnis omninò fuit, ob irritationem teneſmoſam, & poſt, ob aſſiduam deiectionem, quod humores commoti euaporabant, calidum erat, ſiccum, & pungens calore & ſiccitate: vapores mulcebres ſanguinis, ſi qui aſcendebant, reſoluebantur, & punctione etiam ſenſum excitabant, nec ſanguis ad ſomni conciliationem idoneus erat, quia bilioſus nimis, donec per euacuationem biliosorum defæcatus per dies ſeptem, octauo dormire cœpit, reddito placidiori.

Dies quintus, ſextus, & ſeptimus.

QVinto die manè ſurditas, exacerbabantur omnia, lien intumeſcebat, hypochondrij contenſio, ex aluo pauca nigra exibant, deſipuit. Sexto delirauit, ſub noctem ſudor, refrigeratio, delirium permanebat. Septimo circumfrigebat ſitiens, deſipiebat, ad noctem redit in mentem, dormiuit.

Surditas indifferens ſignum eſt, quandoque enim humorum recurſum ad cerebrum ſignificat, & ſolet eſſe imminentis phrenitidis præſaga, & ob hanc cauſam huic ægro eueniſſe, Galenus teſtatur dicendo: *Etenim nigra minxit, & excrementa alui biliosa repreſſa, inſequuta ſurditas eſt, quæ in caput aſcenderant.* Vndè non immeritò deſipuit, & quod bilioſis excrementis depreſſis ſurditas ſuccedere ſoleat, admonuit Hippocrates 4. *aphoriſm. text.* 28. dicendo. *Quibus bilioſa deiectiones ſunt, ſuperueniente ſurditate ceſſant; & quibus ſurditas, ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus ceſſat.* Galenus in aphoriſmi declaratione, ad humorum recurſum vtrumque caſum reducit, & quod ſurditas delirij futuri ſignum eſſe ſoleat, teſtatur Hippocrates 1. *prorrit. text.* 32. ſic; *Surditas in acutis, & turbulentis ſuccedens mala.* Et Galenus in expoſitione ſic fatur; *Indicat enim inuaſiſſe quandam humorum abundantiam in cerebrum*: Et Hippocrates rurſus *in coacis* ſic ſcripſit: *In acuta febre aures ſurdeſcere furioſum.* Verùm hoc delirium non ſequitur neceſſariò, nec aliud genus delirij, vt ex hiſtoriis plurimis poſtea videbitis. Appollonius enim, Virgo Abderitæ, Herophitus, & Hermocrates ſurdaſtri redditi fuerunt, & nunquam delirarunt. Inde intelligeris clarum errorem. Valleſij noſtri putantis, ſurditatem eueniſſe deſcendentibus humoribus, ex

ſuperioribus partibus in inferiores, conttamentem Galeni, & rationem; nam ſi ſurditas bonum ſignum eſſe poteſt, eſt quando eam præceſſit grauis morbus in cerebru, & hoc meliùs ſe habet ſuperueniente ſurditate. Contrarium verò Horophonti contigit; priùs obſurduit, mox delirauit, ferè per tres continuos dies. Eſt ergu ſignum indifferens, & ſic tanquam ambiguum, ex adiunctis, quid ſignificet accipiendum eſt. Proprius verò, & frequentiùs parotidas futuras, ſignificare conſueuit, aliquando verò fluxum ſanguinis ex naribus. Ergo ſi morbus grauis cerebri præceſſit, & ſurditas ſuperueniat, bonum; ſi verò cerebrum læſum non ſit, & ſuperueniat, timendum cerebro eſt. Quod ſi paſſurum ſit, erunt neceſſario aliqua ſigna raptus ad illud, vt dolor, peruigilium, motus conuulſiui, ſenſuum internorum inſolens ſuſpenſio, tremula lingua, & alia ex pluribus ſignis prauis futuram phrenitidem pollicentia, quorum multa in prognoſticis ſummus Dictator exarauit, & Galenus ibi, & latiſſimè *lib. 5 de locis, c. 3.* Magnum verò iudicium ex vrinis accipiendum eſt, vt ſi ſint iumentorum vrinis ſimiles, aut ex craſſis fiant ſubitò tenues, albæ, & perſpicuæ, aut nullum ſedimentum repoſitæ offerant, aut ſi aliquid contentum oſtentent, ſublimamentum ſit ſolum; in quem ſenſum ſcripſit ſic *in coacis* Hippocrates. *Progreſſo morbo ſurditas cùm vrina ſubrubra fuerint, quæ nihil deponant ſedimenti, ſed ſublimamentum habeant, emouendæ mentis eſt ſignum.* Multum verò faciet ipſa morbi ſpecies, ſi ſit earum, quæ in phrenitidem degenerare ſolent, vt cauſus, maligna febris, aut internum eryſipelas; & cùm talis ſuperueniens nunquam occidat, niſi quando ſigna exitialia adſunt, hæc obſeruanda ſunt, vt phrenitidem ex ſurditate rationabiliter timeamus. Si verò morbus exitialis non ſit, non phrenitidem, ſed aut parotidas, aut fluxum ſanguinis narium indicabit, eritque iam idoneus iudicationi, ſed certiùs, vt dixi parotidas innuet, præſertim ſi ex craſſo moderatè ſanguine pendeat; nam ſi ex birioſo, fluxu ſanguinis potiùs terminabitur.

Lien intumeſcebat: turgor hic, aut eleuatio lienis, non fuit inflammatio, nec humor extrauaſatus ad poros carnis turgere illum fecit, vt optimè cenſuit Valleſius, quia breui talis tumor euanuit. Intumuit igitur, quia per illum tentabat iam natura abſceſſum in regionem infernam, & in tranſitu intumuit, oppletis vaſis illius ab humoribus expulſis per illa; nam poſtea (vt videbimus) doluit inguen ſiniſtrum, & tandem vtraque tibia, quo tempore eleuatio lienis ſubſidebat, in quo ſymptomate conſideratio magna habenda eſt, ne puteris verum tumorem eſſe, aut initium inflammationis, & ſecando venam internam ſiniſtram, & repellentibus vaſa lienis occludendo, & repellendo intus quod influebat, motum naturæ quo ægrum liberare cœpit, impediamus. Eandem diſpoſitionem habuit iecur, & ſic intelligetis, quid erat hypochōdrij contenſio, ideſt hepar eleuabatur etiam, quia tandem vtraque tibia doluit, deriuato humore per vtrumque hypochondrium in regionem inferiorem, & facto abſceſſu ſecundum rectitudinem vtriuſque lateris; iam enim ex Galeno conſtat, quod quando hypochōdrium abſolutè dicitur, ſignificet dextrum, ob maiorem dignitatem, & partis principis munus. Non dixit Hippocrates, quod aliquod ex hypochōdriis doleret, quoniam quando eleuatio ſola datur, quia vaſa impleantur, non rumpitur aliquid, ſed implentur quando tranſeunt excrementa, aut ſucci per illa. At quando tumor, aut inflammatio excitatur per humorum affluxum, ſemper dolor excitatur, eſtque inæqualis tumor, & quædam partes ſunt eleuatiores, & duriores aliis: Nec tumor tam æqualiter continuatus eſt, ſed difformis ob inæqualem humorum extrauaſationem ad poros, quam indicat pulſus ſerrinus, & durus omni inflammationi communis, vt Galenus notauit. Iis caret hypochōdrij eleuatio ob vaſorum

A plenitudinem: nam, vt illa continua ſunt, leuia, & vniformia, ſic æqualis tumor, leuis, & continuus ſe oſtentat, & indolens, etiamſi manibus moderatè comprimatur. Quæ diſpoſitio, ſeu eleuatio non minùs euenire ſolet quando natura tentat finire morbum ſanguinis fluxu ex naribus, & inde intelligeris locum difficilem Hippocratis 2. *epid. ſect.* 5. *text.* 9. vbi ſic habet. *Si capitis os fractum ſudare potu lac, & vinum æquale æquali, ſi autem vlcus ſit, ſecandæ ſunt venæ internæ, niſi febricitet, ſi autem deliret, caput irrigare, niſi hypochondria eleuata ſint.* Prohibet itaque ſi æger deliret, capitis irrigationem communi oxyrrhodino, aut alio quovis repellente remedio, ſi hypochondria ſint eleuata, oſtendit enim velle iam naturam ſanguinis fluxu ex naribus, morbum iudicare; impedietur verò repellentibus. Eſt tota ſententia difficil-

B lima, quam ſatis conſentaneè, & doctè Valleſius noſter expoſuit & quam non capiens Iacobus Sieue, falſitaris, & illegitimatis ſine ratione accuſauit.

Ex aluo nigra, & pauca exibant, & delirabat; pauca exibant nigra, quia ad ſuperiura ſimul, & inferiora (non ſolùm per aluum) diuerſas partes materiæ natura diſtribuit: delirium verò duo cauſabant, partim quod ſuſcipiebat aliquid dum ſurdus fiebat; partim, quia dum excrementa agitantur, & abſceſſum natura procurat, recipere multum ſolet cerebrum, & cùm melancholia putrida tentet ſatis caput, cùm illa ſine putredine, ſæpè delirare cogat, non erat mirum deſipere. Durauit delirium vſque ad ſextum, & ſeptimum, quia iis diebus faciebat abſceſſum natura, & excrementa me-

C lancholica commouebat, nec facilè diſcutitur quod melancholicum eſt. Sudor ſexti diei, decretorius eſſe videbatur; verùm duo peſſima participabat; & quia ſine ſignis coctionis, & quia die ſexto, inde habuit adiuncti, & refrigerium corporis, quod in acutis peſſimum eſſe ſolet, vt ſæpè repetit Hippocrates, & delirium non fuit moderatum, nec peruigilium: refrigerium verò illud eſt reſolutio maior vitalis caloris, quam febrilis cauſæ euacuatio efficit; hæc enim commotio cauſæ putridæ non coctæ perniciosum ſemper includit. Nimirum quod rarò non lædat plus reſolutione vitalis caloris, quàm euacuatione cauſæ, præſertim ſi parum euacuet; commoueat verò multum, vt fit in ſudoribus

D ſeruſum ſolum euacuantibus. Ex parte diei fuit ſudor ſuſpectus; nam quælibet euacuatio iudicatoria in hoc die eueniens, damnatur ab Hippocrate 4. *aphoriſm. text.* 29. dicendo; *Quibus febricitantibus ſexto die rigores fiunt, difficile iudicium ſequitur.* Tale verò à Galeno *in commen.* appellatur, quia malè iudicat; nam aut facilè recidiua ſuccedet, aut cum grauibus accidentibus fit criſis, aut longitudine moleſtiſſimos morbus fit, & ſic Herophon recidiuauit; fuitque imperfectè iudicatus. Sed ab hac regula ſemper excipies febrem, quæ per pares mouetur; nam hanc perfectè iudicabis ſi cocta ſit materia, vt ipſe Hippocrates docuit, dies decretorios pares numerando: febris verò Horophontis, per impares typum reiterabat, & ſic dies ſextus fuit illi infelix.

E Septimo die ſitibundus erat, perſeuerabatque delirium, & frigus extrinſecum, quo tempore timendum illi plus erat ob ſitim, & partium frigiditatem, quæ in ſitientibus nimis accidens lypiricum eſſe videbatur; nam vt dicitur 4. *aphoriſm. text.* 48. *in febribus non intermittentibus ſi exteriores partes ſint frigidæ, interiores verò vrantur, & ſitim habeant, lethale.* Verùm, vt ego opinor, non fuit die ſeptimo maior ſitis quàm præcedentibus, ſed ſolùm moleſtia maior, & hæc fuit optimum ſignum; innuebat enim citò recuperaturum mentem, quia iam ſitire incipiebat; quia morbus cerebri ad delirium cogens, & impediens ob id ubiectum ſitis percipere, incipiebat remitti, & ita factum fuit, nam ad noctem rediit in mentem, & dormiuit, & meliùs habuit.

Dies

Dies octauus, & nonus.

OCtauo febricitabat, lien ſubſidebat, intelligebat omnia; doluit ſecundùm bubonem primum, ſecundum rectitudinem lienis; deindè dolores in ambas tibias: noctem facilè tulit; vrina melioris coloris, ſubſidentiam exiguam habebant; nono ſudauit, iudicatus eſt, intermiſit.

Lien ſubſidebat, quia iam ad inferiora tranſlata erat materia tumidum reddens lienem, & ſic doluit in adenibus Inguinis ſiniſtri, & in inguine. Deinde verò ambas tibias dolor vexauit. Mercurialis cenſet, humorem à liene ſolo expulſum vtramque tibiam obſediſſe. Ego verò, cùm hypochondrium dextrum contentum etiam fuiſſe conſtet, putabo etiam ab eo in crus dextrum portionem humoris expulſam fuiſſe: conſtat verò doluiſſe moderatiſſimè ſi noctem facilè tulit. Et verò conſideratione dignum, quod tumor excitatus non fuit; nullius enim tumoris mentionem Hippocrates fecit, & indè non erat cur meliùs habuiſſet, imò damnanda videbatur illa expulſio, quia tumor non apparuerit, neque abſceſſus aliquis; ſed natura per vaſa partium inferiorum ſine effuſione aliqua ad poros humores diſſeminauit, & ſic nec dolore affixit, nec partes in tumorem elatæ fuerunt: vbi aduerte, quod quando natura expellit humores in foco ſtabulantes, leuiſſima, & moderatiſſima expulſio ſolet eſſe vtiliſſima, & placida, hoc eſt, ſine moleſtia, & dolore inſigni multùm iuuat, vt videmus quando tertianæ intermittentes aut ceſſant omninò, aut nimis remittuntur poſt labiorum puſtulas ſatis paruas, & non multùm moleſtantes, etiamſi extra vaſa expulſus ſit humor. Sic Herophonti contingere potuit, expulſam nempè fuiſſe portionem humorum focum conſtituentium, & meliùs ſine magna moleſtia habuiſſe; materiam verò reliquam per ſudorem eieciſſe in die nona, in qua febris omninò euanuit. Sed quia vrinæ optimæ non erant, nam ſolùm dicit Hippocrates, quod erant coloris melioris cum exiguo ſedimento, non potuit eſſe criſis ſine recidiua, quam etiam non abſceſſiſſe humorem in cruribus pollicebatur; humores etiam ex hipochondriis ad tibias tranſlati, cùm extra corpus expulſi non fuerint, nec omninò cocti, facilè recidiuare facient inficiendo humorea vaſorum, in quibus detinebantur, interim quod natura reſolutionem perficiebat.

Finis Hiſtoriæ.

QVinto repetiit, ſtatim autem ſplen intumuit; febris acuta, ſurditas rurſum. Tertio autem poſt recidiuam, ſplen ſubſedit, ſurditas minor, crura dolebant, noctem ſudauit, iudicatus circa decimum ſeptimum, nec delirauit in recidiua.

Recidiua eiuſdem morbi die decima tertia contigit, per impares enim materia mouebatur, & cùm nono intermiſerit, & quinto ab intermiſſione febris redierit, decimaterria à primo morbi inſultu cœpit recidiua, in qua, vt priùs ſplen intumuit, quia per illum vt antea, ad regionem infernam ſuccos natura reiecit, in hac verò commotione, febris & acuta fuit ſuſcitata, & ex illa in caput fuit aliquid ſublatum, quod rùrſus auditus ſenſorium occupans, ſurdaſtrum Herophontem reddidit. Verùm quia mitior erat materia, & iam concocta, non potuit cerebrum ita lædere, vt deliraret, quod velut conſideratione dignum Hippocrates notauit in fine. In hac verò commotione crura doluerunt ob rationem àntea allatam, & ob eandem humorum tranſlationem ad infera, relinquendo ſuperna, lienis tumor fuit diminutus, & natura ſudorem reiterando circa decimam ſeptimam diem ægrum liberauit. Eſt mihi probabile quod ex prima humorum deriuatione per lienem, remanſit aliquid imbibitum in illo, ob ſpongioſam naturam, quod fuit etiam occaſio recidi-

A uæ: & cùm hæc ſemper ferè contingat in eiſdem diebus, in quibus natura typum ſuum ſeruabat, & motus per impares celebraretur, conſtat decimoterrio die recidiuam cœpiſſe, quod Phrigius non intellexit. Sic experimur in quartanis iam iudicatis, dari in eiſdem quartis diebus certam implacidiratem, & melancholicam diſpoſitionem, & per plurimos quaternarios reparere: nam ſi quæ relinquuntur in morbis poſt iudicationem, recidiuare faciunt, neceſſe eſt, vt ſeruetur in reliquiis eiuſdem humoris, diſpoſitio ſimilis ad periodicationem, & ſic decimà ſeptimà fuit iudicatus per ſudorem. Iudicium verò in diebus acceſſionum euenire debet, ſic docente Galeno 4. *aphoriſm. text. 36.* iis verbis: *Didicimus autem, quod in vehementioribus acceſſionibus iudicia fiunt.* Conſtatque ex relata hiſtoria, quod non ſem-
B per recidiua ſit deterior priori morbo, ſeu radice; & quod ſudor ad iudicandam magnam partem febrium pendentium ex melancholia, ſit vtilis, eo quòd melancholici ſero nimio conſtent, vt docuit Hippocrates, & Ariſt. *ſect. 9. problemat. 5.* Sicque videmus quotidie quartanas ſudoribus iudicatas. Serum ergo ſudor conſumpſit, craſſum verò melancholiæ per diuerſas partes inferiores ſeminatum, concoctum, reſolutumque fuit, fuitque feliciſſimum totam materiam per tot partes diſtribui, vt faciliùs vinceretur, & ſine læſione ſenſibili, aut abſceſſu moleſto.

Curatio morbi Herophontis.

C CŒpit laborare deiectione illa teneſmoſi, & peruigilio; oportebat igitur clyſteribus abſterſoriis mucos tenaciter hærentes eradere, & ſimul dolores demulcere: & hoc auxilium non ſemel, ſed pluries eodem die reiterandum erat, & propter mitigationem moleſtiæ, & vt illuuies ſaburraque excrementum prauorum iam putridorum in primis viis ſtabulans tolleretur citiſſimè, ne obſtaret ſectioni venæ pro curatione mali tam ſæui neceſſariiſſimæ; nam ſi teneſmoſa illa paſſio diutiùs moleſtaret, vbi in ſecunda regione cauſa tam acutæ febris continebatur, non poterat ſectioni venæ obſtare, imò ipſius teneſmi auxilium idoneum erit, ſi ex ſecunda regione humor bilioſus confluebat; ſin minus, complicatæ paſſiones erant. Vrgebat verò non dubiè febris maligna, & quod iam prima
D die caput tentari cœperat, quod peruigilium indicabat, & inde febri ſuccurrendum erat, etiamſi teneſmus duraret: Hic quidem nihil notabile euacuat, præſertim ex ſecunda regione, nec materiam idoneam febris acutæ cauſam extrahit, irridebiſque arguentes, quod ſectâ venâ in cubito trahantur ex prima regione cruditates ad intra, cum tam lentes, & glutinoſæ agnoſcantur quando teneſmum cauſant, vt nec clyſteribus dimoueri permittant; & quod trahitur gratiâ vacui, debet eſſe immediatum corpori quod priùs mouetur. Cruda verò primæ regionis tam longè abeſt, vt cum ſanguine vaſorum continuari poſſint, aut eſſe illi immediata, vt ipſæ regiones eſſe impoſſibile ſuadeant, &
E multò magis ſuadet locus in quo cruda primæ regionis habitabant, cauitate nimirum inteſtinorum, & venarum meſerei, quæ cum ſanguine venæ cauæ nullum conſortium immediatum admittunt; & tota iecoris moles clarum diuortium facit. Nec admittes, quod vaſa inanita trahant, nam hoc accidit ſolùm quando extrema inanitio eſt, & trahet priùs iecur, ipſeque in ſanguinem permutare tentabit. Non me latet ventriculum ſectâ venâ debilitari, & cruda primæ regionis minùs concoqui poſſe, ſed hoc ferendum eſt, quando vrgentia febris tam certum periculum pollicebatur, & idonea vnctione firmitudo ventriculi ſollicitabatur, aſſiduiſque clyſteribus mucoſa illa deponentur.

Verùm, quia Herophonti à teneſmo copioſa diarrhœa & bilioſa ſuperuenit, conſilium Mercurialis, &

Phrigij ſequendum cenſeo,non eſſe ſecandam venam, dum alui fluor tam abundans erat;ſed mordicationem inteſtinorum moderandam idoneis clyſteribus, ne dyſenteria ſuperueniat, eluenturque acria excrementa, venterque inferior attemperabitur,ne accenſus trahat etiam, & irremediabilis fluor continuetur,ſemper capiti prouidendum erat, & ſomnus conciliandus, quod eodem auxilio conſequi facile eſt; nam commune oxyrrodinum cerebrum munit,ne tam facilè recipiat, receptum repellit,& ſomnum conciliat: ollum etiam quando capiti timemus, comprimendum eſt, & ſpina attemperanda, vt ſimul etiam incendium venæ cauæ remittatur, & feruore illius repreſſo,cerebrum minùs patiatur.

Dubium verò magnum occurrit, ſi à quinto die, in quo lien tumeſcere cœpit,ſecanda eſſet vena; diximus enim phlegmonem non fuiſſe, nec verum tumorem, ſed ſignum quod per illum tentaret natura noxios humores ad inferiores partes reiicere, & ſic detumuit quando iam inguen ſiniſtrum,& ambæ tibiæ doluerunt ob excrementorum decubitum. Impediretur verò talis permutatio, ſi vena ſecaretur, & cùm iudicium illud ſalutare fuiſſet,permittendum erat, neque nouandum aliquid: & à ſimili ſuadetur. Nam ſi eleuatio hypochondrij(vt ex Hippocrate docui)ſolet eſſe ſignum terminationis morbi per ſanguinis excretionem ex naribus,nullus viſa illa eleuatione ſanguinem mittere auderet,ne turbaret naturam,& criſis inſtans impediretur Non ergo in Herophonte ſecanda erat vena,ſed iuuandus ille motus frictionibus,& inunctionibus,& ligaturis partium inferiorum,& cucurbitis eiſdem affixis, & attractoriis clyſteribus.

Pro alia parte vrgebant febris,delirium,peruigilium ſurditas,materia erat cruda,iudicium, ſeu criſis perfecta eſſe implicabat:foret ergo temerarium à curatione febris periculoſæ ceſſare,ob dubium iudicium,& quod erat certius,periculoſum potius quàm ſalubre fore, & ſic ſenſit Mercurialis. Verùm ille non fuit aſſequutus, quod lienis eleuatio facta tantùm fuiſſet ob tranſitum humorum per lienem,ſed verum tumorem fuiſſe,& ſic (inquit)quinta, & ſexta die, quando ſcilicèt aluo adſtricto,& ſurditas,& lienis tumor apparuerunt;quo in caſu vena ſiniſtri cubiti, vel tali eiuſdem inciſio, ſiue crurum ſcarificatio fuiſſet accommodata: nec morbi vetuſtas debuit impedire,quod etiam in octaua, atque vlteriùs poſſit id remedium adminiſtrari.

In hoc dubio ſi tam felix Medicus ſit, vt cognoſcat lienis,& hypochondrij eleuationem fieri, quòd per illum contendat natura ad partes inferiores humorem, & cauſam morbi reiicere,& abſceſſum tentare,ſecurius mihi videtur ex talo ſanguinem mittere,quàm ex brachiis; ſic enim non impeditur naturæ inclinatio, ſed iuuatur potiùs,& non intermittitur curatio, quando morbus nec ſecurus eſt,nec abſceſſus inceptus iudicatorius perfectè eſſe poteſt, ob tam conſpicuam cruditatem materiæ,cùm frequentiùs ſit in malum terminari quam in bonum; tunc clyſteribus expurgantibus inclinationem naturæ ad infera iuuabis, & ſi multam eſſe materiam cognoueris,aut prauam, rationabiliter leue medicamentum ſubductorium per os imperabis; ſic abſceſſus ſecurior fiet,quia minor, & certiùs, quia inclinatio naturæ mittendi ad inferiora iuuatur, vt Hippocrates docuit, in deſcendente pleuritide ſtatim expurgando,quod auxilium etiam præcepit,quando per murmur ventris cognoſcit Medicus ad partes inferiores velle iam naturam excrementa repellere;idem enim monſtrat hypochondrij eleuatio ob vergentiam humorum per illud, quod venter per murmur, & dolor deſcendens ad hypochondrium,quia deſcendit:tuncque ventrem ab vmbilico inferiùs laxantibus oleis, vt & inguina, vnges, vt promptiùs recipiant;& cucurbitulis eandem materiam ad infera trahes,ligaturas verò non

A probo,nam ob dolorem triſtatur æger,& triſtitia intro trahit,non extra. Si verò dolorificæ non ſunt,perniciosæ ſunt,quia vaſa comprimunt, & ſuperiora replent,& laborantibus acuta febre,eſt dolor moleſtiſſimus, quia debiles ſunt,& ſi(vt dixi)triſtitia intro mouet, dubius effectus eſt, quod dolor ad dolentem partem trahat. Frictiones crurum aſſiduæ vtiliter etiam imperabuntur,lienem verò nec laxabis,nec aſtringes, hoc enim abſceſſum impedire poterit,vt laxare,& debilitare, vt inflammetur,quod non capiens Phrigius, deobſtruentia,& ſatis calida amethodè imperat.

Et quia quinto die pauca nigra aluus deiecit,& lien tumidus apparuit, ſi ſectio ex talo ſiniſtro non poſſet fieri, ob aliquod inconueniens, magni momenti erit B hyrudinum applicatio mariſcis, præſertim in ipſo ſiniſtro latere,ſuctu enim reuocabunt ad ſe,quod natura liberè in regionem inferiorem mittebat, nec ſemel ſolùm,ſed bis,& ter, reiterandum auxilium, quando ob hypochondrium affectum, lien præſertim agnoſcitur melancholico ſanguine onuſtus,aut turgidus;quod auxilium ſexto die commodiſſimè celebrari potuit, quia delirium eo die plus affligere videbatur, ſemperque obſeruari. Hoc auxilium valet multùm ad reuocandam mentem,& moderandum delirium, ſcimus enim quod nullus humor, vt melancholia, aut ſanguis atrabiliarius mentem turbat;hic verò per mariſcas, & ſine virium diſpendio, ſuctu hyrudinum educitur non electiuè, vt malè quidam putarunt,ſed quia in eam regionem C natura illum expellit, plurimumque etiam circa iecoris cauam, & lienem, totumque meſeteum natura liter colligitur, & accumulatur;in ea enim regione obſtructiones frequentiſſimæ ſunt, & ſanguis non ventilatus vritur, quod indicat tam frequens hypochondriaca paſſio,à qua pauciſſimi liberantur, ſi ad ætatem conſiſtentis perueniant. Ob id vtiliſſimæ hyrudines ſunt, quia fœculentiam huius regionis mirè, & certiſſimè euacuant; quod non capiens Maſſarias,ſine ratione tale auxilium redarguit. Sæpiſſimè id docuit Galenus,& 6. *epid.ſect.* 6.*text.*8. vbi ſic loquitur: *Præterea melancholicam incipientem viſa eſt hæmorrhois ſæpius prohibuiſſe, & lienem induratum*:& *lib.eodem,ſect.*5.*text.* 25. idem docet; eius verba ſunt. *Atque ob id melancholicos iuuat quidem,ſi* D *fiat;nocet verò ſi retineatur, atque aperienda eſt ſi fuerit clauſa*: docuitque 6.*aphoriſm.text.*12.quod hepar reponit ad ipſas hæmorrhoidas fœcem ſanguinis, aut ſanguinem melancholicum. Et cum in acutis febribus rarò non ſit iecur focus earum,quòd à ſanguine vſto, & bilioſo pendeant, vtiliſſimæ ſunt hyrudines ſemper, quòd iecur,aut lien,aut meſereum ardentia, obſtructa, aut phlegmonoſa inueniantur. Herophontem verò grandem copiam melancholiæ accumulaſſe ante morbum extera demonſtrarunt; & ſic ab hoc auxilio multùm ſperandum eſt,ſi in eundem morbū alius inciderit.

Sed quid faciendum quando die ſexto ſudabat per noctem, & frigebat,& in delirio perſeuerabat. Ego ſi vires conſtabant(vt eſt probabilius) in ægro ſaluando, oxyrrodinum tollere præciperem, ne ſudor capitis imE pediretur,& deliraret magis:calorem totius calidis linteis excitarem, ne frigus extrinſecum ambitum denſans,ſudorem cohiberet,& intro venenoſam materiam repelleret;id enim ignorare non licet,quod ſudores frigidi ſunt vtiles,etſi rarò in acutis. Sunt verò tales quando euacuantur humores tam praui,quòd in partibus in quas expellūtur,calorē vitalē ſimul exſoluūt,& cùm talis exſolutio in ambitu fiat, expurgentur verò interna,robur in his ſeruatur, & parū læditur æger externorū frigore,quia in partibus principalibus calor vitalis abundat,etſi in externis deficiat. Id ita eſſe agnoſces frigore externo, & pulſus cōſtantia,ex qua viſcera perpurgari deduces,& externa pati ob veneficā qualitatē humoris expulſi. Sic externa calefacies, vt ſudor faciliùs erūpat,& frigus extrinſecū nō occludat corporis ambitum;

ambitam ; ſudorem impediat, & retrocedat venenum, & ad extra pelli non poſſit. Inretiùs vero ſi iuta roborantia cum alexipharmacis præbeas, & optimis odoribus vires reficias, benè facies. Erit tamen magna ſollicitudo de calefactione pedum, crurum, & brachiorum; nam vt antea docui, ſi tales partes ſint algidæ, nequeunt denſatæ viſcerum excrementa recipere, & quicquid in ſe prauum continent, intrò repellunt. Hunc ſudorem frigidum contuliſſe, ſeptimus dies declarauit, in quo etſi extremorum frigus aderat, deſipiebat, & delirabat ; tandem euentus docuit, indicium conueniens, etſi difficillimum fuiſſe; nam ea die per noctem dormiuit, & mentem recuperauit. Non fuit verò alia euacuatio niſi ſudor ſexti diei, in quo nihil boni apparebat ; nam erat frigidus in die tam peſſimo, vt illum Galenus tyranno compararet; & rurſus ſine ſignis coctionis, ob quæ febris octauo perſeuerabat : ſed conſtabat mente, & lien detumuit, & reſipiebat, quia iam erat maior portio materiæ ad inguen ſiniſtrum tranſlata ; & dolores vtramque tibiam moleſtarunt, ſed non grauiter, quia noctem facilem habuit, in quibus diebus meo iudicio à remediis maioribus quieſcendum erat, ſed calefactioni extremorum, & virium robori incumbendum ; quietemque, & ſomnum conſulenda : cœperatque natura victoriam cauſæ, quia vrinæ melioris coloris apparuere, & quia iam cauſa moderatior erat, ſudauit rurſus die nono, ſed ſine accidentibus grauibus, nec friguit, vt inde intelligas motionem cauſæ non correctæ ad externa, calorem eorum diſſipare, & nihil horum die nono fuit expertus æger, & febris euanuit.

Verùm quia morbus erat difficilis iudicij ob iam repetitas rationes, non ſolùm pluribus criſibus indiguit, ſed morbus reuerſus eſt eiſdem accidentibus lienis, ſurditatis, & dolorum in cruribus, à quibus lien detumuit, & ſurditas imminuebatur, & tandem ſuperueniente ſudore die decimaſeptima fuit perfectè iudicatus, & in recidiua non delirauit, etiamſi acutè febricitauerit.

Quid faciendum quando recidiua timetur.

A Nullo, quem legerim propoſitum dubium diſcuſſum reperi, eſtque magnæ conſiderationis quid à Medico imperandum, quando morbus ceſſauit omninò, vt contigit Herophonti die nona ; timetur verò probabiliſſimè recidiua, falſum enim eſt, quod Mercurialis docet ; nempè quod Herophon erat eo tempore in morbi remiſſione ſumma, cùm dicat tam clarè Hippocrates, intermiſiſſe febrem vſque ad quintum diem in quo rediit. Verùm in mea opinione, eodem modo philoſophandum eſt, vt in diebus intermediis quartanæ, aut tertianæ : illis enim febricitare nullus dicet; febrire tamen in foco mihi veriſſimum apparet, in eo enim ſemper datur ſua partialis febris, à qua contagium communicatur materiæ paulatim congeſtæ, aut attractæ, donec accumuletur ſufficiens quantitas materiæ alteratæ ad nouam acceſſionem. Itaque qui verè recidiuat abſque occaſione externa, in toto corpore non febricitat, ſed in foco, & in partibus in quibus reliquiæ prioris mali ſtabulantur ; & ſic abſolutè morboſus dici poteſt, & febri partiali laborare. Recidiua ergo rigorosè dicta, eſt *reditus eiuſdem morbi* poſtquam intermiſit, non ex idea paroxyſmorum, ſed poſtquam illa ceſſauit, aut per imperfectum iudicium, aut occultam reſolutionem ; vtroque enim modo ceſſare febres ſolent. Non itaque tertianarius recidiuat, quando die intermedio non febricitat, & die tertio redit paroxyſmus, ſed quando hæc idea paroxyſmorum euanuit, quovis modo, poſt verò circuitus, vt priùs moleſtare incipiunt, exquiſitaque recidiua eſt, quando morbi prioris idea quantum ad cauſam, & periodicationem redit rurſus,

A poſtquam periodicatio prior, vel modus febris ceſſauit. Si verò morbus ſuperueniens diſtinctus à primo ſit, non dicitur recidiua propriè, etſi vulgus ſic loquatur ; ſed laborare alio morbo. Ratio eſt, quia in recidiua ſperantur iudicia ſupputatione facta ab inſultu prioris morbi ; & ſic Herophon die decima ſeptima fuit iudicatus. Si verò morbus alterius naturæ ſit, ſupputatio à primo die recidiuæ impropriæ fiet, non à prima radice, quia nec typum, neque modum prioris mali æmulatur, ſed ipſe eſt ſui iuris. Certum enim eſt, quod reliquiæ prioris morbi vtrumque facere poſſunt, & quod redeat ſecundus vt prior, & multò diuerſus ; quia diſpoſitio materiæ aut ipſa materia diſtinctiſſima eſt. Et notabitis quod recidiua propriè debet dici, quæ ſtatum meliorem prioris morbi ſequitur, aut quia (vt dixi)
B iudicium imperfectum præceſſit, quod ad intermiſſionem ſufficiens fuit ; aut quia inſenſibiliter fuit reſoluta magna portio materiæ, non tamen tota, nec cocta omninò ; nam præter hos duos modos intermittendi, datur alius à quo etſi morbus prior redeat, non tamen recidiuare dicetur. Contingit verò quando propter extinctionem naturæ, & vitalis caloris, pugna ceſſat, & febres omninò deficiunt, redeuntque rurſus ; ſic enim affectus non recidiuat, quia nunquam habuit meliorem ſtatum, eo quod non fuit euacuata aliquo modo portio materiæ, merito cuius meliùs ſe habebat, ſed omnia excrementa latent interiùs, non euaporantia per totum, quia à calore vitali non alterantur, nec coquuntur, ſed potiùs velut infrigidata denſantur ; non commouentur, non datur febris, natura tamen extinguitur :
C mox verò inſtaurato calore, efferueſcunt, reditque febris ; & tandem periclitantur. Eſt clara doctrina Hippocratis 3. *de morb. vulg. ſect.* 1. in hiſtoria Hermocratis ; verba ſunt : *Decimo quarto abſque febre ; non ſudauit, dormiuit, mente prorſus conſtitit : vrina ſimiles, & circiter decimum ſeptimum reuerſus eſt morbus.* Galenus in expoſitione diei decimiquarti, ſic loquitur ; *Ignorant autem medicorum plerique tales affectiones, lætanturque ex eo quod ægri meliùs habere videantur, etſi ex pernicioſis prioribus, tum ſignis, tum ſymptomatis hoc fuiſſe contigerit, neſcientes huiuſmodi affectiones contingere, natura ad mortem, & calore natiuo ad extinctionem properante ; partibus ſimiliter in tumorem eu maligna diſtillatione eleuatis, vbi natura infirmata nullo pacto humoris tumorem pariens, coctionem aggre-*
D *ditur, &c.* Et inferius ſcripſit ita, *Simile aliquid nunc contigit, & iis qui ex lethalibus ſignis non febricitantes, tum abſque ſignis, tum abſque ratione ſunt facti.* Ergo recidiuæ ſigna ignorare non licet vt præcaueatur ſi fieri poſſit ; nam illam prædicere neceſſarium eſt, ne ſi aliquod auxilium à Medico imperetur, culpetur à vulgo, quod ob illud recidiua euenerit cùm iam æger ſanus eſſe appareret.

Eſt circa hoc celebratiſſimus aphoriſmus vigeſimus ſeptimus *lib. 2.* verba ſunt. *His, qui ob iniuſtam cauſam leuiùs ſe habent, non oportet fidere ; nec multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt ; talium enim multa ſtabilia non ſunt, nec multùm durare, & permanere conſueuere.*
E Galenus ſic loquitur. *Cum morbus inuadit vehemens, deinde ſubitò quieſcit, nec ſudorem, nec vomitum, nec alui excretionem, aut profluuium ſanguinis corpore euacuato ; ac neque apparente quidem nullo ſigno coctionis, infidam exiſtima talem morbi remiſſionem eſſe.* Quod 1. *de criſ.* reperit, & notat, quòd talea morbi ſolent maligniùs redire ; hoc eſt, quod velut oraculum tenendum eſt, vt recidiua timeatur, deinde reliqua ſigna notanda ſunt, quæ Hippocrates retulit pluribus in locis, ſic *ſexto epid. ſect. 2. text.* 10. ſcripſit. *Sitis inanis relicta & ſiccitas oris, & inſuauitas, & inappetentia, hoc modo ; febres autem non acuta huiuſmodi, ſed reuerſiua, quæ relinquuntur poſt iudicationem reuerſiuæ ſunt.* Itaque reuerſio, & recidiua fit ob ea quæ relinquuntur poſtquam morbus iam iudicatus videtur, quia intermiſit, non tamen eſt iudicatus integrè ; nam

ſi eſſet, non remanerent ſigna oſtendentia intus latitare vitium, à quo ſigna illa, & ſymptomata oriuntur. Primum eſt ſitis intus relicta, non certè quælibet ſitis, nam in conualeſcentibus ob ſiccitatem ea euacuationibus, & febribus, & victu tenui, frequentiſſima ſitis eſt, donec reficiantur, & humidiores ſubſtantificè fiant: hæc verò in lingua, & ore præcipuè ſolet exiſtere, quia maiori humore egent hæ partes; & ſola dilutione corrigitur, & miteſcit: ob quod non dixit ſitis abſolutè, ſed ſitis intus moleſta ſatis, quæ breui non miteſcat, hæc enim arguit intus aliquid vſtum, aut ſalſum manere circa iecur præſertim, & ventriculum, aut ardorem internum dari, à quo ſitis illa non facilè placabilis aſſiduè excitatur; quod vitium detegit etiam ſiccitas oris, nec minùs inſuauitas, & inappetentia, innuunt enim ventriculum, gulam, & os prauo ſucco imbuta eſſe; cuius commotio dum cibus ſumitur, inſuauem efficit, ideſt, ſapor gratus illius à ſapore excrementi obſcuratur, & ex vtriſque horribilis miſcella excitari ſolet, quæ & appetentiam voluptuoſam tollit, & naturale deſiderium, ob cuius ingratitudinem cibos ſumere recuſant, imò, etſi ſitiant ſatis, ob eandem ſaporis prauitatem ortam quando à potu diluuntur excrementa, & nouis partibus linguæ applicata efficaciùs percipiuntur, potum abominantur, vini præſertim quòd magis penetret, & impetuoſiùs excrementa deducat, ſicque percipiatur moleſtiùs; & tardò vini ſapor ingratus non fit cum permiſtione cuiuſuis ſaporis; nam & aqua decocta dilutum ingratiſſimum ferè omnibus eſt; & ſic quando ingratus potus redditur ob linguæ amarorem, gratus efficitur acidi alicuius miſtione, quia ſapor ille tenuiſſimus eſt, & acutus, & penetrat linguam, & quia vehemens, guſtum ad ſe trahit, vt alios ſapores ferè non percipiat, habetque quandam aſtrictionem adiunctam, qua inquietè continet excrementa praua, organum alterantia, ſic minus immutant. Quod verò excrementa calida inappetentes reddant, confeſſum ab omnibus eſt, quia ſuctum impediunt, & quæ ſitim ſiccando excitant, famem tollunt, quia ſitis moleſtia maxima eſt, & ſic animam ad ſe reuocat, contingit enim in obiectis famis, & ſitis, quod in omnibus aliis doloribus, nimirùm, quod maior, minorem obſcurat; præſertim ſi vera eſt opinio Galeni in illius aphoriſmi interpretatione, putat enim duos dolores in eadem parte ſimul dari non poſſe; eſt verò eadem quæ obiectum famis, & ſitis concipit, & ſic nimis ſitientes, cibos cum ſumma difficultate accipiunt, & ob defectum ſenſationis obiecti famelici, & ob nimiam ſiccitatem à qua ſitis creatur. Præter hæc inappetentia datur ob vitioſos humores ventriculum implentes, vt Galenus docet 2. *aphoriſm. comm.* 10. nulla verò ſecuritas vbi hoc inuenitur, non ſolùm quia inappetentia illos ibi eſſe ſignificat, ſed quia, quæ ſumuntur, corrumpuntur etiam, & ſic recidiuæ occaſio ſemper intenditur, quam metuens Hippocrates dixit, *Non pura corpora quantò plus nutries tantò magis lædes*. Galenus verò in expoſitione loci de morbis vulgaribus, rectè notat, quod ſigna ibi tradita ſint principaliora ad ſignificandam recidiuam, & loco eorum eſſe comprehendenda omnia alia ſymptomata vitium internum innuentia. Sed cur ſint principaliora non dixit; ſunt verò talia, ob duo, & quia ſenſibilia magis, & quia calidas, & ſiccas reliquias redarguunt ſitis, ſiccitas, inappetentia, & cibi abominatio; quæ verò talia ſunt, ſunt actiuiora & putrefacientia, aut vrentia, & ſic cito redit vſtio, aut putredo excrementorum, vt febres reuertantur breuiter. Cur verò ſitis, recidiuæ ſit ſignum, ſi quando expurgetur corpus, ſi non ſitiat purgatus, non cenſeatur ſatis benè expurgatus, vt *aphoriſm. 19. lib. 4.* dicitur, non eſt huius loci.

Alia ſigna retulit Hippocrates 4. *de vulg. morb.* text. 77. iis verbis. *Quæ relinquuntur poſt iudicationem, recidiA uas faciunt; & quæ in ipſis morbis excernuntur; ſputum præmaturum, venter, intemperies, & huiuſmodi.* Prima pars explicata iam eſt, cui planè opponi videtur, quod recidiuam ſignificent, quæ in ipſis morbis excernuntur, nam ſi quæ relinquuntur ſunt cauſa recidiuæ, implicat eſſe cauſam, quæ excernuntur; nam ſunt contraria, & quæ excreta ſunt nullius morbi cauſa eſſe poſſunt. Verùm Valleſius cenſet idem ſignificare, quæ in morbis excernuntur, & quæ retinentur, quia quandò non excernitur quod ad perfectum iudicium eſt ſatis; retinetur intùs, quod recidiuam efficiet, velut ſi diceret, diminuta euacuatio, eſt cauſa recidiuæ, quia intus relinquit partem humoris. Ego verò improprijſſimam hanc interpretationem cenſeo; eſt enim impropriiſſimus ſermo; B quæ excernuntur, recidiuam indicant, ſi indicant illam ob ea quæ relinquuntur: & cùm in eadem ſententia iam dixiſſet, quæ relinquuntur poſt iudicationem, recidiuas faciunt, conſtat planè comprehenſas eſſe diminutas euacuationes; nam hæ ſunt, quæ non euacuando ſatis, relinquunt intus, quod recidiuam faciet. Ego non ad quantitatem, ſed ad qualitatem excretorum refero Hippocratis verba; nam quæ euacuantur cruda, etſi nimis euacuatio extendatur, & morbus miteſcat, aut intermittat, non caret recidiuæ periculo, quia cruda, & incocta ſignificant ſemper quod coctrix à cauſis internis vincitur; & inde, quæ in foco ſunt, putrida eſſe; & per conſequens timenda recidiua, quia nihil coctum excretum eſt, ob quod *in prognoſtico* dixit, *Craſſeſcere oportet deiectiones morbo eunte in indicatio-* C *nem*; nam ſi venter perpetuò liquida excerneret, etſi excerneret plurima, ſemper erit morbus in vniuerſali principio, & ſic, etſi intermittat, reuertetur. Idem de vrinis intelligas, nam ſæpè videmus in morbis lethalibus copioſiſſimè mingere ægrotos, & non tendunt in melius, quia coctio non præceſſit, vnde ſi contingeret (vt poterat) quod ratione euacuationis ſymptomaticæ intermitteret morbus, ſperanda erat recidiua. Idem in ſudoribus, & tuberculis tenendum, ob id quòd omnia comprehendens dixit; *Quæ in ipſis morbis excernuntur*; & hæc expoſitio ex ipſo Valleſio deduci poteſt; ſed tam obſcurè locutus eſt in hac parte, quòd egeat expoſitore. Quam doctrinam confirmat hiſtoria ab D Hippocrate relata, 4. *epid. text.* 13. famula enim Textoris etſi multam bilem per aluum reiecisſet, & abundè ſudaſſet, recidiuauit, quia ſemper tenuia ſputa fuere.

Sputum præmaturum dicitur, non quia benè coctum, ſed quia craſſum ſine lentore idoneo, hoc eſt induratum, & non permiſtis humidis cum ſiccis, ſed reſocta humiditate, permanente terreo; indicat enim incendium adhuc in thorace, & pulmone durare, à quo ſputum toſtum, non coctum redditur; in quem ſenſum dixit Hippocrates, *Sputa rotunda delirium ſignificant, vt in Pleno.* Venter recidiuam ſignificare poteſt, quia malè concoquat, aut alimentum corrumpat, nidorulentum, aut acidum reddendo; nam, teſte Galeno, omnia in E corpore confunduntur, ſi ventriculus malè concoquat. Significat etiam recidiuam, ſi durus, tentus, & dolens percipiatur, quia in ipſo relicta ſunt quæ recidiuare facient; ſic intemperies viſcerum naturalium magnum momentum habet ad recidiuam, quia ſemper creat ſuccum ſuperabundantem, temperiei analogum, cacochimiam augentem. Addit Hippocrates; *& huiuſmodi*, vt omnia præternaturalia comprehenderet, nam ex omnibus morbus interiùs latens redarguitur, vt ex colore mutato, debili loquela, & voce ſubmiſſa, impotentia mouendi ſe in lectulo, vrinæ varietate, ſomni defectu, & ſi quæ ſunt alia ſtatui naturali non reſpondentia, de quibus variæ ſententiæ in Hippocrate inueniuntur.

Deindè notabitis, non eſſe ſermonem de recidiuis in febribus longis, ſed in acutis; longæ enim febres

ſunt,

ſunt, quæ propriè reuerſiuæ dicuntur; quia in eis inſignes, contumaceſque obſtructiones dantur, pendent enim à lentis, & craſſis ſuccis, vaſa, & viſcera naturalia tenaciter obſtruentibus, & in ipſa diuturnitate interiora diſtemperantur, & debiliſſima fieri ſolent; & ſic ex quotidiana alimentorum ſumptione, quia malè coquuntur, aſſidua fit excrementorum, & humorum malorum creatio, morbis dictis materiam perennem præbens, ipſæque obſtructiones diſtributionem ſanguinis impediendo, non minùs idoneam ventilationem, & corruptionem ſuccorum machinantur, vt tandem corpus abſumant, aut in hecticam permutando tabefaciant: in longis enim febribus dari interiùs diſpoſitiones ſchirris ſimiles, Galenus docuit. Imò viſcera ipſa, dura, tophaceaque ſæpe percipiuntur, ob quæ ſæpiùs reuerti febres experimur. Hoc docuit Hippocrates 6. *epid. ſect.* 2. *textu iam allegata*, dicendo: *Sitis intus relicta, ſiccitas oris, & inſuauitas, & inappetentia, hoc modo; febres autem non acuta huiuſmodi, ſed reuerſiua.* Acutæ itaque febres non dicuntur reuerſiuæ, etiamſi recidiua in ipſis fiat quotidie; nam vt reuerſiuæ ſint, ſæpiùs recidiuare debent, quod acutæ non ferunt, ſunt enim breuis conſtitutionis, ſiue ad ſalutem, ſiue ad mortem, & indè ſæpè recidiuare non poſſunt, ſed citò in vnam, aut aliam partem finiri debent, ob quod ſigna inſpicienda in acutis, ob quæ recidiua timeatur, erunt illa, quæ ex acuta materia relicta originari debeant, cuiuſmodi ſunt ſitis interna, & moleſta, linguæ ſiccitas, & aſperitas, inappetentia, & cibi abominatio, oris amaror, aut ſalſedo, nidoruſenti ructus, ſomni defectus: aut ſomnus turbatus inſomniis, anxietas, loquendi impotentia, faciem extenuatam cum prauo colore ſeruari; non enim quibus acuta febris reuerſura eſt, reficiuntur, ſed debiles, & impotentes manent; vrina ſemper in aliquo deficit, vt aluus etiam, nullum tamen certius ſignum, (vt ex Hippocrate, & Galeno docui) quàm quòd morbus grauis, & acutus, ſine euacuatione, & ſignis coctionis præter ſpem euanuerit. Reuerſionem verò, & recidiuam ſperabis in die in quo paroxyſmus repetebat, vt in die impari, aut pari, vt 1. *epid.* Hippocrates notauit. *text.* 11. Et ſi dies circuitus venturi, in decretorium diem incidat, in illo recidiua erit certior, quia ſemper dies decretorius ad pugnam incitat, & commotionem excrementorum excitat, & ſic Hermocrates, qui decimaquarta liber à febre fuit, decima ſeptima recidiuauit, & rurſus vigeſima ſine febre iudicatus; circa vigeſimumque & quartum diem rurſus incaluit. Lege Hiſtoriam hanc ex qua, & multa digniſſima ſcitu comparabis, & ſigna ferè omnia à nobis adducta recidiuam innuentia ediſces.

Sed quid faciendum tempore illo à morbi prioris intermiſſione vſque ad tempus recidiuæ, non eſt facile reſoluere. In acutis paſſionibus, eſt præcipuè timendum vulgus, vt docui, nam cum iam ceſſauerit febris, facilè recidiua auxiliis tribuetur. Sententia mea eſt, priùs eſſe prædicendam recidiuam, deinde operandum, vt operaretur Medicus præcauendo malum certò futurum, aut velut ſi non intermiſiſſet, ſed præſens eſſet; præcipuè verò fugiet expurgationem, quia materia derelicta cruda eſt, & vt cenſeo impacta in aliquo membro, ob quod reſolui non potuit, nec euacuari, & ſicut non expurgaret Medicus in die nona, aut vndecima, vel decima quarta cum materiæ cruditate, ſic in tempore illo non licet medicari ob eandem cruditatem, & fixionem materiæ in viſceribus, quod auxilium dehortantur magnoperè ſi dentur ſigna ab Hippocrate tradita, nimirum ſitis intus relicta, ſiccitas linguæ, & ciborum abominatio, præſertim ſi tumidum, & tenſum, aut ardens ſit aliquod ex hypochondriis, & indè cenſeo tutius eſſe venam ſecare; ſecabitur verò illa, quæ cum viſcere malè affecto, ſi non ignoretur, habeat maiorem communionem, nam in eo focum putredi-

A nis reſidere certum eſt, & multùm conferet illud inanire, vt recidiua præcaueatur, aut remiſſior adueniat; & ſi iecur tumidum, & ſqualidus æger appareat, vtiliſſimum erit ſaluatellam dextram tondere, & mox illud attemperare, & deobſtruere; & ſi ante intermiſſionem fuit corpus idoneè euacuatum, non dubitarem cucurbitam cum ſcarificatione imperare ſupra iecoris regionem, & poſt octo horas rurſus illam affigere, vt virus extrahatur, & quod propter vitionem tophaceum cancroſumque redditum fuit, ſuctu cucurbitæ validè foras trahatur. Fiet verò ſecunda applicatio ſine nouis plagis, ſed ſupra primas, quod auxilium efficaciſſimum cenſeo ad impediendam recidiuam, idemque de liene intelliges, manu tamen mutata, & profundioribus plagis inductis, quia pars minùs nobilis, B eſt craſſiori ſanguine oppleta, in quo tempore habet etiam non contemnendum locum hyrudinum applicatio ſi pro maioribus auxiliis virtus non conſtet; acidiſque ſyrupis, & deobſtruentibus putredinem venturam reprimere ſtudebis. Aluus lubricus ſeruabitur, victus tenuiſſimus, vt iura ſucco limonum alterata, ad inhibendam putredinem, & ſi obſtructa hypochondria percipias, & flammea; crede mihi, ſaluberrimè miſceri potionibus medicatis, & ſyrupis, guttulas olei vitrioli ad gratam aciditatem, nam præterquam quod incendium attemperat, deobſtruit mirificè, & impacta tophaceaque efficaciſſimè commouet, exturbat, & ſeparat, & diſſoluit, vt nullum aliud auxilium cum eo conferendum ſit, in acutis morbis, quan- C do citò flammeas, & tumentes diſpoſitiones hypochondriorum diſſoluere cupis; præſertim poſt ſectiones venarum in manuum extremis, hyrudinum applicationem, & ſi opus fuerit cucurbitæ ſcarificatæ ſupra regionem iecoris, aut lienis, vt dictum eſt. Quæ auxilia ſummè neceſſaria cenſebis, quando morbus recidiuans acutiſſimus ſit, eo quod recidiua periculoſiſſima erit, vt erat eius radix in primis acceſſionibus.

Hæc intellige ſi vires conſtent, nam cùm recidiua timeatur, & non ſit facile eam impedire, neceſſe eſt vires ſeruare, vt reuerſio queat ſuſtineri, & concoqui; audacius verò operandum, quò periculoſior recidiua timeatur, prædicto ſemper priua periculo; nonquamque obliuiſcaris ſi criſi imperfecta morbus intermiſit; D quod reiterando illam ſoleat natura morbum finire, vt conſtat ex Herophontis hiſtoria, & inde tempore intermiſſionis idoneis auxiliis eandem naturæ inclinationem iuuabis, ſi ſalubre iudicium per conuenientem regionem ſperas, ſin minus, minimè: ſperabis verò iudicium bonum, ſi ſigna, & accidentia conſideres poſt primum iudicium remanentia, vt ſi pulſus conſtet, ſi reſpiratio optima ſit prout in morbo eſſe poteſt, ſi vrina ſigna coctioni repugnantia non habeat, & iis carens aliquod veſtigium inceptæ coctionis, aut manifeſtæ iam oſtendat; benè ſe habeat æger ad oblata, aut ſaltem cibos non abominetur; nam quando febris ob anteactas euacuationes intermiſit, vt noſtro ægro contigit, putandum eſt poſt euenientes, vtiles eſſe debere: E Sit exemplum Herophon, qui ſudore, & dolore vtriuſque tibiæ melius habuit; & ſi vrina cocta non eſſet, inclinabis naturam ad inferiora modis iam dictis, & cucurbitulis femoribus, & tibiis applicitis, & tibias laxantibus emolliendo, & calidis conuocando ſuccos, illa enim partes effeminant, vt abſceſſum facilè admittant calida verò trahent, & naturæ motum accelerabunt: & ſi veſicantia idonea indices, imperabis illa cruribus affixa ſupra talos, vt fieri ſolet, & ſerum lactis perfectè depuratum cum ſyrupo roſarum ſolutiuo propinabis, ſi non detur impediens aliquod magnum; nam quando ſupra expurgantia recuſaui, fuit quando natura nullam euacuationem per inferiora, aut abſceſſum ad illa tentauit, & fugi à medicamentis maioribus, corpus nimiè purgantibus ſeu regionem ſecundam. Serum

verò lactis, attemperans, abſtergens, & ad inferiora excrementa inclinans, vrinaſque mouens, ſecuriſſimè datur cum tribus vnciis ſyrupi ſolut. roſ. aut ex nouem infuſionibus violarum, aut ſyrupi regij, aut eum vnciis duabus mannæ ſelectiſſimæ; quem modum euacuandi Phrigius etiam experimentis laudat. Et ſi id tibi non arrideat, aut detur aliud impediens, clyſteres expurgantes imperabis. Et quia iudicium primum ſudoribus natura tentauit, cutem laxabis oleo amygdalarum dulcium, & chamemali, aut hoc ſolo, & frictionibus cutem aperies, per os verò aquam bugloſſæ, & cardui benedicti, cum idoneis ſyrupis propinabis, fugies verò, quæ imperuoſiùs ad cutem inclinent, ne quod craſſum ad inferiora abſcedere debebat, tetrahatur ad cutem, quæ etiam ad craſſa, & melancholica excrementa inepta meritò cenſetur, ob quod melancholicos per inferiora purgandos eſſe, *aphoriſm. 9. lib. 1.* docemur; & ex ſero in quo folia ſenæ cum floribus cordialibus infuſa fuerint optimum ad inferiora inclinaos parabitur auxilium ſi vnciæ ſex, aut octo cum ſaccharo propinentur, & vncia & dimidia pulpæ tamarindorum.

Si verò remiſſio, aut intermiſſio morbi fallax ſit, vt fuit illa Hermocratis, ob extinctionem ſcilicet caloris vitalis, vt Galenus cenſet, caue ne remedia maiora tentes, nec ad illa imperanda accedes, niſi omninò pulſuum cognitionem ignores; numquam enim in hac remiſſione, aut intermiſſione fallaci; pulſus conſtat ſatis, imò ad tarditatem, & raritatem, ſi febris omnino abfuit, mutatur; ſed leui compreſſione digitorum non perſpicitur, quia ſtatim moueri ceſſat, ſolet tamen eſſe ſatis æqualis, cùm non eleuetur ex putredine, quæ inſtrumentum vitiare queat; & hoc eſt, quod indoctos fallere facilè poteſt, cùm videant pulſum æqualem ſine celeritate, & crebritate, præſertim fallit eos in ordine ad præſagium, ſalutem pollicentes, quando exitiosè laborant, vt Galenus in ea hiſtoria notat. Videbitis etiam ſic affectos impotentes (vt dixi) ad motum, & loquelam, & quòd maximè malignum illum ſtatum oſtendit, ſi febris intermiſit, eſt habitus corporis totius tepor quidam, ad frigus magis inclinans, cum tarda reſpiratione, quia ſtatus ille totus ab extinctione caloris vitalis creatur, ob quod & facies extenuata ſemper apparebit. Non controuerto modo, ſi quod de Hermocrate Galenus docuit, ſit verum; nam cum tanta caloris extinctione ab ipſo inſinuata, vt à decimoquarto habuit, tòt dies duraſſe, & quæ euenerunt poſt diem illum, difficillimam eſſe doctrinam Galeni non leuiter ſuadent, de quo in ea hiſtoria Deo dante, locus proprius diſputationi conceditur.

Non capio quid velit Phrigius expurgando Herophontem, poſt diem decimamſeptimam, in qua iudicatus fuit integrè; in eo enim recidiuæ nullum ſignum relictum fuiſſe Hippocrates notauit, neque ſitis intus relicta, exſiccatio, inſuauitas, & inappetentia expurgationem ſemper hortantur, cùm poſſit eſſe interdum certa pernicies, & nihil horribilius aliquando inuenitur, ad expurgandum quàm cingere latera, cùm ſæpe ex incendio iecoris, aut lienis, vel ventriculi, & ex obſtructionibus à materia vſta in eis viſceribus impacta ægritudinem originari videamus: vnde inter errores Medicorum ſui temporis vnum Cardanus recenſet, nimirum quod omnes iam à morbis liberos expurgabant. Scire licet, quòd (vt diximus) acutæ febres non ſunt reuerſiuæ, & ſi benè tractentur, perfectè ſoluuntur, quòd à materia tenuiori dependeant, & ad vnam criticam expulſionem (vt Medici aiunt) tota ſeruatur; & cùm Herophon his iudicatus fuerit, & in diebus idoneis, nono nimirum, & decimoſeptimo, probabilius erat, perfectè iudicatum fuiſſe. Nec ignoretis ægros acutis febribus afflictos debiles ſatis manere, & interiùs ſiccatos, exuſtoſque eſſe; cui diſpoſitioni expurgatio aduerſiſſima eſt, eſtque tam incertum auxilium, & tot incommodia expoſitum, quòd ſi ingens illius neceſſitas non detur, ſecurius eſt ſi non detur, ſed victu attemperante viſcera, eaque deobſtruente, & aliis auxiliis eandem iudicationem complentibus, res agenda eſt; docuit enim Galenus in conualeſcentibus à morbis, paucum ſanguinem dari, ſed optimum, vt inde conſtet tenuritione, attemperatione, & quiete, tractandos potiùs, quàm euacuationibus. Nec minus docuit Hippocrates, quod in conualeſcentiis dantur multæ perturbationes, & ſi in die alicuius venturæ expurgatio imperetur, infeliciſſimus ſucceſſus ſuperuenire poteſt, quod perturbationi tentandæ à natura, motio, & effectus medicamenti opponantur, & cùm ſint conualeſcentes alioqui debiles, quodcumque periculum timendum rationabiliter eſt, ex illa perturbatione & agitatione remedij, & vulgus Medicos calumniabit.

Præſagia ex recidiuis legito *in libro de indicationibus; & in libro de tumoribus,* & *1. libro coacarum prænotionum, numero 15* & *4. & 6. epid. ſect. 6.* legitur. *In recidiuis mutationes proſunt, eis tranſmutare oportet ad ea, quæ conueniunt antequàm malè afficiantur, velut Cherioni.* Valleſius verò aliter tranſtulit, ſic habet; *In morbis doloſis mutationes vtiles ſunt, eis mutare ad decentia antequam euadant deteriores, vt Cherioni.* Appellat morbos doloſos, qui cùm videantur ſedati, aut ſoluti, redeunt, præcipuè ſi id ſæpè fiat, vt Cherioni accidit, ter in febre acuta recidiuanti, quia ſine coctione, & euacuatione aliqua decenter iudicata febrem finire natura intendit, etſi ſudoribus, rigoribus, & diarrhœa bilioſa ſæpius reiteratis tandem liber vigeſima euaſit; in cuius hiſtoriæ expoſitione mentem Hippocratis, & quæ modo ob temporis anguſtias deficiunt, latiùs declarabimus. Hos morbos recidiuantes, palimbulos Græci vocant; eſt enim homo palimbulus, qui doloſus, aliud enim loquitur, & aliud ſentit, & qui facilè mutat ſententiam. Sic morbi appellantur palimbuli, qui ſpeciem lenationis faciunt, ſed intus maligni ſunt, vt docuit Galenus *6. epid. com. 1. text. 15.*

HIST. VXORIS PHILINI.

A die primo vſque ad quintum.

In Thaſo Philini vxorem, quæ filiam pepererat, & ſecundum naturam purgatione facta, & cùm alia leuiter tranſegiſſet, exactis quatuordecim diebus à partu, ignis corripuit cum rigore: dolebat autem cor in initio, & dextrum hypochondrium, dolores muliebrium, purgatio ceſſauit. Appoſito autem balano, hæc leuiora ſunt facta, capitis autem, & colli, & lumborum dolores permanebant, ſomni non erant, extrema frigida, ſiticuloſa, venter vſtus eſt, pauca deiecit, vrina tenues, & decolores in initiis.

DIſcordes Expoſitores inuenio de occaſione ob quam vxor Philini tam grauiter ægrotauerit; Valleſius putat ob errores in victu contigiſſe, quoniam purgationes à partu, & partus ipſe, vt naturaliſſima ab Hippocrate relata ſunt; & ſic potiùs ad ſanitatem, quàm ad morbum corpus diſponere, dicente Hippocrate, *lib. de morbis mulieribus;* ſi puerperia rectè fluant, fieri non poſſe, vt aliquid aduerſum ſuperueniat. Quam naturalitatem contemplatus Hippocrates, non à die partus, ſed à die febris iudicatorios enumerat. Galenus verò (quem Mercurialis, & Phrigius ſequuntur) putauit retentionem lochiorum cauſam tanti infortunij

Digitized by Google

tunij fuiſſe; Hippocratem tamen non exponunt, dicentem, purgatam fuiſſe ſecundùm naturam, quod non aſſeueraret, ſi ob dimidiam purgationem, tam lethaliter ægrotaſſet: verba Galeni ſunt: *Alterum autem proprium, nempe retenta huic mulieri, poſt partum purgatione, fuerunt morbus, & mors.* Non loquor de retentione, poſtquam febris inuaſit, hanc enim notam Hippocrates fecit, ſed de retentione ante febris initium, ob quam febri occaſio daretur, ex qua Authorum diſcordia diſcutiendum mihi eſt, ſi abſque occaſione extrinſeca, & fluentibus lochiis, vt per naturam requirebatur, poſſit febris accendi in enixis, nam quod dicit Hippocrates cœpiſſe febricitare in die decimaqnarta à partu, magnum momentum habet ad cenſendum quod non à cauſa extrinſeca, ſed ab interna igni s corripuit; quod etiam ſuadet mali deſperatio, & granitas ſymptomatum: nam morbi ab extrinſeca cauſa orti, nec tam mortales, nec tam graues eſſe conſueuerunt, licèt poſſibile ſit ob corporis apparatum magnum.

In primis ſciendum eſt, ſæpè Medicos falli ab obſtetricibus, & aliis mulieribus enixæ aſſiſtentibus; interrogatæ enim ſi enixa fœliciter expurgetur, multùm euacuaſſe dicunt, quando diminuta ſatis expurgatio vteri eſt. Fallacia naſcitur, quòd pauciſſimus ſanguis, nimius in linteis apparet, ob quod à Medico id inueſtigandum eſt, videndo quanta purgatio ſit, & fuerit antea. Dico igitur eſſe probabiliſſimum, quod ipſa commotio ſanguinis poſſit eſſe occaſio corruptionis lochiorum, & accenſa febre ceſſare deinceps, præſertim ſi cum rigore febris inuadat, vt vxori Philini contigit. Ratio eſt, quia vt Galenus docet in huius hiſtoriæ declaratione, nullus ſanguis à partu expurgandus poteſt eſſe inculpatus: rationem reddit, quia puriſſimus in nutritione fœtus conſumptus fuit, quod etiam Hippocrates docuerat. *Qualitatibus* (inquit Galenus) *differt ſanguis à parte purgandus iis quidem bilioſus*, vel *melancholicus, aliis vero æruginoſus, vel pituitoſus, aut mediocriter talis, inculpatus tamen abſolutè nunquam: nempe quod ex eo optimum eſt, in alimentum fœtus abſumptum eſt.* Notabitis rurſus, quòd ſanguis quicumque fuerit, non ſolùm circa vterum abundat, ſed etiam per totum diſtribuitur, quia fœtus nunquam abſumit tantum quantum quolibet menſe ante vteri geſtationem euacuabatur, omnes enim vtero gerentes plus multò, quàm per bonam valetudinem comedunt, exercitantur minùs, ſicque replentur, quod & hodie paſſim experimur, præcauentes abortum ſecando venam, quoniam ob plenitudinem fœtus ſuffocatur. Plenitudo verò primis menſibus accumulatur ob fœtus paruitatem pauciſſimum abſumendo. Nec te lateat (quod non notauit Galenus) aliud incommodum ſanguinis partu expurgandi, fuiſſe; nempe detentum diu, & minùs, quàm par erat ventilatum, circundatumque tot excrementis in ſecundinis incluſit; ſicque præter rationem Galeni, eſt alia ſuæ impuritatis, & prauitatis, quam fœtor lochiorum intolerabilis etiam oſtentat. Nota vlteriùs, quod nullus partus, etſi naturaliſſimus, datur ſine inſigni virium iacturas tum ob dolores, tum ob copioſam in partu euacuationem. Ex his dependet, quod etſi benè expurgetur enixa, vt à Medico iudicari poteſt, poteſt non eſſe idonea expurgatio reſpectu huius indiuidui; quia non poteſt dari regula certa reſpectu omnium enixarum. Quædam enim ſunt voracinres, quædam exercitantur minus multò, diuites præſertim, & aulicæ; quædam fœtus nimia robuſtos creant, quædam infirmos, & hæ replentur nimis, quia vt *in aphoriſm.* dicetur, ſi gerenti vtero menſtrua procedant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum: illud ergo quod per menſtrua vtero geſtana euacuabat, ſi non euacuaret, repleret illam, & ad morbos diſponeret. En occaſio incidendi in morbos Medicis occulta ſuo modo, quando putant euacuationem lochiorum debitæ quantitatis fuiſſe, & tamen non fuit

A reſpectu huius enixæ. Proinde ergo de corporatura, & perfectione fœtus certus ſemper fio, & de modo viuendi enixæ, vt certior de idonea quantitate ſanguinis euacuati reddar.

Verùm, etſi euacuatio, vt decet, procedat, poteſt ipſa commotio ſanguinis praui, eſſe occaſio putredinis in reliquo ſanguine; & febris incipiet, quando nondum diminuta euacuatio præceſſerat: occaſio eſt maligna prauaque euaporatio ſanguinis, qui antea quietus illud detrimentum non cauſabat; agitatus verò eſt cauſa illius, quia totum corpus tetra euaporatione repletur, & cùm ſanguine non puro onuſtum ſit, Inficitur, & putreſcit, ſicque febrem inchoat; quod contagium tanto tardiùs contingit, quantò perfectior euacuatio lochio-
B rum proceſſerit. Adde etiam, quod cùm corpus totum debeat euacuari, & mundari per vterum à plenitudine, aut prauitate ſanguinis, tempore geſtationis collecta, poteſt abundantiùs ad vterum mittere, quàm per illum euacuari debito modo poſſit; vt eodem tempore in quo debitam quantitatem partui debitam pellit, repleantur vaſa vtero proxima, & ibi putreſcere quando vterus idoneè euacuabat; ſicque quotidie experimur abſque procatartica cauſa, & defectuoſa, aut diminuta lochiorum purgatione, febres, aliosque grauiſſimos morbos ſuperuenire, ob dictas à me rationes; ad quod non parum conducit inducta debilitas à partu, & purgatione copioſa, cum qua agens certò corrumpere poterit, quod ſine illa non poſſet, cùm ſemper moderatio om-
C nium alterationum, & obſtaculum, vt effectus fruſtrentur, ſit copia vitalis caloris, qui per euacuationes ſemper deperditur, & in vxore Philini hæ potuerunt dari; & cùm eſſet paratiſſima vt in febrem incideret, ob copiam bilis, & pituitæ, quam Galenus admittit; non febricitauit ante decimum quartum, quoniam expurgatio rectè proceſſerat: & ſi quæ primis diebus eam moleſtarunt, attendas, credes facilè, quod ob copioſam tranſmiſſionem totius ad vterum, & vaſa ei proxima, febre, & inflammatione correpta fuit; doluerunt enim ſimul dextrum hypochondrium, os ventriculi, & muliebria. Non erat verò conſentaneum, quòd vterus expurgaret minùs, quando totum per illum ſe deonerare tentabat, neque tantæ plenitudinis poſt copioſam purga-
D tionem dierum quatuordecim commodior ratio, vt reor adduci poteſt.

Vtcumque ſit, conueniunt omnes, nullum eſſe malum ab excrementis pendens, quod ex ſuppreſſione lochiorum ſperandum non ſit; nam vitioſo ſanguine corpus repletur, talis enim eſt, qui à partu expurgatur, vt 1. *prorrit. text.* 18. docuit Galenus: ob cuius vitium puerperia non ſolùm dicuntur euacuatio ſanguinis, ſed etiam expurgatio, quia ſanguinis vitium ſimul cum ſanguine educitur, velut ſi diceres, cacochymia ſimul cum ſanguine expurgatur, ex qua pendet grauitas & malignitas morborum, & febrium à lochiorum ſuppreſſione naſcentium. Teſtatur Galenus deterioris naturæ eſſe ſanguinem à partu expurgandum quàm
E qui ſingulis menſibus per vterum expurgatur, etſi non defuerunt putantes, quod menſalia euacuatio aliquid venenoſi participet, quod incommodum non afferet illum in malitia excedens, & iam per totum (vt dixi) diſtributus, à quo adhuc geſtationis tempore totum ſe deonerare procurans, doloribus gerentes vtero ſingulis menſibus torqueri ſolent, ob commotionem ſanguinis non inuenientis exitum, quia vtero geſtant, & interdum tam ſagax agnoſcitur natura, quod ſimul cum vteri geſtatione menſtrua ordinatè moueat, præcauendo mala ex eius retentione oriunda: mutat verò viam, vt ſimul fœtum ſeruet; non enim per vaſa ad vteri interiorem partem euacuantia, in qua fœtus incarceratur ſanguinem pellit, ſed per alia extrinſeca ad vteri collum pertinentia. Sic Galenus 5. *aphoriſm.* com. 60. ſcripſit, *Verùm excretio, quæ grauidis fit, videtur ex venis, quæ in*

colla

collo ſunt exiſtere, nam ab interioribus, quæ in cauitate vteri ſunt, loci pendent; quare nihil per illas poteſt in muliebrem ſinum exire: Textus eſt: *Si mulieri vtero gerenti purgationes procedant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum*; Quæ ſententia an ſit perperuò vera, non diſputo modo; nam ſi videmus gerentes vtero laſſitudinibus premi, & (vt docui) venam ſecamus ad præcauendam fœtus ſuffocationem, benè poterat natura per eam partem plenitudinem deponere, & fœtus eſſe ſanut, ob quam rationem probabilior apparet expoſitio Braſſauoli, & Cardani.

Aff.ctio huius ægrotantis, erat inflammatio vteri, & in hoc Galenus, & alij Expoſitoret conueniunt; Valleſius verò putauit eryſipelas in vtero fuiſſe, quia muliebria dolebant, & ventet vrebatur; in hepate verò B fuiſſe phlegmonem cenſet, quia dextrum hypochondrium dolebat, ſitis moleſtabat, & febris erat ardentiſſima, vt verè duplici morbo laboraret; ſed reuera non ſatis probat ex dictis, iecoris inflammationem, nam cor ante omnia doluit, vt docet Hippocrates, & in illo non admittit inflammationem, ſed compaſſionem quandam cum vtero, ob communionem vaſorum, & neruorum cum illo. Eſt verò per venas maior communio inter iecur, & vterum, per quas in conſenſum cum vtero inflammato eryſipelati vteri propior eſt, ſicut, & ſitis inextinguibilis; nam continentes febres ab vtero inflammato creari ob vaſorum multitudinem, & magnitudinem, Galenus docuit, etſi hepar tam validè (vt C cenſet Valleſius) inflammaretur, & tuſſis ſicca adeſſet, & reſpiratio inſigniter ructata, & paruior multò: nullius verò ſymptomatis mentionem fecit Hippocrates. Certum itaque eſt, quod nulla pars princeps poteſt effugere compaſſionem cum vtero, ſi inflammatione, aut eryſipelate laborat, quia venas, arterias, & neruos abundè participat, etſi neruos minus, ſicque experimur euenire in hyſterica paſſione, vt proprio capite docui. Nec mihi videtur credibile, quod cum eryſipelate vteri, & hepatis inflammatione, tot dies viuere potuiſſet: dolor ergo muliebrium continua, & magna febris, & vſtio in regione ventris inferioris, vteri inflammationem perſpicuè oſtendebant, eritque pulſus inſigniter durus, & dolens, præſertim ſi tactu regio eius prematur.

D Addit Hippocrates; *Capitis autem, & colli, & lumborum dolores permanebant*. Caput dolere per conſenſum cum vtero certiſſimum eſt, communicat enim cum illo, per venas, arterias, & neruos; ſolet tamen eſſe magna differentia ex parte dolente; interdum enim dolet anterior ſola, interdum poſterior, interdum totum cerebrum, & collum, & cùm Hippocrates, caput dolere ſimpliciter dicat, totum doluiſſe credendum eſt. In febribus verò putridis ab vtero ortis, etſi totum dolere poſſit, ſemper anterior pars cruciabitur plus; nam venæ, & arteriæ per anteriorem propagantur. Vnde quando eleuatio vaporum copioſa non eſt, dolet ſolùm pars antica: ſi verò abundans ſit, vtraque dolet, ſed anterior magis, nunquam verò poſterior ſine alia, ſi verò caput in conſen- E ſum trahatur, non ob vapores, ſed quia vterus vehementer tendatur, aut repletur nimis ſine euaporatione ſenſibili; quia ſucci non putreſcunt, aut quia præ nimio frigore comprimatur denſatus, & tendit, ſic ſibi proxima; tunc pars capitis poſterior, & occiput dolent, quia nerui per quos cum vtero communicat, ex poſtica parte deriuantur, & cùm ſint tam ſolidi, neceſſe eſt, quòd quando vterus tenditur, doleat pars poſterior tenſiuo dolore, quia exortus neruorum ad eam, & ſpinalem medullam magis pertinet, & ceruix etiam, quia neruoſa nimis dolere ſolet; & ſic fœminæ vtero refrigerato, & flatuoſa, vaporoſáque ſubſtantia pleno, dolore partis poſterioris, & ceruicis moleſtantur, & non ſyncipite: dolet etiam ceruix, quia per vaſa iugularia vapores maligni aſcendunt in cerebrum, illa verò per collum diſcurrunt.

A Lumbis etiam dolebat, quia vterus plenus, & turgens, ligamenta quibus cum lumbis communicat, conuellit, trahitque ad ſe. Sic Galenus *lib. de vulua diſſectione, cap.* 4. ſcripſit: *Dependet etiam totidem nexibus ex lumborum vertebris; lumborum enim magni muſculi vtrimque proceſſus quoſdam ſatis magnos promittunt, qui cùm in vtraſque vulua partes, tum in ceruicem veſica, tum in ſedem diſtribuuntur, atque hac vincula laxa ſunt omnia: vnde efficietur, vt latè & moueri, & transformari vulua poſſit, per eoſdem nexus. Alteratio etiam vehemens fit, & vaporum transmiſſio; & ob hac dolore aſſiduo moleſtabantur lumbi.* Pauca deiicere ex aluo, ex multis pendebat, ex incendio vteri humorem ſtercorum abſumente, & ſic dura reddebantur, & compacta, & ipſa, & inteſtina minus lubrica ſunt, ob humoris defectum: retentrix etiam B ſiccitate deprauatur, vt attractrix calore phlegmonis; & cùm vterus inter inteſtinum rectum, & veſicam habitet, comprimit illud, quando inflammatur, ſicque ſtercoribus viam occludit. Hæc excrementorum occluſio, cauſa etiam eſt aſcenſus maioris vaporum ad cerebrum, & ſic vigilabat, non ſolum ob aſcenſum aſſiduum vaporum ex vteri vaſis, & ventris, ſed ob pertinaciam dolorum; nam in capite, collo, & lumbis permanebant ſemper. Mirum magis, quod cum tanto ventris incendio, tam æſtuoſa febre, ſiti, & peruigilio, fuiſſent vrinæ decolores. Galenus Valleſius, & Mercurialis rationem diſcolorationis tacuerunt. Phrigius dixit, quod cùm ad inflammatum viſcus ſucci trahantur, C redditur vrina decolor, & tenuis: quod ſi verum eſſet, quò plus inflammatio creſceret, fierent tenuiores, & diſcoloratiores vrinæ, quod non contigit, & ob id notaret Hippocrates dixit, quod erant tales in initiis: triplicem cauſam agnoſco, primam, quod in principio erat magna copia crudorum in vaſis, ex quibus vrina deriuatur; talia enim excrementa in generatione fœminarum abundare omnes docent: hæc à calore primorum dierum in magna copia liquantur, liquata efficiunt duo, & multum ſerum concedere, & fluendo imperuoſiùs ad vrinæ vias, illas occludit, ſicque multùm, ſed tenuè percolatur, craſſum verò ſubſiſtit, & hæret, & eſt ſecunda cauſa. Tertia cauſa erat raptus bilis in cerebrum, quem indicabat peruigilium, & hoc, & raptus, D delirium ſexta die venturum, vt contigit. Quam rationem etiam Phrigius tradit in explicatione ſexti diei, ſed hanc cauſam leuiorem cenſeo; nam raptus bilis, ſub propria corporatura ad cerebrum ob quam lotium albeſcat, non cauſat delirium tam breue, vt fuit die ſexto, quia breui ad mentem rediit. Cauſa ergo vrinæ tenuis, & decoloris fuit (vt dixi) liquatio magna crudorum, plurimum ſerum præbentium, obſtructio non totalis viarum, per quas vrina deriuatur; hæc bilem tranſire non permiſit, ſed impacta in locis obſtructis permanſit, ad cerebrum euaporans. Id planè indicarunt deiectiones bilioſæ, & crebræ ſeptimo, & octauo die euenientes, & nihilominus delirabat vt priùs, & magis: delirabat ergo ob incendium, & vapo- E res calidos, vt delirant paraphrenitici: bilis verò detenta balano, per ſedem excreta fuit, & copioſè, & ſic iuuabatur.

A die ſexto ad decimum.

SExto die ad noctem delirauit multa, & rurſum ad mentem rediit. Septimo ſiticuloſa, deiectiones biliosa, crebra. Octauo riguit, febris acuta, conuulſiones cum dolore, multa delirabat, ſurgebat. Appoſito balano multa deiecit cum fluxu bilis, ſomni non erant. Nono conuulſiones, decimo nonnihil ſapuit.

Delirare multa, eſt non delirare circa vnum obiectum, ſed circa varia; hoc prouenit, quando cerebrum nimis debile eſt, & multa agitatio ſpirituum

&

& vapotum illud faſigat ; hæc enim multa ptoponit pnantaſmata : & quia debiliſſimum cetebrum eſt, omnibus aſſentitur, vt docui tractatu noſtro de delitiis. Multa euapotatio fit ex abundantia bilis, cum humoribus erudis, hi vt materia ; illa vt agens principalius, vt mitum fuerit vertiginoſam non fuiſſe. Vterque humot putredine efferueſcebat, ſed crudus magis; ſic caput replebatur nimis, & turhabatur variis ſpe-ctris, multáque delirabat, quia ob debilitatem non ſe corrigebat circa propoſita obiecta, & indè ſine delectu, & variè inſaniebat, omnia propoſita admittens, nec tempus, neque modum, nec veritatem obiectorum, aut falſitatem diſcernens ; & nihil plus ad inſaniæ mirabilem varietatem condycit, quàm cerebri magna debilitas, quia quodlibet obiectum ttahit ad ſe totum concurſum cerebri, & ſic non diſcuttens delirat, nec operarur vt rationale, neque poteſt ob defectum virtutis, quod extremum ſenium perſpicuè declarat : in quo ſenes decipiuntur à quolibet obiecto, quia ob debilitatem nequeunt : durauit parum delirium, quia (vt docui) ex vaporibus ſolis creabatur, à quorum reſolutione ceſſauit. Septima die ſiti vexabatur, & bilioſa crebrò deiecit ; non dicit ſi vt crebrò, ita copioſè deiiciebat : cenſeo fuiſſe minutas, ſed crebrò repetitas deiectiones quas in prognoſticis vituperauit: pendent verò ab acritudine excrementorum, quorum minores partes ſatis irritant expultricem, antequam magna quantitas congeratur, ſimúlque ſequi ſolent debilem retentricem, cum quibus languor virium contrahitur ob dolores, irritationem aſſiduam, & peruigilium inexcuſabile, vt docuit Hippocrates. Nec deiectiones ſi febris per pares mouebatur, non fuerunt idoneæ ex parte diei, quia in diebus parihus criſis tentanda erat, vt docuit Hippocrates. Si verò per impares, fuerunt prauum ſignum, quia non contulerunt, praua verò ſigna firmiora, vt bona etiam in talibus diebus putantur.

Octauo riguit, conuulſiones cum dolore, multa delirabat. Grauiſſima fuerunt mala huius diei ; rigor enim qui in ardente febre ſaluberrimus eſſe conſueuit (nam ſic dicitur 4. *aphoriſm. text.* 58. *Febre ardente laboranti, rigore superueniente ſolutio fit*) inutilis fuit, & vires neceſſariò deſtruxit ob vehementem concuſſionem, & commotionem malignorum ſuccorum, & tantò peior ſi à rigore ſequatur alui ſolutio, ſed inutilis : nam authore Galeno in aphoriſmi expoſitione, poſt rigorem in febre ardente, alui ſoluuntur, & ſudores, & vomitus ſuperuenire ſolent febrem iudicantia. Fuerunt verò in hac decretoria non iudicantia, & indè mortalia, quia ſigna lethalia aderant, conuulſiones nimirum dolorificæ, & varia deliria, ob quæ in lectulo non poterat ſe continere : ſymptoma quidem exitioſum, quia maximè alienum à debilitate tanta, & febre tam acuta poſt partus labores, & tantum peruigilium ; ſed & deiectio bilis copioſa poſt appoſitionem balani ; exitioſa etiam erat, & meo iudicio ſine appoſitione remedij veniret ; nam die ſeptima incepit ſpontè, & tanta copiâ deiicere auxilio tam leui, vt talis deiectio non fuerit ratione remedij, ſed interna irritatione, vt in ſeptima, cœpit verò irritatio à balano. Docet verò experimentum, alui fluxiones, & diarrhœas in enixis lethales ferè ſemper eſſe ; non enim eſt commoda regio ad euacuandum excrementa vterum infeſtantia; & maximè perire debent, quibus vtero inflammato aluus fluit, & periclitantur certiùs ; ſi fluxio copioſior fuerit, & magis, ſi nondum ſigna coctionis appareant, quia nihil euacuatur ex vtero, & minùs quando inflammatur, quia cruda paſſio non cedit, deſeruiet igitur ad deiectionem virium, & impediendam vteri expurgationem, & cùm hæc ſanguinis praui eſſe deberet, non confert per aluum bilioſa diarrhea, quia quod non oportebat, euacuat, neque vnde oportebat, éſtque tam

A funeſtus alui fluor enixis, quod vulgus experimentis innixum, ſi aluum commotum in eis videat, periculum vitæ ſine doctore publicet, & ſi alui fluor enixis vtilis viſus eſt, contingit quando vterus inflammatus non eſt, & totius corporis cacochimia non leuis, & febris, ſi datur non ex vteri morbo, ſed ex vitiu totius (vt ſæpè contingit) creatur, & tunc iudicium difficile ſatis eſſe ſolet, vt contigit filiæ Ariſtophontis, 4. *epid. text.* 54. Docuit verò Galenus in huius hiſtoriæ expoſitione, quòd fœminæ quibus à partu purgatio ſupprimitur, nonnullæ veniunt in mortis diſcrimen ſummum, paucas verò eſſe, quæ valdè mediocriter affligantur, quia plurimis quidem vterus inflammatur, & hinc pendet, tarò fluxum alui non eſſe pernicioſum, quia rarò non inflammatur vterus.

B In die etiam octaua, febris acuta, & conuulſio cum dolore, & delirium virium cum ſumma inquietatione moleſtarunt, & vigil erat. Mirum quod conuulſiones cum dolore eſſent ; quando tam delirans erat, cùm nihil manente ſenſu, & doloris cauſà, dolorem, vt delirium obſcuret ; nam vt dicitur *aphor.* 6. *lib.* 2. *Quicunque dolentes parte aliqua corporis, dolorem non ſentiunt iis mens ægrotat.* Quam aphoriſmi partem ſine expoſitione Galenus reliquit, & meritò dubitatur, vnde conſtabat, quod verè doleret, ſi non cunctabar : poterat enim illud, etſi non eſſet, affirmare, vt alia innumera, quæ reuerà non ſunt, eſſe aſſeuerat, & ſi dolorem percipiebat, & ita eſſe affirmabat (interrogata præſertim) quomodo delirabat tam validè : & ſi doctrina Galeni ſe-

C quenda eſt in huius hiſtoriæ declaratione, putâniiſi quod conuulſiones, & palpitationes, & vrinæ ſuhiugaler à crudis ſuccis, & craſſis creabantur, non poterant conuulſiones eſſe nimis dolorificæ ; nam ſucci crudi, & craſſi, ſunt pituitoſi, ij verò nunquam dolorem inferunt, vt patet in anaſarica, & in aliis tumoribus ædematoſis, qui eo ipſo indolentes ſunt. Nullus, quem legerim dubium hoc propoſuit, Valleſius enim ſolum dixit ; *Conuulſiones autem cum tanta mentis alienatione, vide quam malè affectum eſſe cerebrum ſignificant.*

Mulra puſſunt reſponderi. Primum, quod delirium non erat continuum, ſed paraphrenitis, & potuit tempore quo non delirabat, ſymptoma doloris explicare, & malum quo renebatur, dolorificum fuiſſe conſtabat;

D nam conuulſio, dolorifica ſatis eſſe ſolet. Secundum, quod non omne delirium tollit cognitionem obiectorum, quando vehementer immutant ; ſic moleſtia quà ad reſpirandum coguntur, apertè ſentitur, etſi tardius quàm ſi non delirarent : & in aphoriſmo non dixit Hippocrates, quod delirantes dolorem ſentire omninò non poſſint, ſed ex eo quod adſit dolorifica paſſio, & dolorem non ſentiat, intulit quod mens ægrotabat, non tamen è contra valet illatio ; ſentit aliquid ; ergo non delirat. Tertiò reſponde (& eſt ſolutio pulcherrima) quod variè delirare, non eſt delirare intenſè, ſed circa varia obiecta ; imò delirantes circa varia obiecta, meo videri, nequeunt delirare intenſè. nam intenſum delirium ſummam animæ attentionem expoſ-

E cit, & ſic totum eius concurſum ad ſe trahit, vt alia obiecta, niſi ſint vehementiſſima, percipere nequeat; in quem ſenſum *in aphor.* 46. *ſect.* 2. dicitur, quòd dolor vehementior obſcurat minorem ; quia vt in expoſitione Galenus docuit, vis tota ſenſibilis à vehementiori trahitur, vt non ſuperſit virtus ad cognitionem alterius : & ſic lege contraria, qui circa multa delirat, à nullo trahitur animæ attentio, niſi remiſsè, ita vt accedente alio obiecto de nouo, relinquat illud circa quod delirabat antea, & ad nouum conuertitur. Sic potuit vxor Philini, non delirare intenſè, & quando conuulſio vehementiùs moleſtabat, dolorem, & neruorum diſtenſionem concipere, & dicere ſe dolere, aut gemitu, & querela dolor ſignificabatur à vt eſt frequentiſſimum : ceſſabátque tunc à delirio, quia anima à dolore reuocabatur

cabaſus :

cabatur: remiſſo verò dolore, aut deficiente, redibat ſtatim delirium, vt adueniente propoſitione noui obiecti, delirabat circa illud, & relinquebat immediatum omninò.

Ex qua doctrina intelligetis aliam difficilem, Galeni 6. *aphor. com.* § a. ſic ſcribentis de cauſis deſipientiæ. *Quæcumque enim ex ſola fiunt caliditate ſine humore vitioſo, ſimiles quodammodo ſunt eis, quæ ex ebrietate contingunt.* Eſt enim delirium ebriorum debile, & ſi ſoli relinquantur, delirant; ſi verò interrogentur, reſpondent; quia nouum obiectum ipſis propoſitum concipiunt, & ad illud attendentes loquuntur conſentaneè, mox verò derelicti mente turbantur. Trahuntur itaque facilè à quoui obiecto, & circa quodlibet operantur, ſicque variè etiam, vt vxor Philini, delirant. Et cenſeo tandem, quod ſi dolores conuulſionum concipiebat, quando non ceſſauerat delirium, quòd delirabat non intenſè, ſed variè, & extenſè circa plura; falluntúrque Expoſitores, putantes, quòd vehemens delirium fuerit; hoc enim vehementes dolores obſcurat, quando ardente, & æſtiua febre oppreſſi, & lingua phrenetica, ob ſiccitatem illam conuellentem, ſitim non ſentiunt, nec lotium, nec ſtercora reddunt, quia eorum moleſtiam non percipiunt: & ita eſſe, (vt dixi) conſtat, quia appoſito balano deiecit multa, & rurſus cùm ratione delirij non eieciſſet lotium, admonita vt illud expelleret, minxit multum, quod planè indicat delirium intenſum non fuiſſe, quia obiectum de nouo propoſitum percipiebat, obediebátque imperantibus, vt lotium emitteret, & idonea inſtrumenta applicabat, & hoc voluntariè, vt conſtat.

De cauſa conuulſionum, diſcordia eſt. Galenus craſſos, & lentos ſuccos accuſat; quam opinionem redarguit, quòd conuulſiones non erant perpetuæ, ſed intermittebant, & repetebant rurſus, & vt docui à pituita non fiunt dolorificæ conuulſiones. Valleſius cauſam tacuit, vt Phrigius. Cenſeo fuiſſe vehementem tenſionem neruorum, & muſculorum à flatuoſa ſubſtantia multa, & acri; hæc enim dolorificas conuulſiones, & non perpetuas creat, quia reſoluitur faciliùs humoribus, & ſimili etiam facilitate creatur, & repetit: & efficit tamen duram tenſionem, & dolorificam, vt experimur quotidiè in tenſione neruorum, & muſculorum tibiarum quæ ſubitò excitatur, cum ſummo dolore, & ſubitò etiam euaneſcit, vulgo *calambre* appellatur. Huius generis fuiſſe conuulſionem illam ſuſpicor, ob vehementiam dolorum, & quia intermittebat, & repetebat rurſus, & delirans moleſtiam percipiebat, imò, & quando lotium multum reddidit die vndecimo, reddebat illud cum conuulſionibus qui modus reddendi vrinam dubitationem magnam fecit Mercuriali, & Phrigio; intelligunt enim conuulſiones illas dum multùm mingebat, ad veſicam etiam pertinere, & ex hac praua intellectione dixerunt multa inintelligibilia, & falſa. Inde melior mihi videtur tranſlatio, quæ ita habet; *Minxit conuulſa confertim multum*: hoc eſt, durante conuulſione, lotium multum excreuit, vt non velit dicere, quod conuulſoriè lotium pellebat, ſed durantibus conuulſionibus, quibus antea premebatur. Et ſi hoc diſpliceat, dices, quod cùm darentur in hac ægrotante flatus innumeri, quos indicabat vrina ſubiugalis, & non minùs palpitationes decimaquartà moleſtantes, recurrerunt ſubitò adimplendum vacuum derelictum à lotio in tanta quantitate expulſo, quorum commotio per ſentientes partes, conuulſiones illas breui tranſeuntes excitat, quas ſani etiam ſæpè in ſeipſis à mictu patiuntur, & tremores vulgus appellat.

A die vndecimo, ad diem obitus.

VNdecimo dormiuit, omnia recordata eſt; cito autem rurſus delirauit, minxit autem cum conuulſionibus confertim multum, raro admonentibus craſſum album, quale fit in ſubſidentibus cùm perturbatur: repoſitum multum ſemper non ſubſidebat, color, & craſſities qualis fit in iumentis talia mingebat, qualia ego vidi: quatuordecimo dolores per totum corpus, verba multa, nonnihil ſapuit, cito autem rurſus delirauit, decimoſeptimo obmutuit, vigeſimo obijt.

Vſque ad finem laborauit cerebrum per conſenſum, omnia enim ſymptomata intermittebant, & rurſus reuertebantur. De mictione cum conuulſionibus iam diximus; quod multam reiiceret vrinam, fuit occaſio delirium, ob quod rarò excitabatur, & monita priùs, & ſic magnam copiam vrinæ accumulabat; color, & craſſities vrinæ, vt in vrinis iumentorum apparebant, ſignificabántque inſignem ſuccorum agitationem in vaſis maioribus à calore feruere illos cogente, ex qua perturbatione capiti ſemper timuit Hippocrates 4o. *aphor. text.* 70. dicendo; *Quibus febricitantibus vrina fiunt perturbata, quales ſunt iumentorum, his dolor capitis, vel adeſt, vel aderit.* Galenus in expoſitione dicit, *tales ſunt materia craſſa, ac denſa, à calore agitata.* Calor verò meo iudicio non leuis eſſe debet, vt tanta perturbatio, quanta in vrinis iumentorum viſitur, detur in nobis, ſicque contingit quando bilis non pauca glutinoſis humoribus iungitur, & vterque humor putreſcit, ſicque inſignis feruor in pituitoſis excitatur ob igneum calorem, & copiam magnam flatuoſæ ſubſtantiæ, & craſſæ, vt cenſeam à ſola pituita putreſcente tantam perturbationem cauſari non poſſe, vt ob ipſam appareant vrinæ craſſæ, vt iumentorum; quia tantus calor in ſola pituita, lenta, & glutinoſa introduci repugnat, vt feruere faciat, & confundi humores intra vaſa. Nec facilè credas, quòd tres ſpecies craſſarum vrinarum à Galeno in aphoriſmi expoſitione, & *1. de criſibus* relatæ, poterunt eſſe ſub ſpecie craſſarum iumentorum; has enim non cauſat calor concoquens, ſed calor morboſus, confundens, & perturbans omnes ſuccos in vaſis; nam concoquens, non perturbat, nec confundit, ſed coagmentat, & vnit ſicca cum humidis, & indè nulla vrina craſſa, vt iumentorum ſignum coctionis eſſe poteſt, & ob id doloris capitis præſentis aut futuri præſaga eſt, non coctionis, & ſic quatuordecimo dolores per tutum corpus moleſtarunt, & variè delirabat, & cùm breui ad ſe rediiſſet, & delirauit ſtatim, & tandem decimoſeptimo obmuteſcens, animam egit vigeſimo.

Antequam medelam tanti mali exponam, notabitis, quòd in tranſlatione, quam ſequuntur Mercurialis, & Phrigius, legitur ſymptoma quoddam in die decimaquarta, quod non tranſtulerunt Galenus, nec Valleſius in litera hiſtoriæ. Sic legerunt primi Mercurialis; *Decimamquartam exiſtenti palpitationes per totum corpus.* Phrigius verò ſic; *Ad decimam, & quartam, palpitationes, totum corpus dolebat.* Galenus verò, & Valleſius palpitationum non meminerunt, ſed dolorum per totum corpus, licèt Galenus in declaratione hiſtoriæ, dicat; *Conuulſiones verò, & palpitationes, & vrinæ ſubiugalium vrinis ſimiles, crudi, & craſſi ſucci ſpecies ſunt.* Putauit verò Phrigius, quod palpitatio non ſignificet veram palpitationem à flatu ortam, ſed pulſationem magnam arteriæ, hoc eſt vehementem pulſum, qui palpitatio ab Hippocrate ſolet nominari; & eſt proprius inflammationis internæ, quæ explicatio mihi non probatur; quia Galeno in expoſitione refragatur, dicenti, quod palpitationes in illa ægrotante erant ſignum ſucci crudi, & craſſi, ex quo flatus ſuſcitabantur. Deindè, ſi illud ſignum eſt inflammationi internæ tam proprium, ſtatim debebat apparere, & non in die decimaquarta. Et quid proprius eſſe poteſt, vbi datur lotium vrinæ iumentorum tam ſimile, quàm ingens flatuom copia, ob quam dolorem capitis adeſſe, aut futurum Hippocrates (vt Galenus exponit,) præſagiuit. Ob id mihi videtur probabilius fuiſſe veras palpitationes, quia vt dixi, vbi datur vrina tam perturbata ob feruorem craſſorum, & crudorum, neceſſe eſt flatus nimis abundare, præſertim

post

poſt partum fœmineum,& vteri incendium; ille enim pituitam arguit, hoc verò cauſa eſt multæ eleuationis ex truda materia,& nihil frequentius in enixis, & hyſtericis experimur, vt flatuum grandem copiam,dicente Hippocrate. *Plurima hyſtericarum, flatus:* & modus mortis, id planè docuit; muta enim prius fuit, quàm defuncta; quem modum moriendi ex palpitatione totius *in coacis* publicauit Hippocrates dicendo; *Palpitantes toto corpore,mum muti moriuntur.*

Ne tamen obliuioni tradatis, quod Galenus notat *libro 1.difficultatis reſpirandi,c.10*, inquirendo cur reſpirationis huius infirmæ,non fuit recordatus Hippocrates, reſpondet; quia certum erat fuiſſe reſpirationem paruam, & denſam ob dolorem oris ventriculi, & ilij dextri, & delirium paruum fuiſſe, & ob paruitatem non traxit ad ſe reſpirationem, hoc eſt non reſpirauit magnè, & rarè vt delirantes ſolent; vt inde intelligatis, quod delirando potuit trahere conuulſiones dolorificas, & die decimaquarta palpitationes, aut dolores ſimul cum delirio per totum corpus ſentire. Et ſolutio à nobis adducta in tertia reſponſione tam vera fuit, vt eſt doctrina Galeni in dubio ab illo propoſito.

Curatio vxoris Philini.

IN mea opinione,non admittente inflammationem iecoris cum vteri inflammatione, vt Valleſius putauit,extra dubium erit, ſecandam eſſe venam ſtatim ex cruribus, & eodem die reiterandum eſſe, quoniam ſalutis ſpes in præcautione,ne inflammatio magna fiat, locari debet,magna enim (in enixis præſertim ob ſanguinis prauitatem) & irremediabilis eſt,non ſolùm ex ſe,ſed ratione magnitudinis febrium talem inflammationem concomitantium;nunquam enim inflammatus vterus ſua febre accidentali ſatiatur, ſed continentes febres creare ſolet, vt docuit Galenus *6.epid.ſect.1 text.* a.iis verbis: *Inter omnes corporis partes vulua, tum plurimas, tum maximas habet venas,quæ vbi malè affecta fuerit, vel ob retenta tum menſtrua,tum puerperij excrementa, vel phlegmonem aliquem quouis modo ortum,ſanguine ipſo neceſſario repletur, quo putreſcente,ſi febris accendatur eam ex ſynochorum forma eſſe eſt neceſſe; nam ex putreſcente ſanguine tales accendi febres, quæ non modicam calidorum vaporum copiam ad caput mittant, eſt demonſtratum.* Et in vxore Philini febrem putridam vtero inflammato copulatam fuiſſe, ipſàmque grauiſſimam, vrinæ ſubiugalibus ſimiles planè oſtenderunt, & cùm vterus inflammatus ſuas periodos habeat, & ſuas etiam putrida febris obſeruare debeat, & poſſit; tanta fuit periodorum confuſio in vxore Philini, vt quidam Expoſitorum putauerit, per pares motam fuiſſe illam febrem, vt Phrigius. Mercurialis verò per impares, nam, etſi Galenus docuerit loco nuper citato, febres ortas ex vtero inflammato, ex ſynochorum gēnere eſſe debere, id perpetuum non eſt. Quomodo verò ſi datur inflammatio, poſſit dari continens febris, docui diſputatione de eſſentia continentium febrium. Quod verò quando humores inflammationem generant, moueantur periodicè, velut ſi inflammationem non efficerent, docuit Auicenna proprio capite *de febribus apoſtematum*, deſumpſitque ex Galeno *1.aphoriſm. comm. 22.* dicente, & morbo quidem laterali, & phrenitidi, magna ex parte per tertium diem acceſſiones fiunt, ſuppurationibus autem, & talibus, quæ ventri eueniunt,aut hepati, quotidie, & præcipuè ad noctem. Qui verò ex liene laborant, & omninò ex atra bile, per quartum; ex iis affectuum complicationibus confuſio acceſſionum creatur, quam ſatis inſignem habuit vxor Philini, nam, & in imparibus, & paribus deteriùs ſe habuit, & criſes diuerſas.

A Copioſè itaque, & breuiter ſanguis extrahendus eſt ex cruribus,ſi à partu purgatio ſupprimatur,aut affectio ſuperueniat lochia ſupprimens. Magnam fuiſſe plenitudinem circa loca muliebria, oſtenderunt multa,dolor nimirum eorum,ventriculi, & hepatis,& lumborum, quæ partim ob tenſionem à vaſorum plenitudine,partim ex repurgatione euenerunt, ob inſignem vaſorum communionem inter has partes cum vtero; quod indicauit etiam copioſa euacuatio ad appoſitionem balani ſequuta; nam ex loco inflammato erat impoſſibilis, & quia cruda paſſio non cedebat, & impacta intra potius materia trahi non poterat.

Non me latet diſcordia Authorum circa locum ex B quo educendus ſanguis; quæ in noſtro caſu locum non habet, ſed quando vterus inflammatur,quin ſuppreſſio menſtruorum,aut lochiorum,præcedat, & eam litem dirimunt omnes, & nos etiam conciliauimus, in capite de curatione inflammationis vteri; non quidem vt Phrigius diſſoluit ex mente aliorum,notandos quod ſi plenitudo totius ſit cauſa ſuppreſſionis menſtruorum,ſecentur prius venæ ſuperiores; ſi verò ſuppreſſio menſtruorum ſit cauſa plenitudinis, ſecandæ ſunt venæ in cruribus. Quæ diſtinctio metaphyſica potius quàm medica eſt,& meo videri cognitionis difficilis, ne dicam impoſſibilis: quis enim cognoſcet, quod ſuppreſſio fuerit cauſa plethoræ,aut plethora ſuppreſſionis, ſuppoſito quod in controuerſia iam ad- C mittitur vtriuſque exiſtentia? Nulla ratio ſine efficaci replica poterit tradi; & inconueniens, quod timetur ne tota plenitudo ad vterum reuocetur, ſi ſecentur prius venæ inferiores, ſemper aderit in qualibet occaſione, vt eſt euidens. Imò ſi ob vteri vitium menſtrua defeciſſent, & ob defectum plenitudo ſuperueniat, periculum certius eſſet, ſi prius ſecentur venæ inferiores: nam vitium vteri, quod priùs menſtrua ſuppreſſit & illa detinuit, detinebit meliùs plenitudinem totius ad vterum conuocatam, & malum vteri, quod menſtrua primò cohibuit, geminabitur, ſiue obſtructio ſit,ſiue vteri contorſio, vaſorum coincidentia, aut denſitas, aut tumor aliquis: ſi verè plenitudo totius ſit cauſa ſuppreſſionis, non aliter cohibet, quàm D impediendo tenſio vaſorum, contractionem fibrarum tranſverſarum, ſi iis expulſio indiget, aut obſtruendo totum ob copiam,aut quia copia eſt tanta,quod expultrix nequeat illam mouere: nulla verò ex tribus his cauſis impedit ſectionem venarum inferiorem; nam cùm per illas auferatur directè plenitudo totius, tollitur ſimul cauſa ſuppreſſionis,quæcumque ex dictis putetur, vt meo iudicio contrario modo debebant philoſophari, quos Phrigius ſequitur; dicendo; *Si vitium vteri menſtrua cohibuit, & eorum ſuppreſſio plethora fuit cauſa, ſecentur primo venæ ſupernæ, quia vitium, quod menſtrua detinuit, obſtabit etiam ne totius plethora per vterum euacuetur, & ibi collecta, & inculcata duplicabitur malum vteri, quodcumque ſit.* Prius ergo eſt auferenda totius plethora ſecando venas ſupernas; deindè au- E ferendus morbus vteri, qui priùs menſtrua cohibuit; & tandem ſecandæ ſunt venæ infernæ tempore à Galeno deſtinato, vt menſtrua reuocentur,ſi ablato vitio vteri non ſuccedant ſponte, ſuccedent enim non dubiè, niſi ob inediam imperatam, dum curatio celebratur, nondum ſanguis ſuperfluus abundet per menſtrua euacuandus, cuius idoneam congeſtionem ſperare debes, vt ſectio venarum inferiorum imperetur,niſi velis ante idoneam ſanguinis accumulationem venas ſecando, obſtare de nouo menſium reddit ui, euacuando corpus, quod reficere potiùs, & priùs tenebaris,vt menſtrua redirent,& mox euacuare,moderatè tamen vt menſtrua ad inferna inclinentur; nam euacuatio longior, etſi ſit crurum, etiam menſtrua certo modo reuellit.

Sic eoacuato corpore, magni momenti ſunt hyrudines hæmorrhoïdalibus venis affixæ, ſanguis enim à partu fæculentus ferè ſemper, craſſus, & melancholicus eſt, & citra virium diſpendium extrahitur, inaniuntúrque partes vtero vicinæ inflammationem fouentes, & impedientes vterum comprimendo, ne reddat lochia, & in tanta vſtione, vt ab Hippocrate refertur, in regione vteri, magna ventilatione eſt opus, ne malignior in dies putredo reddatur: ſcimus enim ex hyſterica paſſione in vteri regione veneficam vim, quæ putreſcunt, acquirere. In illuſtri Comitiſſa caput inopinatè, & ſubitò tentari cœperat, & inguinibus tres cucurbitæ affixæ, & ſcarificatæ, mirè raptum detinuerunt, vt ſubitò phrenetica non fieret; erat enim recèns enixa, ſed iam euacuata ſatis, tandem continuò delirauit per aliquot dies ſine cerebri inflammatione vera, & hyrudinibus affixis partibus dictis, tantam ſenſit vtilitatem, vt ab eo die reddita ſemper febre leuiori conualuerit optimè. Cauſticis auxiliis raptum ad ſuperiora detinet Phrigius; ſuſpecta mihi ſunt in tanto vteri incendio, & ventris vſtione, ſed non omninò reprobo; cucurbitulis tamen inguinum parti domeſticæ appliciris, & lochia reuocantur, & raptus cohibetur: ſic, aſſiduæ frictiones crurum vtiliſſimæ ſunt, oleo amygd. dulcium, & irino, aut liliorum alborum manibus imbutis, quas, quia veſicantia impediunt ne crebrò, & commodè fiant, etiam non probo: ligaturæ ſi ſentiantur moleſtæ, imperandæ, ſin minus, vt antea docui, pernicioſæ ſunt.

Si vterus repellentibus ſit firmandus, dubium mihi eſt, ob duo, & quia raptus ad ſuperiora mirè iuuatur, & quia redditui lochiorum magnum erunt obſtaculum, tum etiam quia partes mittentes (venæ nimirum vteri) compreſſæ, mittent abundantiùs, ob quod ſi incendium magnum non ſit, ſecurius eſt repellentia, & frigida recuſare, & ſi incendium non excuſet, nunquam actu frigida applicabis, contactus enim frigidorum in enixis timendus ſemper eſt. Ego quidem euacuato benè corpore, anodina, & laxantia vterum magis eligerem, quæ etſi minùs attemperent, dolorem minuunt, & lochia ſuſcitant. Eſt admirabilis fotus ex lacte aſinino, in quo meliloti folia, & artemiſiæ, & anthemidis, ſeu chamemali flores, & calendulæ, & nimpheæ incoxerint, aut decoctum linteo imbutum, & moderatè calidum, aſſiduè antequam infrigidetur, renouabitur; fotus tamen ſi imperetur, ob maiorem penetrationem, ſuauiſſimè fiat, ne irritetur inflammatio ab impulſu, dicente Galeno, quod omne inflammatum integram quietem deſiderat, etſi ignorare non liceat, quod moderata commotio, ſi dolorem non augeat, lochiorum redditui conducere poſſit. Olea etiam amygd. dulcium, chamemali, liliorum alborum, cum roſaceo vtiliter applicantur exteriùs, aut linimentum parabitur ex butyro recentiſſimo, & liquamento axungiarum recentium, cum ſucco foliorum maluarum, artemiſiæ, violariæ, oleo roſaceo, & puluere croci. Dixit Dioſcor. *libro 2. capite 66.* quod butyrum vetuſtatem non ſentiens, eſt efficax inflammationibus vteri; quo, & liquamento axungiarum recentium, puluere florum chamemali, & ſeminis vrticæ, & croci, cum guttulis aceti ſambucini, vtile linimentum paratur ſedata fluxione, vt reſoluatur tumor, & lochia reddant: ex eiſdem parantur peſſuli, & vtero induntur, aut ſuccus Mercurialis cum puluere croci, & ſabinæ vtero applicatur cotone imbibitus, & linteo inuolutus, vt lochia emanent, aut myrrha cum cremore lupinorum, ſucco foliorum artemiſiæ, & puluere croci eodem modo applicetur, in iuribus ſumendis ſemper coquenda cicera rubra, apij radices, aut petroſelini, folia cum drachma ſalis ex tartaro, & duabus guttulis eſſentiæ croci. Acetoſæ radices, vt Dioſcorides docet, menſtrua mouent, & febrium ardori vtiliſſimæ ſunt, idem præſta-

A bunt radices rumicis, ex quibus, & radice condrilæ, adianto viridi, lupulis, hordeo integro, floribus vtriuſque bugloſſæ, decoctum paratur pro febris attemperatione, & ad inclinanda menſtrua, clarificetur, & aromatiſetur puluere cinnamomi, & frigidum detur cum ſyrupo condrilæ, & adianti, & cichoriæ. Eſt optimum inuentum ſi decocta, aut iura deuorari non poſſint, ſimplicia dicta in iure decocta per vitreum diſtillare, aut eandem diſtillationem parare ex ſyrupis adianti, artemiſiæ, quinqueradicum, & hyſantino, & aquam aſſiduè præbere, ſi nimius ſit ardor; eſt enim ſciendum, quod ſanguis concreſcit, & craſſiſſimus redditur nimio calore, & inde attemperatio neceſſaria eſt, ſed deobſtruentibus, vt fieri poſ-
B ſit, & largior potio concedenda vbi ardor nimius fatigat, & iam fluxio ceſſauit; nam Auicenna aquam prohibuit in primis diebus, quia fluxio tunc impetuoſa eſt, & potu diluta fluit magis, quod mihi non probatur, ſi mordacitas, & acrimonia fluxionis occaſio ſit, vt à doloribus, & laboribus in partu difficili contingere ſolet, hileſcente, & inflammato ſanguine; exaſperatur enim, & acrior ſi non attemperetur, redditur.

Ne tamen ignores, quòd quando vterus verè inflammatur, redditus lochialis purgationis per exteriùs applicita, & vtero indita magis quàm per oblata procurandus eſt, non enim ſi tumet, peruius eſſe poteſt, & ſic quæ menſtrua excitarunt, fluunt periculo-
C ſè, incarcerantur enim, & tumor, dolórque augetur; quod & Galenus notauit, *13. method. capite 6.* & indè quæ incendium reprimant, deobſtruant tamen moderatè, in hoc affectu ſecuriora ſunt, aut quæ menſes moueant parcè cum aliis miſcenda ſi iam fluxio ceſſauit.

Clyſteres ſunt magni momenti in vteri inflammatione, dummodo in parua quantitate iniiciantur, conficiendíque ſunt, ſi pro vtero imperentur ex rebus tempori inflammationis idoneis, aut dolorem & incendium mitigantibus, ſemper tamen ex iure parandi ſunt, nam ex aqua nunquam enixis conueniunt, aut non ſunt tam ſecuri, ſemper enim aqua ad ſuam naturam ſe reducit, & contra vim auxiliorum pugnat. Lau-
D dat Phrigius paratum ex iure carnis bubulæ, cui ℥. iv. butyri, electarij lenitiui ʒ. vj. addit. Ego verò ſemper expurgantia timeo, aut quæ præter modum lubricent, ob timorem diarrheæ, quæ rarò periculoſa non eſt in enixis, vt antea docui.

Sed dubitari poterit, ſi euacuato benè corpore, liceat tentare ſuppurationem inflammationis vteri, ante reſolutionem. Ratio dubij eſt, quia ſuppuratio videtur facilior, & vt facilior, ſecurior; diſruptâ enim totum corpus expurgabitur, & lochia emanabunt, ceſſabúntque omnia mala; deſeruiétque vomica profundè, de nouo excitata. Accedit, quod ſanguis à partu derelictus craſſus eſt, vt plurimùm, & non eſt tam facilis reſolutionis; & cùm ſemper copia ſit magna, videtur reſolutio impoſſibilis tam breui, vt morbi acuties
E expoſcit, docuítque experimentum, quod quæ hunc morbum effugerunt, fuit ob redditum euacuationis lochialis, ſignum quidem reſolutionem eſſe naturæ difficillimam, & cùm ſuppurantia reſolutionem non tollant, & vias etiam leniant, emolliántque, vt lochia eiici faciliùs poſſint, videntur planè eſſe idonea, & partis affectæ natura huic terminationi aptiſſima eſt, quia calida, & humida. Deinde ſi ſuppuratio maius auxilium eſt, quàm reſolutio, & maius auxilium maioribus morbis debetur, cognita magna inflammatione ob magnitudinem irreſolubili, antequam occidat, ſuppuratio ſtatim tentanda eſt, quia ad reſolutionem tempus idoneum acuties non concedet. Eſt verò temerarium, & irrationabile, tentare auxilia morbo non proportionata.

Viget

Vget etiam, quòd reſoluentia auxilia coctionem non
iuuant, ſed remorantur, ſuppurantia verò iuuant ſta-
tim; vndè ſi coqui materia inflammationis debet, iu-
uabitur ſopputantibus, quoniam ſunt concoctoria;
ſunt verò quia calori coquenti proportionata, & qoia
vitale calidum occludunt in parte, à qua victoria, &
coctio expectanda eſt, videtúrque expreſſa doctrina
Hippocratis 6. *epid. ſectione* 2. *text.* 24. dicentis: *Quæ-
cumque concoqui oportet, occludi conuenit, contraria au-
tem ſiccari, & aperire.* Ergo ſi tumor coquendus eſt,
occludi debet, non aperiri. Conſtat verò reſoluen-
tia aperitiua eſſe, & ſiccantia; nunquam ergo con-
uenient vbi coctio deſideratur; & ſi ob magnitudinem
tumor irreſolubilis eſt, erunt pernicioſa reſoluentia,
impedient enim directè terminationem tanto tumori
B debitam, in quem ſenſum dixit Hippocrates 6. *epid.
ſectione* 6. *text.* 11. *Omne ſuppurans eſt ſine recidiua, hæc
enim concoctio, criſis ſimul, & abſceſſus eſt.* Si igitur tot
commoda ſuppuratio trahit, tentanda eſt, & non re-
ſolutio.

Hec propoſui ad ſugillandum Medicos, qui acci-
pientes præcepta vniuerſalia, omnibus caſibus illa ac-
commodant cum certa ægrotorum pernicie; audiunt
enim reſolutionem tumorum ſuppurationi præferen-
dam eſſe, & inde nullum tumorem ſuppurare tentant,
niſi quando iam ſignis concipiunt ſuppurationem in-
ceptam eſſe à natura, túncque ſuppurantia con-
ſulunt, non antea, ſicque multi pereunt, quia in
reſolutione perſiſtentes, tentant quod eſt impoſſi-
C bile, & aliam terminationem impediunt, quæ veni-
ret fortaſſis ſi à Medico iuuaretur, & non imperaret
contraria, velut ſi natura, quæ non poteſt reſoluere,
neceſſariò debeat ſuppurare, & non poſſit priùs, de-
ficere.

Eſt ergo ſententia noſtra, quod vteri inflammatio
ſuppuranda ſit, & hæc terminatio tentanda; quando
magna concipitur, vt metus ſit, ne poſſit reſolui ante-
quàm virtus deficiat, nec ſperandum principium ſup-
purationis à natura, vt ſuppurantia imperentur, ſed è
contra, imperanda ſuppurantia vt natura inclinetur
ad hanc terminationem, & iuuetur ſimul, vt debet à
Medico ſemper iuuari. Ratio ex dictis iam conſtat,
quia etſi leues inflammationes, & ex pauco, aut te-
nui ſucco pendentes poſſint ſecurè reſolui, quæ verò
D ex craſſo & multo irreſolubiles ſunt, & ſola ſuppura-
tione vincibiles; ſi in iis reſolutionem ſperes, aut eam
iuues, oleam, & operam perdes, priùs enim æger oc-
cidetur, aut ſphacelabitur pars, victâ omnino naturâ;
cenſeóque, quòd vt ſuppuratio eſt maius remedium,
effectus eius citiùs conſequitur, omnibus enim maio-
ribus remediis, id ferè perpetuò conuenit, vt citiùs
ignis ferro, & ferrum quolibet alio auxilio ad ignem
non pertinente operatur. Et quod in inflammatione
irreſolubili præ magnitudine, citiùs ſit ventura ſup-
puratio reſolutione, euidens eſt, ſi illa eſt impoſſibi-
lis, reſoluentia nunquam incommodo diſſipationis
vitalis caloris, & calidi effluuij denudantur, & ſic vt
E iuuant materiam attenuando, lædunt, naturalem ca-
lorem minuendo. Suppurantia verò ſimillima nobis
cùm ſint, vitalem calorem intra partem cohibent,
ſicque mirificè proſunt, & breuiùs natura ſuum opus
perficit, vt comparare meritò poſſit reſoluentia æſta-
ti, ſuppurantia Veri; hoc vires omnes confirmat, illa
effœminat, etſi ſit calidior, vt ſunt reſoluentia, quia
nimio calore attenuat, & diſſipat calidum effluuium,
& ſic nos debilitat validiſſimè. Et vt docui, hoc ſin-
gulare ſuppurantibus ineſt, quòd reſolutioni non
obſtent, ſi cauſa reſolubilis eſt, reſoluentia verò ſup-
purationem impediunt modo iam dicto. Dictis adde,
quòd ſuppuratio non ſolum tentatur à natura, quando
reſoluere nequit, ſed certiùs quando putredo materiæ
ob loci proprietatem ad ſuppurationem plus natu-

A ram determinat; determinat verò, quia deterior: nam
vt putredo peſtilens coctioni veræ plus omnibus re-
ſiſtit, ſic quæ ad ſupporationem inclinat, deterior eſt
quàm, quæ ad reſolutionem; nam hæc coctionem non
tollit omninò, at putredo, quæ in excrementis ab vtero
inducitur, praua ſemper agnoſcitur ob loci proprieta-
tem, quod indicant paſſiones hyſtericæ, & ſic ſuppura-
tio huic parti quando in illa multus ſuccus putreſit,
proprior non dubiè, & familiarior eſt reſolutione;
& ſic eius procuratio certior erit, & ſecurior. Vndè
verò proueniat deterior illa putredo in vtero; *cap. de
vteri ſtrangulatione* docuimus, & in caſu noſtro non fa-
ciet parum prauitas ſanguinis à partu expurgandi, vt
malignè putreſiat.

Doloribus muliebrium ſuccurret non parum eua-
B cuatio copioſa ex partibus inferioribus, modis addu-
ctis. Commune, & vtile auxilium eſt omentum arie-
tis recenter extractum, & calidum ventri inferiori ap-
plicatum, quod nunquam oleo imbuo, vt commendant
omnes, nam ipſum ex ſe eſt ſatis anodinum, & vtili-
tas maior ſperanda, pendet ex applicatione vitalis ca-
lidi, quo infarctum eſt, & omnia vitia moderatur, &
vincit; illud verò cuiuſque rei permiſtio corrumpit, &
extraneat, reiterabitúrque noua alterius omenti ap-
plicatio, quia à nullo auxilio tantum commodum
ſperandum eſt, vt dolor moderetur, coquatur inflam-
matio, & lochia fluant. Et miror, quòd ori ventriculi
à Phrigio applicetur, & non ventri inferiori. Dixi ve-
rò quod dolori ventriculi, & iecoris etiam, ſuccurre-
C bat mirè copioſa euacuatio, quia à copia menſtruo-
rum detentorum regurgitante ad ſuperiora oriebatur;
nam ſanguinis vomitus à menſibus, aut lochiis ſup-
preſſis ſuperuenire ſolet, & ſic *in aphoriſm.* 32 dicitur,
*Mulieri ſanguinem vomenti, menſtruis erumpentibus ſo-
lutio aduenit.* Roborandus etiam erat ne inflamma-
retur idoneis aſtringentibus, & moderatiſſimi calo-
ris, aut temperatis; nam venter inferior vtebatur, &
ſimilis materia ad ventriculum confluens, calefacere
illum neceſſe erat, éſtque dignum conſideratione, quod
tales dolores non dehortantur ſectionem venæ, ſed il-
lam petunt; pendent enim (vt docui) à prauo ſangui-
ne ſupra regurgitante. Intelliges tamen ſine multa
neceſſitate non eſſe diſcooperiendam naturalem re-
gionem in enixis, hyeme præſertim, læduntur enim
D faciliſſimè ab ambiente, & hyſtericæ fiont ſummo pe-
riculo.

Conuulſiones dolorificæ moderandæ erant invn-
ctis partibus oleo liliorum alborum, & amygd. dul-
cium, cum guttulis aquæ vitæ, & fricaris moderatè,
mox deterſo oleo linteis calidis fouendæ erant, etérque
vtiliſſimum ſudorem mouere, præſertim quando
redditus lochiorum deſperatus putabatur. Eſt etiam
mirabile oleum caſtorei, & vulpinum, ad reſoluendam
tantam flatuoſam ſubſtantiam, quibus etiam oleo
amygdalino dulci permiſtis, ſpina vngetur. Nec mi-
nus confert oleum ceræ tataceo, & reliquis miſtum
cum guttulis ſpiritos vini, aut cum oleo lumbricorum.
E Ab vnctione danda erat aqua bugloſſæ, & meliſæ cum
puluere lapidis bezoar, vt moderatus ſudor excitetur,
qoia mitè tales conuulſiones, & dolores mitigat.
Aqua etiam ceraſorum dulcium laudatur ad acrimo-
niam demulcendam. Omnia tamen ſudorem mouen-
tia, ſi lochia fluant, ſuſpecta ſunt, & nonniſi in dolorum
vrgentia imperanda. Eſt etiam optima aqua lupolo-
rum reliquis miſta ad ciendum ſudorem, & mitigan-
dam acrimoniam, & diſſoluendum terreum vſtum à
partu derelictum, & febrem vſtiuam creans. Acida ſe-
ſapia ſine ratione Phrigius propinat, ſunt enim enixis
periculoſiſſima; vterum enim feriunt, vt de aceto Hip-
pocrates notauit. Sic potiones valdè frigidæ in cura
huius ægrotantis à Mercuriali commendatæ, ſunt eni-
xis valde ſuſpectæ, etiamſi febre ardente laborent;

Digitized by Google

venter enim inferior (vt vterus) à laboribus partus, & geſtatione debiliſſimus redditur, & primum occurſum aquæ tam frigidæ moleſtiſſimè fert, à quo ſtatim occluditur, & ipſe [illegible] leſtiam ſentiens ſe comprimit, & coarctat, flatus ſ[illegible]ſtantur, & hyſterica acceſſio cum ſummo periculo ſuperuenit; præter quam quod inflammationes internæ tam frigidum potum ſemper recuſant, ob indurationem, & recrudeſcentiam, niſi quando ſunt exquiſitè coctæ, vt Galenus docuit 9. *method.* *c.* 5. & nullum viſcus tale auxilium, vt vterus dehortatur: nec lochiorum expurgationi ſi actu ſit, aut eorum redditui, tam aduerſa res, vt frigidiſſimæ potio, excogitabilis eſt, incautéque ſatis vbi enixam cum lochiorum ſuppreſſione curare Mercurialis docet, nulla adhibita diſtinctione, tam frigidum potum commendat: vt L. ctoribus (niſi ſint alioqui docti) necandi enixas occaſionem non leuem præbeat. Simili periculo (ne dicam maiori) pro iecoris dolore in enixis iecorariam ſecat, & vſque ad deliquium, non diſtinguens, aut animaduertens, quanta debeat eſſe vrgentia doloris, & in qua occaſione, cauſa, & affectu, vt in enixis, & ſuppreſſa purgatione, vena ſuperior poſſit ſecurè ſecari. Phrigius etiam peccauit craſſè, negando proteruè, nunquam licere in enixis venas ſuperiores ſecare, de quo diſſidio doctiſſimè Ludouicus Mercado ſcripſit, *tomo* 4. peculiari conſultatione, & nos in diſputationibus *de morbis mulierbribus*, egimus. Laudo tamen Mercurialem, quòd potum frigidæ in ſummo vigore acceſſionis dandum eſſe doceat, quod & nos in medela tertianæ exquiſitè docuimus, contra opinantes, quod ſolùm dari debeat in declinatione. Debebat verò Mercurialis docere, in quo tempore vigoris dandus erat; nam in principio illius non licet, & ſic docuit in vigore ipſius vigoris eſſe potus frigidi occaſionem, quando iam ſummè attenuata, & accenſa eſt materia, & vrgentiſſima ſitis, periculúmque ne æger liquetur, aut in aliam febrem maligniorem tertiana permutetur; & cum minori periculo ſumitur, quia nunquam minùs lædere poteſt, quàm tunc actuali frigore; quia nunquam corpus plus æſtuat, & materia extenuata ita eſt, vt per ſudorem pellatur facillimè, & finiatur acceſſio.

Ne tamen ignoret decoctum ſerpilli cum aqua chalibeata paratum, innata proprietate vtero inflammato conferre, vt docuit Hartmanior, fouendus eſt vterus ſpongia, vel filtro, relato decocto, & moderatè calido imbutis, & nunquam permittendum vt frigeat.

HISTORIA VXORIS EPICRATIS.

A die primo ad ſextum.

Epicratis vxorem, quæ decumbebat propè Archegetem, vicinam iam partui, rigor fortis apprehendit; non incaluit, vt ferebant, & ſequenti die eadem: tertia autem die filiam peperit, & alia omnia venerunt ſecundùm rationem Secundo die poſt partum, apprehendit eam febris acuta, cordis dolor, & muliebrium; ſomni non erant, ſequenti quidem hæc facta ſunt leniora, capitis autem & colli, & lumborum dolor, à ventre autem pauca biliosa, tenuia reddebat, ſyncera; vrina tenues, ſubnigra; ex quo autem febris eam arripuit, in noctem ſexto delirauit.

A COpia, & diuerſitas excrementorum, tanta, & tam varia ſymptomata excitauit, & vt in excluſione prolis fœminæ, fuit ſimilis hiſtoriæ nuper relatæ, ita, & in omnibus ferè accidentibus, præter quàm in ventris vitione, qua caruit hæc; habuit verò alia, ſed hæc habuit loco iſtius accidentis vrinas tenues, & nigras: alia verò tenues, & decolores, & quantum ex hiſtoria colligere licet, trium excrementorum fuit copula, pituitæ, bilis, & melancholiæ, & in hoc Expoſitores conueniunt, nigræ vrinæ melancholiam, coma, pituitam, quam, & ſatis crudam rigores primi ſine febre publicarunt: bilis verò copioſa fuit, quia febris fuit acuta, delirauit, ſitiuit, lingua ſicca, & aſpera percipiebatur, & non dormiebat in primis diebus morbi;
B longitudo verò affectionis pituitam, & melancholiam innuebat, nullus enim ſuccus, vt ater, ad febris diuturnitatem conducit; quod indicat quartanæ conſtitutio, ſi cum aliis exquiſitis conferatur: & ſi Galenus in expoſitione hiſtoriæ antecedentis docuit, eſſe peſſimam affectionem in qua pituita, & bilis abundant, deterior erit in qua dictis excrementis additur aliud, & plus incoctile. Celebrata eſt doctrina Galeni, quod variegata excrementa tardiùs ſuperantur vniformibus, quia plures diſpoſitiones difficilius vnà ſuperantur: arguit verò excrementorum diuerſitas, plures locos malè affectos, tam varios ſuccos creantes.

Mirantur Expoſitores, & meritò, quod hæc mulier tam grauem febrem, & tot excrementia creatam
C potuiſſet ſuperare, ob quod robuſtiſſimam fuiſſe Mercurialis cenſet, cum Valleſio. Nos addimus vteri inflammationem non habuiſſe, nec aliquam aliam, & vereor, etiamſi non eſſet partus tam proximus, ægrotaret hæc, quando ante partum rigores repetentes habuit, licet de febre poſt illos dubitatio ſit, quod Mercurialis non admittit, ſed febricitaſſe, etſi non grauiter, putat: vulgus enim ſolas magnas febres cognoſcit, non leues, & ob id dixit Hippocrates, *non incaluit, vt ferebant.*

Cauſæ omnium ſymptomatum in hiſtoria vxoris Philini relatæ fuerunt; nullus verò Expoſitorum docuit, quænam fuiſſet vteri affectio; & miror, quòd ſi
D dolebat in eiſdem partibus, vt vxor Philini, non docuiſſent, quod vterus inflammatione opprimebatur, id recuſarunt docere ob tantam morbi diuturnitatem ab vtero inflammato nullo modo admittendam. Valleſius enim in hiſtoria vxoris Philini, quia doluit dextrum hypochõdrium, intulit ſtatim iecur inflammatum fuiſſe, & in præſenti hiſtoria, quia muliebria doluerunt, non intulit vterum, & partes ſibi proximas inflammatione obſeſſas eſſe, ſed dicit; *Aperriſſimè hæc quoque habuit ſigna affectionis vteri*; tacuit verò affectionem. Ego cenſeo focum putredinis fuiſſe, & vaſa ad vterum pertinentia oppleta ſatis tum excrementis, tum flatibus, & variis diſtenſionibus ab eliquatione crudorum, & feruore putredinis, & flatuum tenſione torqueri, ſicque
E doluiſſe ob tot cauſas cum inexcuſabili diſtemperie, vt conſtat, & acetabulorum in partu dilaceratione. Mercurialis verò dixit tam ſimilem hanc affectionem fuiſſe ei quâ vxor Philini laborauit, vt ouum ouo, & in illa inflammationem vteri, & tandem iecoris admiſit, quam in principio renuit. In hac verò hiſtoria nullum locum inflammatum recenſet, erat ergo vnus morbus ab alio diuerſiſſimus, vt Gigas Pygmæo, etſi pluribus accidentibus conueniſſent.

Habuit ergo hæc febrem acutam, non ardentem, ob miſcellam pituitæ, & melancholiæ, & in primis diebus fuit prædominium bilis, vt accidentia oſtenderunt: & quia ſuccus ille reſolubilior eſt, & plus illius ad focum mittitur, cæteri verò humores contrarias ſortiuntur conditiones, ad finem morbi accidentia horum manifeſtoria, & prementia magis apparuere, ſed

ſed melancholiæ plus (etiam in principio) quàm pituitæ apparuit; erant enim vrinæ nigræ, etſi tenues: ſed dolores omnes, peruigilium, & delitia ſexti diei, à ſucco melancholico non minùs quàm à billioſo excitari poſſunt; ſaltem plurimùm iuuat, quando melancholia ſola, etſi non putreſiat, delirare facit. Deiectiones fuerunt bilioſæ, tenues, & ſyncerę; ſynceritas verò non poterat oriri à conſumptione ſeri, vt docuimus in aliis hiſtoriis; nam cum ſeri conſumptione tenuitatem dari repugnat. Erant ergo ſyncerę, quia nulli alij ſucco permiſtæ, ſed merè bilioſæ, tenues verò ob putredinem diſſoluentem miſtionem, non tamen terreum vrentem, nimia enim ſeri conſumptio non fuit, nec facilis eſt in partu fœminino, vt vbi naturalis melancholia abundat, ſynceritas ob ſeri conſumptionem, eſt fere impoſſibilis, quia melancholia multo ſero abundat, partus verò ille ſine multis crudis celebrari ignorat, hæc liquata multum ſerum præſtant, & excrementa diluendo nimis, tenuia excernuntur, vt fuerunt vrinæ, & deiectiones: & quia nimium erat ſerum, nigræ omninò ſine copioſiſſima melancholia vrinæ eſſe implicabat; ſicque ſubnigræ apparuere. Fateor non poſſe capere, quod Mercurialis docet, dicendo; *Pari pacto veſica calefacta ab vtero, qui inter ipſam & inteſtina collocatur, vrinas tenues, & ſubnigras reddidit*: Hoc enim figmentum, nec refutationem meretur, & notat aliud dicendo: in recenter fœtis, non eſſe fidendum vrinis, quia tametſi deſinant purgamenta, nihilominus ſemper ferè excolatur aliquid quod infecit eas; cùm deberet dicere, ideò aliquid percolari poſſe ex vtero ad veſicam, quia purgamenta ſuppreſſa fuere, & ſic per alias vias poteſt aliquid deriuari; & ſi mutantur vrinæ, quia aliquid deriuatur, non ab vteri calore, ſed à ſucco, aut excremento retrocedente, quia lochia deficiunt, permutatio illa fiet: & ſi in febribus à partu, eſt vterus ferè ſemper qui patitur, aut quia inflammatur, aut quia eſt putredinis focus, cur fidendum non erit vrinis à ſucco deriuato ab eo loco mutatis, ſi repræſentant, quod in vtero redundat, aut redundare poteſt, & cum lotio pellitur.

A die ſeptimo ad decimumquartum.

Septimo omnia exacerbata ſunt, ſine ſomnio, delirauit, ſubicaleſa, deiectiones omnes bilioſa, ſubrubra. Octauo riguit, dormiuit plus, nono cum eiſdem. Decimo crura cum labore dolebant, cordis rurſum dolor, capitis grauitas, non delirauit, dormiuit plus, venter reſtitit. Vndecimo ſudauit, minxit vrinas meliores coloris, ſubſidentiam copioſam habentes, leuius habuit. Decimo quarto riguit, febris acuta.

Mira naturæ ſollicitudo criſes varias materiæ non coctæ tentando, ad ſaluandam mulierem tam grauiter oppreſſam; nam ſeptimo die aluus bilioſa deiecit, & vt Galenus tranſtulit, *copiosè*, Mercurialis *ſaturata*, Phrigius *ſyncera*, Valleſius *ſubrubra*. Octauo criſim per rigorem tentauit. Nono cum eiſdem. Decimo abſceſſum in cruribus creare cœpit, cum nimia afflictione, & dolore, à quo decubitu bilioſæ deiectiones per aluum omninò fuerunt ſuppreſſæ. Vndecimo ſalutem ſudando procurat, à quibus euacuationibus, & crurum abſceſſu deonerata natura, ſigna coctionis manifeſtæ vndecimus dies oſtentauit. O mira naturæ ſagacitas! tot euacuationum modos inueniens, vt tam diſcordes humores, & varios, commodè euacuare poſſit, tenuiores, acriores, & agiliores, per rigores ſeroſos, & prauos ſudando; craſſiores per aluum, & ad inferiores partes abſceſſum in cruribus excitando. Rarum quidem exemplum vtilitatis euacuationum ſymptomaticarum ex parte dierum, & cruditatis materiæ: nam & in octauo, & decimo criſes mouit, niſi putes (vt ſuſpicor) om-

A nia illa excrementa vnita non fuiſſe in eodem foco nec in eadem parte mittente, ſed ſcorſim multa putreſcere, & non in eodem tempore; ſicque dies pares à primo die febris acutæ, fuerunt impares reſpectu certæ portionis materiæ, quæ eo primo die nondum putruerat, ſed poſt, vt propriè dicere poſſis, non vniformem mittentem fuiſſe, ex parte mittente omnium excrementorum putredinem, ſed alia aliis citiùs, alia tardiùs expelli, aut diuerſas partes mittentes dari ad focos diuerſos etiam, & ſic in tot diebus, & tam alienis à criſibus, iudicationes illas tam diſcordes naturam tentaſſe. Alieni verò videbantur numerando à primo die febris acutæ, ſed alieni non erant reſpectu diuerſarum partium; quia non omnes cœperunt eodem die ſua excrementa mouere, & ad focum mittere, B ſiue eundem, ſiue diuerſum; nam vtrumque eſt poſſibile, ſicque non leuis confuſio in acceſſionibus erat, etſi Hippocrates dies in quibus acceſſio principalior, & vehementior moleſtabat, ordinatim tantùm enumeret. Id ita fuiſſe credes, ſi quæ euenerunt à duobus diebus ante partum, & poſt, per totius morbi decurſum meditatus fueris; nam in omnibus ferè diebus, aut euacuationem aliquam, aut humorum decubitum in diuerſas partes tentauit. Res quidem à nullo Expoſitore animaduerſa, & contigiſſe opinor, ob tria; multitudinem nempè excrementorum difformium, & partium mittentium, robuſtam naturam, expultricem præſertim, & quod plus conducere ſolet, eſt ſenſùs tactùs acuties, ob quam criſes plurimæ C & intempeſtiuæ à natura efficiuntur, quod mihi ſemper contigit, quando grauioribus febribus laboraui; tales enim naturæ moleſtiam aſſiduam non ferentes, & variè dolere ſolent, & toto corpore continuè lancinatis ægris, expultrix quieſcere neſcit, ſed in omnibus acceſſionibus vltra modum irritata, criſes diuerſas procurat, & ex intempeſtiuis criſibus nullæ ſunt ſecuriores ob ſenſus acutiem excitatis; nam hæ non prauitatem materiæ neceſſariò, nec multitudinem excrementorum portendunt, ſed proprietatem indiuidualem ſequuntur, arguúntque tot expulſiones, quæ tam crebrò iteratæ, corpus perſpicabiliſſimum eſſe indicant, quod multum faciet, vt certiùs à morbis liberetur, D & conualeſcat, vt *lib. de alimento*, Hippocrates docuit, nunquam enim ſensùs acuties plurimam quantitatem ſuccorum putreſcentium accumulari permittit, leuioribus portionibus moleſtata, plures acceſſiones eodem die ſuſcitat, & ſic liberare ſolet eos, qui non dubiè perirent, ſi obtuſiore ſenſu ornarentur. Securius quidem eſt, in tres acceſſiones leuiores portionem humoris diuidere, quàm illam totam ad vnicam ſeruare ob ſtupidum ſenſum; nam tanta copia vehementiſſimas, & extenſas ſimul acceſſiones creat, aut in principio ſuffocantes, aut in vigore, vehementia, ſeu intenſione caloris occidentes.

E

A die decimoquinto ad vigeſimumprimum.

Qvindecimo vomuit bilioſa, frigida, ſubcrebra; ſudauit, fuit ſine febre, in noctem autem febris acuta; vrina craſſitiem habentes, ſubſidentia alba. Decimo ſexto exacerbationem nocte habuit, & cum difficili tolerantia non dormiuit, delirauit. Decimo octauo, ſiticuloſa lingua aruit, non dormiuit, delirauit multa, dolebant ei crura. Ad diem autem vigeſimum mane parum riguit; comateſa & quieta dormiebat, vomuit bilioſa, pauca, & nigra; in noctem ſurditas. Circa vigeſimumprimum autem, lateris ſiniſtri grauitas per totum cum dolore, parum tuſſit, vrina autem craſſitiem habentes, turbida, ſubrubra, repoſita non ſubſidebant, cætera autem leuiùs habebat non ſine febre.

Ad memoriam reuoco expultricis huios prodigium; A vomitu bilioſa,frigida,ſub crebra reiecit,& eodem die ſudorem excitauit,à quibus , (etſi breui) intermiſit febris,nam ad noctem acutè febricitauit, & vrinæ craſſæ apparuere cum alba ſubſidentia. Quod dicit vomuiſſe bilioſa,frigida,eſt quod commendauit in prognoſticis,dicendo: *Vomitus vtiliſſimus eſt , qui pituita & bile miſtus eſt maximè, nec admodum craſſus,nec multus euomitur.* Subcrebram vomitionem appellat , mediocrem , nam crebra vomitio multum vomitum facit, & in quantitate,& in continua moleſtia, à quibus æger effœminatur: habuit itaque vomitus ille optimas conditiones.

Dubitat tamen , cur in vomitu deſideretur permiſtio bilis, & pituitæ, ſi in deiectionibus non expetitur, B vt ſint vtiles; nam ſi morbus à pituita ſola creatur, ad quid bilis vomitio , cùm euacuetur , quod non eſt morbi materia & poſſit crudorum, & pituitoſorum vitia emendare? Ob quod Auicenna ſecunda parte canticorum , dixit, à ſenibus non eſt euacuanda cholera, quia eſt in corporibus eorum medicina,& eadem ratio militat , ſi morbus à bile dependeat , nam euacuando pituitam,excernitur quod non eſt morbi materia,& eſt correctiuum bilis. Dubium non procedit in hiſtoria præſenti, ſi verè dictum eſt,bilis, & pituitæ copiam habuiſſe,ſed de doctrina in prognoſticis tradita,& non eſt dubiè optima; nam primam regionem crudis non eſſe oblinitam,aut infarctam,difficillimum Hippocrati apparuit,ſcilicet eſſe acutam paſſionem vomitu iudican- C dam ſine bilis abundantia,inde ad bonitatem vomitus, miſtionem vtriuſque humoris requirit. Adde quod febres acutæ,etſi à bile pendeant,verùm cum eius putredo ſine obſtructionibus non detur , & hæ à ſuccis crudis,&pituita ſemper ferè fiant,vtiliſſimus vomitus erit vtriuſque humoris,& vt euacuetur crudum , quod obſtruebat , magnam permiſtionem deſiderat; quia erit ſignum,quod ex internis vterque humor euacuetur, & à longè veniant expulſi , & ſic permiſcere exquiſitè poſſint,quæ exquiſita permiſtio in bile à venis expulſa & in pituita ventriculi , eſt impoſſibilis , ſimiliſque permiſtio in deiectionibus febres putridas acutas iudicantibus deſideranda eſt. Si verò vterque humor in D prima regione ſtabuletur , minor permiſtio optima erit,ob breuitatem viæ , ſignificabitque coctum eſſe vtrumque humorem,

Dubium eſt non leue,quomodo ſi vrina diei decimiquinti fuit craſſa cum alba ſubſidentia,tot mala à tam optima vrina rurſus afflixerunt , vt hiſtoria refert: nam ſi ea attentè perſcruteris , non ſolùm non eſſe coctam vrinam oſtendebant , verùm morbum eſſe in principio abſque vlla emendatione materiæ , imò in peius quotidie mutari,habuit enim acceſſiones acutiſſimas,difficilem tolerantiam,linguam aridam , delirauit,riguit non ſemel,coma ſuperuenit , & quod magis horrendum,vomuit bilioſa,pauca , nigra , & ſurdaſtra fuit reddita, & hæc in die vigeſimo euenerunt , & tantam vim in acutis habente. Deindè latus doluit, cum tuſſi: Quomodo ergo coctiones ſecuritatem ſig- E nificant,ſi cum vrina craſſa,& albo ſedimento,tot mala copulari poſſunt? Valleſius coctionem manifeſtam tantùm dixit eam vrinam oſtendiſſe, quod mihi non probatur; nam ſedimentum album cum vrina craſſa abſolutè dicta, perfectam coctionem ſignificant; nam ſi vitium aliquod haberet , non taceret illud Hippocrates,vt conſtat ex vrinis inferiùs tam ſingulariter relatis,quantum ad colorem,& modum ſubſtantiæ,& ſedimenti defectum.

Phrigius dicit , fuiſſe ſuccos crudos hypoſtaſim albam æmulantes , & non verum ſedimentum , ſed hoc admitti non poteſt cum vrina cocta in modo ſubſtantiæ, & in colore. Addit quòd in enixis vrinæ claræ, & quæ meliores videntur , non omninò probantur, ſignificant enim omninò puerperia ſoppreſſa fuiſſe. Ratio inualida , quoniam ipſa ſuppreſſio lochiorum ſi retrocedat ad vaſa , & febres tam acutas ſuſcitet , vrinam vitiat,vt in morbi initio apparuit , in quo nigræ, & tenues apparuerunt. Si ergo poſt,craſſa, & cum alba hipoſtaſi fuit, & per conſequens cocta , probanda erat,cùm iam materiam morbi coctam oſtenderet. Hu-ius dubij ſolutio etiamſi vrina cocta perfectè admittatur,pendet ex dictis à me , inſinuante , aut timente, quod erant plures partes mittentes, & diuerſo modo affectæ , & in diuerſis regionibus , & cùm vrina totius corporis vitia oſtendere nequeat , ſed ſolùm earum partium , à quibus emanat, potuit perfectè coqui portio materiæ illas partes vitians,aut ab eis exiens,quando aliæ partes excrementa ſua prauè diſponebant , & tam grauia & varia ſymptomata creabant; cenſeo enim in omnibus regionibus corporis ſuccos corruptos fuiſſe,& ob id tot criſes , & tam diuerſas naturam tentaſſe,& tam diuturnam fuiſſe , & tot ſymptomatibus implicitam illam febrem , quam multiplicem diceres: Non ergo implicabat concoctos eſſe humores à quibus lotium deprauabatur; & coctum appareret, quando in aliis regionibus putredo emendata non erat,& hæc grauia accidentia, & noua create; putredo enim extenſa nimis , hoc habet fallaciſſimum , quod cum vrina cocta poſſit occidere, vt occidiſſent non dubiè , quæ à quintodecimo ſoperuenerunt , ſi vxor illa Gigantis vires non æmularetur.

Quod modò dico ita fuiſſe colliges perſpicuè , ſi conſideres morbos tam graues (liceat ſic fari) continuatis ferè, & innumeris, variiſque expulſionibus indicatos fuiſſe , & hoc apparuiſſe , reiteratasque ſæpè, antequam coctio aliqua daretur, ordine naturæ inuerſo, quam actiones ad criſim determinant , & in noſtra ægrotante criſes ad coquendum ionatunt, aut loquendo propriùs , ſemper natura velut turgens extitit, hinc, & illinc expellens ſine coctione perfecta totius materiæ, vt meo indicio ,etſi nihil concoxiſſet , finiret nihiſominus morbos illos , perpetuò expellendo, quæ aſſiduè corrumpebantur; non enim vt concoqueret , detinebat, ſed ſtatim velut ſi venefici eſſent humores , illos reiiciebat , quod non prauitas, ſed ſenſus exquiſitus cauſabat , valida expultrix , & tanta, tam prolongataque tormenta ſolùm cor præ cæteris viſceribus robuſtiſſimum tolerare potuit. Quidquid enim ad illud ferebatur , pellebat , reſoluebat , & diſſipabat , parúmque intereſt , quod partea reliquæ patiantur nimis, ſi cor robur vitale ſeruat, cùm nequeat vita deficere , niſi cor mali grauitate ceſſet moueri, quæ ſi attendas, omnium ſymptomatum rationem facilè reddes , & cur quidam ſymptomaticis euacuationibus liberentur, quidam verò occidantur; periclitantur enim , ſi materia agitata praua ſit nimis , quia cor maligna euaporatione,tetriſque habitibus deſtruitur, vitali calido reſoluto, aut corrupto, & hoc breuè continget ſi robuſtum nimis non ſit. E contra verò affectiones,etſi ſint multæ,ſuperabit facilè,etiamſi continuò materia morbi agitetur, ſi praua non ſit , & cor ſit firmiſſimum, vt in hac; eodémque modo philoſophandum eſt , ſi diſtinguas materiam à natura expulſam; nam ſi antecedens ſit, & non putrida , expellitur commodiſſimè, quia, nec prauum , nec putridum eſt quod ad cor eleuatur: ſi verò corruptum ſit quod mouetur, patitur nimis cor , & patiuntur viſcera omnia , ſicque fatiſcente vitali ſpiritu , non poteſt vita conſiſtere, ſed ad portionem deiectionum labitur vires, & quò malignior materia fuerit , citiùs periclitantur ægri.

Dicit tandem Hippocrates , ſtatim à principio in laringe , dolorem , & ruborem habuit , & gurgulionem reuulſum , fluxio acris , mordax , ſalſa vſque ad finem perſeuerabat. En aliud prodigium , cum tam

perii

pertinaci, & acri, ſalsáque fluxione, non exulcerari fauces, & tandem perire; vnde hoc? partim quidem ex partium ſoliditate, & firma compage, partim verò, & certiùs, ob validam expultricem, quæ fluentia excrementa hærere circa partes non permittebat; & quia quod pellebatur, non erat putridum, ſed ſalſum ob miſtionem bilis, & pituitæ, & quando hi duo humores non permiſcebantur exquiſitè, acris fluxio ſentiebatur, non ſalſa, exquiſita verò miſtione facta, vt ad ſalſedinem requiritur, ſalſa guſtabat, non acria.

Multa conſideranda veniunt in hac tam pertinaci diſtillatione. Primum quod per octoginta dies excrucians, & ad laringem confluens, non excitaret tuſſim continuam, & moleſtiſſimam; hoc enim non refert Hippocrates, imò numerando diem vigeſimum, in quo latus doluit, notat leuiter tuſſiſſe.

Sed quod mihi dubium magis videtur, eſt, ſi multa, quæ in hac ægritudine relata ſunt, euenerunt ob hanc diſtillationem, vt rigores, acceſſiones erraticæ, alui fluxiones, ſitis peruigilium, ſurditas, vrinæ varietas, & tot accidentium difformitas; nam ſi dicit Hippocrates, quòd à principio ad finem fluxio hæc moleſtauit; videtur probabiliſſimum potuiſſe eſſe tot malorum occaſio, & prima radix; nam publicum eſt, nullam partem non eſſe ſubiectam cerebro, quando grauatum excrementis incipit reiicere à ſe in partes ſubiectas. Eſt celebris aphoriſmus ſecundus *lib. 6.* verba ſunt. *Quibus nares naturà humidiores & genitura humidior, minùs integra ſanitate fruuntur. Quibus verò contraria, ſalubriùs degunt.* Galenus Expoſitor ſic ſcripſit; *Eos igitur qui ſunt humidiores, ſiue ſecundum cerebrum tantùm, ſiue corpus vniuerſum, non contingit ſalubrem vitam omnis noxæ expertem traducere; vt iam continuò diſtillationibus ex praua occaſione capiuntur, & ſi ſuperfluitas eis ad inferiora per palatum deſcendat partes ſubiectæ offenduntur, fauces, guttur, aſpera arteria, pulmo, gulas ventriculus. Tuſſes itaque in ipſis fieri, & difficiles anhelitus, & anginas, cruditateſque, & ventris profluuios eſt neceſſarium, nonnunquam verò & difficultate inteſtinorum, quando quod diſtillat, ſalſum quodammodo fuerit.* Hæc Galenus, qui etſi multa incommoda diſtillationis ex cerebro retulit, non omnia deſcripſit; nam rigores fieri ex diſtillatione per carnes, omnes quotidie videmus, dolores etiam pleuritici, articulares morbi, & omne genus tabis, neruorúmque quæcumque paſſiones, & febres erraticæ, vt in catharris experimur, & alia mala ab Hippocrate recenſita *lib. de locis in homine*, quando ex cerebro ſeptem fluxiones enumerat. Multa ergo mala huius hiſtoriæ à fluxione illa tam continua, & diuturna creari potuerunt, & hoc indicauit tuſſis defectus, quæ non erat, eo quod non ad cauitatem aſperæ arteriæ, ſed ad diuerſas partes deriuabatur, tuſſis enim ſolùm excitatur, quandò irritat quod fluit, viam reſpirationis, quam nunquam fluxio illa occupauit.

Notauit Phrigius experimento conſtare diuturniſſimos eſſe morbos diſtillationibus ex cerebro copulatos, aliàs aliter mota materia, & ob id etiamſi à febre ſint immunes, tamen ex leui cauſa iterum febricitare. Meliùs Hippocrates loco citato, dicendo; *Præ frigore verò à bile inteſtinis, laſſitudine affliguntur, quia carnes cum bilem habuerint, non quieſcunt, ſed concutiuntur, & concuſſæ laborant & delaſſantur, perinde velut in itinere faciendo concuſſa.* Sic ad venas, & quamcomque partem fluere poteſt; quod caput diſtillat, & vbi firmatur, obſtruit, corrumpiturque, & putreſcit, & meo iudicio mutua circulatio in hac hiſtoria dabatur, regio ſuperior, & inferior mutuò ſe in malis fouentes, totum corpus, & vterus, cerebrum alterabant, tum calore, tum vaporibus acribus ex putredine ſuſcitatis: cerebrum verò humidum, & calidum erat, & excrementis onuſtum, & inde ſtatim quod calor febrilis incepit, cœpit etiam diſtillatio liquaris excrementis illius, quæ & ad carnes, & ad vaſa, & ipſum vterum, & inteſtina deriuabantur, ſicque replebantur, obſtruebantur, fluxiones alui aderant, & vomitus diuerſi: replebantur ergo de nouo ab eo quod diſtillabat, ſicque onerabantur ſurſus, vt rurſus ad caput mitterent, & hoc de nouo repletum, & alteratum, ſuam tranſmiſſionem continuabat; nulla enim pars niſi tam longo tempore ab hac mutua circulatione defendere omninò ſe potuit, quia quælibet ante febris inceptionem excrementis grauata erat, & omnes recipiebant ab aliis, & quod per putredinem vnius reſoluebatur, occupabatur ſtatim ab eo quod de nouo fluebat, vt cenſeam, quod ſi tot euacuationes non tentaſſet ſtatim natura, periiſſet hæc infirma breuiſſimè, ſuffocato vitali calore, & vaſis repletis; & hoc eſt quod Hippocrates docuit in initio libri de locis in homine; nimirum non dari in corpore humano principium, nec finem; ſed omnia eſſe principia, & omnia finis; quia quælibet pars poteſt eſſe principium fluxionis ad alias, & illa, quæ priùs mittebat, poteſt eſſe finis eorum, quæ ab aliis mittuntur, hoc eſt in ea firmabuntur vltimatè excrementa, & ſic infert Hippocrates; *Corporis autem ſingula partes altera alteri morbum facit, venter capiti, caput carnibus, ac ventri, & reliquo omnes iuxta eandem rationem, &c.*

Addit inferiùs vnum ad praxim maximè conducens, dicendo; *Et optimum fuerit ſic curare ægrotas, per has, quo morbos fecerunt; ſic enim quàm optimè principium ægrotantis quis ſanabit:* ob huius præcepti ignorantiam fiunt morbi inſanabiles, & diuturniſſimi. Omnes ferè medici ſanguinem mittunt, expurgant, & hæc auxilia ſæpè reiterant, quibus moderati fluxiones, aut alia mala ſolent, quia euacuatur, quod genitum eſt. Verum quia pars excrementa creans non inueſtigatur, vt decet, nec morbus etiam illius talia excrementa generans, neceſſe eſt, vt per certa interualla morbus de nouo reperat. Eſt ergo ad amuſſim inueſtiganda pars tranſmittens, ſi fluxio detur; aut quæ excrementa generat, etſi fluxio non ſit; & morbum eius auferre oportet; ſic enim vt dicebat Hippocrates, duplex pars ſanatur, & quæ creat ſuperflua, & quæ illa recipit. Galenus 1. *de humoribus, text. 12.* Medicos ſugillat non curantes partes quæ excrementa generant, veluti primam radicem morborum; verba ſunt: *Quo in loco par eſt attendere commune Medicorum erratum, quod in plurimis affectibus plerumque committitur; nam quod ſuperuacuum eſt, euacuant illi quidem, ſed tantùm ne ei quod euocatum ſit, quod per ſimile gignatur, nullo modo ſibi curandum proponunt.*

Reliqui dies hiſtoriæ.

SI quæ hactenus docui teneas, ratio cuiuſque ſymptomatis facillima erit, nec ſigillatim dies enumero, quia multi ſcripti ab Authore non fuerunt; nam à quadrageſimo ad octuageſimum, in quo tempore omninò fuit indicata, nullum ſcripſit, nec à vigeſimo vſque ad trigeſimumquartum. Cuiuſque ergo ſymptomatis in omnibus diebus vſque ad octuageſimum moleſtantis, rationem facilè inuenies, ſi & diſtillationis potentiam conſideres, & quod caput diſtillans, poteſt per rheumatiſmum quamcumque partem in conſenſum trahere, & ſic dolor lateris potuit ex ea cauſa originari, vt vomitus, & diarrhea: & cùm non minùs vterus malè affectus, totum corpus, aut ventriculum, caput, cor, & iecur principaliter, & magis per conſenſum lædat, inſignis, mutuáque compaſſio inter partes huius infirmæ dabatur, erátque natura in bello perpetuo, ob afflictiones tam aſſiduas & varias, vt nunquam expellere extra corpus, aut ad partes diuerſas ceſſaret, neque aliter potuit mortem effugere, erántque partes omnes robuſtiſſimæ, non permittentes, quod erat expellibile, detineri in illis tempore multo; præſertim ſi

ante paſtum plena excrementis erat,& à partu purgatio defecit, vt cenſent Mercurialis, & Plitigius, licet Hippocrates illud non referat. Nullus verò docuit, qua ratione defectus agnoſcendus ſit per hiſtoriam,etſi non referatur, vos verò ex relatis vrinis facilè aſſequi poteritis; nam ſi primis diebus fuerunt tenues, & nigræ,& nunquam ſanguinolentæ viſæ fuerunt, conſtabat planè lochia omninò ſuppreſſa fuiſſe,nam authore Hippocrate, 1 *lib. de morbus mulierum, & lib. de natura fœtus, num. 12.* lochia prodeunt velut ſanguis à victima, ſi ſana mulier fuerit.

Referendo verò diem vigeſimumprimum dixit; *Vrinæ autem craſſitiem habentes, turbidæ, ſubrubræ, repoſitæ non ſubſidebant, & meliùs circa cætera habebat.* Quem textum (vt cenſeo) non intellexit Mercurialis, dubitat enim qua ratione circa cætera habuit meliùs, ſi vrinæ craſſæ, non ſubſidentes, à Galeno damnantur, 1. *de criſibus cap. 12.* Et reſpondet his verbis: Quia illa turbiditas, non ex agitatione venarum prouenit, ſed ob materiam à capite per venas delapſam, quod fieri ſolere habemus ab Hippocrate *lib. de glandulis.* Quod illa turbulentia ex agitatione venarom facta non fuerit, hoc eſt non ab incendio in craſſis, & pituitoſis feruorem cauſante, dictum rectè eſt, & confirmat noſtram doctrinam de vrinis ſubingalibus traditam, quòd nuoquam coctionis ſignum eſſe poſſunt. Verùm ſubrubras eſſe ob materiam à capite cadentem, legi nunquam, nec eſt cur in hac hiſtoria ad caput recurramus, ſed ad vterum; & eſſe tales vrinas optimum ſignum à lochiis ſuppreſſis, iam enim vterum laxatum eſſe ſignificant, & incipere reiicere praua, quæ antea obſtruebant, & retinuerunt purgationem vteri. Et quia cocta remittebantur, & cùm docuerimus cruda multa moleſtaſſe, quid deſiderabilius iis vrinis ſuperuenire potuit, vtramque materiam, & non paucam continentibus? Dico non paucam, quia cenſeo totum illud craſſum, & rubrum, quod vrinis fuit miſtum, exiſſe ex eo quod in vtero habebat rationem foci putredinis, à quo moderatiſſima portio leuat magnopere febres, aut eradicat; quod indicant puſtulæ tertianarum, à quibus leuiter exulcerantur labia, & tertiana non redit, aut remiſsè ſatis. Et quod modò doceo, etſi nouum videatur, veriſſimum mihi eſt, & textui conſonum, conſultiſſimè enim dixit Hippocrates; *vrina autem craſſitiem habentes, turbida, ſubrubra, repoſita non ſubſidebant.* Quaſi diceret; vrinæ, etſi ex ſe eſſent craſſæ, hoc eſt coctæ, erant nihilominus turbidæ, quia non erant turbidæ ob agitationem, ſed ob permiſtionem ſanguinolentorum, & crudorum, quæ vterus ex foco expulit, & inde duplici ratione meliùs habuit, & quia cocta erat materia vaſorum, à quibus vrina decidebat, & quia euacuatum fuit multum ex eo, quod in vtero detentum, erat putredinis focus; & ideò fuit ſubrubrum, & craſſum; ob idque dixit Hippocrates, vrinæ habebant craſſitiem, & erant turbidæ; nam ſi eſſent craſſe ob ſolam perturbationem, fruſtra diceret, quòd habebant craſſitiem, & erant turbidæ, cùm ſatis explicarentur craſſæ ob perturbationem, dicendo, quod erant turbidæ. Et hoc etiam deducitur quia vndecimo cœpit habere ſigna coctionis in vrina; & decimoquarto habuit illa perfectiora,erant enim craſſæ cum alba hypoſtaſi, ſeu ſubſidentia. Ergo ſi morbus ſemper tendebat in melius, neceſſe erat, vt vigeſimoprimo eſſent vrinæ coctæ, & craſſæ. Et quia ſaburra excrementorum vteri, quæ focus erat,fuit ſimul expulſa, erant craſſæ ſimul, & perturbatæ, & repoſitæ non ſubſidebant ob multam copiam craſſorum, regionem ſedimentorum implentem, & veram hypoſtaſim obſcurantem. Vtramque ergo craſſitiem ſignificandu dixit, habebant craſſitiem, idest erant coctæ, & erant ſimul turbatæ, ob miſtionem craſ-

A ſorum, & rubrorum, quorum in vrina fuit tanta copia, vt regio ſedimentorum ab eis occuparetur, & ſic repoſitæ hypoſtaſim non oſtendebant. Craſſities vera conſtabat, quia ſuperior vrinæ regio ita patebat, non enim illa à craſſis, & rubris occupabatur: conſtabat, ſimiliter,quia in diebus antecedentibus craſſa per coctionem fuerat, & hæc non potuit deficere ſi morbus tendebat in melius; quæ duplex craſſities omnibus vrinis neceſſariò ineſſe debet, quando cocti priùs materiæ,criſes per lotium natura publicat,turbantur enim ſimul cum vera craſſitie.

Ex tam portentoſa, & ſymptomatica ſuccorum expulſione,ratione cuius liberata fuit infirma, dubitari meritò poteſt, ſi pereuntes per febres, ideò pereunt, quia natura humores putridos, & malignos non expel-
B lit illos ſtatim ante quàm coquantur; videtur enim erronea operatio illos detinere vt coquantur, tum quia poſſunt eſſe incoctiles, & erraret illos detinendo; quis enim error maior quàm humores peſtilentes retinere, qui & incoctiles ſunt? & dum detinentur, contagio peſtilente ſanguinem,& viſcera inficiunt, vt verè dicas, ideò perire, quia natura non pellit ſtatim quicquid malignè, aut alio modo putreſcit,aut putridum eſt; & pereuntes cum alui fluxione, non periclitari, quia cruda pellantur, ſed quia non pelluntur omnia, quæ putreſcunt, & corrupta ſunt: eſtque potiùs mortis occaſio actio ablata expultricis, & retinentis deprauatio, quia venenum retinet, & excrementa putrida; & qui pereunt cum diarrheis, ideò pereunt, quia cauſa putrefaciens plus corrumpit, quàm poſſit
C natura commodè expellere, eo quòd ſi tam copiosè euacuaret, vt corrumpit cauſa putrefaciens, deficerent vires, vt deficiunt, & pereunt, quando totum pus,aut aqua in ſuppuratis, & hydropicis euacuatur, & qui quod dicimus defenderet, neſcio ſi aliqua ratione poſſet conuinci, erat enim neceſſaria demonſtratio vt crederet, ſecutiùs eſſe venenum detineri, quàm ſtatim quod creatur, expelli. Nec quod Galenus docet, expelli ſcilicet neceſſariò bonum cum malo in euacuationibus ſymptomaticis, ſatisfacit; quia nullam rationem dat huius neceſſitatis, & ſi daret, tenebatur probare eſſe maius damnum ſequutum ad euacuationem vtilium, quàm commodum ad inutilium expulſionem eueniens. & ſi huius problematis ratio
D idonea traderetur, magni ponderis eſſet, vt ex illa ceſſaret quæſtio tam celebris, & hactenus inſufficienter diſcuſſa, de minoratiua purgatione crudæ materiæ: nam ſi ratio maioris læſionis quando natura crudam materiam euacuat, efficax ſit, eâ ipsâ demonſtrabitur minorantem expurgationem non conuenire, & controuerſia tam antiqua claré diſſoluetur. Intelliges tamen quod naturam non expellere nociua ſtatim ac creantur, non ſolùm dependere poteſt ex debilitate facultatis pellentis, ſed quia quod corrumpitur, non irritat, eſtque infortunium inſigne quod non irritet, quia permixtum cum humoribus aliis cicoratur quod eſt malignum, & prauum, neque applicatur ob talem mixtionem vt debet, ad irritandum. Sicque
E cum bonis humoribos inuolutum illos inficit, & deſtruit, ſciendum enim eſt quod irritantia debent eſſe immediata parti expellenti, diſtantia enim & ſeparata repugnat irritare poſſe, quia qualitatem ſimilem non producunt ad diſtans.

Curatio morbi vxoris Epicratis.

CVm in hac ægrotante daretur, (vt docui) mutua compaſſio partium, à qua malum tam graue fouebatur, caput enim, & totum ab vtero patiebantur, & rurſos totum, & vterus à cerebro tam tenaciter diſtillante; duplicis partis mittentis, & fouentis tot mala indicatio emergit: ſemper verò in enixis vrget, quod vterus non expurgans indicat, habet enim

molta,

multa, & grandiſſima vaſa, & hæc toto geſtionis tempore ſemper replentur, ſuntque excrementa prauæ naturæ, & deterna fiunt prauiora, ob quæ, & multum, & grauiter offendit, ac per conſequens tota vteri, & partium proximarum regio omni arte euacuanda ſectâ venâ in cruribus, & reiterato auxilio, vt in hiſtoria immediata docui, ne inflammatio vteri ſuperueniat: paſſariis etiam, & vnctionibus, lochia mouenda, & clyſteribus, ſi opus fuerit, emolliendus aluus, & vterus laxandus, & aperiendus. Deinde hirudinibus (vt antea docui) regio inferior deonerator commodiſſimè, quando experimento docemur, frequentiſſimè enixis hæmorrhoïdas ſuperuenire ſponte, indicium certum plenitudinis ſanguinis melancholici in ea regione: eandem indicationem iuuant crurum frictiones aſſiduæ oleis calidis, mox verò linteo calido deterſis, & caloris crurum magna ſollicitudo eſſe debet, cùm nihil pernicioſius frigore eorum in enixia.

Hippocrates 1. *de morbis mulierum*, ſic loquitur: *Quandoque verò non erit, ſed mulieri mortem portendit, niſi quis breui venam ſecet, aut ventrem emolliat, præſtat etiam clyſterem adhibere. Si verò ad vomitum facilis fuerit, etiam vomitum inducere, melius autem eſt lotium ciere & exſudare.* Cum imperaſſet vomitum in aptis ad illum, videtur ſe retractare dicendo, meliùs autem eſt lotium ciere, & exſudare; vomitus enim periculosè imperatur in lochiis ſuppreſſis, præſertim ſi partes ſuperiores patiantur. Verùm ſi interdum imperandus eſt vomitus, tunc idoneus eſſe videtur, quando ex vtero retrograda lochia ventriculum moleſtant, & regio illius excrementis iam retroceſſis impleta grauat, & premit; vomitus tunc quæ retroceſſerunt impactáque ſunt euacuat, datúrque locus auxiliis lochia mouentibus quæ perniciosè ante depoſitionem tot excrementorum conſulentur, vomitúſque concuſſio, hærentia vtero commouere ſolet, & lochia mouere, vt ſternutatio; nam *aphor. 35 ſectionis quintæ*, dicitur; mulieri quæ vterinis moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperueniens ſternutatio bonum: eſt verò duplex bonitas, vt ſignum & vt cauſa; eſt verò bona cauſa (inquit Galenus) non ſolùm quia concuſſu, & feruore naturam excitat, ſed etiam quia excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhærent; ſic eoùn, & ſingultum ſolet ſanare. Eſt verò extra dubium, quod vomitus concutiet magis vterum, quàm ſternutatio, & ſic vtero hærentia commouebit vt fluant, aut aperiantur oſcula: id verò contingere poterit ſi vterus inflammatus non ſit, aut tumore compreſſus, & inde vomitus, ſi tumor vterum obſideat, & ventriculus lancinetur, primáque regio excrementis ab vtero retroceſſis, ſecuriùs imperatur, quia redditus purgationis eſt impoſſibilis, & vomitu non impeditur; plenitudo verò primæ regionis, & ventriculum opprimens, vomendo euacuatur. Hippocrates verò non loquitur in hoc caſu, ſed in ſimplici ſuppreſſione ſine tumore; & quia tunc redire non implicat, conſulit vt ſecurius, vrinam mouere, quia hæc non ita reuellunt vt vomitus, & aliàs reditum lochiorum ſollicitant, aut quod enixa exſudet; nam, etſi ſudor etiam reuellat, non tam validè vt vomitus, & euacuat praua excrementa totius, quæ per vterum expurganda erant; quæ ſi ad illum pellerentur quando peruius non eſt, inculcata obſtruerent plus, aut abſceſſum quemcumque augerent.

Et ſi inquiras, quomodo ſit intelligendus Hippocrates conſulendo ventrem emollire, & etiam clyſterem imperare; an expurgat recenter enixas, cum nihil periculoſius eſſe videatur, quando euacuatio ſanguinis deſideratur, & præter hoc ad vterum multa deriuat, vt ad veſicam, & ſic illum implebit, quando vacuum illum requirimus ne inflammetur, aut plus obſtruatur? Non expurgat cathartico, ſed ventrem emollit iuribus, A vnctionibus idoneis, & aliis: & quia vulgus muliebre, peccatum graue cenſuit ſemper, & modò durat, clyſteres recenter enixis imperare, vteri refrigerium timendo in ipſo remedij vſu, & ratione remedij; huic timori occurrens clyſterem conſulit, eſt enim vtiliſſimus ad emolliendum aluum, deponendáque ſecurè excrementa praua cum ſtercoribus, ad aperiendum vterum, liquandóque cruda obſtruentia, vt lochia eiiciantur.

Illud verò intelliges, quod cordis dolor, ſeu dolor oris ventriculi, licèt ſecare venam ſæpe dehortetur, in noſtro caſu non poteſt, tum ob vrgentiam febris, & ſymptomatum ſtatim moleſtantium, tum præcipuè quod credam illum dolorem (vt muliebrium) originari ex retroceſſu lochiorum, & inde potiùs auxilium B dictum indicare vt moderaretur: non enim inflammatio erat, vt conſtat, ſed tenſio à plenitudine, & flatibus, dolores enim relati in hac hiſtoria communiſſimi ſunt lochiis ſuppreſſis, vt ſequentibus verbis ex primo de morbis mulierum Hippocrates inſinuauit. *Si verò* (inquit) *non proceſſerit purgatio, continget ipſam febrire, & horrorem habere, & ventrem magnum eſſe, & ipſam attigeris, totum corpus dolere, maximè ſi quis ventrem attingat & alias, atque aliàs ſtomachi dolore vexatur, & lumbos dolet, & cibi faſtidium, & vigiliæ, & punctura adeſt, &c.*

Roborandus eſt ergo ventriculus, ne recipiat multum, & inflammetur fugiendo odorantia, vt periculoſiſſima: ſed pro dolore muliebrium, & oris ventriculi, iam diximus eſſe celebre omentum caſtrati, & qualiter C applicandum erat ſine oleis, aut alia mixtione, poſtquam verò calorem vitalem amiſit, ſi aliud ſit, renouabitur, ſi non calefiet optimè, quod priùs poſitum fuerat, & tunc commodè oleo amygd. dulcium, anethinos chamemali, vel liliorum alborum infunditur, & ſi flatus moleſtent, oleum rutæ, & baccarum lauri primas tenent, & ſi febris permittat, puluere nucis myriſticæ, & caſtorei ſeminabitur, quia mirè flatus diſcutit, & bonum odorem vnius, ingratus alterius obſcurat, & caſtoreum clyſteribus additum, ſi vteri ardor non detur, celebre eſt ad dolores flatulentos mitigandos, & lochiorum redditum, & ſi malignæ qualitatis ſuſpicio ſit cum hyſtericis accidentibus, celebris eſt clyſter ex decocto hederis terreſtris cum drachmis ſex mithridati.

D Fauces, guttur, & gurgulio idoneis aſtringentibus firmanda erant, & ardorem temperantibus, non gargarizando, vt practici conſulunt, & vulgus conſueuit, motus enim partium inflammari inceptarum, fluxionem ad illas ſollicitat, & omne inflammatum (vt Galenus dicebat) integram quietem deſiderat, colluitionibus igitur leuioribus attemperatio, firmatióque commodiſſimè fient, ſemper miſcendo fluxionem ſiſtentia, ſempérque auxilium tepidum imperabitur, nam ſalſis diſtillationibus tepida auxiliantur nimis, & vſus partium læſarum idem expoſuit, vſus lactis chalybeati aquæ arnogloſſæ, & capitum toſatum admixti, mirè demulcet, temperat, ſalſuginem obſcurat, & eroſioni obſtat, fitque celebre ſi flore nenupharis, granatorum lacte prius incoxeris. Fluxionem ſuſpendes, ſi ſyrupum E papaueris aquâ capitum toſ. diluas, & puluerem maſtichas admiſceas: Et quia peruigilium graue erat, & diſtillatio tam pertinax, vtrique occurres dando, tres, aut quatuor pilulas poſt horam à cœna, recipiunt verò myrrhæ ℥.ß. ſtiracis calamitæ ℈.j, opij grana xij, croci ℥. j cum ſerapio de mucilaginibus pilulæ magnitudinis cicerum formentur, ſomnum conciliant, diſtillationem ſuſpendunt, lochia mouent, & dolorem mitigant, ſi ardor febrilis nimius ſit, & vrgeant vigiliæ, & diſtillatio mordax: formabuntur cum ſyrupo violaceo, aut papaueris, neque crocus timendus, etſi caput doleat; nam ſi ſomnum conciliat, indolentiam facit, eſtque vtiliſſimum, vt lochia emanent, & coquatur cauſa, & cor roboretur. Celebre eſt, ad ſiſtendas acres fluxiones ad fauces laudanum opiatum, quod in quanti-

tate

Digitized by Google

tate duorum granorum ſomnum conciliat, acres flu- A
xiones cohibet, & temperat, dolores omnes mirigat, & fetuores reprimit, & ſpiritus delaſſatos eoboeae.

Sed etiam ſcire deſiderabiris, cur repida contra ſalſuginem tam egiegiè pugnent, pugnant quidem quia omne ſalſum terreum vſtum plurimum continet, contemperatur verò ſi terreum illud mulcebri humido imbuatur totum; ſic eoim in minima diſſolutum diuiditur, & ob paruitatem temiſſiſſimè alterat, & exquiſitè cum humido mulcebti inoolutum, uon tangit eotum guſtus organum; quòd verò non tangitur, non percipitur guſtu, ſi guſtus eſt quidam tactus: frigida verò non diluunt ſalſum, vt repida, quia condenſant terreum, & irreſolubile reddunt, & ſic efficaciſſimè alterae. Si verò calidum auxilium applicetur, vritur terreum magis, & B
ſalſuginoſius efficitur, & quia nimis earefacit organum guſtus, diſtribuitur ſalſum iotimiùs, & impetuoſiùs per organum, ſicq; validè alterat intensè, & extensè. Hinc vnum ediſces, & vt vnum, vnicum etiam præceptum contra ſalſuginoſos, nimirum, qood ſempee liquidis vtantur, non craſſis, liquida enim terreum illud diſſoluunt, & io minima vertunt, & ſic liquoribus exquiſitè miſtum amittit ſalſuginem, & per minima cootemperatur, vt ſenſibiliter pungere nequeat: craſſa cibaria hoc effectu fruſtrantur, & terreum, craſſumque plurimum continent, & indè vt minùs ſalſa diſſoluone, & temperant, vberiorem ſalſugini materiam præbent, liquida verò è contra: ob quod Tralianus aquæ tepidæ vſum aſſiduum contra ſalſuginoſos, & mordaces ſuccos C
plurimùm valere paſſim prædicat, quia vri non poteſt; eò quòd nunqnam ſiccatoe, cùm humiditate expolietur nunquam, & cuiuſque terrei ſie expers.

Eſt magnum dubium, ſi ſatisfactum iam ſie indicationi lochiorum ſuppreſſorum, liceat pro moderanda tam praua, & tenaci diſtillatione, cerebrum ſectâ venâ cephalicà, aut communi, deonerare; cùm nullum validius ſit auxilium ad ſedandas fluxiones quàm partem mittentem inanire, & intemperiem corrigere, vtrumque verò ſectio propoſita implebit. Ego ſic eſſe opeeandum cenſeo, ſi ſuffocari, aut exulcerari pulmones timeremus, impetum ad ſuperiora detinendo (vt mos eſt) cucurbitulis parti domeſticæ inguinum multo igne firmatis. Idem ſuadeo, ſi Medicus aſſequatur diſtil- D
latiooem illam per carnes, & vaſa deriuatam (vt antea inſinuaui cum Galeno) febris diuturnitatis, & aliorum graoiorum ſymptomatumcauſam eſſe, eritq; optimum, & ſecurius auxilium, etſi non ita efficax, hirudines amplioribus venis capitis affigere. Securius dico, quia cùm ſolo ſuctu euacuent, & lentè, non tetrahunt lochia, vt ſectio venæ, & cùm partes externas primò euacuent, trahetur graeiâ vacui immediatè ex internis ſibi proximis, & nnn ea inferiotibus, aut immediatioribus vtero; & ſi fluxio ex vaſis extra cranum moueatur, vt ſolet, vt ſune ſecurius remedium, Ita eriam potentius, quo ſecuriſſimè vti poſſumus, etiamſi lochia fluant, aut non omninò eorom ſuppreſſioni ſit ſatisfactum, quia, vt docui, nulla retractio ex infernis partibus ad ſupera fit, & eùm E
minos debilitent cum tali commodo oon eeuellendi, reitoraei ſecuriſſimè poſſunt, & multum proficient.

Eodem modo operandum eſt, ſi dolor lateris vrgeret; nam cùm eſſet dies vigeſimus primus morbi, implicabat non fuiſſe ſatisfactum puerperij ſuppreſſioni, ſi vires conſtaſſent, & ſic facta ſimili præparatione cucurbitarum ſecabitur vena baſilica lateris affecti, ſi verò virea venam ſecare non permitterent, & dolor vrgeret, ſcarificabuntur cucurbitulæ prius in partibus infernis, & ſedata floxione ſcarificanda eſt ſupra latus aff. ctum, & ante ſedationem fluxionis, ſi dolor vrgens erat, dummodo doloris grauiras ex ipſa inflammatione oriatur; nam ſi ob flatuleotam ſubſtantiam crearetur, excuſari poterit ſcarificatio, foribus enim, ſacculis, & vnctionibus moderabitur; cucurbitulis enim ſiccis, vt incantamento, docuit Galenus flatuoſam ſubſtantiam extra trahi quarum vſus ſupra locum inflammatum ſuſpectus mihi eſt, ob nouam tractionem, vt cenſeam ſecurius eſſe ſcarificari, quando ob flatuum eductionem affigerentur, quàm ſiccas tantum imperare; ſic enim ſi aliquid trahitur, euacuatur etiam aliquid, ſiccis trahitur ſolùm.

Pro ſedatione doloris lateralis, auxilium à Vaccio laudatum ſemper mihi profuit, dialthea oleo amygdala dulcium miſcetur, calidà latus vngitur, vnctum puluere florum chamemali operitur, & folio braſſicæ axungia ſuilla non aliter inuncto, latus dolens, & oblinitum fouetur, liquatur faſcia lata, & calida, & mirè prodeſſe ſolet: ſi flatuum craſſorum permiſtio ſit, additur pulueribus florum chamemali, puluis ſeminis cymini ſumma vtilitate, & in doloris vrgentia, crocus, & oui vitellum miſcentur vtiliter, ab hoc auxilio aqua ſtillatitia florum chamemali, & cardui henedicti, calida bibitur, & ſudor emanans confert nimis. Deſumpſit ex Empyrica Fauentini, qui non ſuperſpargie chamemali puluerem, ſed ſeminis cymini, & butyeo rancido, non axungia folium illinit, diuinumque auxilium appellat. Si verò dolor à pituita ſalſa è capite diſtillata crearetur, & tuſſim excitaret, hoc vt ſingulare auxilium laudatur; Ouum recens coquitur ad indurationem, repurgatur à teſta, & per tranſuerſum diuiditur, & vitellus extrahitur, & locus eius ſaccharo optimo impletur, voluuntur duæ medietates, & in vitreum includuntur, & aeri nocturno exponitur, aut in loco humido per diem integrum, à quo ſaccharum totum diſſolutum inuenies in liquorem dulciſſimum, ad rancedinem, & fluxiones, & tuſſim à pituita ſalſa ſedandam.

Mirum fuit, quod die decima tam intensè crurum dulor fatigauerit, & quod eo die dolor oris ventriculi eciteratus fuerit, cùm nullum detur auxilium maius ad ſedandum dolorem ventriculi, dolore crurum moleſto; ſignum enim erat decubitus materiæ in partes infernas, & cauſa etiam tractionis ad illas, ſi dolor inter cauſas tractionis reponitur; & mirabilius, quod cum tot doloribus, & capitis grauitate dormiſſet plus, & quod dolor moleſtus, & tam grauis crurum, alios non obſcurauerit, ſi verus eſt aphoriſmus. 46. *ſectionis* 2. duobus doloribus ſimul, non tamen eundem locum infeſtantibus vehementior minorem obſcurat. Dolor vehemens, ſi corpus cacochymum ſit, nunquam ſolus fatigat, quia omnia excrementa commouet, & ad partes debiles confluunt, vt ſolebant, & molta dolent non ſimul ſed per interualla. Si cauſæ dulorum magnæ ſint, ſimul ſentiti non poſſunt magni dolores, quia tam magnus animæ coocurſus ſimultaneus virtuti finitæ repugnat: ſentiet igitur plus cui attentionem maiorem anima applicauerit, & tunc remittetur aliter, & ſi hinc contempletur, ſentiet minus non dubiè priorem, & ſic vnus alium obſcurat per interualla, & circuitione quadam ſentiuntur, non ſimul. Eſtque mihi probabile, materiam vtriuſque doloris acutam ſatis fuiſſe, & à cerebro in crura, & ventriculum expulſam, & ob id non deliraſſe, quia à calida, & mordaci materia ſe expediunt, ideo dormiuit plus, & grauitate ſolùm premebatur, noo dolore mordaci, aut acuto.

Mitigandus ergo erat doloe ille crurum ob nimiam moleſtiam, & præter auxilia in altera hiſtoria relata, vtiliſſimum eſt balneum ex iure inteſtinorum caſtrati, aut capitis vituli, in quo ſimplicia partim anodina, partim reſoluentia incoxerint; & pingoedo ſupernatans colligitur ſeorſim, & vino albo permixta, mirè hos dolores demulcet, vt ſæpè obſeruaui. Eſt verò ad reſolutionem, & mitigationem doloeum efficacioe pinguedo, quæ ex iure inteſtinorum infarctorum ſanguine, origano, cepa & aliis aromatibus paoci vini permiſtione facta ſit: odor ingratus eſt, ſed gratioſior vtilitas. Tertianarum conſtitotionem vidi, in qua commuoiſſimum

fuie

ſurie hoc ſymptoma,& moleſtiſſimum,mulieribus præſertim,& relatu auxilio optimè ſe habebant Balneum etiam crurum ex decocto meliloti, chamemali, foliis violariæ,& maluarum, fœnugræci,& ſeminis lini cum violis,& roſis,moderatè calidum vtile eſt, à quo inunctio relata fiet ſi opus fuerit; hoc conſulto ſi dolor vrgeat,ſi verò dolor leuior ſit,tolerari debet, vt attractorium auxilium,ſi in die iudicatorio veniat, ſi verò in acceſſionibus repetat, mitigandus eſt anodinis, & aliis.

In morbo tam diuturno, in quo natura tam varias expulſiones celebrauit, conſilium Mercurialis laudo reiterandi moderatis expurgationibus euacuationem craſſorum, & concoctorum paulatim: quod præceptum exequendum eſt depoſita copia lochiis correſpondente,& apparentibus ſignis coctionis,& præcipuè poſt vigeſimum primum & vigeſimum ſeptimum. Semper tamen leuiora medicamenta imperanda, quia natura de euacuatione ſuccorum tam ſollicita vt hæc, fortioribus præcipitabitur facilè. Si verò vires ſatis conſtarent (vt in hac erat probabilius) aduertat Medicus ſi in qualibet acceſſione euacuatio aliqua ſemper celebretur: nam in hoc caſu ſecurius cenſeo permittere ſuum opus;quia quotidie euacuando,euacuabit ſatis,& quia in variis acceſſionibus ſolet natura ordinatim varias criſes tentare,id notandum eſt, ne in die in quo per ſudorem natura mouet, aluum ſollicitet Medicus, aut è contra. Si verò per aliquot dies pigra appareat expultrix tunc in morbis tam diuturnis vtiliter expurgabit, vt docet Mercurialis; nam craſſa (etſi cocta ſint) hærere tenaciter ſolent, & obſtruunt etiam, & rurſus putreſiunt,quo ſæpè videmus (& contigit huic) ceſſare febrem per aliquot dies,& rurſus redire,etiamſi coctio præceſſerit, & quia dictis euacuationibus iuuabatur natura, ſi paruæ iudicabantur, poterit Medicus leuibus auxiliis eas fouere, præſertim quando in fine acceſſionum celebrantur; nam quo maior illa euacuatio ſit, minor focus,ſeu cineriticium relinquitur, & ſic leuior erit acceſſio immediata, & morbus contrahetur. Qua methodo Lomoſius ſudorem in fine acceſſionum mouendo,decocto milij in vino albo,duplices tertianas contrahere tentat, eſtque praxis Medicis Germanis modò familiariſſima,Galenum imitantibus, conſulentem putridorum euacuationem per ſudorem, vrinam, & aluum; non dixit concoctorum, ſed putridorum, loquebatur verò de reliquis cuiuſque acceſſionis exterminandis, vt breuiores fiant, & minorem, aut nullum cineriticium derelinquant, vt noua redeat acceſſio. Sic ſudor ante acceſſionem excitatus, mouendo per cutem, quæ ad focum à natura mittenda erant, febrem eradicare ſolet, qua praxi Rulandus, & Hartmanius doctiſſimi crebrò vtuntur. Sudor verò ad finem acceſſionum promotus,minus cineritium relinquit, & ſic febris contrahitur, vt nuper dicebam. Eſt ſpecificum Hartmanij hoc, radicum oſtrutij, & vini generoſi, partes æquales, digerantur in balneo mariæ ſub alembico cæco, poſt diſtilla ex alembico per arenam, cauendo nè empyreuma in fine redoleat, huius aquæ da patienti in die quietis, & die ſequenti tribus horis ante acceſſionem cochlear vnum, & reitera hoc ordine, vt ſudores moueat ſi poſſit, rarò poſt hoc auxilium paroxiſmus redit.

Ventriculum roborare conſulit Phrigius; peccat tamen forum ex odoratis parando; eſt enim odor bonus enixis certa perniciei, præſertim quando lochia cœperunt partes ſuperiores expugnare. Erunt ergo eligenda roborantia ingrata magis. Eſt mihi conſuetum ex ſola maſtiche pingui in oleo eiuſdem ſoluta cum cera, & reſina ſtomachicum parare, ob tria, quia ventriculum firmat, & cum hoc ſi aliqua datur obſtructio, aut durities, eam emollit, & quia ſemper recuſo,ne quotidie ventriculus aëri exponatur, vt foue-

A tur,& vngatur, in enixis enim periculoſum eſt,hyeme præſertim. Si temperantius auxilium deſideras, oleum melinum loco alterius ſubſtitues, aut omphacinum, eaue non minùs conſilium Hippocratis *lib. de ſuperfœtatione puerperæ recèns enixæ*: vbi acida, & auſtera dare præcipit ſi vterus procidat: nam ſi acetum damnauit, vt inimicum ſexui fœmineo, 3. *de victus ratione*, nequeunt eſſe commoda acida recens enixæ, ſed perniciosa; nam & abſolutè ſunt mala, quia vteri dolores inducunt: neque obſtat, quod poſt purgationis terminum acida conſulat;nam ſi ſexui ſunt inimica abſolutè,multò magis enixas percellent.

Eſt tamen dubium à me nunquam viſum, ſi liceat enixis cum lochiorum ſuppreſſione, & præſertim quando ſanguis recurſus ad ſuperiora viſcera agnoſci-
B tur,coxis earum amuleta,& quod ſanguinem fluentem detinet applicare; multa enim ſunt (lapides etiam) manifeſtè ſanguinem è vena extra fluentem ſtatim cohibentia partibus oppoſitis applicata: videtur autem rationi conſonum applicanda eſſe,cùm ſit magni commodi ſanguinem ex vtero ad viſcera, & caput recurrentem detinere, tunc præcipuè quando internas inflammationes creare incipit,& hoc ſuadetur,ſi ſanguinis cohibitio tractione eorum agitur. Sic enim non ſolùm recurſus ad ſuperiora cohibetur, ſed trahetur ad diſtantiſſima,& ignobilia membra. Admiranda vis eſt ad hoc floribus bellidis minoris,à doctiſſimo, & experientiſſimo Hartmanio prædicata: manu enim detenta non ſolùm hæmorrhagiam narium ſtatim ſuſpen-
C dit, ſed quod miraculoſius eſt, ſanguinem extrauaſatum & in grumos conuerſum, & putreſcentem, mira proprietate diſſoluit, & conſumit, ſi in cibis propinetur, etiam (inquit) ſi ſub vnguibus ſit. Illi ergo flores parti domeſticæ crurum,aut fœmorum alligati, regurgitantem ſanguinem ad interiora ex vtero mirè impedient,& ſi in cibis propinentur,concretum in vtero, & putreſcentem abſument, & liquabunt ſummo commodo.

Mihi quidem ita eſſe faciendum videtur, ſi lochia ſuppreſſa omnino ſint,& ad alia viſcera manifeſtè pellantur,aut trahantur ob dolorem, aut incendium viſcerum, alioqui minimè eſt idoneum, ſed perniciosum auxilium. Ratio primi aſſerti adducta iam eſt; nam ſi
D recurrens ad viſcera mortalem paſſionem creat, magnum auxilium erit illius remoratio cõtra expultricem vteri,aut viſcerum tractricem pugnando;viſcera enim inflammari cœpta,& dolent grauiter,& æſtuant ſimul, ſicque validiſſimè trahunt,meliùs verò ſecuriúſque eſt circa vterum detineri, quàm viſcera principalia tam exitiali paſſione expugnari.

Si verò Sanguis non fluat ad viſcera,ſed in regione vteri detentus corrumpatur, & febres graues excitet, aut vterum inflammet,perniciosum auxilium cenſeo. Ratio eſt pulchra,quia quæ alligantur, ad ſuſpendendum ſanguinem fluentem, non cohibent fluxum trahendo ad ſe: conſtat, quia ſi traherent, inflammarentur partes quibus alligantur externè aut internè,quod
E eſt contra experimentum. Detinent ergo virtute magnetica occulta non potente trahere ad ſe,ſed conante ſolùm trahere,non tamen tam valida actione, vt ad ſe moueant,& trahant, valida tamen vt detineant; nam detinere leuior, & prior operatio eſt, quàm allicere, & trahere ad ſe,& immediata corpora conſtituere,vt conſtituit magnes ferrum ad ſe alliciendo. Detinent ergo firmando potiùs ſanguinem vbi eſt, quàm ſenſibiliter ad contraria loca mouendo. Hic verò modus ſiſtendi, ſi ſanguis ad viſcera non fluit, eſt enixis perniciosus, quia ſanguinem firmum vbi eſt,pellere minùs poterit, quàm ſi fluidus eſſet per vaſa. Deſideramus verò quod lochia reddant, & fluant, vt magnum auxilium, & quod ſanguis firmatus,vbicumque ſit, putreſiat ſtatim, quia non diſſlatur: & hoc euidens eſt. Perniciosè igi-

tus

Digitized by Google

tur alligabuntur ſanguinem ſic detinentia, quia redditum lochiorum impediunt,& plus corrumpuntur. Sit exemplum portentum illud naturæ,acus nimirum nauigantium,cuius motus ſiſtitur,ipſaque firmatur,& velut inconcuſſa manet, quando directè ſtellam ſeptemtrionalem (*el norte* appellatam) reſpicit, in qua virtus magnetica reſidet : ſic cenſeo fluentem ſanguinem detinere,quæ ſuſpenduntur,mouent enim leuiter motu contrario,& cùm ad ſe trahere nequeant,retinent,quæ traxerunt, non mouent ; quod in facultate noſtra trahente videmus, retinendo tenaciter,quæ priùs commouit. Retinet verò quælibet virtus trahens in ſitu in quo poſt primam motionem vlterior tractio impeditur; impeditur verò tractio vlterior à corpore ſibi immediato,ſi quod immediatum eſt,cadat ſub obiecto attrahentis virtutis, aut ſi non cadat, penetrari non poteſt. Sic in ſole virtus magnetica mirabilis datur, quæ leuiter mouet ſolſequij florem, & in gyrum ſecum reuoluit, & defert; illum verò firmat, quandiu lineam per quam attraxit non mutat,ad cœlum verò defert ob virtutis remiſſionem, & reſiſtentiam vnionis illius floris cum ſua arundine, aut trunco. Sic videbis omnes ferè flores à vi magnetica ſolis girari,& in foliis maluarum paſſim exemplum occurrit, nam ſic ortu ſolis ortum reſpiciunt,ſicque per totum diem mutantur,vt ſol, facies verò in occaſu relicta, in nouo ſolis ortu orientem iam aſpicit.

HIST. CLEONACTIDIS.

A die primo vſque ad vigeſimum nonum.

Cleonactidem qui ſupra Heracleam decumbebat, ignis arripuit erraticè, dolebat capite à principio, & ſiniſtro latere, & aliarum partium labore, vt quæ laſſata ſunt : febres exacerbationem habebant aliàs aliter ſine ordine, ſudores quidem nunc erant, nunc non; maxima ex parte incidebant paroxiſmi in dies decretorios præcipuè.circa vigeſimumquartum autem doluerunt ei extrema manus, vomuit flaua,biliosa, ſubcrebra, paulò poſt ſanioſa, omnia ſublcaata ſunt. Trigeſimo iam die cœpit à naribus ſanguis fluere ex ambabus, & hæc erraticè paulatim vſque ad iudicium,non abhorruit autem à cibo, neque ſitiit per totum tempus,nec ſomno caruit, vrina tenues, non decolores.

Vehementem fuiſſe febrem docet Galenus, quod difficle creditur,ſi cauſam morbi, & longitudinem eius conſideres,& quod ſemper dormiuit velut naturaliter,& cum optima appetentia; caruit ſiti, accidentia quidem magnam pituitæ copiam arguentia, vt ſignificauit etiam vrinæ bonus color,cum tenuitate per totum ferè morbum, donec in die quadrageſimo ſubrubra vrina cum rubro ſedimento apparuit. Mutatio quidem febribus pituitoſia familiaris eſt, & Galenus ipſe inter ſigna quotidianæ exquiſitæ vrinam rubram numerauit. id verò à nobis ediſces, contingere interdum velut ſuffocantem eſſe febrem, & ſummè anxioſam, etſi ſit pituitoſa, quando nimirum cum pituita portio aliqua bilis miſcetur : excedit verò nimis humor crudus, liquatur enim multum, & totum corpus

A repler, & obſtruit ; ventilatio impeditur,calor ſuffocatur,& creſcit validè anxietas ob ventilationis defectum,& vaporum,& fuliginum copiam inſignem cum reſpiratione ſatis difficili,vt ſæpè in praxi notaui. Erat verò crudis repletus hic æger, quod indicarunt dolores capitis, lateris ſiniſtri, & aliarum partium, velut ſi laſſatæ eſſent; liquatio enim crudorum, & flatulenta diſtenſio liquationem neceſſariò ſequuta, vaſa, & partes diſtendunt, doloribus cruciant, replentur, obſtruunturque omnia ob defectum tranſpirationis, & ſic moleſtiſſimæ eſſe ſolent primæ acceſſiones ob nimiam repletionem ex liquatione, & flatibus ortam.

Hinc ortum habere potuit, quod fuerit erratica febris; nam ſi totum ſanguine crudiori ſcatebat, & B totum paſſum fuit liquationem, & inde vniuerſaliter obſtruebatur, extenſam corruptionem ſanguis totus expertus fuit,& ſimul variam, ob quam diuerſæ naturæ excrementa creata fuerunt,& ſic periodorum incertitudo contigit, ob difformitatem materiæ; etanque diuerſæ partes affectæ ob corruptionem extenſam, & quælibet ad ſuum focum mittebat quando ad pellendum ſatis onuſta, & moleſtata erat, vt nulla periodus certa videretur ob confuſionem partium mittentium ob extenſam putredinem. Quæ acceſſiones graues, & externæ eſſe nequeunt, quia nunquam ex multa materia creantur confertim, & ſemel ad focum expulſa, ob quod notauit Hippocrates, quòd acceſſiones maximè inuadebant diebus decretoriis, velut ſignificans, C quod in aliis diebus remiſſæ ſatis erant acceſſiones : in decretoriis verò maiores agnoſcebantur, quia illi dies ad pugnam ſemper inclinant, & cùm ſemper naturæ auxilientur, pellit cauſam morbi impetu maiori; & ſic maiores acceſſiones eueniunt, vt eueniunt in criſibus. Sic credo quod incertitudo periodorum, non erat illa à Galeno depicta, vt modò in tertio, modò in quarto, quinto, aut ſexto die repeterent; nam ſub tanta materia vſque ad octogeſimum febrem producente, repugnat tam longas repetitiones dari, præſertim in pituitoſa, quæ quotidie affligere conſueuit. Erat igitur erratica circuitio, quia confusè per crebras, leuiores tamen acceſſiones adueniebat in eodem die in- D terdum repetentes, in alio verò non,nec in eiſdem horis dierum;quod quidem contingit. quando per totum corpus extenſa putredo datur, & plures partes (vt antea docui) mittentes inueniuntur, & plures, leuiores tamen acceſſiones cauſantes, vt planè ignores, ſi tertiana, aut quotidiana, vel quartana circuitio dicenda ſit. Quod, & ſemel contigit mihi; nullus enim dies ſine tribus acceſſionibus fuit inuentus, cum nimia incertitudine, in horis repetitionum, & nondum coctâ materiâ tentauit natura abſceſſum magnum in dextro crure, edema nempe eryſipelatoſum,in cuius commotione,quia totum mittebat,ſyncope oppreſſus, iam ferè defunctus apparui in ipſa expulſione humoris ad crura. Et quod modò doceo, deduci facilè poteſt ex E Hippocratis locutione, dicentis, febrium acceſſiones aliàs aliter inordinatæ erant:hoc eſt, vario modo repetebant,& pluries,quas inconſtantes vocauit t. *de victu acutorum*, quia nec horam, neque diem certum aſſumunt, vt repetant,ſed in eadem die ſæpè,in alia rariùs repetunt, & in horis diuerſis, ob quam variationem curandas non eſſe docuit,donec conſtantes fiant,de quo augmento in methodo noſtra communi egimus.

Sudores etiam ſymptomatici inordinatè mouebantur, quia non erat vniformis materia, nec ab eadem parte emanabant, ſed à diuerſis,vt docui. In hoc concurſu ſymptomatum vſque ad vigeſimumquartum detentus iam circa illum doluerunt ambæ manus, tentante natura abſceſſum in illis, quem non perfecit, quia in tumorem eas non eleuauit, vt contigit ſæpè expulſo pauco ſero per interiora membrorum, ibique ſine

diſtri

diſtributione ad externas partes reſoluitur... Vomuit etiam flaua, biliosa ſubcrebra, hoc eſt plura, & mox ſaniosa à quibus perpurgato corpore, & præcipuè ventre inferiori meliùs habere cœpit. Nec inde colligas bilem ſolam huius febris cauſam extitiſſe, eſt enim frequentiſſimum in locis obſtructis varia excrementa creari, & diutiùs detenta, & non ventilata calefieri, & vri, in bilemque prǽternaturalem mutari, & euomi, etiamſi principalior cauſa morbi ſit pituitoſus ſanguis, præſertim quando meſerei vaſa obſtructa, oppletaque ſunt, quia minus apta ventilationi, & ſtercoribus proxima; ſicque inſignem corruptionem acquirunt cum maligno fœtore, & hæc ſunt, quæ virulenta modò dicuntur, non quidem vſta à iecoris phlogoſi, vt malè Phrigius exponit, nam cum tanto illius incendio neque ſitis deficeret, & ſatis moleſta, nec appetitus ciborum permaneret per totum morbum, vt notat Hippocrates, nec dormiret. Putandum ergo eſt ex vaſis meſerei expulſa fuiſſe, & quia in parte non principe ſtabulabantur, partes principes minùs conſentiebant. & ſic dormiebat. Non erat ſitibundus, & benè ad oblata ſe habebat; minuſque mihi probatur doctrina Valleſij exponentis dolorem lateris ſiniſtri, & affirmat, non fuiſſe lateralem dolorem, ſed oris ventriculi; nam ſi illud affectum eſſet, & crudis refertum, implicaret benè ad oblata ſe habere, & non eſſe inquietiſſimum, & anxioſum ægrotum, cum nihil moleſtius per morbos accidat, quàm os ventriculi vitioſis ſuccis imbutum eſſe. Nec video, quæ adiuncta ſymptomata in ea hiſtoria ſint ſignificantia neceſſariò os ventriculi pati, imo vomitio biliosorum, & virulentorum contrarium planè innuit, quando ſi à ventriculi ore expulſa fuiſſent, præceſſiſſent cardialgiæ intolerabiles à primo die, vſque ad diem vomitionis virulentorum, nunquamque in Hippocrate legitur, quod dolor oris ventriculi per lateris dolorem ſignificetur, eſſet enim impropriiſſima locutio, & fallaciſſima, vt eſt adducta à Valleſio eodem loco, dicendo, quod totum corpus dolere præ nimia debilitate poteſt, velut, ſi debilitas poſſet eſſe cauſa adæquata dolendi, cùm conducat potiùs ad inſenſibilitatem, & nunquam illa ſine obiecto naturæ corrumpente ad dolendum ſufficiat.

Sanguis ex vtraque nare effluxit circa diem quadrageſimum; notat verò, quod fluebat erraticè, velut ſi timeretur euacuatio illa, certis periodis repetere. Ex quo conſtat quod fluere erraticè, ſignificat duo, & quod non fluebat diebus decretoriis determinatè, vt poſſet, & quod ceſſabat, & rurſus reuertebat, ſine ordine aliquo; ſemper repetens & paulatim: ex quo loquendi modo intelliges probabiliſſimam eſſe noſtram expoſitionem de erraticis acceſſionibus. Durauit verò illius fluxus reiteratio vſque ad iudicium, quia multa copia erat, & ſemper parum ſemel effluxit vt multa repetitione eſſet opus ad tantæ copiæ euacuationem. Erat etiam craſſus ſanguis, vt diuturnitas febris oſtendit, cuius nunquam per nares multùm ſemel euacuatur, ſeipſum præ nimia craſſitie in anguſto foramine obturans, qui ſi per nares non euacuaretur, fortaſſis indomitas, & periculoſas parotides crearet.

Dormire, cibum appetere, & carere ſiti per morbos febriles, optima ſunt, etſi morbi longitudinem ſignificare poſſint, & ſoleant; acidæ enim pituitæ, & frigidæ copiam ſignificant, nam ſi febris, & acuta præcipuè, ſitim inducit, appetitum deiicit, & ad vigilandum ſemper dormitionis effectibus fruſtrari ſine potenti cauſa contraria repugnat, & ob id potuit Cleonactides ſine vitæ diſpendio morbum tam diuturnum ferre, quia dormiebat, capiebat cibos & ſuis moleſtiis non cruciabatur. Sic 2. *aphoriſm. text.* 33. dicitur: *In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad illa quæ offeruntur bonum; contraria vero malum.* Quæ hic æger obtinuit, & ſic ſignificabatur ex mentis conſtantia (vt in expoſitione Galenus

A docet) quod cerebrum, membranæ ſpinalis medullæ, ſeptum tranſuerſum, & omninò partes neruoſæ benè ſe habebant, ſicut ex promptitudine ad ſumenda alimenta innuitur benè ſe habere, quæ ad iecur, ventrem, & cor pertinent. Eſt verò magnæ vitæ ſpes quando hæc omnia benè ſe habent. Per cor intellige os ventriculi; in quo appetentia ciborum præcipuè reſidet; indeque Oribaſum intelliges virtutes aceti numerantem, & docet, eſſe cordi amiciſſimum, & illud roborare; per cor os ventriculi intelligit, cui eſt appetentiæ ciborum organum tam celebre, & appetentiam acetum ſuſcitat, & ſimul aſtringit, eſt cordi amiciſſimum ob illa duo.

Vrinæ tenues, non decolores erant; fuerunt verò tales per morbum totum vſque ad diem trigeſimum nonum: mirabile certè per tot dies non mutaſſe colorem ſen- B ſibiliter, cùm ſola inedia, aut alimenti minoratio colorem ſtatim intendat: neceſſe verò erat minus alimenti ſumere, quàm per ſalutem, ſi ab Hippocrate tam obſeruatiſſimo rectæ rationis victus curabatur, & per conſequens colorem intendendum fore, præſertim quando cum cibi detractione, febris continua, & tot dierum datur, quæ & ſerum abſumendo, & plus bilis creando colorem naturalem vrinæ nimis intendere ſolet. Cenſeo id eueniſſe, quia multo ſero iam genito laborare cœpit, à quo bilis maior creatio impediebatur, & ſemper ſeri fuit tanta vt ad diluendam bilem requirebatur; habuitque non dubiè Cleonactides copiam magnam pituitæ velut concretæ præ frigore, quæ à calore febrili aſſiduè liquebatur, & multam ſeri copiam à liquatione concedebat de nouo, ſicque nunquam color vrinæ naturali C intenſior apparuit, donec tanta cruditas craſſæ pituitæ à calore fuit moderata, & cœpit color mutari, vt poſtea dicetur, hancque cauſam fuiſſe tantæ perſeuerantiæ ſudores inæquales oſtendebant, qui etiam plures dies occuparunt, pendebant enim ex liquatione crudorum inæquali, copiam nouam ſeri præſtante, & per ſudorem inordinatè expulſi.

Eſt alia ratio probabiliſſima immutati coloris, perſeuerantia videlicet duarum partium oppoſitos humores creantium mutuò ſe contemperantes; nam, etſi iecur per febres continuas, bilis plus creare debeat ſi detur alia pars pituitæ creatrix, attemperabit pituitæ ſerum in copia maiori, quod copia maior bilis intendere debebat, & hæc complicatio partium oppoſitarum, eſt D grandis occaſio longitudinis morborum, quia mutuò ſe impediunt in æqualitate remediorum, & rarum eſt quod non lædat calidum viſcus, auxilium pro frigido datum, aut è contra. De huius vrinæ proprietate ſic Hippocrates in prognoſticis ſcripſit; *Cum fuerit vrina tenuis & rufa, morbum crudum ſignificat; ſi verò ſit huiuſmodi, & morbus diuturnus, periculum ne non poſſit æger ſufficere, donec cocta ſit vrina.* Eſt verò intelligendus de tenuitate (inquit Valleſius) orta ex putredine, non ex obſtructionibus. In quo fallitur; nam tenuis ex obſtructionibus, non poteſt eſſe coloris naturalis, quia vt redditur tenuis, redditur diſcoloratior, quia bilem percolari repugnat, ſi liquor ob viarum coarctationem attenuatur, vt inde teneas, quod tenuis cum optimo colore, non E poteſt à ſolis obſtructionibus creari, ſed à putredine liquoris, aut ſeri ſine permutatione bilis.

Si verò inquiras qua ratione vrina tenuis, & rufa, poteſt longitudinem morbi ſignificare, ſi Galenus docuit 1. *de criſibus*, *capit.* 12. quod quantum ad colorem iam coquitur? Tene quod loquatur de illa, quæ prius fuit diſcolorata, & tenuis, non de illa, quæ ob putredinem ſeri reddita eſt talis, & à principio morbi talis apparet. Quod verò ſi cruditatem longo tempore duraturam ſignificat, certiùs ſignificabit periculum, ſi morbus acutus ſit, non indiget præceptore, ſi in morbo diuturno periculoſa eſt, vt ob id dicere debeberet Hippocrates: ſi verò morbus acutus ſit, & vrina huiuſmodi, periculum

eſt,ne homo ſufficere poſſit,donec cocta ſit vrina. Auget dubium, quod in prognoſticis loquatur de acutis, non de chronicis morbis, in quibus periculum non poteſt oriri ex vrina rufa,& tenui, ſed ex ipſa morbi diuturnitate; & inde cum quacumque vrina non cocta dabitur periculum vitæ,ſi æger robuſtus non ſit, quia non poterit virtus debilis longum morbum ſuſtinere. Eſtque fallaciſſimum dictum Hippocratis,nam ſi morbus diuturnus ex ſe longum tempus permittit, quia breui occidere non poteſt, quod ex ſe tempus idoneum concedit, vt vrina rufa, & tenuis concoqui poſſit, nec eſt vnde probari poſſit, quod vrina tenuis cum colore naturali,ſignificet neceſſariò morbum longum, cum dentur aliæ innumeræ cruditaté maiorem ſignificantes per morbos acutos,à quibus quotidie homines euadunt.

Mihi videtur tranſlationem Cardani ſequendam eſſe; ſic habet; *Quandiu verò fulua fuerit vrina,& tenuis, morbum incoctum eſſe ſignificat, ſi verò & diuturna fuerit talis exiſtens,periculum eſt ne ſufficere homo poſſit donec vrina cõcocta fuerit* : hoc eſt ſi vrina tenuis,& rufa nimis perſeueret, periculum eſt ne homo periclitetur antequam concoquatur, quia morbi acuti longum tempus non concedunt,& ſi cruditas diu durat, & neceſſarium ſit tempora coctionis, & cruditatis proportionari, quia tantum tempus requiritur ab apparitione coctionis manifeſtæ, quantum à principio morbi vſque ad tempus coctionis manifeſtæ,neceſſe eſt, quod in acutis (de iis enim in prognoſticis agit) detur timor periculi, ſi vrina tenuis,& rufa diu perſeuerer,quia coctio diſtat nimis,& morbi acuti tantum tempus non concedunt. Cõſtat verò præſagium commune eſſe cuicumque vrinæ crudum morbum ſignificanti,ſeu vniuerſale principiũ, ſpecialiter verò vt exemplum tradidit, tenuem,& rufã, quia cùm color ſit naturaliſſimus, & vt dicebat Galenus,quantum ad colorem cocta eſt,poterat fallere imperitos putantes morbum crudum cum tali vrina non eſſe, qood & nos in quadam conſultatione ſemel vidimus,contendente vno morbum in vigore eſſe ob naturalem colorem,alius verò crudum morbum ſignificare aiebat,oblitus tamen textus adducti,quem nos ex Hippocrate retulimus,& diſcordia quieuit.

A die quadrageſimo ad ſexageſimum.

QVadrageſimò autem minxit ſubrubras,ſedimentum multum ſubrubrum habentia,ſublenatus eſt,poſt hæc autem variarunt vrinæ : nunc quidem ſedimentum habebant, nunc non, ſeptuageſimo vrinis ſedimentum multum,& album,& lene, remiſſa ſunt omnia, febres intermittebant, vrina acuta, rurſum tenues,ſed boni coloris.

Mirum eſt, quod vrinæ ſubrubræ ſint melioris conditionis,quàm tenues, & naturalis coloris,quando illæ ex ſanguine crudo creantur, ſi Galeno credendum eſt; videtur enim læſum magis iecur eſſe quando ſanguinem crudum creat, quàm quando generat bilem naturalem, à qua color naturalis vrinæ pendet. Eſt in primis talium vrinarum apparitio in die quadrageſimo, & iudicatio integra in die octogeſimo, confirmatio aphoriſmi 70 libri quarti, dicentis, *Quibus ſeptimo die fit criſis, iis nubecula rubra quarto die in vrina apparet, & alia ex ratione.* Suadetur etiam veritatis, communis opinio Medicorum docentium tantum tempus requiri ab augmenti vniuerſalis principio vſque ad morbi perfectam ſolutionem,quantum à primo morbi inſultu,ad diem primum vniuerſalis augmenti:nam ſi quarta die nubecula rubra appareat, fit criſis in ſeptima,& in noſtra hiſtoria idem contigit, quando vrina ſubrubra cum ſedimento ſubrobro quadrageſimo die apparuit,& morbus in octogeſimo criſim perfectam habuit,quod etiam mirabile eſt, ſeruari nempe æqualem proportionem in morbo tam erraticè procedente: nec

A minus mirabile quod cum tali ſedimento, & vrina, melius habuerit æger, cùm ſit morbus in principio augmenti, & in ſtatu debeant omnia fortiora eſſe. Nec leue dubium eſt, ſi in qualibet febre habente crudam materiam, ſit optimum apparere vrinam rubram cum ſimili ſedimento.

Iudicium meum eſt cum Galeno in aphoriſmi expoſitione, quod color ruber iudicationibus ſuffragetur, quia experimentis illud didicit : rationem tacuit, vt in multis problematibus difficilibus conſueuit. Iudicationibus verò ſuffragari non poteſt aliter quàm coctionem oſtendendo; intellige verò quando color ille non à principio apparuit, ſed alius. Oſtendit verò coctionem in morbis quorum cauſa totalis, aut B partialis fuit materia in ſanguinem permutabilis, crudi nempè ſucci, aut pituita, quorum occaſione obſeri copiam tenuis vrina ſolet reddi; quando verò crudi illi humores à natura per conuerſionem in ſanguinem minuuntur, coctio,& vigor naturæ ſignificatur,& inde morbi augmentum vniuerſale; *Eſtque conuerſio illa indicium quoddam, ſeu morbi diminutio, quia materiam antecedentem neceſſario diminuit,erat enim ſuccus crudus, hic verò euaneſcit conuerſus in alium, & ſic minui poteſt morbus in augmento, & ſine grauitate ſymptomatum quia coctio illa non fit in materia putrida, quæ dum ſuppuratur, & coquitur, premit de nouo,& magis.* Et ſic contigit Cleonactidi, non ſolum quia vt notat Hippocrates, multum rubrum ſedimentum reiecit, ſed etiam, quia hoc multum, erat ſignum multæ conuerſionis crudo- C rum in ſanguinem, & ſic multum fuit diminuta antecedens materia, quæ quia frigida erat, coctionem remorabatur; conuerſa verò in ſanguinem creatur ſuccus calidior,& inde calor naturalis minus repaſſus intenditur, & concoquit perfectiùs, & minor eſt, aut paucior materia coquenda, & ad focum fluxura, ob idque color rubeus, qui priùs non erat, coctionem oſtendit, & criſibus ſuffragatur, ſi per criſim iudicandus eſt morbus; & ſi non, ſuffragabitur nihilominus ſolutioni per concoctionem, & reſolutionem. Attende ſollicitè, quæ modò retuli, nam cùm vrinæ rubræ ſint aliæ cauſæ præter relatam,& aliquæ ſint pernicioſæ, non quælibet mutatio in rubram ſecura, & ſalutaris eſt, de quo proprio tractatu agemus, & per hiſto- D rias alias docebo, non enim omnia in quolibet loco examinare licet.

Poſt dictam alleuationem variarunt vrinæ; interdum enim carebant ſedimento, interdum non; ſi de rubro intelligendus eſt, & aliud apparebat, diuerſitatem ſuccorum ſignificabat illa variatio. Si verò rubrum apparebat,& alio die omni priuabatur ſedimento, inæqualem coctionem innuebat, retinebaturque à natura materia cruda, vt in ſanguinem verteretur, & nihil exire permittebat. Sæpè etiam expultrix à ſuccis obſtruentibus impeditur, vt ſedimentum, quia craſſius nequeat reiicere, donec auferantur, & reſerentur obſtructa, aut expultrix vaſorum, & renum attractrix E debilitata nequit craſſum mouere; nam in morbis inæqualibus, inſignis variatio quotidie inuenitur in viribus, humoribus, & diſpoſitionibus vaſorum, concoctrice præcipuè, quæ facillimè mutatur in opere, aut ob ſpirituum variationem, in loco quo putrida coquuntur, aut agitationem materiæ coquendæ retentioni obſtantem; aut quia materia crudior, aut aliter minùs coctilis, ad focum aut locum coctionis mittatur vno die, & alio non, & ſic modo coctio impeditur, modò apparet in ſedimento, aut hoc (quodcumque ſit) deficit modò,& apparet poſtea.

In ſexageſimo iam victoria naturæ clarior erat, ſedimento albo,& leui & multo, à cuius apparitione omnia remiſſa fuere, & febris ex continua in intermittentem mutata, ad quam ſecuriorem permutationem ſatis fuit coctio perfecta, non totius materiæ (alioqui

nulla

nulla circuitio rediret)ſed maioris partis: & quod incoctum remanſit, febrem intermittentem creabat, & hoc eſt quod *lib. de totius morbi temporibus*, docuit Galenus; reſtate nimirum in declinatione vniuerſali modicum humoris concoquendum, & hoc, etſi coctio perfecta appareat, acceſſiones declinationis ſuſcitat. Quia verò in mea opinione, & Galeni, virium putredinale in foco adhuc morbo inclinato remanet, non repugnat ab eo mutari maſſam ſanguinariam, & virium nouum cruditatis in lotio apparere, vt huic ægroto euenit; & vrinæ tenues ruſus, ſed cum bono colore apparuerunt: fuit verò communicatum contagium paucæ materiæ, vt non ſufficeret longiori terminationi, vt ex hiſtoria conſtat; nam ſeptuageſimo febris intermiſit decem dies, & octuageſimo ſuperueniente magno rigore cum acuta acceſſione ſudauit multùm, & vrinæ habuerunt ſedimentum rubrum, & leue, & prorſus fuit iudicatus.

Quod dicit, die ſeptuageſimo febris intermiſit decē dies, interpretantur quidam, quod nulla daretur febris à ſeptuageſimo ad octuageſimum, quod mihi minùs probatur, nam non videretur idem morbus, nec dies à primo deberent, nec poſſent numerari, vt Hippocrates numerat; febricitauit ergo decem dies, ſed intermittenter, & lentè, vt putat Mercurialis: & quia expulſio acceſſionalis illorum decem dierum moderatiſſima fuit, remanſit in foco cinericium magnum, quod octuageſimo rigorem ſuſcitauit. Et quia totum ad ambitum expulſum non fuit ob debilem expultricem (non abſolutè, ſed in ordine ad cinericium accumulatum) remanſit intra vaſa portio illa, quæ acutam acceſſionem creauit, à qua ſudor ſuperueniens, prorſus febrem eradicauit, vt verificetur aphoriſmus quinquageſimus octauus, libri quarti, *febre ardente laboranti, rigore ſuperueniente ſolutio fit*, poſt quem vt docet Galenus, & alui ſoluuntur, & ſudores, & vomitus biliosi ſuperueniunt. Conſtat verò tales euacuationes poſt rigorem requiri quando expulſio humoris rigorem cauſantis non euacuauit totam morbi materiam, eſtque frequentiſſimum non euacuari, aliquando tamen contingit, vt ego expertus ſum: & ſi rigor interdum ſolus non ſufficeret, diminutus aphoriſmus videretur, & aliæ euacuationes rigori ab Hippocrate iungerentur, quod non fecit, quia ille ſolus aliquando ſufficit.

Curatio morbi Cleonactidis.

Si Hippocratem conſulas, dubius eris in huius febris medela, monet enim 1. *de victu acut. text. 52.* inconſtantes febres ſinendas eſſe, donec conſteor, vbi autem conſtiterint, victu, & curatione conueniente pugnandum; nulla verò maior inconſtantia, quàm erratico modo acceſſiones inuadere, vt nulla hora pro auxiliis ſecura detur; & manifeſto periculo æger exponitur, lege Braſſauolum *loco cit.* plurimas cauſas errantium febrium narrantem; etſi ſatis obſcurè. Ego verò certius puto propriè erraticas eſſe, quæ ex eadem materia creantur, eſt tamen tanta, quod anticipet repetitiones ſine ordine, & inconſtanter, aut quia ad eundem focum partes diuerſæ mittant, aut ad diuerſos: vtrumque enim euenire poteſt, vt enim inſtabilis homo dicitur, qui in opinione, & aſſertis aſſiduè variat, & quod modo promittit, poſtea breui recuſat; ſic idem humor inſtabilis eſt, quando ſub eadem ſpecie febris inuaſiones incertas ſortitur, vt nulla detur repetitionis hora certa & ſecura. Præcipuè verò idoneam curationem impedit, quando ante declinationem vnius acceſſionis alia acceſſio inopinanter occurrit; nam cum ſemper Medici ad remediorum exequutionem, quietiorem horam, & in qua minùs natura repatitur, requirant; hæc verò in

A modo dicto repetitionis non detur, & in alia patiatur nimis, timent iuſtè auxiliorum magnorum exequutionem, quia aut debilitatur nimis ab oppreſſione aſſiduâ morbi, & auxilio maiori vnà concurrentibus, aut fieri lypiticus poteſt, ſi ſanguine miſſo, occurrat ſtatim acceſſio vitalem calorem ſuffocans, vt amplius non recaleſcat, aut quod probabile eſt, ſudore ſyncopali opprimatur, aut ob defectum caloris, principium acceſſionis ita extendatur, vt ſummam debilitatem contrahens æger, difficillimè vires inſtauretur: quod periculum in victus exhibitione ſimiliter datur: vidi enim ob datum cibum inſtante acceſſione, apoplexiam ſuperuenire, à qua cum ſumma difficultate liberari potuit Febris tamen reddita grauior ægrum occidit, cum eſſet ex ſe B ſecuriſſima.

Ex dictis intelliges, cur in continentibus ſeruantibus eundem tenorem, aut perpetuò creſcentibus remedia maiora methodicè fiant, non verò in errantibus ſi ſine periculo impetentur; illæ enim vnica acceſſione clauduntur, & non poſſumus aliud tempus idoneum pro remediis ſine periculo ſperare, quia in illo à quo denominationem ſumunt, occidere poſſunt, eo quod multos dies ſtatus, aut continua creſcentia poteſt occupare, in acceſſionalibus verò breui tempora mutantur; & venit aut declinatio, aut intermiſſio in qua commodiùs, & ſecuriùs auxilia imperantur: & cùm grande periculum detur, ſi executo magno remedio, accedat ſtatim alterius acceſſionis principium, inde has in-
C conſtantes febres ſine curatione donec conſtent permittere, monet Hippocrates, quod conſilium in acutis, & periculoſis, periculoſiſſimum eſt, cùm ſit temerarium ſine auxiliis morbos periculoſos, & acutos relinquere. In cronicis verò & ſecuris, expectare Medicus poteſt febrium conſtantiam, vt ſecurè medeatur: expectabit verò donec permutationem in alium grauiorem non timeat, aut malignior reddatur, qui modò ſecurus videbatur. Permutationem verò proximam arguent ſymptomata grauiora, aut prauus mos, quæ priùs non erant: illud non ignorans, quod ſicut in continentibus eundem tenorem ſeruantibus, aut perpetuò creſcentibus, venam ſecurè ſecamus, quia aliud tempus commodius non datur; ita in acceſſionibus nullum
D tempus periculoſius datur, quàm principia acceſſionum; eſt enim corpus totum aſtrictum, & velut interiùs retinens omnia excrementa, quo fit, vt ſecta vena, ſanguis non exeat, aut ſi permittatur exire, permittitur ſolùm quod ex ſanguine puriſſimum, & ſpirituoſiſſimum eſt, & ſic eueniunt mala, quæ nuper retulimus, & eſt ſperandus finis augmenti, aut vigor ſummus, vt ſectio venæ ſecuriùs celebretur, quia iam corpus expanditur, quo minùs aſtricto, ſanguis liberiùs emanat. Quod verò corpus ita ſit in tribus temporibus acceſſionum, Galenus docet *lib. 10. method cap. vltim. &* 3. *de criſibus*, docendo cur in principio, augmento, & vigore acceſſionum, grauioribus tamen temporibus effugerunt periculum: tacuit verò rationem aſtrictionis in tribus primis temporibus, quam nos iam tradidi-
E mus: ex qua etiam deducitur, cur in deliquiis, aut iam deliquio imminente ſanguis puriſſimus exeat, cùm ante deliquium corruptiſſimus, & craſſus emanaret; & cur ſine ſero, & antea cum illo, quod eſt intellectu difficilius, cum ſit ſerum tenuius & fluxilius.

In acutis verò, & periculoſis morbis inconſtantibus, idem præceptum ſeruabitur, præter expectationem conſtantiæ; eueniunt enim celerrimè pericula ſi morbus incuratus relinquatur, & in acutis cùm non dentur rigores, nec tam vehemens retractio ſuccorum ad intra, ſecuriùs vena ſecatur temporibus iam dictis, & fieri poteſt, vt ſecta vena inconſtantiam deſtruat, & deſtruet non dubiè, ſi ob plenitudinem corruptam inordinatio veniat, vt antea docui. Id capies, ſi teneas continentium dictarum generationem; in obſeruanti-

bus enim eundem tenorem, tam celeris eſt corruptio ſanguinis, vt eſt corrupti reſolutio; & in continuò creſcentibus celerior eſt corruptio reſolutioae corrupti, & ſic ſemper creſcit; ergo ſi illod quod æqualiter corrumpitur, mitteretur ad focum, ceſſaret teaot ille vniformis, & aoua acceſſio inciperet, idemque continget quando corruptum excedit quod reſoluitur, & in hoc caſu citiùs acceſſiones aduenient quàm ia primo, in quo erat æqualis reſolutio cum putrido de nouo; Verùm in continentibus, acceſſiones nouæ noa dantur, qoia quod corrumpitur, non mittitur ad focum, eatent enim illo febres continentes, & ſic in vnica acceſſione conſtitutio tota abſoluitur.

Interim verò, quod coaſtaatiam ſine auxiliis ſperas, aduertit Auicenaa, quod regimen ſubtilies, ſic enim non ſolùm accedit ex inedia certior cauſæ cognitio, ſed etiam euacuas ſecurè, & ſupplet inediæ iaanitio partem euacuationis per artem fieodæ, ob quam Hippocrates, & Galanus paſſim doceat, inediam rotum iaanire; in quaillioſi exaſperantur, pituiſoſi verò melius ſe habent, & in illis febris augetur, & os ventriculi morſu lancinatur, facieſque palleſcit, & facilè animus deficit, & oculi excauaatur, & lotium nimis iaeenditur. Piruitoſi verò iaediam ſuſtinent, febris remittitur, cauſa morbi bifariam abſumitur, & reſolutioae, & commutatione in ſaaguiaem, facies viuidior redditur, ſicque in cognitionem cauſæ per iaediam ducimur. Semper ferè pituitoſæ febres à cibo augeatur, moderaatur verò bilioſæ. Melancholicæ verò, & ſanguineæ medio modo ſe habent; hæ eaim bilioſas æmulantur, quia raró aon mutatur in bilem ſanguis putrefactus. Melancholici verò ſaliuoſi ſunt, & ob multum ſerum humidiotes etiam. Illud verò particulare habent, quòd ſerum malignum ſit, vt ex Platone docuit Galenos, & ſanguis eorum ichoroſus ſit, & iaeptiſſimus creationi vitalis ſpiritus, & inde inediâ exaſperari ſoleot, & vigiliis premuatur, quia ſicci, & cibi defectu ſiccaatur nimis, ob id indigent cibo pingui, & aërea humiditate mulcebri, & ſpirituoſo, vt plus accedaat ad bilioſorùm naturam, quàm ad pituitoſos: ſuntque elegaates ſenteatiæ Hippocratis, poteatiam ciborum & eotum defectum exponeotes, ſic *lib. de veteri medicina, num. t 5.* exarauit; *Fames enim magnam potentiam in naturam hominis habet, & ſanandi, & debilitandi, & occidendi.* Et 7. *Aphoriſm. textu* 59. ſcripſit, *Carnes humidas habentibus famem adhibere conuenit, fames enim corpora ſiccat*; & doctiſſimè idem argumentum proſequitur 1. *de victu acut.* per multas ſeatentias; & Galenus 10. *method. cap. 5.* prolixè ſatis expoſuit, quàm aduerſa ſit inedia calidis, & ſiccis naturis, & 12. *method. cap. 3.* quàm vtilis pituoſis, in quibus ſemper inuenies nouum febris iacrementum à cibo, ſi cootiaua febre laborent, eſt eaim corpus impuriſſimum ob lentam conditioaem pituitæ, & nimis obſtructum. Accedente verò noua occupatione viarum, ob illud quod cibus repleat, creſcit febris noa dubiè, & oppoſitum bilioſis euenit, vt 11. *method. cap. 6.* contra Diætatios Galenus probauit.

Eſt magni Medici loagitudinem, aut breuitatem morbi ſtatim agnoſcere, non ſolùm ad idoneam victus rationem inſtituendam, ſed etiam ad idoneam curatioaem, & ad rectè præſagiendam, & ſpectandam criſim: longitudo verò originatur à multis, primò à corporis denſitate; ſecundò à multitudiae obſtructionum; tertiò à copia craſſorum, ſiue ſiat pituitoſa, ſioe melancholica excremeata; quartò è læſione, & diſtemperie plurium partium, & præcipuè ſi oppoſitis diſtemperiebus laboreat, nullæ tamen partes diſtemparatæ loagiores, moleſtioreſque morbos ſeruant, vt regioni, & muneri naturali iaſeruieates, quia cum alimento plus diſſimili pugnaat, & copiâ excrementorum aſſiduè altæ aotur, teneturque corpori vniuerſo ſeruite, vt inde

A copiâ maiori, quàm ipſæ indigeaat, onerantur, aot alimenti, aut excremeatorum.

De corporis denſitate eſt elegans textus Hippocratis *lib. de alimento, comm. 40. Qui probè perſpirant, imbecilliores, & ſaniores, & facile conualeſcunt, qui malè perſpirant priuſquàm ægrotent, robuſtiores ſunt; qui verò in morbum inciderunt, difficiliùs ſaneſcunt, hæc autem, & toti, & parti.* Ratio eſt, qoia denſitas reſolutionem excrementorom, & traaſpirationem impedit, raritas verò, & laxitas tranſpirabile nimis corpus reddit, & ſic morbum coatrahit, vt denſitas correſpondeat hyemi, raritas æſtati; & vt hæc morbos breuiat, ſio raritas, & vt hyems remoratur, ſic denſitas: nam in *Aphoriſm. 2. aphor. 25.* dicitur, *Æſtiuæ quartanæ breues, autumnales verò longæ, & maximè quæ hyemem attingunt.*

B Obſtructiones multæ putrediaem diutiſſimè foueot, & corpus obſtructum denſo reſpondet, quia vt hoc non ventilatur, & quidquid ad loca obſtructa diſtribuitur, inculcatur ibi, & coatinenter corrumpitur, & obſtructiones geminat, ſicqua cauſa morbi radicalis inconcuſſa, & difficilè mutabilis eſt, & diu durnas tophacea redditur, & ad hecticam febrem, aut marcorem ſenilem firmiter diſponit. Excipio obſtructionem vniuerſalem à plenitudine ſola ortam, hæc non eſt occaſio morborum diuturnorum, ſed aut repentè occidit ſi ſit nimia, aut decumbens in partem debilem internam, deſperatas iaflammationea ferè ſemper generat. Si verò tota corrumpatur, vt ſolet, diuturnas paſſiooes generare poteſt, præſertim, ſi conflueat in partes aliC quas tenaciter impingatur, & obſtruat, ſicque Galenus 8. *method. cap. 1.* loquitur; *cernimus enim aliquando etiam quod multum eſt cùm ſimul totum confluit, obſtruendo hærere, infigique, non minus quàm ea, quæ glutinoſa ſunt, & craſſa; quod ſi per meatus anguſtos eſt tranſitus, multo profectò magis retineri.*

Copia craſſorum morbos diuturnos creari non eget probatioae. Eſt celebris aphoriſmus 28. *lib. 2.* febricitaarium non omainò leuiter, permanere corpus, & nihil minui, vel etiam pluſquam ratio poſtulat coatabeſcere, malum; illud enim morbi longitudinem, hoc verò imbecillitatem ſigaificat; Galenus, corpus permanere ſina diminutione, reducit ad corporis denſitatem, & copiam craſſorum, non quia vtraque cauſa ſit D neceſſaria ſimul; vidimus enim ex Hippocrate *lib. de alimento*, ſolam deaſitatem ad tardiorem conualeſcentiam ſufficere, & quod ſola craſſorum multitudo longo tempore egeat, vt ſuperari poſſit, quartaaa, & quotidiaaa indicant; eſtque impoſſibile dari craſſorum multitudiaem ſine multa obſtructione. Nec obſtat aphoriſm. 25. *lib. 2. Æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues*; potius eaim noſtram ſenteatiam ſuadet, quaado authore Galeno, vt breuis fiat, indiget tam perenni reſolutione, vt fit in æſtate; prætetquam, quod multi putaat, æſtiuales quartaaas ex bile fieri, ob idque eſſe breues; bilis verò non ſemper eſt craſſa, neque perpetuum eſt quòd craſſitudo ſuccorum diuturnos morbos excitet; tam moderata enim eſſe poteſt materia, qood E etſi ſit craſſa, finiatur breui præſertim ſi multo ſero diluta ſit, vt ſolet eſſe naturalis melancholia. Vidi iam ſemel quartanam ſeptem circuitibus terminatam, & perfectiſſimè, & in qualibet acceſſione æger copioſo ſudore inuadabatur, & ſi vera eſt (vt teneo) noſtra doctrina, quòd quilibet circuitus poteſt à quolibet humore cauſari, clarum eſt quòd æſtiuæ quartanæ magna ex parte erunt bilioſæ, nec à craſſo humore neceſſariò pendebunt.

Partes internæ morboſæ, quando oppoſitis qualitatibus diſtemperantur, & cauſas morboſas creaat contrarias, moleſtiſſimè, & diuturnè læduat, coguatque non ſine periculo coatraria auxilia miſcere; neſcimus enim, ſi calida applicentur cauſæ frigidæ, aut calidæ, vt dubia ſatis ſit eorum vtilitas, & poſſibile ineom

Digitized by Google

incommodum : ſi verò temperatis vtamur, nunquam æquale auxilium imperatur, & ſic longiſſimè laborant, & probabile eſt, quod auxilia contraria mixta, ſe etiam attemperent, & non poſſint pluſquàm temperata. Sic omnes Medici variegatas deiectiones, vt longiſſimas damnant, & Galenus 1. *epid. ſect.* 3. in hiſtoria vxoris Philini, ſcripſit, *Itaque morbi ſunt peſſimi, in quibus vtrique memorati ſucci abundant.* Erat verò ſermo de bilioſis, & crudis, & craſſis. Aliqua ex dictis retulit Hippocrates 2. *epid. ſect.* 6. *text.* 10. iis verbis : *Si venæ in manibus pulſent, & facies rectè valet, & hypochondria non ſint mollia, diuturnus morbus fit, ſine conuulſione non ſoluitur, aut ſanguine multo ex naribus; dolor coxæ.* Quo loco per *faciem rectè valere*, idem ſignificat, quòd in aphoriſmo per corpus permanere, & nihil minui, & per *hypochondria non mollia*, ſignificat obſtructiones eorum inſignes, quas diximus diuturnas febres cauſare, quibus obſtructis familiaris eſſe ſolet fluxus ſanguinis ex naribus, vt in prognoſticis docuit; & cùm hypochondria ſint coctionum præcipua officina, ſi hæc obſtructa, & dura ſint, nequeunt breui coctiones celebrare, quia obſtructiones eorum difficilè auferuntur, & febres non ceſſant, ſi non ceſſet obſtructio. A relatis cauſis non differt Gallica diſtemperies; partem enim principem lædit, & crudis corpus replet, tenaciſſimáque, & hærentia ſunt. Miror tamen inter cauſas diuturnitatis numerari à Mercato, grauia, & diuerſa ſymptomata aſſiduè affligentia; hæc enim breue periculum potiùs pollicentur, & de ratione morbi diuturni eſt, non affligere nimis, quia tardi motus eſſe debet; & vt æger durare poſſit, non debet grauiter, & aſſiduè ſymptomatum grauitate, & continuitate cruciare.

Longum etiam morbum ſignificat vrina, quæ non reſidet, hoc eſt, quæ caret contento, & nullum ſedimentum apparet, vt docuit Galenus 4 *aphoriſm. com.* 7. dicendo; *Quæ verò vrinæ non reſident, ſi vires affuerint, longum fore morbum oſtendunt, ſi imbecillitas adſit, ægri mortem pronunciant.*

Hæc dicta ſunt, vt teneas fuiſſe probabiliſſimum tam diuturnum fuiſſe morbum Cleonactidis ex ignorantia alicuius cauſæ diuturnitatis, aut quia erat difficile diuerſis excrementis breuiter occurrere, nec poſſe nos idoneam curationem ſcribere, niſi conſulere exquiſitam indagationem cauſarum dictarum, vt breuior, & ſecurior curatio celebretur, non ignorando, quod ſemper (vt docui) tam diuturnæ paſſiones creantur, aut quia multa materia creata ſupponatur ante morbi initium, aut quia detur vna, aut plures partes, quæ ex alimento quotidiano generent aſſiduè excrementum ad nouas acceſſiones creandas, quarum vitio ſi non occurras, ſollicitè, laborabis fruſtra : ſi multa materia genita ſupponatur, cùm illa ſanguis eſſe nequeat, conſtat curationem in frequentia expurgationis, potiùs quàm ſectionis venæ conſiſtere, eſt enim magna cacochimia multùm à ſanguine diſtans, quam ego ſupernatantiam voco, & ei expurgationem Hippocrates lib. de natura humana, vt ad æquatum auxilium dicauit, nec ad expurgationem illius, coctio expectanda eſt, vt metus ſit, ne concoqui poſſit ob copiam : & vt alibi docui, purgando antecedentem materiam, non purgantur cruda, ſed quæ in cruditatem abitura ſunt quando ad focum mittuntur. Nec ob hoc doceo non eſſe priùs ſecandam venam, ſi in ſecunda regione cum ſanguine mixtus ſictus humor excedens, ſed cenſeo maiorem partem curationis in euacuatione cacochimiæ conſiſtere, quæ ſi nimia videatur, vt iam ſupernatet, expurganda priùs eſt quàm vena aperiatur, hoc enim remedium, vt ſecurè vena ſecetur, diſponit ægregiè, ſupernatantiam tollendo.

Illud verò attendes, vt felix expurgatio ſit, nimirùm quod hypocondria obſtructa nimis non ſint, & A ſi ſint, dabis medicamentum primam regionem ſolùm expurgans, deinde reiterata præparatione, ſecundam regionem purgabis, aliter ſi feceris, obſtructa viſcera lædentur nimis, aut duplicata obſtructione, aut inflammatione excitata, quod conſilium tene vt magnum.

Si verò humorum contrarietas diuturni morbi cauſa præſumatur, remediis oppoſitis, aut per interualla imperatis, aut ſimul mixtis medela aſſequenda eſt, vt in cura tertianæ nothæ Hemitrici, Galenus, & Auicenna docuerunt, & nos etiam qualiter poſſint ſine damno miſceri explicuimus, Auicennam contra Traliani calumniam ſequuti. Semper verò in tali miſcella euacuato iam corpore magnus deobſtruentium vſus eſſe debet in cibis, & aſſumptis, & exteriùs hypochondriis B diſtentis applicitis. Eſt etiam vtendum clyſteribus non admodum mollibus, vt Galenus docuit, & nos expurgantibus frequenter vtimur, cum magno commodo; notando, quod etſi morbi longi craſſiorem cibum poſcant, non decet illo tam licentioſè, vt Medici conſulunt, vti : nam obſtructa corpora reſoluuntur minùs, quàm reſerata, & cibo pleniori læduntur ſemper obſtructa loca, & hoc præcipuè obſeruandum ſi cum laſſitudine morbus incipiat, vt in Cleonactide; in quo ſi prima regio crudis carebat, ſanguis ſtatim mittendus erat, ob dolorem capitis, lateris, & aliarum partium, velut ſi laſſata fuiſſent membra, plenitudine excrementorum oppreſſa, & grauata, quod meritò notauit Hippocrates, ne dolores illi turgentia putaretur : in qua dolentia non dolent, vt laſſata, ſed velut impulſa, & C non dolent cum ſtabilitate, ſed ab vno loco mutatur in alium dolorifica cauſa, lateque aliquandò, vel peritiſſimos Medicos, flatuoſam cauſam accuſantes, ſeductos mobilitate flatibus, & humori turgenti tam propria, vt iam hiſce temporibus penitus vrgentia ignoretur; eſt enim (vt alibi docui) momentanea eius apparitio; ſtatim enim firmatur in aliqua parte debili humor; nam irritando, ſi extra non truditur, cum neſciat quieſcere, niſi in parte debili, & ſemper intus maneat, breuiſſimè in partem debilem pellitur, & ibi firmatur, vt in nullo alio ſit tam notandum conſilium Hippocratis, nec tam verum : occaſio præceps, vt in humore turgente, ob quod eadem die purgare conſuluit, quia in talibus tardare malum eſt.

D Si tenues ſucci, & ſeroſi, aut pituitoſi crudi, & melancholia eodem tempore moleſtent, priùs ſunt educendi ſeroſi; non enim coctio eorum ſperatur; mox præparandi pituitoſi, & melancholici, ſed priùs pituitoſi educendi, quia prius coquuntur : mox melancholici, & ex hac varietate pendet vrinarum varietas, vt modò cocta appareat, modò cruda, coquitur enim priùs ſuccus paratior; & alter in ſuo typo vt crudus, lotium perturbat, & mutat, quo tempore coctus expurgandus eſt ſeligenti pharmaco, & humori cocto propriiſſimo, vt alium crudum non moueat : & hoc intelligendum eſt quando coctio ad expurgandum ſperatur, nam ſi materia ſola antecedens expurganda ſit, omnes humores ſimul ſunt expurgandi, quia vt E antea docui, materia antecedens nunquam eſt cruda cruditate putredinis. His indicationibus febres diuturnæ curantur, deobſtruendo viſcera efficaciſſimè, euacuando per interualla, & præcipuè reiterata expurgatione leuiori, tum pharmacis ſeligentibus, tum clyſteribus eiuſdem facultatis, ſæpè repetitis; & ſi pituita cruda & tenax prædominetur, vſus oxymelis frequens eſſe debet, vt ſyrupi acetoſi ſimpl. ſi bilis cum pituita mixta ſit; eſt enim timendus periculoſus abſceſſus in febribus tam longis, ob craſſitiem, & copiam materiæ, niſi euacuationes reiterentur iuxta ideam humoris peccantis; quod præſens hiſtoria nos monet in qua natura & vomitibus, & tentato abſceſſu in manibus, & copioſo fluxu ſanguinis è naribus, & ſudoribus multis,

A & rigore, ſarcinam, & diſcordes humores reiiciendo ægrum liberauit à morte, & abſceſſu; & fortaſſis Medici negligentiam accuſans, aut artis occaſionem præueniendo operata fuit, quod Medicus exequi, & imperare tenebatur, quod periculum vrinæ varietate, & craſſitudine, eliminare conſueuit. Sic Hippocrates *lib. de humoribus, comm. 3. text. 35.* ſcriptum reliquit, *Vrina craſſa, alba, qualis Archigenis erat, in laborioſis quartanis quandoque it, abſceſſuque liberat.* Si præterea ſanguis etiam de naribus abundè, copioſéque fluat, quod etiam docuit Hippocrates 4. *aphoriſm. text. 74.* Periclitabatur verò Cleonactides abſceſſum incurrer, quia cum laſſitudine magna febricitare cœpit, vt his verbis dicitur, 4. *aphoriſm. 31.* Febricitantibus laſſitudinem habentibus, **B** in articulos, & circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt.

Eſt circa medelam febrium putridarum particularis caſtigatio Augenij Ferrarij, putantis obſtructiones hypochondriorum paruipendendas eſſe, quia nunquam cenſet eſſe poſſe cauſam febrium, ſed in obſtructione, & conſtipatione meatuum habitus corporis ſitam eſſe totam radicem putredinis; inde vſum apozematum deobſtruentium condemnat, & oxymel, mulſam, aut apomel, aut ſacharum commendat, quæ vt naturæ noſtræ familiaria, & amica, per totum corpus diſtributa, habitum deobſtruunt, nulliſque aliis antiquos Patres vſos fuiſſe, ad coërcendam putredinem, deobſtruendo totum corpus. Zulapia verò quia ingrata, recuſat natura, nec diſtribuuntur per corpus, faſtidioſa ſunt, appetitumque deiiciunt, **C** ſtomachum ſubuertendo. Verùm fallitur non dubiè afferente Galeno 1. *ad Glauc.* rarò dari quartanam ſine læſione lienis, nec tertianam ſine iecore læſo, nec quotidianam ſine ventriculi culpa, quibus læſis ſi non ſuccurras, proficies nihil, quia generatio cauſæ febrium, aut occaſio illius abundantiæ, perpetua erit, ſi viſcera læſa non ſanentur; nam ſi lien obſtructus, & debilis melancholiam ad ſe non alliciat vt debet, ſanguis non defæcatur, & per corpus diſtributa ſuperabundat, & materiam quartanæ offert, donec lien à quo expurgari debet, ſanus reddatur. Sic ſi iecur obſtructum, & æſtuans plus bilis quàm natura deſideret, creet, permanebit tertiana quandiu iecur obſtructum, & diſtemperatum culpabile ſit; idemque de ventriculo debili, & crudos ſuccos abundantiùs creante in quotidiana tenebis, **D** & ad quid aliud Galenus tertianæ nothæ occurrens, fouere hypochondria commendat; non aliud diligentiùs commendatum ab Hippocrate legitur, quàm accurata hypochondriorum exploratio, vt ex hiſtoriis epidemicis conſtat. Eſt ergo omnibus partibus læſis occurrendum, ſi febres iugulare cupimus, nec ob id habitum corporis aperire, & laxare prætermittendum eſt, ſed magni momenti eſſe cenſemus, ad quod inunctio cum oleo chamemali ab Aëtio extollitur; vngitur enim totum dorſum vſque ad femora blanda frictione, mox linteo calido oleum exquiſitè abſtergitur, & quieſcere ægrum imperabitur moderatè ſtragulis coopertum; ſic enim habitus corporis reſeratur, & reſoluuntur obſtruentia excrementa, & ſudore excitato multùm conferre ſolet. **E** Si verò obſtructio tenacior ſuſpicetur, puluerem nitri miſcebis, & poſt olei deterſionem, farina ordei modicè calida totum quod oleum lauauit rurſus fricabis, & multùm proficies, & non minùs vomitu excitato poſt prandium, vt Galenus conſuluit: quo celebri remedio clarè deducitur occaſionem maiorem diuturnitatis febrium eſſe obſtructiones tenaces hypochondriorum, & primæ regionis, quibus diſſoluendis, celebre remedium eſt, & mihi expertiſſimum expurgare per interualla infuſione duarum drachmarum foliorum ſenæ in iure pulli cum modico cinnamomi, & manè facta expreſſione diſſolutæ in iure calido drachmam dimidiam chryſtall. tartari, & **A** totum ſumere, calidum ſummo manè; obſtructiones enim pituitoſas, & melancholicas mirabiliter deſtruit, & ſecuriſſimè ſi idonea præparatio præceſſerit.

HISTORIA METONIS.

A die primo vſque ad quintum.

Metonem ignis corripuit, lumborum dolorifica **B** *grauitas. Poſtridie cum multùm aqua biberet, bene aluus reddidit. Tertio capitis grauitas, retrimenta tenuia, billioſa, ſubrubra. Die quarto cuncta exacerbata ſunt; bis die de nare dextra ſanguis paulatim fluxit; nox grauis fuit; deiectiones vt fuerant, die tertio, vrina ſubnigra, in qua ſubnigra pendebant diſperſa, non reſidebant. Die quinto è dextra nare affatim profluxit merus, ſudauit, iudicatus eſt.*

INcendium magnum cum multitudine ſanguinis craſſi, melancholici Metonem corripuit; ſtabulabatur verò in vena caua **C** dorſali; quæ ob magnitudinem multum ſanguinem capit; & dum putredine fetuet, dolorem lumborum moleſtiſſimum pondere, incendio, & feruoris inquietudine cauſat: ſunt enim inquieta feruentia; quam moleſtam agitationem auget, & fouet irritata expultrix, quando iam tentat cauſam grauantem, & quouis modo moleſtam extra corpus reiicere; docet enim experimentum, dolorem lumborum ſæpè alui deiectionem præcedere, vt Hippocrates etiam ſæpè notauit, quem magnum in Metone fuiſſe videtur, quando peculiariter illius Hippocrates recordatur. Incendium moleſtiſſimum fuiſſe, deducitur ex potu copioſo gelidæ diei ſecundi, qui in mali principio datur nunquam ſub cruda materia, niſi ob vrgentiam incendij, à quo timetur aut malignior ſuccorum corruptio, **D** aut colliquatio, aut ſyncope ſpiritu vitali reſoluto.

Ab aquæ potu citatus fuit aluus diarrhœa bilioſa, vt fieri ſolet in ardentibus febribus poſt aquæ gelidæ potum, præſertim ſi humor non diſtet nimis à naturali regione, & habeat communionem cum illa, vt habet vena caua per communionem cum porta, & meſereo. Miratur Phrigius, quòd aluus ab aquæ potu lubrica fiat, dicente Hippocrate 3. *de victu acut. text. 4.* quod aqua aluum non moueat. Reſpondet id eſſe verum de aqua moderata, non de copioſa; hæc enim ſi tenuis ſit, aluum ſollicitat, & lubricat, vt docuit Hippocrates *lib. de aëre, aquis, & locis*, iis verbis. *Quæcunque aquæ optimè coctæ ſunt, & facilè liqueſcunt, eas par eſt, & ventrem maximè exoluere, & eliquare; quæcunque verò crudæ ſunt, & minimè benè coctæ, magis conſtringunt ventres, & reſiccant.*

E Sed ſolutio non videtur idonea; nam ſententia *de victu acut.* omni aquæ conuenit, & cùm medendis morbis optima, & melior ſemper eligatur, conſtat de optimis ſermonem habuiſſe: & ſi ob frigiditatem aluum indurat, & ſtercora denſat, viaſque occludit, cùm hæc incommoda certiùs ſequantur, ſi agens creſcat; videtur quod aqua copioſè corpora induret plus & ſtercora denſet. Et cùm nunquam frigidior quàm per morbos acutos concedatur, fiet in illis maior concretio. Scire licet, quod in febribus æſtuoſis aquæ frigiditas poſt primum occurſum remittitur nimis à calore viſcerum, & hic multò plus à frigore aquæ: calor verò ante aquæ attemperationem, trahit ad ſe violentiſſimè omnia,

omnia, & retenrio firmiſſima redditur: aqua verò etſi à calore febrili, vt frigida, remittatur, non tamen vt humida, quia teſte Galeno, nunquam humiditatem amittit: ergo in magna copia iam attemperata humectat nimis partes quas attingit, & ſic retentrix debilitatur laxatis fibris tranſuerſis. Debili iam retentrice, expultrix ſtatim reiicere debet, quæ retinere retentrix non poteſt, ſicque expelluntur moleſta. Si verò concipias: præ nimio calore corpus rarefactum eſſe, & velut ſpongiam imbibere in ſe humores totius, intelliges tunc per frigiditatem aquæ totum roborari denſatum, & ſic expellere poſſe quæ antea non poterat, ad cuius impotentiam conducebat non parum ingens illa diſtemperies, ſi hæc actum propriæ virtutis deiicit. Calor ergo trahens violenter, & retinens, aut laxando totum rarefactione, imbibunt partes, & abſorbent humores in ſe, & debilitanda expulſio excrementorum ceſſat, præſertim ſi ſpiritus rareſiant nimis, & influere ſatis non poſſint, quæ ceſſant bibitâ aquâ, & roborata natura trudit, quæ antea non valebat: ſæpè etiam natura moleſtata ab acrimonia fuliginum, velut doloroſa ſe aſtringit, & vnit, vt ſolet in omni moleſtia, ſicque expulſio ceſſat. Bibitâ verò aquâ, tollitur moleſtia, laxatur; & ſe expandit voluptuoſa illa ſenſatione, & viæ recluduntur, vt moueri liberè humores poſſint; quod præſertim contingit ſi à calore ſqualido inducta ſit ſiccitas, poros, & vias occludens denſando. Nec eſt dubitabile, quod craſſa bilis, & vſta diluatur à potu copioſo, & mobilior, labiliſque reddatur; tot ſunt rationes expulſionis à potu gelidæ.

Contingit ſæpè bilem vſtam circa cauam iecoris partem ſtabulantem, cardialgias cum magna ſiti cauſare, aut circa inteſtina ſuperiora, & collum abundare, & dolorem ſatis moleſtum lumborum inferre; lumborum enim regio vſque ad os ſacrum extenditur, in quo euentu magno auxilio datur aqua gelida, habetque tunc vim repellentis remedij, deorſum ſaburram totam vſtorum, & mordacium compreſſione repellens. Et ſi frigidi intenſi primum occurſum conſideres, & in multa copia, ob quam multas partes attingit, inuenies etiam habere aquam gelidam vim irritantis auxilij, expultricem incitantis non leuiter, ſicque validas diarrhœas à frigidæ occurſu quotidie experimur; Meton autem biliosa, tenuia, & ſubrubra reiecit. Subrubra illa ſunt, quæ bilem rubram Auicennæ oſtentant; fiunt verò quando præ magno incendio ſanguis corrumpitur; & pars pinguior in bilem rubram, aut ſubrubram mutatur, materiam ex qua genita fuit declarant; nam vt docuit Hippocrates *5. epid. ſect. 5. text. 14. Biloſum à pingui, aut ex pingui.*

Die quarto omnia exacerbata fuerunt, & cùm deiectiones biloſæ permanerent, & ſimul natura per ſanguinis fluxum ex naribus materiam peccantem reiicere ſatagebat, grande irritamentum oſtenditur, in die critico per duas regiones euacuationem diuerſæ materiæ celebrare, quo impetu ſuadetur dies decretorios ſemper naturæ auxiliari, & fauorabili aſpectu hoſtes illis diebus debellare procurat; intenta verò magis deiectioni deorſum, parua fuit per nares excretio, & lentè proceſſit. Nos huius diei non potuit non eſſe grauis, & moleſta, vt eſt totum tempus in quo natura ad criſes ſe præparat, nam quinto die è nare dextra ſanguinem affatim pellens, & ſudore innundata, febrem tam grauem fugauit: iudicium quidem mirabile, cum vrina ſubnigra, & ſedimento ſubnigro, & in die tam celebri, & contemplabili in ordine ad ſeptimum, in quo mors meritò timeretur, ſi cum ſignis coctioni repugnantibus in febre tam graui ſeptenorum quartus eſt index. Et Mercurialis miratur ſtaticus, & clamat, quod ratione huius vrinæ Meton periturus erat, ſi vera ſcripſerunt Hippocrates, & Galenus damnantes vrinas nigras, vt exitiales.

A Valleſius reſpondet, quòd nigræ vrinæ non erant ſignum mortis, ſed paſſionis. Mercurialis, quod illa nigredo non erat intenſa, ſed exigua, ſignum quidem fortis expultricis, potiùs quàm mortalis incendij, conſtatque dicit ex aliis hiſtoriis, non paucos cum nigris vrinis ſeruatos fuiſſe, factis talibus non propter ſimplicem vſtionem, ſed ob commixtionem humoris nigri. Qui dubium non ſoluunt de tam acuta febre quinto iudicata, quæ à ſucco melancholico naturali creari non potuit, hic enim tam acutam febrem & citò terminabilem cauſare ignorat, cùm ſemper diuturnarum paſſionum ſit author; & quia difficilimè accenditur, quarto die repetere, omnes cum Galeno tenent: & ignoto vrinam præternaturalem, quæ non ſit ſignum paſſionis, & vt erit paſſio ſignificata, erit etiam vrina
B ſignum mortis, aut non. Quòd autem exigua putredo expultricem fortem oſtendat, minùs capio, cùm potiùs contrarium ſignificet, quia exiguum humorem nigrum expulſum innuit.

Galenus in hiſtoriæ expoſitione ſcripſit, ex hiſtoria deduci, largas ſanguinis de naribus profuſiones ferè liberare; nam ab ea ſola euacuatione Meton liberatus, & ſeruatus apparet, quamuis non omninò tuta ſigna haberet. Planè tamen Galenus mentitur, ſi deiectiones biloſæ, tertio, & quarto die apparuerunt, & quinto ſudauit abundè, imò & die ſecundo poſt aquam epotam, largè aluus effluxit. Quomodo ergo ſola ſanguinea euacuatio eum liberauit à febre, nam à recidiua meritò dicitur, quia ſola illa euacuatio poſt
C iudicium apparuit.

Iudicium noſtrum eſt, rectè poſſe febrem ceſſare cum ſignis cruditatis, & contrariis etiam coctioni, ſi natura materiam antecedentem ad focum tranſmittendam, vt nouas acceſſiones ſuſcitet, extra corpus reiiciat; & hoc Metoni eueniſſe; quia à die ſecundo ſemper expulſionem materiæ vſque ad perfectum iudicium continuauit, & poſt iudicium etiam, ne febris iam iudicata rediret. Ratio eſt à priori: nam dum ſemel acceſſio prima ceſſauit, ſi non mittatur ad focum putredinis noua portio humoris, non adueniet acceſſio alia, ſed reſolutâ cauſâ prioris acceſſionis, euaneſcit omninò febris: ergo ſi portio ad focum mittenda, vt alia acceſſio ſuccederet, mittatur extra corpus,
D non repetet noua acceſſio, ſed omninò febris deſtruetur, quandiu durabit expulſio antecedentis materiæ extra corpus; Hoc in Metone ſagax natura operata, & febrem finiuit euacuando per aluum, per ſudorem, & plus per fluxum ſanguinis; & hunc poſt iudicationem reiterando, recidiuæ etiam obſtaculum poſuit: interim verò quod natura antecedentem materiam reiicit, cinericium foci putredinis reſoluit, & modo poſſibili emendat; & concoquit, ſicque recidiua impeditur.

Ex Metonis hiſtoria firmatur doctrina noſtra, nimirum quod quando recidiua timetur, ſit ſecanda vena, & non expurgandum, ſi febris quando ceſſauit, erat in ſtatu cruditatis petente vlteriorem ſectionem
E venæ, nam in ſtatu in quo febris reditura ceſſauit, ſimilis indicatio inuenitur ex diſpoſitione radicis morbi, vt datur ſi febris non ceſſaſſet, & ſic eodem modo operandum eſt. Anno præterito, quo ob malignam conſtitutionem febrium reuerſiuarum innumeri perire, in oppido quodam cœperunt Medici ægros verſuros ad recidiuam expurgare, & omnes occiſi ſunt à recidiuis; mutato verò conſilio, venam ſecatunt, & liberabantur in recidiuis, aut febris non reuertebatur, & in hoc imitati fuerunt naturam per ſanguinis fluxum ex naribus poſt iudicium impedientem recidiuam.

Eſt alius modus, quo natura febrem iudicat, ſine periculo recidiuæ, etiamſi cum materiæ cruditate iudicet: contingit verò quando humorem in foco exiſtentem

A expellit, etiamſi concoctus non ſit; quomodolibet enim focus reiiciatur, ceſſat febris, quia non datur agens humorum corruptiuum, & putrefaciens materiam antecedentem; expulſio verò illa interdum fit in labia, & nares, vt in tertianis præſertim exquiſitis quotidie experimur, de quibus Hippocrates dixit, *Febres in quibus labia exulcerantur, fortè intermittentes*, &c. Interdum verò in aliis partibus abſceſſus fit, & nos vidimus nonnullos iam ferè deploratos vnica ſola deiectione liberatos, alios rigore leuiſſimo, & alios vrinâ præternaturaliſſima reddita. Fuit verò coniectura noſtra in tam paruis expulſionibus focum inuolutum reiici, & ſic præter ſpem euaſiſſe, qui iam deplorati putabantur. Hos varios euentus attendens Hippocrates 2. *aphoriſm*. 19. dixit, B *Acutorum morborum non omninò ſunt certæ prædictiones, aut ſalutis aut mortis*. Et ratio Galeni eſt, quia humor cauſa acutorum nonnunquam ex vno loco transfertur ad alterum: hoc eſt facilè; transfertur verò ob irritationem, qua cogitur natura ante coctionem cauſam reiicere, & humorem in foco ſtabulantem pellendo, ceſſat morbus, quando periculum mortis iam aderat, in cuius aphoriſmi expoſitione ex mente aliorum præſentem hiſtoriam Valleſius tradit.

Finis hiſtoriæ.

A Iudicio inſomnis erat, delirauit, vrina tenuis, ſubnigra, C capitis lotionibus vſus eſt, dormiuit, mente conſtitit, in hoc non erat recidiua, ſed crebrò ſanguis etiam poſt iudicium erupit.

Mirabilis certè caſus, quòd Meton in tam acuta febre mente conſtaret, & liber ab illa, non dormiebat, & delirabat, & hoc eueniebat, quando natura contendebat reiterato ſanguinis fluxu, ne recidiuaret febris; nam durante euacuatione illa, videbatur delirium impoſſibile, ſi dum erat minor, mente conſtabat, cùm tunc abundaret interiùs, & poterat delirium efficaciùs cauſare, & multò magis quia febris aderat non leuiter ad delirandum conferens, vt ſic non videatur ratio Galeni idonea, deliraſſe nempè; quia minùs quàm par erat ſanguinis euacuabatur, & vt plus flueret lotum caput D fuiſſe; quem reliqui Interpretes concordes ſequuntur. Ego verò aliter philoſophor ob adductam à me rationem, nempè quod leuiſſima cauſa delirium mouet ſi cerebrum debile, & ſiccum ſupponat; tale verò erat Metoni ob vehementiam febris, & tot euacuationes tempore tam breui reiteratas; eſt enim extra dubium, quod euacuatio ſanguinea debilitet nimis, tum quia omnes humores indifferenter euacuat. Eſt verò impoſſibile, quod omnes ſimul culpabiles ſint, præſertim quandò humoris melancholici magna copia agnoſcitur, vt in Metone, cuius antidotum eſt ſanguis quartus humor, quia calidus, humidus, & ſpirituoſus, non ſolùm quia totus ſpiritu vitali imbutus eſt, ſed E quia ille ſolus eſt ſpirituum idonea materia, ob id euacuatio ſanguinis ſymptomatica toto genere præter naturam cenſetur, & ſi quod ſentio, liberè publicare teneor, non credam lotiones capitis imperatas eſſe vt plus ſanguinis pelleretur, ſed ad emendandam ſiccitatem, ex tanta euacuatione ſanguinis contractam in capite & ex aliis accidentibus etiam, & febre: & modus loquendi Hippocratis id ſuadet; nam ſi balneis vſus fuiſſet, vt euacuatio ſanguinis extenderetur, non taceret illud, ſed dicit; *in hoc non erat recidiua, ſed crebrò ſanguis etiam poſt iudicium erupit*: ergo ſi crebrò erumpebat, erumpebat pulſus à natura, non ab arte; nam crebræ capitis lotiones nunquam imperantur, vt crebrò ſanguis fluat, præſertim quando iam morbus iudicatus erat, & non poterat Medicus tam crebræ euacuationis indigentiam agnoſcere. Delirabat igitur quia ſicci erat cerebri, & iam debilis, & ſic ex leui receptione vaporum ſiccorum, ſeu vſtarum fuliginum ex ſanguinis melancholici commotione ad ſupernas, vt per nares pellerentur, mens turbabatur, & non dormiebat, & ob id humectato cerebro à lotionibus, & attemperatu dormire cœpit, & mentem recuperauit, & conſtat planè quòd ſi in febre, & vt iudicaretur, tentauit natura euacuationem illam, quod euacuabat cauſam febris, quæ non erat in capite, ſed in toto corpore, & continuando euacuationem poſt iudicium, euacuabat materiam antecedentem, & ex eodem loco, vt recidiua impediretur, & non euacuabat ex capite, vt putant Expoſitores; quin imò deliraſſet; & non dormire cenſeo, quia cerebrum ſpiritu, & ſanguine exhauſtum, & debile, ob ſolam inanitionem mens vacillabat: nam euidenter docui tractatu noſtro de delirijs, ſolam debilitatem cerebri poſſe eſſe cauſam delirandi, ridiculuſque Medicus putaretur, qui plenitudinem ſanguinis melancholici cerebrum obſidentis, & delirium, & peruigilium cauſantis, crebris cerebri lotionibus auferre tentaret. Dubium quidem auxilium, & ſero ſatisfaciens, quando ſola ſectione venæ, ſecuriùs, certiùs, & breuiter, vt ipſe Hippocrates docuit, ſuccurrere debebat; & ſeries verborum hiſtoriæ noſtram ſententiam confirmat; *Capitis* (inquit) *lotionibus vſus eſt, dormiuit, mente conſtitit*. In hoc non erat recidiua, ſed crebrò ſanguis etiam poſt iudicium erupit. Reddendo rationem, dicit, *quia lotionibus capitis vſus eſt, dormiuit, & mente conſtitit, & quia crebrò ſanguis poſt iudicium erupit, non fuit recidiua.*

Dubium ſupereſt à nemine tactum; videbatur enim febris illa, mota per pares, quia quatto omnia exacerbata ſunt, & vt ſuſpicor, potus aquæ gelidæ datus fuit ob vrgentiam incendij diei ſecundi, in quo ſummus vigor primæ acceſſionis incidere debebat, ſi febris per pares mouebatur, & nihilominus die quinto iudicata fuit febris. Deberet verò in die pari iudicari, ſi quæ paribus mouentur, paribus iudicantur, vt docuit Hippocrates 1. *epid. ſect*. 3. *text*. 13. Sed vt docuit Galenus 3. *de criſ. cap*. 5. contingit interdum vt propter irritationem violentam criſis peruertatur, & ſic Metoni contingit, vt conſtat, quia à die ſecundo cœpit natura moleſtari, & nunquam ab expulſione quieuit, ſed quolibet die irritata variè, reiecit aliquid cauſæ donec morbum finiuit, & poſtea crebrò per nares ſanguinem euacuando, non admiſit recidiuam venturam neceſſariò: & quia iudicium fuit ſine ſignis coctionis, & quia in die impari in febre mora per pares, vt eodem loco *text*. 15. Hippocrates docuit.

Curatio morbi Metonis.

ARdentem fuiſſe febrem Metonis, & à multa materia ortam, & peracutam, exactè indicarunt ſymptomata, & quòd die quinto duabus euacuationibus fuit iudicata, multam materiam aſſiduè euacuationes non ſolùm ante criſim, ſed etiam poſt illam ſuadent; prauitatem verò arguit indefeſſa irritatio, quam natura non tolerans nunquam ab expulſione eius quieuit, etiam poſt celebratam criſim; & cum nigræ vrinæ fuiſſent, ſuſpicor ſerum atrabiliarium, & malignum ex vſtione melancholici ſanguinis tam moleſtum naturæ fuiſſe, vt illius expulſionem inceſſanter appeteret, ob cuius prauitatem periculoſo ſanguinis fluxu in ardentibus febribus, vt Auicen. docuit, perire ſolent, & nos etiam in curatione Cauſonis nouiter, vt reor, & vtiliter ſcripſimus: eſt enim totus ſanguis infectione biliosa, ſeroſa, & maligna imbutus, vt in qualibet portione cauſa moleſtiæ inueniatur, & ſic fluere vſque ad ſyncopem ſolet, & mortem. Hanc prauitatem doctiſſimè Galenus expoſuit 6. *epid. ſect*. 2. *num*. 38. ad mentem Hippocratis dicentis, *De ſanguine ichoroſo, quod in paruulis talis, aut in vigilantibus, ſiue malus ſiue bonus;*

nut; deſumpſit Galenus ex Platone in Thimeo dicente; *Ichor autem ſanguinis quidem ſerum, mitis, nigra vero vilis, ſed acida, ferus.* Ichoroides itaque ſanguis vncatur prauam in ſe, ac tenuem humiditatem continens. non aqueam, & morſu carentem, ſed mordacem, & erodentem; hic fluxus ſanguinis periculoſus accidere ſolet particularibus naturis, quas *6. epid ſect. 3. num. 21.* his verbis ſignauit Hippocrates; *Sanguinis de naribus profuſio, aut iis qui ſubuirides, nigrique ſunt, aut iis, qui rubri, & virides, aut ſubuiridibus*: quem locum, & ſequentem Galenus obcuriſſimè explicuit, & parum fructuosè. Valleſius verò doctiſſimè vt ſolet, & fructuoſiùs *num. 19. & 20.*

Iis intellectis periclitari potuit Meton potiùs copiâ ſanguinis per nates aſſiduè currentis, ob malignitatem ſeri mordacis, & atrabiliarij, quam prauitatem aſſidua irritatio non ſolùm in febre, ſed poſt eius ablationem, crebrò repetente fluxu perſpicuè ſatis oſtendit, & multò magis, quod iudicata iam febre delirauit, & peruigil permanſerit, vt notauit Hippocrates *n. 38.* priùs citato: ex qua indefeſſa ſanguinis moleſtia intelliges, quod ſi vt mittebatur extra, ſflueret in aliam partem internam, exitinsè, & deſperatè Meton laboraret, quia aſſiduus erat fluxus, & ferè incoctilis, vt declarauit vrinæ tenuitas cum ſubnigrore etiam poſt criſim perſeuerans; & hæc ſimul ſuadent, lotiones capitis ad moderandam acrimoniam, corrigendam ſiccitatem cerebri, cohibendumque delirium, & conciliandum ſomnum imperatas fuiſſe, quod Galenus, & Phrigius ignorarunt; ſcimus enim ex antiquis Patribus, vapores melancholicos ſine febre mentem turbare, acrimonia, ſiccitate, & proprietate mirabili ſpecies obiectorum ad opus excitante, & vigilias; vnde philoſophus dixit, melancholicos multimodas viſiones, & ſpectra concipere. Nullus huius rei rationem adduxit; nos verò cenſemus pendere ex debilitate nimia cerebri ob ſpirituum defectum, quia melancholici terrei ſunt, & ſanguis ipſorum creationi ſpirituum ineptiſſimus; quo fit, vt præ debilitate, nequeant ſe corrigere, ſed phantaſmatibus propoſitis aſſentiantur, quæ melancholicus humor vehementer excitat, & proteruè, ſicque totum animæ concurſum ad ſe trahunt, & delirare cogunt, vt præ debilitate decipiuntur ſomniantes; eſt enim ichor atræ bilis ſtrenuè fermentatiuus, omnia quæ pertingit commouens; nam vt ex Hippocr. Galenus docet, *6. epid. 1. ſect. n. 38.* pruritum excitat, & vrit, & quod huius naturæ eſt, cerebrum etiam fermentabit, commouebitque violenter ſpiritus, & aqueum ſerum abſumendo, ignauiæ, & torporis authorem, contrarium effectum cauſat attenuando cerebrum, ſpecies ad opus excitando, & debilitando ſimul, vt phantaſmata propoſita concipiat tenaciter, & illis aſſentiendo deliria formet, & varia ſine electione proſequatur. Sic Galenus *comm. 2. de* homoribus *textu. 2* dixit, melancholicis quidem propter ſiccitatem viſa in ſomnis, euidentia prorſus apparent, eſt enim ſiccum cerebrum, defæcatiſſimum, & lympidiſſimum, vt clariſſimè ſe videre putet imaginata, & phantaſtica, & inde reuera eſſe, nam claritas concepti obiecti per imaginationem vt viſi, decipit dormientem vt faciliùs credat ſe verè vidare, quæ phantaſia vt viſa proponit. Ratio eſt, quia vt clariùs percipitur obiectum, trahit concurſum animæ efficaciter ad eius apprehenſionem, & ſic minùs relinquitur concurſus animæ, vt aſſequatur obiectum propoſitum non reuerà, ſed ſolùm à phantaſia propoſitum vt præſens, & ſic indicat, quod præſens reuerà ſit, & circa illud operatur, & diſcurrit velut ſi realiter eſſet.

Ex dictis ſalubres indicationes eliciuntur, & meritò Mercurialis, & Phrigius venam ſtatim ſecant, etſi dubium non leue ſit in mea doctrina motum per pares admittente, quando exequenda erat; nam ſi vigor primæ acceſſionis vſque ad diem ſecundum protrahendus erat, & in illo datus fuit aquæ gelidæ potus & aluus ſtatim multa deiecit, & tertio die biliosa diarrhœa moleſtauit, non datur occaſio ſecura tribus primis diebus pro ſecanda vena, nec in aliis duobus ſequentibus ob eandem rationem, ob motum naturæ per ſanguinis fluxum, diarrhœam, & ſudorem, quibus iudicata fuit febris; & meo iudicio etiam in expulſionibus ſymptomaticis, poteſt, & debet obſeruari aphoriſm. vigeſimus lib. primi. *Quæ indicantur, & indicata ſunt integre, nec mouere, nec nouare aliquid, ſiue medicamentis, ſiue aliter irritando, ſed ſinere oportet.* Quia vt dicitur aphoriſmo ſecundo eiuſdem libri, in perturbationibus mentis, & vomitibus ſponte factis, ſi talia purgentur qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt. Talia verò Metonem euacuaſſe conſtat, ex terminatione ſalubri febris, luctata per euacuationes ſpontaneas: iudicabatur ergo idoneè ſatis à ſolo naturæ impetu, & terminata fuit die quinto, qui extremè acutorum terminus eſt.

Hoc dubium abſoluimus in hiſtoria ſecunda, ex qua quid operandum ſit, accipiendum: Docui etiam, quod quando per pares mouetur febris, & continentem ſemper creſcentem æmulatur, non errabit Medicus ſi in prima acceſſione venam ſecare conſulat, & ſic in Metone imperandum erat, quia copia ſanguinis atrabiliarij moleſtabatur, & febre acutiſſima cum lumborum dolore moleſtiſſimo: occaſio erat in vigore ſummo, vt declinaret antequam in illo colliquans febris fieret, aut maligna corruptio ſanguinis totius ſuccederet, aut impetum in partem principem, aut internam aliam caperet, deſperatamque phlegmonem crearet, quod ſine dubio Metoni eueniret, ſi natura tam irritata, vt erat, non poſſet extra corpus tam moleſtum obiectum reiicere, & hoc imperandum ſecuriùs erat, ſi Medicus agnoſceret tam acutam fore febrem, vt die quinto foret terminanda, cui citiùs occurrere neceſſe erat ob breuitatem periculi; eſtque mihi veroſimilius, nullum magnum auxilium imperatum fuiſſe; & quia natura deonerata non erat per artem, ſollicita, & docta, tam aſſiduis euacuationibus, quod ars erat operatura suppleuit.

Die tertio moleſtauit grauitas capitis cui communi oxyrrhodino occurrendum erat niſi Medicus doctus contemplaretur, ſi dolor ille poſſet eſſe ſignum fluxus ſanguinei per nares venturi, aut ſollicitè meditatus talem fluxum eſſe familiarem febribus ardentibus, & præcipuè à ſucco atrabiliario pendentibus, oxyrrhodinum recuſare, ne fluxus impediretur; & fuit ſummi Dictatoris conſilium 2. *epidem. ſect. 5. n. 94* dicentis: *Si autem delirent, caput irrigare, niſi hypochondria eleuata ſint*: prohibuit enim oxyrrhodino caput irrigare, ſi eleuatio illa detur, quia eſt ſignum fluxus ſanguinis imminentis per nares. Si verò iam natura illam euacuationem tentauit, & conueniens putatur, & oxyrrhodinum applicandum erat, tollendum eſt, vt Hippocrates docet, etiamſi delirent: & vt illa irrigatio ſi fluxus inſtat, prohibetur, ſic etiam lauare pedes, & crura, & cucurbitas affigere: conueniet verò aquâ calidâ interiora narium laxare moderatè, ſed crebrò eadem ſcalpere, & ſi opus ſit, ſternutamenta mouere, & ſi iam incepit expulſio, & vtilis ſpectatur, ſecurius cenſeo aquâ calidâ moderatè, continuò narium interiora laxare, quàm caput totum, vt tota antiquitas docuit, niſi ſanguis craſſus, & torridus totum caput occupet, vt in diſtemperiebus calidis cerebri inueniri ſolet. Quando verò morbus totius, aut inflammatio viſcerum naturalium ſanguineo fluxu iudicatur, non cenſeo ſecurum caput totum lauare, quia totum calefacere non decet, quando corpus vniuerſum mittit in nares, aut viſcus aliud inflammatum, & quia poteſt trahi plus quàm euacuari poſſit per nares; & quia videtur balneum deriuatorium auxilium conuocans

verſus

Digitized by Google

verſùs cutem, & ſic fluxum impedire, ſemperque mihi lotio capitis ſuſpecta eſt ob multa, quæ hic adducere non licet. In die tertio nihil operandum à Medico cenſeo, erat enim diarrhœa biliosa, & variegata, & ſufficiens pro ratione diei, cùm vſque ad quartum extenderetur.

Die quarto bis ex nare dextra paulatim ſanguis fluxit, perſeuerabat etiam diarrhœa, vt in die tertio, & vrinæ nigricarunt remiſsè, in quo die cùm per tres diſtinctas regiones materiam morbi natura minueret, non erat opus medico auxilio, cum ſatis laboraret, & euacuaret, pro eo die, & ſi aliquid ſecurè imperari poterat, erat emulſio frigidorum cum ſero lactis, & ſaccharo ſumpta; iuuaretur enim per lotium expulſiu, & febris attemperaretur, detergerenturque excrementa alui ne hærerent, & tormina, aut vlcus ſuccederent, quæ ſi darentur clyſteribus mordacitatem retundentibus, & leuiſſima aſtrictione conſtantibus, vt inteſtina firmarentur, occurrendum erat, & emulſioni extractæ, in aqua, aut decocto fragorum, addes vnciam ſucci granatorum dulcacideorum, & cum aqua centinodiæ, & puluere margaritarum, optimam & gratam potionem parabis: lotium mouebis, inteſtina firmabis, & acrimoniam retundes. Mirum quòd die quarto non lauerit caput Hippocrates, cùm paulatim ſanguis effluerer, & iudicatio putabatur ſalubris; fortè non fecit, ob rationem à nobis adductam.

Die quinto è nare dextra merus ſanguis affatim effluxit, ſudauit, iudicatus eſt; mirabilem antagoniſtam in Merone ſe oſtendit expultrix, in nullo enim die à ſecundo ceſſauit expellere, donec febrem eradicauit, & vt nuper dicebam, finita iam febre, crebrò fluxum ſanguinis reiterauit, recidiuam præcauendo. Caſus quidem ſtupendus ſi quis alius, & ratus; & vt Hippocrates docuit, docta eſt natura ſine doctore, meritóque inquires, ſi febris mouebatur per pares, & quartus dies criticus perfectiſſimus eſt ex radice cœleſti, & in illo omnia exacerbata fuerunt, cur in quinto criſim perfectam celebrauit, & non in quarto. Solutionem ex ægroto decimotertio libri ſecundi ex Galeno accipies; experimentis ſtabilitam rationem rei tam difficilius racuit, vt ſolet, nos verò ibi more noſtro adducemus præter nuper à nobis adductam.

De morbo Metonis, veriſſimum eſt, quod noſter Valleſius, 1. *method. cap.* 1. ſcripſit, maioris nimirum eſſe artis, ceſſare ab auxiliis dum expedit, quàm facere opportuna; nunquam tamen plus expedit, quàm dum natura tam ſagax agnoſcitur, vt nunquam ceſſet, dum operatur benè: nec terreri Medicum decet, ſi dum incipit operari, non minoretur morbus ſtatim; nam nec quando Medicus, vt decet operatur, ſtatim morbus minuitur, & nihilominus conſilium non mutat, ſed auxilia reiterat, donec morbus ſuperetur, ſic quando natura materiam morbi euacuat, & euacuat ſufficienter eo die, vt plus per artem non euacuaremus, permittendum eſt opus eius, & non innouandum, quia euacuando tantum, quantum ars conſulit eo die, morbum ſuperabit, vt ab arte vinceretur, ſi ſuperabilis eſt, & ſic Metoni contigit; in cuius deſcriptione inuenio, quod Valleſius, & Mercurialis habuerunt codices diuerſos; nam in deſcriptione quinti diei narrant, ex ſiniſtra nare copioſum illum fluxum emanaſſe, Galenus verò, & Phrigius ex dextra, & mihi videtur ſecurior lectio Valleſij; erat enim totum corpus ſanguine melancholico, & acri onuſtum, ſine læſione determinata alicuius viſceris, quia Hippocrates erat obſeruatiſſimus ſtatus hypochondriorum, & ſemper ſi afficiebatur illa regio, narrat illius præternaturalitatem. Nullius verò vitij recordatur, & ſic per vtramque narem effluxiſſe ſanguinem probabilius apparet, vt cum rectitudine totum liberaretur, & id etiam ſudor vniuerſalis totius ſuadet, & perſeuerantia naturæ in fluxus reiteratione.

A Potum aquæ ſecundi diei cenſet Mercurialis datum fuiſſe, vt incendium attemperaretur, non vt poſt illum ſequeretur expulſiu totius cauſæ, vt datur quando in ardente febre ſigna coctionis apparent, de quo latè ſcripſi in cura Cauſonis, & in communi methodo febrium putridarum. Modò aduerto, audaciùs eſſe concedendum, ſi febris cauſa vſta ſit, vſta enim attemperatione magna emendantur, potiùs quàm coctione, quia incoctilia ferè ſunt ob terream naturam, & immoderatam ſiccitatem, vt in quartanis, & carcinomate conſtat, & ſi coctilia ſunt, egent tempore multo, vt vincantur, quod acuti morbi non concedunt, occidentes priùs; quod reſpiciens Mercurialis, dicit, ſumma fœlicitate magnas febres in æſtate curaſſe, dando in ſtatu acceſſionum ante ſigna coctionis, tres, aut quatuor B libras aquæ frigidæ hordeaceæ, vt calore moderato ineptior ſit ad putrefaciendum. Si verò ex putredine ob ſuperfluam humiditatem accendatur febris, cum maiori cautela, & moderatione attemperatiu fiet; augetur enim humiditas neceſſariò, vt putredo propagetur, & rariſſimum cenſeo ex ſimplici, & propria putredine tantum incendium in principio dari, vt tantam copiam aquæ ad attemperationem expoſcat, ſi vera eſt opinio Philoſophorum docentium, quod humiditas caloris actiuitatem retundit, & moderatur; hoc enim vt opinor, ſuſtinendum eſt lege contrariorum, ſi ſiccitas (vt aiunt) eſt caloris lima, de quo latè ſcripſi ſuper caput de corporibus ad febrem præparatis, vt Galenum, & Auicennam defenderem à calum-

C nia recentiorum.

Eſt verò conſultiſſimum ſi in principio dandus ſit potus frigidus, ob vrgentiam caloris, vt miſceatur aliquid deobſtruens, & ad diſtributionem celerrimam conducens; eſt enim in principio vniuerſali corpus obſtructum, & crudioribus excrementis obrutum, & totum ferè ſtipatum, quo fit, vt aqua detineatur in hypochondriis, & obſtructiones geminet, & ſuffocationem vitalis caloris augeat, tota in flatus vertatur, ventrem diſtendat, & vt docuit Galenus, redditur febris deterior, quamuis ad præſens videatur extincta. Hoc mirè præſtat acetum lympidiſſimum diſtillatum, aut ſuccus acidus citri, vel limonis diſtillatus, aut guttulæ D olei ex calcantho, quibus præcipuè vtendum quando putredo ſuccorum febris ſit cauſa, indéque capies, cur in fine vigoris acceſſionum dandus ſit potus, & non in declinatione, vt multi conſulunt; nam ante ſtatum non conuenit, quia in primis duobus temporibus corpus aſtrictum eſt, vt Galenus doctiſſimè docuit, & calor vitalis ſuffocatur, & ſic gelidus potus non diſtribuitur, & cohibitus ſuffocat nimis: declinatio verò non ſine periculo colliquationis, aut permutationis in hecticam, aut corruptionis malignioris humorum ad potum ſperatur, nec datur in illa calor viſcera defendens à læſione primi occurſus tam gelidæ aquæ, quæ omnia deficiunt in partibus vltimis vigoris quando iam tota materia vltimatè inflammata, accensáque E eſt, & ſummè exteouata, corpus totum æqualiter æſtuat, & attenuatum rarefactumque eſt, & ſic in illo omnes vtilitates frigidæ ſine incommodo ſuſcipit.

In Merone iam iudicata febre, impedita recidiua, finitóque ſanguinis fluxu, vt caput lotum fuit ad conciliandum ſomnum, & reuocandam mentem, ſic vtiliſſimum cenſerem corpus totum balneis aquæ dulcis humectare, & ſqualorem remittere, & ſi opus videretur, viſcus aliquod topicis (iecur præcipuè) temperare, corporibus enim melancholicis, & atrabiliariis, magnam opem balneum illud affert, & ſummè recteantur, faciliúſque conualeſcunt; ſiccitas enim ex febre vſtiua, & cauſa illius contracta, per corpus diſtributionem alimenti remoratur, & concoctio illius ob ſiccitatem peſſimè agitur, pinguémque, & acrem ſubſtantiam

create non finit, ſine qua tabes contracta non tollitur. Nec ignoro deſperatas ferè ſemper eſſe affectiones ortas ex melancholia vſta, aut putri, vt Galenus docet *comm. 3. de humoribus, texta 26.* in quo poſtquam aliquos morbos ex ſuppreſſione mariſcarum ortos retulit, ſic Inquitur: *Quorum nulla poſſit inueniri leuatio. cùm humor melancholicus plus, vel aduſtus, vel putris redditus, malignam acrimoniam contraxerit;* ratio meo iudicio eſt, quia iam atræ bilis naturam, & proprietates induit, & vi fermentatiua tam violenta, quà terram in ampullas vertit, ſi euomatur, partes quas tangit eliquat, & depaſcitur, fitque ab eis inemendabilis, & cancroſa diſpoſitione perſeuerante occidit.

In hac curatione Metonis vnum ſingulare conſidero à nemine tactum, nimirum, quod ſi à primo morbi inſultu Medicus aſſequatur fore præ ardore malignum, tentet ſtatim illum reprimere, & ſi poſſibile ſit, in aliam morbi ſpeciem mutare, hoc enim (vt reor) tentauit Hippocrates dando copioſum potum aquæ frigidæ die ſecundo, in ſummo vigore primæ acceſſionis, cognouit enim à primo ingreſſu prauitatem illius, & fortaſſis futura erat febris maligna, & colliquans, & inde interficiens, & ſic non ſperando coctionem, ſed corruptionem, potiùs malignam præ nimio ardore, illum extinxit, vt potuit copioſo gelidæ potu, in vigore primæ acceſſionis, etſi magnum dubium ſit, cur ſanguinem non miſit tunc; nam vt antea docui, timenda erat febris continens perperuò creſcens, cui ſecuriùs ſuccurrit ſectio venæ ſatis magna, auxilium attemperans vt aqua gelida, deobſtruens, & cauſam euacuans, cuius auxilij emiſſionem ipſa natura tam largo ſanguinis fluxu in morbo, & poſt iudicium quinti diei accuſauit; videbatur enim ſic faciendum eſſe, & amiſſione ſanguinis dandum eſſe potum gelidæ, vt Amatus Luſitanus conſulit. Sic putat citius diſtribui, & plus temperare, nos verò extinctionem caloris vitalis à potu timemus, poſt ſectam venam, ſunt enim duo magna remedia pugnantia ſimul contra vitalem calorem; nam à ſolo gelidæ potu læſiones multas interiùs cauſari, experimento Galen. publicat, etiamſi tempeſtiuè bibatur. Verùm in robuſtis medela illa tentari poteſt, quando prima acceſſio tam pernicioſa eſt, vt febris colliquans, aut præ ardore interficiens, & ſuffocans timetur poſtea, ſi ſtatim non refrangatur: eſt enim generoſi Medici periculum tam certò futurum agnoſcere, & præcauere, præcautio verò eſt, febrem tam calidam primo occurſu, ad frigidam febrem permutare, vt Auicenna conſulit, peruertendo propter vrgentiam, regularia, & communia præcepta, vt in Merone peruertit Hippocrates, gelidam in magna copia dando in prima acceſſione, & crudo morbo.

HISTORIA ERASINI.

Eraſinus qui propè Boota torrentem habitabat, igne eſt à cœna correptus, noctem habuit moleſtam; diem primum quietè, noctem laborioſè tranſegit. Altero die omnia exacerbata ſunt, nocte delirauit, tertius dies laborioſus fuit, multùm delirauit, quartus fuit moleſtiſſimus, nocte nihil dormiuit, inſomnia imaginationes, deinde peiora, magna & periculoſa; timor, implaciditas. Quinta die manè recreatus eſt, & omnino reſipuit, multo autem ad meridiem furore percitus eſt; ſibi imperare non poterat, extremitates frigida, & ſublinida A *da; vrina cruda; ad ſolis occaſum obiit; habebat hic febrem perpetuò cum ſudore, hypochondria ſublimia, contenta, vrinæ nigræ; ſuſpenſiones continebant rotundas, non ſubſidebant, venter ſtercus excreuit, ſitiebat continenter non validè, conuulſiones multæ cum ſudore, & ſub morte continentes.*

GALENVS, & Valleſius tam tepidè tantum morbum expoſuerunt, vt non ſine ratione ſugillandi veniant; nullus enim tam pernicioſi ſudoris cauſam attulit, & cur quinto die mortuus fuerit in febre per pares moleſtante; & ſimiliter cur diſtinctus, cùm ſemper natura cauſam B morbi continentet pelleret, vt fecit in Merone ab ea liberatu, cum vrinis nigris, eodem quinto die cum ſudore; hiſtoria etiam meliùs ſcripta eſſet, ſi quæ vltimò narrantur, in principio collocarentur, pertinent enim ad morbi eſſentiam, & proprietatem explicandam, à quibus exquiſita morbi idea, & ab hac certæ indicationum curatiuarum, & auxiliorum deliberationes mutuandæ ſunt.

Laborauit igitur duplici febre, putrida, & ſymptomatica, illa quidem maligniſſima, quia à cauſa vſta atrabiliaria, vt conuulſiones dixerunt, cum vrinis nigris, & turbata mente, cum aſſiduo peruigilio, timore, & tandem fuit furore maniaco occiſus. Symptumatica febris pendebat ex affectu inflammatorio C hypochondriurum, quem ſublimitas eorum, tenſio, & dolor indubitanter ſignificant, à ſanguine vſtione feruente creatum, & nigrum feruore redditum, gibbam iecoris partem opprimebat, vt denotarunt vrinæ nigræ ſine nigris deiectionibus, & efficaciter ſuſpenſiones rotundæ non ſubſidentes, & quod tenſio tam perſpicuè per totum hypochōdrium ſeminata, non potuit à tactu ignorari, quam diſpoſitionem Hippocrates in prognoſticis damnauit, dicendo, *OEdema durum, & dolens, peſſimum quidem, ſi in toto ſit hypochondrio.* Cùi diſpoſitioni opitulatur ſtrenuè fluxus ſanguinis è naribus, quo caruit æger, & fuit eius carentia non leuis occaſio mortis, præſertim ſi vena ob continuum, & inundantem ſudorem ſecari non potuit, ſine qua ſi ſanguis ex naribus D confluat, neſciunt ſedari inflammationes internæ, & minùs iecur, & lienem obſidentes, aut cerebrum.

Tremores malignitatem ſemper ſignificant, & cauſæ acrimoniam neruos lancinantem, & ſunt ferè ſemper deliriorum iam proximorum præcones, vt dicitur *apho. 26. lib. 6. Quibus in febribus ardētibus tremores fiunt, delirio ſoluuntur.* Cauſa enim febris (inquit Galenus) ex venis ad neruos, & cerebrum transfertur, & in aſcenſu ad caput neruos moleſtando, tremores, hoc eſt motus conuulſioos elicere cogit; peruigil etiam fuit æger ob calorem, ſiccitatem, & acrimoniam cauſæ; & ſic non dormire, ſi dolor non ſit, delirium venturum etiam ſignificat, nam vt in prognoſtico; *Peſſimum, nec noctu, nec die dormire, nam aut labore, & dolore vigilabit, aut de-* E *lirium ſuccedit huic ſigno.*

Sed quomodo ſi die quarto nihil dormiuit, inſomnia eſſe potuerunt nam teſte Ariſtotele, inſomnium eſt viſum quod in ſomno apparet. Dormiuit certè ſi ſomniauit, ſed tam breuis ſomnus eſſe potuit, vt propter breuitatem nihil dormiſſe dicatur, aut nihil dormiuit, per noctem intelligatur, potuit verò interdiu dormire, & in ſomno imaginationibus & inſomniis moleſtari.

Dubium etiam eſt, quod timore conflictus in quarto, maniacus in quinto appareret; ſunt enim timor, & furor paſſiones oppoſitæ, nam furor atram bilem, timor melancholicam naturalem ſignificat: Sed hoc non implicat, rarò enim atra bilis abundat, quin plurimùm detur melancholiæ, vterque enim humor, Galeno teſte,

a

à calore maiori moderato creatur, & partes terreæ cuiuſuis viti, non æquè vt calidiores, & inflammabiliores viuntur, neque calidiſſimæ fiunt; remanent ergo ſicciſſimæ, ſed non calidæ, vt ſororem moueant. & ſic dum calidiores reſolutæ ſunt, quia reſuluuntur faciliùs, remanent terreæ, & timores cauſant, qui io ardentibus febribus ægros crebrò moleſtarunt, vt tempeſtate tertia 1. *epid. ſect. 2. num 75.* Hippocrates retulit. *Multum* (inquit) *delirabant, timores, mæſtitia,* &c. In cuius loci expoſitione ſic Galenus loquitur, *Timores verò magnopere acris, & denſtæ flauæ bilis ſymptomata ſunt:* verba quidem difficillima, ſi maniæ cauſa nulla terrior ab omnibus agnoſcitur, quàm bilis magnopere vſta; explicanda verò ſunt, vt nuper docui: ſunt verò peſſimi timores in febribus ardentibus, ſi inter vigilandum moleſtent, quia grandem copiam cinericij melancholici innuunt, & per conſequens inſuperabilem ferè morbum eſſe, quia extenſam nimis vſtionem ſanguinis totius ſignificant, quam planè indicarunt acceſſiones per pares illius tempeſtatis, nunquam ſine magna copia cauſæ antecedentis, & coniunctæ euenientes: nam ſi timores ex ſomno orti, ab Hippocrate damnantur, 4. *aphoriſm. 67.* vituperandi ſunt magis, & timendi, ſi per vigilias eueniant, quia fortior non dubiè eſt cauſa, vigilantem, quam dormientem decipiens; ob id in hiſtoria præſenti, dicit Hippocrates; *Deinde peiora, magna, & periculoſa, timor, implaciditas.* Eſt verò implaciditas ſymptoma pernicioſum, non permittens ægros quieſcere, ſed inceſſante motu decubitum mutant, quos anxios Hippocrates 1. *aphor. 56.* nuncupauit, cuius cauſa frequentiſſima eſt oris ventriculi morſus, à prauis, & malignis icoribus in tunica eius imbibitis; ſymptoma quidem iecori inflammato communiſſimum, præſertim ſi caua para ſit affecta. Eſt ergo implaciditas pernicioſa vt cauſa, ob inquietudinem, & motum aſſiduum vires proſternentem, & quia ori ventriculi cor tam promptè conſentit, vt idem putetur cor pati, & pati ventriculi os, & interdum grauius eſt os illud affici, quàm ſi cauſa illa in corde daretur, ſi lædit dolorem inferendo, quem cor pati non poteſt.

Quinto die manè recreatus eſt, & mente conſtabat, nam paraphrenitici raró in initio, & fine acceſſionum delirant, ſed ab augmento ad vigorem, quia grandis exceſſus caloris requiritur in illa parte, vt cerebri actiones deprauentur, qui in initio, & fine non datur, quando per conſenſum patitur, ſi ſepti inflammationem excipias, poſtquam ſemel delirare cœperunt; parum enim à continuo delirio differt delirium ſepti, vt Galenus docuit; creſcente verò acceſſione maniacè delirauit, & ſe continere non poterat, arbitror, quia natura decubitum pernicioſum atræ bilis ad cerebrum fecit, ob quem tam breui occiſus fuit; nam iuxta periodicationem per pares in die ſexto animam agere debebat: quando verò bilis atra violenter in cerebrum mittitur, ſi membranas lancinet, quia ſunt nimis ſenſiles, ægri tormentum percipiunt, & ſic delirant, & vociferare clamosè ſolent, neſcientes referre quid ſentiant; cuius euentus exemplum traditur 1. *lib. epid. n. 30.* in puero phrenetico, qui die ſeptima, iactabatur manè cum clamore magno, & 5. *epid. n. 81.* Cononis ſerua ex capitis dolore mente mota eſt, vociferatio, clamores multi, rarò quies, circa quadrageſimum mortua eſt; huic violento aſcenſui in cerebrum ſuperuenit extremorum frigiditas, & liuor; deficiente vitali calore partim attracto ad loca inflammata, partim extincto, & extrema mori cœperunt, obijtque ad ſolis occaſum ad finem ſcilicet diei quinti, & ſexti introitum, vt ſic concilies Author, ſi nam Valleſius in ſexto mortuam fuiſſe dicit, Mercurialis ad finem quinti completi, eadem ſcilicet hora in qua ægrotare cœpit, quia ægrotauit à cœna.

Febricitauit cum ſudore perpetuo, à quo ſympto-

A mate in excretis cognomen ab antiquis febres ſuſceperunt, ſudatoriæ appellatæ; ſymptoma quidem pernicioſiſſimum, quando morbum benè non iudicat, nam præterquam quod vires breuiſſimè exſoluit, eſt idoneæ curationi terribile obſtaculum. Nota, quod ſudor totum corpus contaminat, nam à centro per circumferentiam totam quando malignus eſt, diſtributus, alimentum, & rorem omnium partium inquinat, & eſt euacuatio vniuerſaliſſima, quia totum occupat, & ſic grandem copiam vitalis ſpiritus ſecum defert, & diſſipat. De huius ſudoris cauſa non leuis dubitatio eſt, ad cuius reſolutionem contuliſſet nimis ſi qualitates rei excretæ Hippocrates narraſſet, an frigidus, an calidus, glutinoſus, vel aquoſus ſudor appareret. Eſt verò probabi-
B lius calidum fuiſſe, frigida enim ſymptomata vt pernicioſa in acutis tacuit nunquam Hippocrates, vt modò de frigore extremitatum notauit, cenſeoque probabilius diaphoreticos fuiſſe, ob nimium incendium, de quibus 1. *prognoſt.* in tranſlatione Valleſij ſic exarauit Hippocrates, *Noſſe autem oportet hoc in vniuerſum de ſudoribus, quoſdam fieri præ corporis diſſolutione, quoſdam præ inflammationis vehementia*; qua moleſtatum fuiſſe Eraſinum certum eſt, ſiue vt putauit Mercurialis continente creſcente perpetuò laborauit, quod minùs mihi probatur, ſiue ardente maligna, vt eſſe ſolet ex viſcerum inflammatione, qua Eraſinus laborauit, continentes enim febres ſine determinato loco patiente creantur, in quem humores confluant, vt 1. *os capite de febre ſangu.*
C docuimus. Et vt cenſeo, nullus quem legerim ante nos explicuit modum quo tres illæ ſpecies conſtituantur, & tota earum conſtitutio vnica ſolùm acceſſione abſoluatur, quæ locum patientem excludit, quia cum illo acceſſiones diuerſæ ſemper repetunt. Incendium igitur viſcerum ſuccos, & corporis vtiles humiditates liquauit, & attenuauit tam validè, vt per ſudorem pellerentur, vt nos ex mente Galeni tractatu de febribus colliquantibus docuimus; indicium eſt ſudoris pertinacia per totum morbum abſque commodo vllo, imò exitioſiùs ſemper ægro affecto, tam grauibus, & funeſtis ſymptomatis, vtiles ſubſtantias liquatas confertim corpus totum ſine intermiſſione inundaſſe.

D Dubitat Mercurialis, quod in tam ardente febre, licèt eſſet ſatis continua, non eſſet nimis intenſa, & docet, quod focus non erat in vitali regione, ſed in naturali: magna verò ſitis teſte Ariſtotele excitatur quando regio vitalis ardet. Solutio non ſatisfacit, nam ſi os ventriculi eſt ſenſorium famis, & ſitis, humidum conſumptum illius, eſt ſitis occaſio, ſi focus in illo, aut in parte iecoris caua ſtabuletur, clamoſa ſitis aderit, & intenſior quàm ſi vitalis regio afficeretur; Galenus enim qui inextinguibilem ſitim vt ſignum eſſentiale cauſi repoſuit, explicando partes potentes habere rationem foci 1. *de victu acut. text. 1.* hoc ordi-
E ne illas recenſet in ordine ad ſitim cauſandam: omnium autem primum, & maximè id facit os ventriculi, deinde ventriculus, atque ab eo ſtomachus; poſt pulmo, & ſubinde ieiunum inteſtinum. Et ratio eſt euidens contra Mercurialem, quia ſitis ſine oris ventriculi læſione excitari nequit, & cæteris paribus ex parte morbi, plus patitur pars ſi primariò afficiatur, quàm ſi per conſenſum: aut admittendus eſt effectus intenſior in parte diſtante, quàm in proxima. Dico igitur, quod delirantes ſitiunt moderatè, & interdum non ſitiunt, etiamſi cauſone opprimantur, ob defectum aduertentiæ, ob quam paucibibulos appellauit illos Hippocrates. Deinde colliquati, & inundati ſudoribus aſſiduis, ſemper ſunt madidi ſuo modo in lingua, & gula, imbuuntur enim partes omnes liquatis humiditatibus, & ſic mitigatur ſitis; nam ſi tuſſis ſicca in febribus vſtiuis, & ſiticuloſis, ſitim moderatur, vt *aphoriſm. 54.* libri quarti dicitur, melius moderabitur, ſi

humi

Digitized by Google

humiditates liquatæ partes faucium gulæ, & aſperæ arteriæ irrigent,

Vrinæ nigræ ab viſtione emanabant, & tandem conuulſionibus multis, & ſudore, iam morti vicinus ſpirauit. Deducitur verò ex tam vehementibus conuulſionibus, quando iam ferè extinctus erat, quàm acris, & maligna fuerit cauſa febris, ſi hominem ſemimortuum, & delirantem, vt eius acrimoniam conciperet coëgit. Putat Mercurialis, quod hic ſudor non fuit diaphoreticus, ſed ſyncopalis à priori diuerſus, & ideò velut quid diuerſum enarratum fuiſſe; quod mihi non probatur, eſſet enim frigidus ſudor, & id animaduertiſſet Hippocrates, vt antea docui. Cenſeo igitur narraſſe, quod vidit, & ſi aliquid diuerſum à priori ſodore contraxit, fuit eſſe maiorem diaphoreſim quia in vigore incipiente acceſſionis obiit, & ſic cum incendio maiori, & hoc clarè indicauit delirium maniacum illius acceſſionis, quod antea non habuerat, & indè reſolutus obiit, vt pereuntes in vigore ſummo; calidiſſimus extra, intus verò vitali calore depauperatus, & hi citiùs interdum pereunt, quàm frigidum exſudantes, vt alibi docuimus. Nec te terreat quod Hippocrates *1 de morbis* circa finem, doceat, quod pereuntes ardente febre pereunt ſiccati, reſiccantur verò prius partes extremæ, manus, ac pedes; deinde partes ſicciores, vbi autem humiditas ex corpore penitus fuerit exuſta, & reſiccata, ſanguis quidem congelatur penitus, & perfrigeratur, reliquum verò corpus exſiccatur, & ſic homo moritur, benè enim compatitur reſiccari corpus ſubſtantificè, & ſudore copioſo madefieri; imò nunquam ſiccatur plus, quàm quando ſudor ex colliquatione creſcit, quia creſcit elambicato corpore ab igne febrili, & euaporata præ incendio vtili humiditate, manet interiùs corpus exſucce, vt manent talia omnia poſt diſtillationem in alembicí fundo.

Curatio morbi Eraſini.

SI Galenus *1. ad Glauconem c. 14.* ſudoris complicationem cum febre acuta expoſuiſſet, & indicationes curatiuas ordine exequendas, vt in aliis complicationibus docuit, ſtatueret, magni momenti doctrina, & methodus fuiſſet, & à tanto labore, & complicatione difficili excuſaremur. Proponam igitur mentem noſtram in argumento tam arduo, in quo Medici honor, vt vita ægrotantis æquè periclitatur.

Eſt in primis certum quod ſudor à morbi initio ſemper fluens ſi multus ſit, ſignificet cauſæ ingentem copiam, ſi Galeno credendum eſt, exponendo enim hunc aphoriſmum quadrageſimum ſecundum *lib. 4. Sudor multus calidus, vel frigidus ſemper fluens, frigidus magis, calidus minùs ſignificat morbum*; ſcripſit; Indicant quidem vtrique multitudinem adeſſe, ſed alteri frigidam, quæ peiores ſunt, alteri verò calidam, quæ minùs illis ſunt exitiales; Quorum Authorum doctrina de ſudoribus ortis à ſola morbi cauſa, à calore noſtro, aut febrili attenuata, intelligenda eſt, non de ſudore orto à colliquatione vtilium humiditatum, vt in noſtro infirmo contigit.

Frigida multitudo, quæ nec à calore febrili, neque à natiuo calefieri poſſit, vt Galenus cenſet *aphoriſm. 37.* eiuſdem libri, dehortatur nimis venæ ſectionem, eſt enim ſuperantia frigida, concoctionem, & expurgationem expoſcens, non minuere ſanguinem, & quod ſectio venæ in hoc caſu deducat ad pituitoſorum cruditatem, vt docuit Princeps, omnes admittunt; de calida verò copia maior dubitatio eſt, quia authore Hippocrate *1. de morbis*, ex minori malo procedit, hoc eſt, non arguit tantam cacochimiam vt ſudor frigidus, verba ſunt. *Calidus quidem de percalfacto malo, & excuſto, & attenuato, & debili, & non valdè multo ſecernitur; & neceſſe eſt ipſum calidiorem ex corpore excerni: frigidus autem de maiori malo ſecernitur, & de eo quod reliquum eſt, & adhuc validum, & nondum putrefactum, nec attenuatum, nec exuſtum, & frigidior, ac craſſior, & graueolentior prodit.* Ex quibus rectè intellectis, deduces, quod Galenus non fuit adæquatè, doctrinam Hippocratis interpretatus, quia non dixit ſudorem frigidum emanare, eo quod frigidæ materiæ ſit multa copia, ſed quia materia ſit valida; & nondum putrefacta, nec attenuata, nec viſta, & propterea ſudor frigidior, & craſſior, & graueolentior apparet, & prodit, ac per conſequens cum quolibet humore naturam vincente poteſt dari frigidus ſudor, & cum quolibet victo, poteſt calidus dari, & inde ſudor frigidus cum acuta febre mortem ſignificat, quia ſignificat calorem vitalem à cauſa morbi ſuperatum eſſe, quod in acutis paſſionibus mortale ſemper ferè fuit, quia vbi datur ſudor frigidus, arguitur humoris copia naturam ſuperantis, & longo tempore indigentis, vt ſuperari poſſit, quod morbi acuti nunquam concedunt, & ſic ægri pereunt.

His ſuppoſitis in caſu Eraſini, cenſeo quòd ſi Medicus inflammatum totum hypochondrium ſtatim concepit, & febrem vehementem eſſe, vt Hippocrates narrat, conſtareque vires, tenebatur ſtatim venam ſecare, ratio eſt, quia incendium erat magnum, colliquans, cum viſcerum phlegmone, quæ deſperata mala ſunt, & incurabilia ſine tanto auxilio, & ſecta vena, incendium tepeſcit, fluxus ad viſcera cohibetur, ſequunturque commoda omnia maiori ventilationi debita, & vt calor minuitur, colliquatio remoratur, & corruptio ſuccorum maligna impeditur, ſecabitur vena interna ſi non detur impediens, & primò ex eo latere quo læſio maior hypochondrij inflammati apparet, & ſi totum æqualiter patiatur, ex dextra baſilica, ob partis principatum, cui celeriùs, & magis tenemur occurrere, quia citiùs occidit: ſi verò iecur ſolum patiatur, aut ſolus lien, & ſemel detur febris putrida, & ardens cum malignitate, dubium eſt, ſi ſit ſecanda ſemper vena affecto lateri reſpondens, aut ex vtroque brachio, ob putridam febrem toti corpori communem. Reſpondeo, quod inflammatio iecoris, ſi ſit conſiderabilis, habet ſemper rationem vrgentis, quia ipſa ſola exitialis eſt, ſi conſiderabilis ſit, & inde ſemper ex baſilica dextra ſanguis mittendus eſt, aut ex ſaluatella, quando indicatio eius accedit, & in hoc ſollicitè attendes, ſi primò incepit inflammatio, & contagium putredinis maſſæ ſanguinariæ communicatum fuit à putredine cauſæ inflammationis, in quo caſu indubitatum eſt, quod ſemper ſit ſecanda vena à iecore inflammato expetita. At ſi febris putrida præceſſit, aut ſimul inuaſit, vt ſolet, vt eodem tempore, ſigna putridæ febris, & iecoris inflammati appareant, & vitium vrinæ clarè oſtendit putredinem vaſorum inſignem, aut malignam eſſe, tunc ſi inflammatio vrgens non ſit, ex brachio vtroque ſecanda vena eſt, in initio præſertim morbi, quando inflammatio eſſe non poteſt tam magna, quòd vrgeat; præſertim ſi probabilior appareat opinio ſecantium venam in initio in latere oppoſito, vt in pleuritide Arabes cum ſuo Principe putarunt. Credes nihilominus, quod ſit rariſſimum putredinem vaſorum totius pendere à putredine inflammationis, ſed ferè ſemper putredinem inuaſiſſe prius maſſam ſanguinariam, & hanc in iecur tanquam in focum expelli, quas febres comitatas Platerus appellauit, quia ſemper adiunctam habent aliam paſſionem, velut morbum diuerſum, viſcerum ſcilicet inflammationem.

Hæc praxis obſeruanda venit in ſudoribus ortis ex vehementia inflammationis, vt diximus ex Hippocrate *1. prognoſt.* nam venam ſecando occurrimus cauſæ ſudoris, vt debemus; cùm magnum auxilium ſit ſectio venæ ad moderandum incendium internum; quo exiſtente non poterit tantus ſudor emanare ex corporis

debilitate; quæ fuit alia cauſa ſudoris mali, ex mente Hippocratis loco allegato, cui ſectio venæ pernicies erit. Excluditur ſimiliter copia magna ſeri, vt cauſa tanti ſudoris, ſi adeſt magnum incendium; hoc quidem implicat cum tanto ſero, quia non eſt inflammabilis ſanguis multo ſero imbutus, vt docet aſcitis, & quotidiana exquiſita, in cuius declinationibus docuit Galenus 1. *ad Glauconem*, ſudores non dari, & ob id minus puras eſſe declinationes, vt indè intelligas ſudores frigidos non pendere ex frigida materia neceſſariò, & in caſu in Eraſini venam ſecarunt Mercurialis, & Phrigius, & hic Medici aſſiſtentiam commendat dum vena ſecatur, vt tangendo pulſum non permittatur fluor plus quàm vires permittunt, & notet ſollicitè, ſi à ſectione facta ſudor creſcat, vt non reiteretur ſanguinis extractio, ſi verò remittatur, reiterabitur.

Interim verò, & quando vena funditur, aër frigidiſſimus, vt per artem ſecurè poteſt, parabitur, & nihil vtilius quàm linteo aqua roſ. rubratum, plantaginis, & centinodiæ frigidiſſima imbuto, aërem aſſiduè mouere, vt nouus ſemper accedat frigidior, & qui iam à corpore calefieri cœperat, ſeparatur, vt impetu delationis, & impulſus penetret intus, vt denſentur ſecurè non ſolùm cutis ſpiracula, ſed & caro ipſa: in balneum verò frigidum ægros immittere, vt Phrigius conſulit, temerarium cenſeo ob extinctionis certum periculum, cubiculum tamen niue repleri, vt aër inſpiratus geletur ſatis, arridet mihi, nam in materia tam tenui offendit minus, & cor, & pulmo aſſiduè recreantur, craſſioréſque creantur ſpiritus, & minus exhalabiles; æger ſemper hiet, ne aër inſpiratus in tranſitu extenuetur, & attractio frigidorum vaporum intus impediatur, & os totum algido aëre plenum refrigerat magis interna.

In cura huius mali notat Mercurialis ex Philoſopho, febricitantes quietos eſſe debere, quia motio eſt ventilatio quædam, & ignis augetur, vt in externis conſtat. Præceptum in noſtro caſu perniciosum, quia quies ſemper cutem dilatat, & rarefacit, eo quod excrementa calida à corpore expulſa, applicantur aſſiduè, & magis corpori quieto, & plus permanent, & in maiori copia, quo fit, vt ſudor creſcat. Mutandus ergo eſt lentè decubitus, ne cutis nimiè rareſiat aucto calore, quando illam denſare intendimus. Nec exemplum Ariſtotelis tenet in nobis, vt in igne externo, hic enim gliſcit ventilatus, quia fauilla, aut fuligo illum ſuffocans, & corrumpens ſeparatur aëris impulſu; in nobis verò cùm ſit ignis interiùs, ventilatio verò extrinſecus ſolum alteret, clauditur potius via per quam exhalat fuligo, & ſic creſcit interiùs, exteriùs verò remittitur; & quia per ſudorem ſimul exhalant cum excrementis vitales ſpiritus, cutis ventilata, & aëri expoſita denſatur, & cohibetur vitalis ſpiritus diſpendium, éſtque non dubiè in tam aſſiduo ſudore rarefacta, & aperta pluſquam naturaliter debeat; & ſic frigore externo denſata, ſtatum naturalem reſtaurat.

Secundum notat, quod febricitans flatui (hoc eſt aëri moto) aduerſus non ſit, quia flatus excitat flammam, & in immenſum auget, quod ſimili ratione impugnatur; nam flatus ſi febrem auget, & ob contrariam rationem, quia nimirum cutem occludendo, obſtat exhalationi fuliginum, & hoc intendimus in morbo Eraxini, ob quod deſperatus ferè eſt, quia ſi cutis non occludatur, animam halat, & ſi occludatur, creſcit febris, & tandem ſuffocato calore periclitatur.

Tertium notat, quod febricitans ſit coopertus, quia vt ignis coopertus, vt perſpirare nequeat, facilè extinguitur, ſic calor febrilis cohibitus ſuffocatur, & ceſſat: ratio tanto authore indigna, quia febricitans coopertus, cùm ſit calidiſſimæ cutis, & plus perſpirabilis, ceſſat febris contraria ratione, quia ſuffocata cauſa ceſſat, tenebatúrque aduertere, quod eadem cauſa, quæ ſuffo-

A cando calorem febrilem extinguit, extinguit etiam ſimul, & ſuffocat vitalem calorem, & inde cum febri extinguitur vita.

Non timet Mercurialis vſque ad animi deliquium ſanguinem mittere, acutiſſima enim erat febris, & in ſua opinione continens perpetuo creſcens, & ſimul cum inflammatione magna hypochondrij totius, in quibus paſſionibus antiqui Patres ad deliquium euacuare commendarunt. Ego quidem ſi tam perſpicax Medicus eſſet, vt in primo die acutiem, & grauitatem mali agnoſceret, & hypochondria inflammari concipetet, operandum eſſe vt Mercurialis docet cenſeo; ſecutius verò erit, ſi prima ſectio ad deliquium non ſit, ſit tamen magna ſatis, & breui reiteranda. Ratio eſt, quia in primo die non poteſt eſſe interna inflam-

B matio tam grandis, vt ad deliquium euacuari petat, & reuulſionis leges in principio fluxionum tantam euacuationem ſemel celebratam dehortantur. Inter vnam, & aliam ſectionem leui cibo recreabitur æger, vt ſecundam ſecuriùs ferat, & quod Phrigius timebat, vt tam larga euacuatio fieret, me mouet vt fiat: timor ex ſudore oriebatur, ille verò me impellit vt ſtatim copioſiùs euacuem, nam principia morbi tam lethalis, indicant præcautoriè tam grauiter, & vrgenter, velut ſi præſens ſit, quod timetur; nam ſi quod timetur, eueniat, mors indubitata erit. Egregiè igitur, & animosè operandum in morbi tam periculoſi prima inuaſione, ſi præcaueri pericolum debet, & hoc eſt

C quod Galenus vocauit vnico remedio iugulare febrem, ipſe præſentem, nos venturam, quod eſt laudabilius, licet non tam perſpicuum, nec tam laudabile à vulgo, quia vt æger, quod venturum erat ignorauit, ita, & vulgus. Aduerte me ſemper loqui de ſudore orto ab inflammationis vehementia, vt ex Hippocrate docui, con[illegible] quam ſi tam egregiè in initio non dimices, oleum, & operam perdes, pugnabis verò ſi quod periculum morbus venturum machinatur, in initio non ignores; & non ignorabis, ſi in primo die ſitis fatiget, & lingua exſiccetur, quod ſignum ſemper magnifeci; lotium putredinem ſignet, & pulſus lotio conſentiat, anxius ſit æger, inſomnis, ardeant hypochondria, cum dolore, & tenſione, laſſitudine

D premat, difficulter reſpiret, & ſimul ſollicitè habitum meditatus ſis, num plenitudo inſignis detur, aut ob humorum vitium culpabilis ſit; & in hoc plus timebis perniciosum decubitum intempeſtiuè venturum, præſertim ſi aliqui motus conuulſiui percipiantur; ſignum quidem prauiſſimum, velut turgentem naturam oſtendens, & cerebro minacem phrenitidem; aut conuulſionem mortalem. Eſt etiam ſudor ſignum ſatis moleſtum, & malignum quando ex colliquatione creatur, ob nimium incendium, quamvis in primo morbi inſultu colliquari ægros ſit impoſſibile. Verùm ſi ſudor cum morbo inceperit, & continuus ſit, colliquatio ventura timebitur, carnis, & pinguedinis, prius enim ſerum, & partes pingues ſan-

E guinis liquantur, & ſecernuntur, & exſudantur, mox calor vorax ſolidas partes depaſcitur, & colliquat, in ſumma in morbis tam exitioſis, & acutis primi diei, aut ſecundi ſymptomata tam magna, & praua apparere conſueuerunt, velut ſi in vigore conſiſterent, nam vt dicitur *aphor. 7. libri primi*, vbi morbus peracutus eſt, ſtatim habet extremos labores, eſt verò labor extremus, primo die aut ſecundo colliquari præ incendio.

Hinc deduces non ſolùm eſſe venam ſecandam, vt docui, ſed non eſſe ſperanda ſigna coctionis, vt potu frigido extinguatur tantum incendium; imo verò conandum ita infrigidare, vt ex ardente, ad frigidam febrem breuis permutatio fiat, vt Auicenna docuit, & ante illum Galenus *lib. 10. methodi, capite 10.* præcauendo ne hectica incipiens in maraſ-

mum

imum mortalem tranſest; *Quanto* (inquit) *ſatius eſt
aliquid nonnulla fiducia, vel cum periculo facere, quàm
ſpe adempta certo perire, tanto profectò ſatius eſt poten-
tibus præſidiis pugnare, quam nihil agere.* Et vt ego in-
terpretor, nihil agit in principio tam acutorum mor-
borum, qui magna, & extrema remedia ſtatim non
imperat, quia ſine illis, quod timetur periculum
non præcauetur, & hoc audaciùs, & ſecuriùs tentan-
dum, ſi tantus ardor colliquans ex viſcerum vero ery-
ſipelate pendeat, in quo vt extinguatur frigidæ po-
tione, notas coctionis Galenus non requirit, vt his
verbis 9. *method. cap.* 5. docuit; *Porrò eryſipelas quod
verum eryſipelas ſit, non aliter ſanaueris, at ſi mistum
cum phlegmone, in hoc concoctionis expectandæ ſunt notæ.*
Vides quod in vero eryſipelate colliquationem, & in-
teritum timens, notas coctionis non ſperat; ſperat
verò ſi mixtum phlegmone ſit; quod ſi ex phlegmo-
ne idem periculum timeas antequam concocta ſit
cauſa, danda eſt audacter frigida potio, etſi materia
cocta non ſit, vt ipſe Galenus fecit, ratus melius eſſe
phlegmonem incrudare, quam ſinere ægrum in hecti-
cam labi.

Quod de potu frigidæ docui, de topicis affectum
inflammatorium, aut eryſipelaceum extinguenti-
bus tene, in quibus maior ſpes collocanda venit, quia
ſine periculo augendi ſudorem imperantur, quod po-
tio frigida non excludit omninò; hæc quidem ſi in-
cendium colliquans non extinguat, materiam ſudo-
ri præbet, & periculum auget, ſed quando febris
ardens ſine inflammatione, aut eryſipelate, colli-
quat, aut ſudorem diaphoreticum cauſat, inexcu-
ſabilis eſt potio frigida, quæ ſi materia ſit vſta, da-
tur ſecuriùs & certitudine maiori conferendi, quàm
ſi vdam putredo cauſam inficiat, vſta enim, quia
ignem æmulantur, extinguuntur facillimè, quia neſ-
ciunt ſine intenſiori calore ſeruari, cùm nunquam ſit
viſus ignis infrigidans, & cùm ſiccitate, & calore
ferueant, & vtramque qualitatem aqua corrumpat,
vincuntur certiùs, & citiùs ab illa; putrida verò hu-
miditate excedenti (quam vdam, & mucoſam ap-
pello putredinem) humore ſeruantur nimis; quem
aqua non moderatur, ſed auget, & ſic ab illa minus
vincuntur; & de hac vda putredine, verior eſt doctri-
na Galeni, quod etſi à potu frigidæ videatur ad præ-
ſens febris extincta, redit rurſus, & ſæpè deterior, quia
humiditas excedens cauſa partialis putredinis ſerua-
tur, aut augetur aquæ potione, aqua enim (vt Ga-
lenus docuit) humiditatem nunquam deponit, quod
fundamentum eſſe poteſt, ad defendendum, quod
ſiccitas actiua non ſit, ſi ab igne efferueſcens non exſic-
catur.

Ex qua doctrina intelliges, quod in putredine vda,
ſi detur frigida, vt calor extinguatur, miſcendum ſit
acetum album limpidiſſimum, & acerrimum, aut vi-
trioli olei guttulæ, aut ſuccus clarificatus limonis &
melior eſt acredinis citri; ſic enim ſiccitate, & frigore
pugnamus, & hæc mucoſa putredo eſt, quæ in mali-
gnis febribus tepidis inuenitur, quia calor humiditate
tepidiùs operatur, vt ſiccitate acuitur, & deiectiones
fœtidæ tam exitiales in præſagiis traditæ, ab illa vda, &
mucoſa putredine creantur.

Sed ex vda putredine aliud ediſces, nimirum condu-
cere nimis ad ciendum ſudorem, quia ob humiditatem
ſuperfluam in vapores humidos facilè vertitur quid-
quid ſic putreſit; vſta verò in ſiccas exhalationes con-
uertuntur, quæ non ſunt ſudoris materia, etſi corpus
colliquent, & ad tabem perducant, petúntque aquam
ſynceram, vt putrilaginoſam mixtam acidis, & ſiccan-
tibus, vt docui, quam ſi fortiter chalybe nouo ignito
paraueris, efficacior erit, quia plus ſiccans, & aſtringens,
& vt cenſeo ſpiritu coagulante ornata. Eſt verò chaly-
beanda fortiter, non eodem numero chalybe, ſed variis

A fragmentis, nam in prima ignitione ſpiritus coagu-
lantes ab aqua extrahuntur, & non vis abſterſoria, &
deobſtruens, aut has ſummè excedit aſtringens, & ſic-
cans.

Notiſſima ſunt auxilia viſcera æſtuantia attempe-
rantia, quæ crebrò antequam caleſiant renouanda ſunt,
donec incendium percipiatur extinctum, parantur ex
ſuccis plantaginis, omphanij, portulacæ, centinodiæ,
cotelydonis, lactucæ, & ſemperuiuæ, & ſimilium, aut
ex ſucco cucumeris, peponum, & roſ. rub. arum cum
hordei farina molle cataplaſma paratur, & puluis
florum nymphеæ, & violarum inſpergitur, & frigidum
applicatur, nec timuit Tralianus, corpus totum ce-
rato roſaceo illinire, & ſummè prodeſſe dixit. Erat
Fonſecæ frequens vſus ſequentis vnguenti, ad extin-
B guendum viſcerum ardorem, & æſtuationem totius,
olei roſ. lactis muliebris, ſucci cucurbitæ, lactucæ,
& endiuiæ ana partes æquales, miſce; quo linimento
illiniebat dorſum, lumbos, pedum, & manuum plan-
tas, totúmque corpus præter caput, & ventriculum,
ab vnctione continetur ægrr in lecto, quia ſæpè eue-
niunt ſudores roborata natura, quo ſolo auxilio gra-
uiſſimis, & moleſtiſſimis ardoribus intra breue ſpa-
tium multos liberauit, quibus reliqua auxilia irrita
fuere.

Interiùs ſumuntur ſudorem reprimentia, quæ etiam
notiſſima ſunt, ſemper tamen ſaccharata, & mellita
fugienda, inflammantur enim, & quæ eis parantur
potiones, attemperant minùs, quia multum frigidita-
C tis, & humiditatis in longa illa decoctione amittunt;
ſaccharum etiam ob deterſionem damnatur vt mel;
ſucci igitur commodiùs imperantur ſi fieri poſſit, vt
agreſtes, granatorum acidorum, limonum, & citri,
endiuiæ, acetoſæ, quæ mirabilis eſt, ſi ſucco portula-
cæ miſcetur, & diluantur aquis centinodiæ, planta-
ginis, & lactucæ, & addatur puluis margarit. præparat.
& chryſtalli præparati, aut coralli albi; ſed chryſtal-
lus præferenda venit; eſt enim mordacium ſuccorum
antipharmacum, & legitima ſemper habetur: mirè
prodeſſe poteſt decoctum radicum pentaphili, & cen-
tinodiæ clarificatum, in quo ſeminis pſilij recentia
maduerint, donec mucilago extrahatur; ardorem mi-
tigat, & per aluum bilioſos ichores reuellit, nec minùs
D confert aqua boli armeni orientalis pro communi
potu; ſumitur aquæ pluuiæ quantitas octo librarum,
boli, vncia dimidia, coquuntur per quartam partem
horæ igne lento; meliùs parabitur ſi aqua ſit acetoſæ
per vitreum ſtillata, plus aſtringit, & vires inſtaurat,
eſtque iecoraria.

Si vigilia vrgeat, vt in ardentibus, & colliquanti-
bus ſolet, conciliabitur ſomnus ſyrupo papaueris, aut
medicamento diacodium Galeni, de quo Tralianus *lib.*
5. *c.* 4. *fol. mihi* 269. tanta prædicat, vt videatur omnem
iudicationem complere; nam ardore febrili æſtuanti-
bus prodeſt, item ſi immodica ſitis vrget, ſi vigiliæ
infeſtant, ſi ſudores, ob tenues acréſque humores affli-
gunt, vt propè in ſyncopem incidat æger, ad hæc ſi
E eryſipelas in thorace exiſtit, &c. Sunt alia plura ſom-
num conciliantia, inter quæ laudanum opiatum meri-
tò extollitur, quòd ſub tam parua quantitate, ſenſus
ſuſpendat, vt velut artis miraculum putandum ſit, &
præ cæteris feruorem ſanguinis ſedat, & quieſcere co-
git, ſicque ſudorem reprimere mirabiliter poteſt ob
vim eximiam denſandi inuentam in opio, qua omnia
æſtuantia, & feruentia reprimit, & incraſſat, vt ex
Sennerto, & aliis accipies, *lib.* 4. *de febribus, c.* 5. vt hinc
teneas ſomniferum eſſe, non quia infrigidet, vt anti-
qui putarunt; ridiculum enim videtur, quod vnicum
granum laudani opiati, aut duo, totum corpus, & fe-
bre ardente æſtuans infrigidare tam validè queant,
vt ſoporetur æger, & feruor ſanguinis tam perſpi-
cuè ſedetur; priùs enim æger tam intenſum frigus

conciperet, & ſe gelari ſentiret, & velut concreſcere; eſt ergo cauſa, alia conciliandi ſomnum à frigore diuerſa, & vis narcotica appellatur, quæ directè opponitur influxui ſpiritus animalis & vitalis, ſine quo facultates corporis operari repugnat; opponitur verò influxui non contrarietate corrumpente qualitatem influxiuam, hæc enim cum differat ſpecie in vtroque ſpiritu, implicat ab vnica narcotica per contrarietatem corrumpi, ſi vera eſt doctrina Ariſtotelis, quod vni vnicum ſolùm contrarium natura conceſſerit. Dicemus ſuo loco in quo conſiſtat virtus illa narcotica etiam in rebus ſatis calidis inuenta.

Verum quia ſomnus auget ſudorem, ſi in vigilia detur, cùm ſoleat in ſomno excitari quando vigilando apparuit, nunquam (vt diſputatione de ſomno, & vigilia docui) ſollicitudo maior de ſudoris repreſſione eſſe debet quàm dum ſomnus arte, aut natura ſuperuenit; docuit enim Princeps euacuationes omnes in ſomno ſupprimi præter ſudorem; hic enim potiùs augetur. Sic Hippocrates 4. *aphoriſm.* 41. dixit, *ſudor multus ex ſomno factus abſque cauſa manifeſta, corpus vti pluri cibo ſignificat*, dixit enim factus ex ſomno, non quia ſi in vigilia appareret, non eſſet certius indicium multitudinis cibi; ſed quia ſomnus occaſio maior ſudandi eſt, quàm vigilia, & ſic cibi multitudo, quæ vigilando tegitur, dormiendo diuulgatur, ob id nunquam aëris flabellario plus à me conſulitur, quàm dum ſomnum conſilio, aut ſponte dormitur; confértque tunc non ſolùm aëris motio, ſudori non obſtare, ſed frontem, faciem, collum, & partes principes albuminibus ouorum recentibus, & fortiter agitatis illinire, vt ſpirituum reſolutio ſiſtatur magis, quando ratione plus timetur; ſicque nunquam ſudor detergendus eſt, vt vulgus facit, quia augetur, ſed permittendus humor expulſus cuti hærere, vt infrigidatus illam occludat, & ſudor ſiſtatur, qui quando malignus ob cardiacam paſſionem vires diſſipat, ſiſtitur mirè ſi Aëtio credendum eſt, bibito vino, in quo gagates extinctus ſit, ſi priùs igne accendatur.

HISTORIA CRITONIS.

Critoni in Thaſo rectè ambulanti, pes dolere ex pollice vehementer cœpit; decubit eodem die, horreſcens, faſtidioſus, parum calens, nocte deſipuit, altero die tumor toto pede, & ad talum ſubrubens cum contenſione puſtula nigra. febris acuta, valdè inſaniit, deiectiones meræ, biliosæ, ſubcrebræ fuerant, periit poſtridiè quam ægrotare cœperat.

EXitiosè laborant, qui cum humoribus prauis horrent ſtatim, & faſtidioſi ſunt, eſt enim horror aſſiduus & prauum ſignum, & cauſa peſſima, ſignum inceſſantis moleſtiæ, & quod natura continuando expulſionem extra vaſa, non poteſt illa expurgare, ſed continuò putredo ſerpit, vt ſemper detur quod ad ambitum pellatur, & horror non ceſſet: eſt cauſa peſſima, non ſolùm quia continua concuſſione vires effeminat, ſed multò magis, quia corporis habitum occaſionaliter denſat, & conſtringit, & inde omnia maligna excrementa intus detinentur, & nulla datur pars, quæ prauitate ſuccorum onuſta non ſit: denſatio verò fit à natura ſtimulata à cauſa horroris; fugiendo enim vt poteſt obiectum moleſtans, ſeipſam vnit arctiſſimè, & præter fugam ſe munit denſata, vt intra ſe obiectum illam lancinans non admittat tam facilè, & vt poſſit, illud exprimat, &

A pellat à ſe. Sic Crito die primo horridus, & anxius perſiſtens, delirauit etiam abſque retroceſſu humoris maligni in cerebrum, per ſolam repletionem partium omnium à vaporibus, aut fuliginibus atrabiliariis exuſta bile continenter putreſcente, vt repletur fumo tota domus ſi igne ligna ſuccedente, ſpiracula domus claudantur. Id eſſe probabilius deducitur, quia materia ex vno loco in alium retrocedere non poteſt, niſi prior læſus extenuetur, & detumeſcat, aut ſi priùs dolebat, non doleat poſtea; tumor verò Critonis carbunculoſus, qui primo morbi inſultu tam grauis, & inſolens in pollice pedis apparuit, non ſolùm non delituit, ſed die ſecundo faſtigiatus plus videbatur per totum pedem, & talum, cum rubore, & tenſione & nigris puſtulis, ex fetu maligno atræ bilis inflatis, vt excitantur B bullæ, ſi caro igne aduratur; eſtque mihi difficile, quod materia ex pede ad cerebrum retrocederet, ſine motibus conuulſiuis, & tremoribus, vt quotidie experimur, aut ſine dentium ſtridore Crito non fuiſſet defunctus, quorum ſymptomatum mentio non fit, nec alicuius conuulſionis, ſine quibus periclitantur nunquam, qui per aſcenſum humoris atrabiliarij in cerebrum animam agunt; & hoc ſuadet etiam diarrhæa bilioſa diei ſecundi, per ſedem, & regionem infernam expellente natura quæ potuit.

Multitudine igitur ſanguinis atrabiliarij Crito oppreſſus, cœpit expultrix in pollicem pedis prauitatem deponere, vt viſcera liberaret; fuit tamen tam valida cauſa putrefaciens, quod etſi non leuem portionem C eius in pedem natura reiecerit, non potuit nihilominus partes principes defendere, quia horrore continuo ferè diſſlatio (vt docui) inſenſibilis tollebatur, & continuò ſerpendo putredo per ſuccos incredibilis fuit eius extenſio, & totius corporis oppreſſio, vt poſtridie à prima inuaſione debitum ſolueret; & vt cenſeo, nunquam horrida concuſſio illud deſeruit, ſed per totum morbum moleſtauit, nec ob mortem tam breuem neceſſe eſt venenatam qualitatem admittere, vt Mercurialis, & Phrigius; ſat eſt copiam ſucci atrabiliarij fateri, vt Galenus innuit, vbi enim leuiſſima puſtula, aut exanthema minimum videtur, & abſque acuta, & horrida febre, tumoréve magno æger D occiditur, cum deliquio, & virium celeri collapſu, vis venefica meritò accuſatur, ſine ratione tamen vbi tumor magnus agnoſcitur, extra præcipuè, auctáque febris, & horrida ſuccedit: nam ſub tanta veneni copia, non duos integros dies, verùm nec horas æger conſiſteret, multitudinem verò ſucci praui, & eius aſſiduam corruptelam, ſatis oſtendit deiectio bilioſa, copioſa, & ſyncera, quæ vt mortem effugeret ſatis non fuit, indicans ſimiliter celerrimam, & validiſſimam fuiſſe cauſæ vrentis, & putrefacientis potentiam, quando cum tumore pedis tam conſpicuo, diarrhæa etiam bilioſa, & ſyncera, & horrore ferè continuo liberari non potuit, excedente ſemper putredine inter ſerpente expulſiones tantas à natura ſagaciter E celebratas; timendo quidem eadem pernicie internis Critonem, vt in pede affectum fuiſſe; hoc eſt interna ſphacelata, vt pedem fuiſſe, & ob id tam breui fuiſſe defunctum; probaui enim capite de hæmitriteo horrorificam febrem eſſe (contra Galeni doctrinam) ob putrilaginem internam, & eroſionem viſcerum à ſucco atrabiliario, quæ eroſio horroris moleſtiſſimi, & inordinatè reperentis cauſa eſt, vt quando inflammatio interna ſuppuratur, excitatur rigor, aut horror, authore Hippocrate, & eroſionem cauſam illius horroris puris fieri incipientis Galenus tradidit, ob quam prauitatem docuit Hippocrates in pernicie, omnem ex enumeratis ibi febribus hemitriteum ſuperare, & Galenus ipſe libello *de typis*, (oblitus eorum quæ *libro de differentiis febrium capit...* ſcripſit) verius

docuit,

docuit, ferum eſſe typum hemitritei, & viſcera commonere ſua prauitate; ſic (vt reor) Crito oppreſſus tam breui agonem egit, nam vt dicitur in prognoſticis, *febres deterrimæ, & ſignis firmatæ peſſimis, quarto die, aut citiùs interimunt.*

Inquires, ſi puſtulæ pedis nigræ apparuerunt, qua ratione deiectiones alui fuerunt bilioſæ, ſi euacuabat natura eandem morbi materiam; certè non erat eadem in rigore, ſed extra expulſa, erat materia antecedens, quæ ſi ad focum putredinis, & pedem tumidum mitteretur, prauior, & malignior fieret, quia ibi plus vritur, aut putreſcit; fuerunt verò puſtulæ nigræ pedis, portiones humoris iam in foco vitiati, eſt enim locus inflammatus focus putredinis, vt ex mente Galeni docuimus, paratiſſimum verò humorem fuiſſe, vt plus vſtus nigredinem contraheret, ſynceritas deiectionum oſtendit orta ob ſeri conſumptionem, quo conſumpto, ſi noua vſtio, aut putredo accedat, atrabiliarius, & mordaciſſimus redditur humor, & aret.

Curatio morbi Critonis.

DE Critone verificatur quod in prognoſticorum proœmio Hippocrates monuit, dari nimirum tantam interdum morborum prauitatem, vt ægri expirent, antequam Medici poſſint arte repugnare, fuitque fallaciſſima huius morbi inuaſio, & quia cum pollicis pedis dolore podagram æmulante, vt putaretur ſecurior, & quia cum horrore, febris primo die, tepida apparens, cenſeretur intermittens, & inde ſine periculo, & maligna putredine, & cauſæ antecedentis prauitate. Quis etiam cum horrore aſſiduo venam ſecare fuit auſus, quam in hiſtoriæ expoſitione Galenus commendans, non fuiſſe imperatam ab Hippocrate cenſet, quia iam morbo progreſſo vocatus fuerit, neſcio tamen vnde deduxerit, & ſi nauſeabundus erat primo die Crito, & horridus, aut vt alia litera habet, anxius, & cardialgicus, dubius ſatis ad ſecandam venam Medicus eſſet, ob læſionem ventriculi, & oris eius, quam Galenus ipſe 1. *ad Glauconem capite* 13. dehortari ſectionem venæ acriter docuit, donec circa ventriculum æger benè ſe habeat. Secundo autem die non leuiter ubitabat auxilio relato bilioſa diarrhœa, & ſyncera, iuxta ſummi Dictatoris decretum *4. de victu acut. Fluente aluo ſanguinem non detrahes donec conſtiterit*; quod & Galenus ibi amplectitur, oblitúſque videtur doctrinæ propriæ, conſulentis morituros ſolis prognoſticis relinquendos eſſe, ne præſidia infamentur, quæ aliis fuere optima. Conſideratius igitur agendum erat, quàm in hiſtoriæ declaratione putat, ſine delectu ſectionem venæ conſulendo, quam etiam Mercurialis, & Phrigius hortantur, nullus tamen ex qua parte deberet fieri, docuit, nec tali auxilio pugnantia notauit.

Mihi videtur, quod horrorificum illud ſymptoma, non tollit ſectionem venæ, imò illam expoſcit, & citò. Ratio eſt, quia aut dependet ex acrimonia magna fuliginum, & ſanguine atrabiliario, aut (vt nuper dicebam) ex eraſione viſcerum, & moleſta lancinatione partium euenientibus, quando humor ille fermentatur, & eleuatur putredine aut vſtione; non enim horror ille principium acceſſionis eſt, ſed à cauſa dicta prodit, & in omnibus temporibus acceſſionum moleſtat, & plus in augmento, & vigore, quia in illis mordacior eſt cauſa, & maior, raróque in hæmitritæo vena ſecaretur, ſi horror ille certum eſſet impedimentum; eodémque modo, vt in motibus conuulſiuis, & tremoribus ſpuriis operandum eſt, qui venæ ſectioni non repugnat; vena verò ſi aperienda decretaretur, ex oppoſito crure ſecabitur, non ſolùm quia Authore Galeno, laborante vnico crure alterum eſt ſcarificandum; ſed etiam ne humor tam prauus ad ſuperiora

A reuellatur; quando natura viſcera præcauendo (vt Galenus, docet) ad partes tam diſtantes prauitatem actu pellebat. Extrahetur verò ſanguis à quantitate poſſibili in ordine ad vires, non ſolùm ob tam certum periculum, ſed etiam quia conſtitutio morbi tam contracta videbatur, vt intra duos dies erat terminanda, nam vt dicitur 3. *prognoſt. textu* 1. febres iudicantur eiſdem numero diebus, quibus ſuperſunt homines, & quibus moriuntur. Huc auxilium in morbo tam lethali imperandum erat à prima morbi inuaſione, ſi prauitas eiùs à Medico agnoſceretur, quam ſatis perſpicuam ſymptomata primi diei effecerunt, dolor nimirum intolerabilis digiti, horror aſſiduus, & anxietas cum calore tepido. Non ſemel ſed ploties hiſce annis obſeruaui ad do-

B lores vehementes alicuius membri, ſequi ſtatim malignam fluxionem, & breui in ſphacelum, & partium dolentium gangrenam terminari, vt Critoni contigit; neque in hoc vrgente caſu, ſperanda eſt acceſſionis declinatio, vt vena ſecetur, quia in fluxionibus malignis dubia eſt declinatio, & citò pericula adueniunt. Sic Crito noctu primi diei, delirauit, & die ſecundo alui fluxio abundans, ſectioni venæ impedimentum attulit, vt nullam in tam pernicioſis malis inuenias occaſionem idoneam, ſi declinationem, & tempora placidiora ad ſecandam venam ſperes; vt Galenus conſuluit *libro de humoribus comm. 1. textu 12.*

Si digitus qui priùs tam atroci dolore torquebatur, erat ſecandus, inquirit Mercurialis; cenſet enim

C ſphacelatum fuiſſe, aut ſtatim gangrenæ initium habuiſſe, & ſectionem dehortatur, quia ſedes, & radix mali non ſtabulabatur in ſolo pede, ſed præcipuè in partibus internis, & non deuenitur ad mali originem digitum ſecando, quod mihi probatur, quia febris tam acuta non pendebat ex ſola digiti, aut pedis inflammatione, ſed erat verè febris morbus, cum extensà per totum corpus putredine; & nullius commodi erat digiti ſciſſio, quia febris ſola Critonem occideret; intellige nos, & Mercurialem loqui de digiti amputatione antequam ſphacelatus totaliter ſit, quatenus ſcilicet iam inflammatus, & dolens, cauſam malignam intra ſe continebat, & videbatur ibi inculcata, & putreſcens, eſſe originem corruptionis maſſæ ſangui-

D nariæ: & quia ita non eueniebat, cenſet amputandum non fuiſſe, ſecus cenſendum quandò digitus, aut alia pars ictu venenati animalis vulneratur; hæc enim radicem totam, & primam contagij in ſe includit; & meritò ſtatim amputatur, aut ſcarificatur profundè, vt virus expiret per vulnera, & attractoriis remediis ad extra, & reſolutoriis inceſſanter fouetur. Semel verò admiſſa gangrena, nemo negabit ſtatim eſſe amputandam ſi aliqua vitæ ſpes habeatur, vt amputari etiam debet quando morbus præcedens iam iudicationi proximus, in talem malignum abſceſſum terminatur, quorum duos crure abciſſo liberatos vidimus anno præterito. Cognito verò per ſigna

E tam mortali periculo, nihil ſine mortis prædictione tentandum, ne imputetur auxilila, quod prauitati morbi debetur. Reliqua auxilia ſphacelum totale, & ne ſerpat putredo præcauentia ex chirurgia accipieris, notando diſcordes ſtate Mercurialem & Phrigium; hic enim carbunculoſum tumorem fuiſſe digiti, & pedis afflictionem cenſet, alter verò ſphaceliſmum, quod mihi verius apparet, nunquam enim Hippocrates carbunculos tacuit, ſed ſuo nomine explicuit: diſpoſitio verò pedis, & digiti cum puſtulis nigris corruptionem internam certiùs, & propriùs ſignificant; ſunt quidem vt docuit alibi Hippocrates, germina corruptionis intus latentis.

Caput, & collum oxyrrhodino muniri erat opus, & intento furore balneum capitis ſoporiferum, &

attemperans conueniebat. Dixi ſopotiferum, & attemperans, quia narcotica in mea opinione non ſunt frigida; vtriſque verò in maniaco delirio indigemus, & mulcebti etiam proprietate, vt acrimunia atræ bilis cicuretur, quæ complentur cum balneo lactis in quo flores nenupharis, violarum, lactucæ, ſcariolæ, & ſalicis, & plantaginis folia incoxerint cum capite ſeminis papau. tis albi, leuiter contuſi, à balneo ſinciput vngetur oleo violaceo, nymphææ, & papaueris frigidiſſimo, & ſupetponetur commune oxyrrhodinum, ſic enim ſomnus optimè conciliatur, præſertim ſi tota ſpina, lacte tepido ſolo irrigetur, aut vnguento cucurbitæ, & ref. igerante vngatur; & per os danda ſunt d 10 grana laudani opiati, aut diacodion, aut ſyrupus papaueris cum decocto anethi viridis, neque alio cibo præter ptiſanæ ſuccum opus eſt in tam deſpetato, & celeri affectu, nec in die ſecundo aliquid operandum præter dicta erat; euacuabat enim per aluum ſatis idoneè antecedentem materiam, quæ ſero deſtituta, ſyncera apparuit, & colliquantis, malignæque febris certiſſimum ſignum putatur. indicabat verò ingentem attemperationem iotus, & extra detergentes, & mordacitatem obrundentes clyſteres, ne inteſtina vlcerarentur, & ſi moderatior, quàm acuties morbi indicabat, videretur, iuuari poterat tam malignæ materiæ euacuatio, ſero lactis cum tamarindorum pulpa; & ſyrupo plurium infuſionum roſarum Hiſpanicarum; erat enim ex idea incoctilis illa materia, & rationabiliter iuuaretur natura per tam conuenientem regionem inſuperabilem, & indomitam materiam extra corpus pellendo; nec ignores materiam tam prauam indigere multa attempetatione, & frequenti, eſt enim erodens, & colliquans, vt docui, eſtque eius antiphatmacum lac perlatum frigidum, quod ſic parabis: Aquæ plantaginis, bugloſſe, oxalidis, & bortag. ana ℥ j. roſ. rubrarum ℥. iij. margarit. præpararatum ℈. iv. ß. chryſtalli præparati ʒ. ß. ſpodij ex ebore ℈. j. m. exquiſitè, & linteo ſæpius percolentur, & dulcorentur tabellis manus chriſti perlati.

HIST. CLAZOMENII.

A die primo vſque ad vigeſimum ſextum.

Clazomenium, qui iuxta Phrinichidæ puteum decubabat ignis inuaſit, à primo illi caput, collum, & lumbi dolebant; ſtatim ſurdus effectus eſt, ſomnis carebat, acuta corripuit febris, hypochondrium in tumorem attollebatur; contenſio parua, lingua arida: die quarto nocte deſipuit, quintus laborioſus fuit; ſexto omnia exacerbata ſunt, circa diem vndecimum fuerunt remiſſiora; deiectiones ab initio vſque ad diem decimumquartum, multa, tenues, aquei coloris, quod ad aluum exonerandum attinet, abundè habebat, inde aluus reſtitit, vrina perpetuò tenues quidem, cæterùm boni coloris, & multùm habebant ſuſpenſionum diſperſarum, non ſubſidebant: die decimoſexto minxit paulò craſſius, habebat aliquid ſedimenti, aliquantum recreatus eſt, magis mente conſtitit, ſeptimodecimo iterum tenues, ſecundum vtramque aurem tumor cum dolore, nulli erant ſomni, delirabat, crura illi dolebant, vigeſimo die febre liberatus eſt, & indicutus, non ſudabat, prorſus mentè conſtitit.

GAlenus tepidiſſimè vt ſolet præſentem hiſtoriam exponit. Valleſius inflammatum fuiſſe hypochôdrium putat, & febrem ardentem fuiſſe; vtrumque mihi improbabile, neque enim ſigna cauſoni, à principio apparuerunt, quia nec inextinguibilis ſitis, nec ingens coma, & vrinæ boni coloris à principio vſque ad decimumquintum, & cum tenuitate tam alienæ ſunt cauſoni, ſi quid aliud; inflammatio verò hypochondrij ab eiſdem vrinis redarguitur, & non minùs à morbi duratione, vſque ad quadrageſimum; & ſi quando abſolutè hypochondrium ponitur ab Hippocrate, dextrum intelligitur ob nobilitatem, & per conſequens iecur, conſtat neque ad quadrageſimum extendi potuiſſe, nec deiectiones multæ tenues, & coloris aquei ab initio vſque ad diem decimum quartum poſſibiles ſunt cum iecore inflammato, & cauſone, aut omnia medicæ facultatis prima principia ſunt fallibilia: neque ex eleuatione cum parua contenſione deducitur benè inflammatio, propriè dicta, cùm in viſceribus obſtructis abſque inflammatione aliqua, eleuatio, & tenſio moderata quotidiè dentur, & ex ipſis obſtructum viſcus inferamus. Putandum ergo eſt, in dextro hypochondrio focum putredinis fuiſſe, & ſatis obſtructum, vt tumidum cum moderata tenſione tactui ſe oſtenderet, mouentur enim humores ad focum in febribus acceſſionalibus, non ad carnes, & poros partium per quos nutriuntur, ſed ad vaſa minora, & capillaria, quæ obſtruuntur, & tenduntur oppleta tum ſuccis ipſis, tum flatibus, & fuliginibus ex humorum feruore eleuatis. Inflammatio verò propriè dicta humorem extrauaſatum requirit, non ſolùm poros nutritionis replentem, ſed carnem viſceris inflammati diſtendentem, & ſoluentem continuitatem; ita vt & dolor, & pulſus ſatis durus, & ſerrans ſuſcitetur; obſtructionem verò Clazomenij in caua parte præcipuè ſtetiſſe indicauit alui fluxio à principio moleſtans, & quòd contenſio parua videretur, & lingua arida, hæc enim ſunt ſymptomata obſtructioni illius partis propriora.

Si præter focum in iecore alius erat admittendus in capite, vt putat Mercurialis, dubium eſt; nam poſtquam delirare cœpit, non intermiſit delirium, nec remiſſionis illius recordatur Hippocrates vſque ad decimumſextum, in quo dixit, quod magis quàm antea conſtabat mente, & cœpit delirium in quarto; & ſuadetur ſurdirate primo die inuadente, quæ motus humoris ad cerebrum in acutis certiſſimum ſignum eſſe ſolet. Continuum ergo delirium à die quarto vſque ad vigeſimum, in quo febris omnino defecit, & cum illa delirium, ſatis validè ſuadet in cerebro, aut in partibus illi proximis, alium focum eſſe admittendum, quia delirium continuum per tot dies à parte diſtante excitari nequit, ſi ſeptum excipias, dum ſemel delirare coëgit. Et mihi videtur eſſe concedendum alterum focum non in cerebro ipſo; ſed (vt inſinuauit) in partibus illi proximis, vt in aurium regione, & ob id non delirauit vſque ad quartum, quia vt cerebrum compateretur, incremento certo erat opus, quod vſque ad quartum non fuit; iam verò compatiente cerebro, non implicat continuum delirium eſſe, ſi malum non moderetur, vt capite de paraphrenitide, docui.

Dolor capitis, colli, & lumborum primi diei cum peruigilio, & copiam excrementorum, & motum in cerebrum cum ſurdirate innuebant, & multitudo verificabatur alui fluxione à primo die, vſque ad decimum quartum durante, tot enim partes ſimul dolere, & aluum etiam tam lubricum eſſe, euenire nequeunt ſine magna perturbatione, & copia moleſtante corpus

vniuersum: fuit verò fœliciſſimus tam diuturnus alui fluxus, vt cerebrum non pateretur mortaliter, aut inflammaretur ſine remedio dextrum hypochondrium; tota enim colluuies per aluum expulſa in cerebrum, & dextrum hypochondrium erat transmittenda à natura, & non dubiè deſperatæ inflammationes crearentur, quia multa materia erat, & partes principes ſtatim laborare cœperunt, in quibus quicquid natura non ſuſtinebat, erat firmandum, & ſic quicquid per aluum trudebat, dolorem lumborum alui fluxuræ nuncium ſæpè eſſe, ſæpè iam docui, turbationem enim, & plenitudinem venæ cauæ ſignificare conſueuit, & ſic deriuationem excrementorum per illam ad inteſtina.

Relata ſymptomata cum delirio, & acuta febre, vſque ad ingreſſum vndecimi moleſtarunt, in quo remiſſionem ſuſceperunt, non quia emendata materia fuiſſet, nondum enim coctionis ſigna apparuerant, ſed quia diarrhœa perſeuerans grandem partem antecedentis materiæ conſumpſerat, eſtque frequentiſſimum ſymptomata multitudinem ſequentia, depoſita, aut ſedari, aut minui, & moleſtoria inchoantibus morbis eſſe; mirum videtur, quod Hippocrates notauerit, cum tam diuturno alui fluxu, benè ſe habuiſſe Clazomenum, quantum ad exonerationem alui, videtur enim innuere, coniungi poſſe retentionem excrementorum ex cibis, aluo fluenti copioſè, vt inde liceat interdum cum abundanti fluxu clyſteres imperare ad ſollicitandam fæcalium excrementorum expulſionem, & Medicus deberet interrogare ſollicitè, ſi talia excrementa pulſa fuiſſent, vt arte pellerentur, quod videretur vulgo ridiculum.

Sed id eſſe poſſibile credo; bifariam verò contingere poteſt, quod Medicus id aſſequatur; primò quia deiectiones humorum ſint ſemper vniformes, nunquamque craſſitiem fæcalibus excrementis debitam ſortiantur, aut abſolutè, aut vt permixtæ cum illis: quotidie videmus, inter vnam, & aliam deiectionem humorum, expelli, ſeorſim alui excrementa, & compacta, aut cum ipſis humoribus miſta, quod aſſequimur craſſitie maiori in partibus quibuſdam excretis, & colore diuerſo, vt conſtet diuerſæ naturæ corpora fuiſſe excreta, ſeorſim verò ciborum ſtercora pelli, euenire poteſt, quando humor ad inteſtina fertur per venas inferiores locis in quibus ſtercus formatur; tunc enim non permiſcentur ſtercus, & humor, nec anticipat ſtercus exire, ſi retentrix conſtet; ſi verò humores deriuentur per loca in quibus ſtercus formatur, ſemper impeditur illius naturalis craſſities, ſi diarrhœa vera ſit, quia nunquam inter vnam, & aliam deiectionem, idoneum tempus ad acquirendam craſſitiem concedit, ſic liquidius humoribus excernitur, abſque ſtercoris formatione. Memini in quodam dyſenterico ſtercora nullo modo pelli, & ipſe de illo defectu publicè querebatur; eiecit verò ſtercora multa, poſt multos dies, & compactiſſima, non ſine omnium ſtupore. Miraberis verò ſollicitudinem Hippocratis circa omnia ad hominum ſalutem conferentia, nihil, etſi ſordidum omittentis, vt omnibus accuratè occurrens, inculpatus omnibus ſit, & nunquam tam nobilis ars ob ſui incuriam ſuo fine fruſtretur.

Seroſa caecochimia magna erat, quam indicarunt deiectiones tam diuturnæ, & aqueì coloris, quæ ſatis non fuerunt, vt vrina craſſior euaderet; tenuis enim perſeuerauit vſque ad decimumſextum, in quo paulò craſſiorem minxit cum aliquo ſedimento; erat verò ſemper boni coloris, qui implicaret omninò, ſi iecur phlogoſi, & inflammatione laboraret. Crederem etiam fuiſſe ſuccorum crudorum, & pituitæ magnam copiam, & liquatos febrili calore, tantum ſerum præbuiſſe: huc indicarunt ſuſpenſiones diſperſæ, non ſubſidentes; nam diſiunctio, & non ſubſidere ab eodem

A principio emanarunt, flatu nimirum craſſiſſimo ſubleuante, & vnà diuidente ſedimentum, quod ſuccus potiùs, quàm ſedimentum verum erat; crudi enim ſucci quando caleſiunt, inflantur à flatibus inexcuſabilibus, dum humida, & lenta materia caleſit, & hoc fuit cauſa obſtruens dextrum hypochondrium, & ipſa, & flatus, illud ſubleuarunt cum parua contenſione, quia ſucci crudi molliter potiùs quàm tenitendo, nimis diſtendunt, velut œdema.

Neque te terreat cùm tanto ſucco crudo, & tam diu durante, dari vrinam boni coloris: eſſe alba, & tenuis non dubiè, ſi non daretur calor febrilis reſiſtens in iecore actiuitati crudorum; & cruda excrementa effecerunt, vt iecur bilis magnum prouentum, & flauiorem non generaret, quod tenebatur efficere diſtem-

B peratum febrili calore. Debes hic philoſophari vt docuit te Galenus in cordis contraoperantia, 3. *de præſagat. ex pulſibus*, cum vicinis partibus. Hinc pendet longa morbi duratio vſque ad quadrageſimum, & quod ante decimum ſextum maiorem craſſitudinem non acceperit vrina, & quod cùm affectu cerebri, & delirio pertinaci, non perierit æger, quia putredo, etſi cerebro proxima, erat benigna, & non in mordaci, & irritante materia, quæ propter propinquitatem, cerebrum calore alterabat vt delitaret, & non dormiret, vapores enim ſeroſæ materiæ putridæ vigilare cogunt, reſoluendo ab alimento eleuatos, & ſero ſe vapores non adſtruunt idoneè, vt ſomnus adueniat, quia non hærent, ſed aſſiduè euolant, & reſoluuntur, atte-

C nuantque potiùs quàm obſtruant, quia ſunt tenuiſſimi, mobiles, & calidi, & ſine aliqua acredine ob putredinem eſſe nequeunt, vt in aceto.

A die decimoſextò in quo manifeſtæ coctionis ſigna apparuerunt, tentauit decimò ſeptimo abſceſſum, iuxta aures cum dolore, peruigilio, maiori delirio, & crurum dolore, in quo die rurſus vrinæ attenuatæ ſunt, turbata enim natura in critica expulſione per abſceſſum in auribus, & cruribus, non perfecit coctionem inceptam, fuitque feliciſſimum illo die portionem materiæ in crura expulſam fuiſſe, vt cerebrum liberaretur, & in illa criſi, imperfecta non fieri phrenitidem: nam cùm nouo externo abſceſſu, & interno delitaret magis, timendum erat cerebro ſi materia ambo cru-

D ra torquens pelleretur in illud. Non latet, nouum non eſſe delirare in critica perturbatione, cum quo ſtat, vt cerebrum timendum nimis ſit, quando à morbi principio delirare cœpit, & ſine perfecta coctione nouum aſcenſum natura tentauit, vt monſtrarunt parotides, docente Galeno *comm. 1. de humoribus, text. 14.* iudicationis ſigna quandoque malè apparent, eaque non in principiis, non in incrementis, ſed in ſtatibus debent apparere; fuit nihilominus vtilis illa criſis, quia in vigeſimo febris omninò diſparuit, & notat, quod non ſudabat, & vt defecit febris, ita & delirium, & prorſus mente æger iam conſtabat.

E

A die vigeſimo ſeptimo ad finem hiſtoriæ.

Circa diem vigeſimum ſeptimum coxa dextra vehemens dolor, ſubito ſedatus eſt, at tubercula aurium non reſidebant, nec ſuppurabant, tenebatur dolore; die trigeſimoprimo, venter fluebat multis aquoſis excrementis, & qualia eſſe in dyſenteria ſolent; vrinas craſſas reddidit, tubercula aurium reſederunt, circa quadrageſimum diem oculus dexter illi dolebat, obtuſior erat viſus, ad ſtatum ſuum redit.

Non narrat Hippocrates ſtatum morbi à die vigeſimo ad vigeſimum ſeptimum; putat Mercurialis laboraſſe febre, etſi exigua, & ob prauitatem ignorati

A ab idiotis, & tenet id eſſe deducendum ex modo loquendi Hippocratis, quem modum ego non capio, nec inuenio vnde deducendum ſit. Nec nouum eſt per ſymptomaticas criſes, & crudos abſceſſus, febres ceſſare prorſus, & rurſus redire, de quo euentu ſunt innumeræ ſententiæ Hippocratis, & Galeni, & ſic Clazomenio contigit, quia abſque perfecta coctione parotides, & dolor crurum euenerunt, & dolor fortis redit in dextram coxam, ſed ſubitò euanuit: permanebant verò immutati aurium tumores, & dolebant; verùm quia abſceſſus ſelati parui pro tanta materia fuerunt, ſecuriorem, & maiorem euacuationem per aluum natura tentauit, multa aquoſa excrementa, & qualia in dyſenteria ſolet, euacuando, & ſimul vrinæ craſſæ apparuerunt, hoc eſt, perturbatæ ſimul, & coctæ. B Perturbatæ quidem ob mixtionem craſſorum parotidas cauſantium, & morbum; coctæ, quia morbus quadrageſimo die perfectè ſulutus fuir, ſine recidiua: quia verò ſeroſa materia, & craſſa etiam erat, non potuit non eſſe mordax tantu tempore calefacta, & multa fuit per inteſtina expulſa, rodere cœpit inteſtina modo dyſenterico, & ramenta cum dolore pellebantur, & quia cerebrum fuit à principio non leuiter læſum, & toties delirauit, quando imbibita, aut recepra in ipſo per morbum expellere radicitus tentabat, in commotione excrementorum oculus dexter dolebat, & obtuſiùs cernebat, quæ breui ceſſarunt, vt ceſſauit dolor coxæ, quia ex commotione critica pendebant omnia, & non firmabantur, ſed in ſolo tranſitu offendebat.

C Eſt in hac hiſtoria conſiderabile, quod particulariter notauit Hippocrates in die vigeſimo, nempe quòd non ſudabat, inſinuans non dubiè, quod ſudare debebat, attenta morbi cauſa maiori, ſeroſa nempè cacochimia, cuius ſemper fuerunt indicium magnum, tum vrinæ tanto tempore tenues, tum tot deiectiones aquoſæ, quibus tandem morbus fuit terminatus. Duo fuerunt vt reor cur non ſudauerit, primum ipſa multitudo ſeroſæ ſubſtantiæ per vrinas, & ſeceſſum expulſa: ſecundum, quod cenſeo Clazomenium fuiſſe denſiſſimi habitus, & difficillimè exhalabilis, quæ diſpoſitio, & ad non ſudandum, & ad morbi longitudinem vehementer conducit, inueniensque natura obſtaculum tantum vt inſenſibiliter per occultam difflationem D morbi materiam abſumeret, & quòd ſudori aptus non eſſet æger, per vrinã & aluum materia euacuata ſeroſa illum liberauit, & hæc etiam fuit cauſa cur dolores crurum ſine abſceſſu diu durante moleſtarunt, erat enim ſeroſa materia, quæ per partes diſtributa, facilè reſoluebatur, quod verò corporis denſitas, vt longiſſimus ſit morbus, ſit grandis occaſio, docuit Hippocrates *lib. de alimento, comm. 4.* iis verbis. *Qui prope perſpirant, imbecilliores, & ſaniores, & facilè conualeſcunt, qui malè perſpirant, prius quam ægrotent robuſtiores ſunt, cum verò in morbum inciderunt, difficiliùs ſaneſcunt; hæc autem, & toti, & parti.* Seroſam etiam cacochimiam coctioni nimiè reſiſtere publicum eſt, quia coqui ſine craſſitudine noua nihil poteſt, craſſitiei verò nihil vt E aquei humores reſiſtunt, quia nimis tenues: diarrhœa etiam in morbi initio eueniens, & diu durans longum morbum cauſare, docuit Hippocrates 7. *epidem. num.* 60. iuxta Valleſium his verbis: *Ob hoc autem non purgandum in principiis quod ſponte in diuturnis hic; an diuturna periculoſa*; Quaſi diceret, ſi morbi cum diarrhœa incipientes ſponte, diuturni ſunt, expurgare in principiis non conuenit, quia erit occaſio vt morbus diuturnior fiat, eſt verò periculoſum fieri morbum diuturnum. Eſt autem mirandum, quod ſic illum textum Valleſius exponat ſine exceptione aliqua, vt ipſe non ſolùm in contextu ſuis, ſed *in lib. 4. method. cap.* 2. acriter defendat cum Auicenna, quod ſi datur multa materia, quæ videatur ob multam quantitatem inſuperabilis eſſe, ſit in principio expurganda, quia longius tempus, quàm vires ferre poſſunt, vt coquatur, requirit, quod præceptum relatæ expoſitioni directè repugnat; nam ſi expurgatio in principio morbum diuturnum reddit, additur multitudini noua occaſio diuturnitatis, & inde, augetur periculum, quia vt dicebat Hippocrates, diuturna periculoſa.

Attende hoc, aliud eſſe quod materia quæ coquitur iam coquatur tardiùs ſi expurgatio imperetur, aliud verò quod expurgatio poſſit alia ratione, euacuando nempe multitudinem antecedentis materiæ, morbum breuiare, & vtrumque eſt verum, & poteſt nihilominus ſaluberrimè expurgari in principio, quia longitudo multæ materiæ putatur mortalis, non verò quæ fit ex agitatione materiæ inceptæ iam coqui: nam hæc ſolùm impeditur dum durat commotio expurgationis, quia retentio impeditur, at longitudo multæ materiæ poteſt per plures dies morbum extendere, quod non tulerabit facultas, & ſic ſalua conſequitur, quia longitudo mortalis directè impeditur, & ponitur alia, quæ ſuperabilis eſt. Conſtat verò ex dictis, nunquam eſſe ſecurius expurgare, quàm in morborum initiis, ſi expurgare conuenit, quia nunquam minor retentio datur, cùm nihil cœpi coqui appareat, & omnia minùs firmata ob multitudinem, & putredinem ſunt. Iam verò incepta coctione expurgatur periculoſius, quàm ſi incepta non fuiſſet, quia maior portio materiæ impeditur, quod *aphoriſm 29. ſect. 1.* docuit Hippocrates dicendo: *inchoantibus morbis, ſi quid tibi mouendum videtur, moue, dum verò conſiſtunt, & vigent, melius eſt quietem habere*, nam in vigore coctio ſumma celebratur, & ſic vehementer lædit, quia ſummam retentionem impedit, & multæ materiæ, & acceſſiones vehementiſſimæ tale auxilium recuſant, turbatúrque natura ab actione victorioſa totius materiæ correctiua, inſtántque criſes, quarum occaſio legitima in vigore datur, & non dubiè expurgatio legitimam iudicationem turbare poterit.

Curatio morbi Clazomenij.

IN mea opinione ſaburram multam ſeri calidiſſimi in parte iecoris caua, & circa illam Clazomenius habuit, calidiſſimum dico vt ſerum eſſe poteſt; eſt verò tale in melancholicis, vt docui, & clarum eſt quòd non ſine humore atro; hic verò cùm ſemper coctionem vitiet, non datur ſine copia crudorum: & quia melancholica, & ſerum eius turbant mentem inſigniter, & nunquam ſerum atrabiliarium ſine malignitate aliqua, & acredine eſt, præſertim quando iam putridus eſt, hinc delirare, & linguam ſiccare facillimè poteſt, & ſimul lancinare naturam, & cogere ad eius expulſionem. Ob hoc cenſeo venam ſecandam non eſſe ſtatim in principio, ſi vt notauit Hippocrates, à principio vſque ad quartum decimum multa, & aquei coloris aluus reddebat, non ſolùm ob hoc, ſed quia in prima regione copia magna excrementorum crudorum, & melancholicorum ſtabulabatur, cui aduerſiſſima eſt venæ ſectio, quia retrahit ad ſuperiora materiam, quam natura inferiùs vtilliſſimè mouebat, & debilior æger manet vt coquat, & pellat primam regionem occupantia, & manifeſtum periculum debilitatis inſignis, & mortis eſt, ſi à ſecta vena aluos non moderetur, quod Galenus cum Hippocrate 4. *acut.* timuit, & vt ego opinor, non leue periculum eſt ſi aluus cochibeatur; quia materia illa, quæ per aluum trudebatur, decumbet in partem aliquam internam debilem, quod eſt neceſſarium, quia natura illam ferre non poteſt, alioqui non pelleretur extra à principio. In Clazomenio autem cerebrum detenta ſtatim peteret, quia ex delirio, & ſurditate inclinatio naturæ mittendi in illud, & debile eſſe agnoſcebatur. Debet eſſe

Medi

Medicus in iis complicationibus animi confidentis, vt Tralianus ſuadet, & non terreri quolibet accidenti, ſtatim illi occurrendo; quando alia ſunt illud auxilium dehortantia, vt in Clazomenio ſanguinis miſſionem pro delirio, & febre diſſuadebat alui fluxio copioſa, quæ non dubiè materiam fluxuram mirè reuellebat, ne in cerebrum raperetur, & retracta indubiè pelleretur ad illud.

Sed quis tam confidentis animi erit, vt delirantem tot diebus ſine ſectione venæ detineat, cùm phrenitidis tam rationalis timor, vt illam præcaueamus, ſtimulet, Non datur verò efficacius auxilium præcautorium, ſectione venæ, & præcipuè cum acuta febre. Ego quidem ſic diſcurrerem. Si delirium erat mite, & oculi nullo modo rubeſcerent, neque motus conuulſiui aderant, nec facies turgeret, & præcipuè, ſi vrina tenuior, & diſcoloratior non redderetur, non timerem capiti, nec venam ſecarem, ſed oxyrrhodino, & conciliantibus ſomnum quieſcerem durante copioſo alui fluxu: & ſi aliquod auxilium tentari ſecurè poteſt, eſt hyrudinum venis hemorrhoïdalibus applicatio, quæ deliria mitigare, & præcauere ne phrenitis firmetur, mirè conſequi ſolent, aut cucurbitis ſcarificatis in furibus, & natibus idem tentarem: ſi verò aliquo ſigno, aut pluribus phreneticidem confirmari agnoſcerem, temeratium cenſerem non ſecare cephalicam, quia aliter non poterat tam mortale malum præcaueri, & dum ſanguis fluebat, ligaturis non fuiſſem vſus, vt vulgus Medicorum conſulit, quia delirantes non ſentiunt, & ſic tractio per dolorem cauſanda fruſtra tentatur, & ligaturæ pernicioſæ erunt, quia comprimendo vaſa, repellunt furſum ſanguinem, & motum ad ſupera fouent; cucurbitæ ergo ſecurè affigentur partibus infernis, vt fluor dum vena ſecitur, non retrahatur furſum: Eſt verò ſecanda cephalica, quia ſi iam inflammatio, aut phrenitis vera incepta eſt, vrget ſemper, quia cum deſperatione augetur, & ſic euacuare licet quod in parte impactum iſin eſt, ne augeatur. Accedit, quod ſectio communis venæ educit minus humoris caput obſidentis, & retrahit plus, & validiùs humores ad ſeceſſum mittendos.

Maius dubium videtur à quo auxilio erat inchoanda medela, ſi ſponte ab initio aluus ſuppreſſus fuiſſet; nam ſi Medicus imitator naturæ rectè operantis eſſe debet, & diarrhœs ſeroſa, etſi tam diuturna ægrum liberauit, debebat Medicus ſollicitè eoſdem ſeroſos humores electiuè expurgare, vt æger ſaluaretur; quod ſi imperaret, iuxta mentem Galeni conſuleret, docentis, ſeroſos, & tenues humores ſtatim non ſpectata coctione educendos eſſe, quia propter nimiam tenuitatem præparatione non indigent vt expurgentur: ſunt etiam incoctiles, quia non coquitur à natura, quod craſſitiem membris debitam comparare nequit, cuius naturæ ſunt ſeroſi humores, vt conſtat. Ego quidem ſic cenſeo, quia cenſeo periculoſiſſimam ſectionem venæ in tanta cacoehimia, & illuuie ſeroſa, donec euacuata magna copia fuiſſet; eſt enim vaſorum hydrops in mea opinione; & ideo eorum aſcites, cum qua idoneam materiam ſpirituum creationi dari repugnat, nam cor & pulmo aſſiduo motu implentur nimis aquoſis humoribus, vt *lib. de Theriaca ad Piſonem* docuit Galenus, & ſic ſunt plus hydropici, & ſecta vena eueniet quod Princeps timuit, permutatio nempè ad pituitoſorum aruditatem, & inde ad vitalis caloris extinctionem.

Hinc probabiliſſimum cenſeo in manibus Medicorum noſtri temporis periclitaturum Clſzomenium, nam tantam ſeroſam meteriam quantam natura ſponte reiecit, nullus educeret, admiſſo quod illam ſtatim cognoſceret, quod ferè impoſſibile mihi videtur, præſertim occultatam cum acuta febre, delirio, peruigilio, & aliis accidentibus à ſeroſa cacochimia alieniſſimis,

A vt videtur, & venæ ſectionem poſcentibus in communi omnium praxi, velut ſi omnia illa à ſeroſis ſuccis creari non poſſent. Et quid mirum omnes decipi poſſe, ſi noſtrum Valleſium tanto prætextu accidentium decepit? Hippocrates verò omniſcius, epiſtolà de *inſania* ſcripſit: *Quemadmodum libello de morbo ſacro dixi, inſaniam neceſſe eſt præ humiditate cerebrum in quo animæ ſunt opera, moueri; vbi videlicet humidius quàm pro natura fuerit; eo verò commoto, neque viſum, nec auditum quieſcere, ſed aliàs alia, & videre, & audire, & linguam talia loqui, qualia ſingulis vicibus viderit, & audierit. Quandiu verò cerebrum quieuerit, tandiu homo ſapit.* A nimia ergo humiditate turbatur mens, & homo inſanit, quod præcipuè cauſabit, ſi putredine
B incaleſcat, vt in Clazomenio: & quia nuper dixi, delirium mite minus timendum eſſe, fuit quia à pituita, & ſuccis ſeroſis pendet, quod ſecurius præ cæteris eſt, dicente Hippocrate, epiſtola citata. *Etenim qui à pituita inſaniunt, quieti ſunt, & non vociferantur, neque tumultuantur: qui verò à bile, percuſſores ſunt, & malefaci, & non quieti.* Galenus libello, de humoribus docuit, quod delirantes à pituita ſunt nugaces & ſtabiles, ſicque Pythionem à pituita deliraſſe; delirant verò nugaciter, qui ſine furore, conatu, aut impetu varia loquuntur, & in hoc miti modo inſaniendi ſtabiles ſunt, ob materiæ quietudinem. Eſt verò quieta, quia parum inflammabilis & vniformiter, & quia cerebrum non irritat, nec lancinat; & hic deli-
C randi modus ſecurior mihi præ reliquis eſt, etiamſi cum delirantibus eum riſu conferatur, nam dum Hippocrates in aphoriſmo dixit, deſipientiæ cum riſu ſecuriores, contulit ſolùm cum de lirantibus cum ſtudio; ſtudium verò (vt libello illo Galenus exponit) audaciam ſignificat, extra dubium enim eſt, quod ſanguis à quo cum riſu delirant, inflammatur vehementer, & in Galeni opinione tranſit in bilem, & per conſequens febres illius vehementiores, & acutiores pituitoſis, & ſeroſis exeunt.

Euacuato ſic corpore, magni vſus erunt vrinas mouentia, deobſtruunt ſimul, & materiam ſeroſam euacuant, & alui fluxum moderantur; verum propriùs conueniunt ſi aluus non fluat: iecur verò fouendum
D eſt deobſtruentibus iecorariis, & mox vngendum vnguento deobſtruente calidè applicato, & ſyrupis concoctoriis: & deobſtruentibus materiam in parte caua iecoris impactam emendarem, vt ſecurè expurgari poſſet. Expurgatio verò prior ſolius iecoris eſſe debet, ne ſi ex toto magna copia materiæ trahatur, impinguatur in iecur, & inflammetur, aut alius tumor creetur; quod præceptum etiam in principio obſeruandum eſt, & poſt expurgandum corpus, ſuſpicorque probabiliſſimum, quod eleuatio illa dextri hypochondrii, ex plenitudine ſeroſa in ea regione, potiùs quàm ex firmatis obſtructionibus pendebat; nam vt eleuatur hypochondrium quando natura ſanguinem per nares euacuare procurat, ſic eleuabitur quando per eam regio-
E nem ducere humores ad album ſollicitat, & hoc Cl.zomenio contigit; & ſi à Medico percipiatur illa eleuatio ſubmollis, & fortè venter murmuret, alui fluxum ſpectabit, & ſi pigrè à natura tentetur, leui medicamento iuuabitur, vt 4. *acut.* docuit Hippocrates. Conſtat verò in tanta cachochimia incoctili, non ſat eſſe ſemel expurgáre, ſed reiterandum auxilium, vt natura, in ægro propoſito fuit, vſque ad decimum quartum, aſſiduè per alnum mouendo, & rurſus a trigeſimo primo, multa excrementa aquoſa, & dyſenterica reiecit, quibus morbum & parotidas perfectè eliminauit: ex quibus deduces veritatem noſtram, nempè quod humores ſeroſi incoctiles ſint, quando à trigeſimo primo die aquoſa non minùs quàm in principio reiecit.

Notabis in hoc morbo naturam ferè ſemper, velut turgentem fuiſſe, quia ferè ſemper humores per pluri-

mas

mas partes intempeſtiuè, & inoplnatè ſtimulata diſtribuit, nam & aures iutus, & extra, cerebrum, lumbi, collum, aluus inferior, crura, & coxa, & oculus, & veſica moleſtata per morbum fuere, vt ex eorum læſione inquietudo expultricis aſſidua perſpicua ſatis eſſet, & inde metus ne ſubitò periclitaretur ſi cordis debilis fuiſſet, illaque inceſſans expultricis libido auget indicationem expurgandi ſeroſos humores, non ſemel, ſed pluries, vt natura nos docuit, & ſic Mercurialis docet, quod hic æger erat expurgandus die decima ſexta, quando iam natura non pellebat per aluum. Reliqua auxilia reuulſoria, dolores parotidum, & crurum ſedantia, ſomni inductoria, & moderantia delirium, communiſſima ſunt, & neceſſaria, nec minus ſudorem mouentia in tanta ſeri abundantia, vt ſine admiratione nullo modo ſudaſſe Clazomenium credi non poſſit, & ob id bis notauit Hippocrates ſudoris defectum.

Parotides Clazomenij ſola anodina poſcebant, maléque Medicus earum incrementum tentaret, quia morbi materia plurima erat, & implicabat tanti mali iudicatorias eſſe, & erat materia cruda nimis, & incoctilis, & inde ſi magnum incrementum acquirerent, dolorificæ præter modum eſſent, & recurrere intro cum grandi periculo poſſent. Eſt verò laudanda naturæ potentia, & ſagacitas, materiam iam extra vaſa reiectam, & in locum tam diſtantem, & quam reſoluere, & coquere non potuit, remittens rurſus ad vaſa, & extra corpus tam ſecurè pellens. Calumnia verò Phrigij contra noſtrum Valleſium ficulnea eſt, ſolùm enim docuit interdum antequam Parotides ſuppurent, eſſe cauterio aperiendas, & hoc imperandum quando febris maligna præceſſit, nec locus Galeni oppoſitum docet; Quod verò illud Galenus non imperauit, non obſtat; noua enim in arte laudanda magis, ſi vera.

HIST. VXORIS DROMEDAI.
A primo die ad tertium.

Dromedai vxorem, quæ filiam erat enixa, cæteris ritè conſequutis, poſtridie rigor cepit, febris acuta primo die, circa hypochondrium laborare cœpit, faſtidioſa, horrens, implacida, ſequentibus diebus ſomnum non cepit, ſpiritus magnus, rarus, ſtatim reuulſus, poſtridie eius diei quo riguerat, aluus commodè reddidit, vrina craſſa, alba, turbida, cuiuſmodi ſunt quæ in matellis ſubſederant, cùm agitata fuerunt; repoſita multo tempore non reſidebant, nocte non dormiuit: tertio die circa meridiem ſuperriguit, febris acuta, vrina eadem, hypochondrij dolor, faſtidioſa, nocte magna cum moleſtia non quieuit ſudor vndique frigidus, è veſtigio calor illi rediit.

MIXVM quod huius curſoris vxor fœmellam enixa, tam grauiter, & exitioſè laborauerit, cùm ſoleant fœmellas enixæ crudis excrementis repleri, quorum febres leuiores eſſe conſueuerunt, & conſtitutionis tardiori a; & mirabillus, quòd cum vrinis cruda excrementa oſtendentibus tam inſomnis per totum morbum extiterit, erátque conſentaneum, quod modò dormiret, modò vigilaret, quia & craſſorum crudorum, & bilioſorum, & acrium copiâ moleſtabatur, tenebatur enim typhomaniæ accidentibus premi; verùm non ita euenit, quia vterque humor in eandem formulam acceſſionum

A conſpirauit, ſimul putreſcens, & ad fetum ſimul tranſmiſſus; ſuperabat verò bilioſus, vt ex repetitione per tertios conſtabat, & fortè cruda excrementa ſalſedinem contraxerunt, miſcella quidem pernicioſſima, quia ſimul cum craſſitie, & lentore moleſtiſſima eſt, ob bilis putridæ acrimoniam, & pituitæ ſalſuginem, nullaque ad peruigilium paratior, & ad horridas febres cogens, ob acrimoniam, & ſalſuginem dictam, ſemperque ferè corruptio maligna ſuccos à partu putreſcentes inuadit, ob loci proprietatem; nam ſi ſemen, & ſanguis naturaliſſimè abundantes, quia ibi putreſcunt, corrumpuntur malignè venenorum æmuli, quæ prauitas in excrementis enixarum prauis ex ſe non ſperabitur, ſi eodem loco putreſcant, & reliquos humores ſimili

B labe contaminent.

Non retulit Hippocrates, quod neceſſariiſſimum erat, nimirum ſi lochialis purgatio vt debebat proceſſit; eſt verò probabilius fuiſſe ſuppreſſam, & ad hypochondrium retroceſſiſſe, & ibi inculcata dolorem cauſauit, & cùm tam praua fuiſſet, anxietudine, horroribus, inquietudine, & peruigilio moleſtiſſima fuit, erat enim mordax, ſalſuginoſa, & ſicciſſima cum craſſitie, & lentore aliquo, & quia ſicciſſima, & calida, ſtatim intensè cogitare circa obiecta coegit, vt velut oblita reſpirationis, magnè, & rarè reſpiraret, ſignum validiſſimum delirij futuri, vt dicitur 1. *prognoſt.* his verbis; *Qua verò magna, & ex longis interuallis inſpiratur, deſipientiam oſtendit.* Galenus, & Mercurialis legunt diuerſiſſimè, vt Vallaſius, & Phrigius, primi tranſtulerunt ſic: *Spiritus*

C *magnus, & rarus ſtatim reuulſus*, Alij ſic: *Spiritus magnus & rarus, hypochondrium ſtatim reuulſum*, vt Phrigius, Valleſius *ſuſpenſum ſtatim*. Et hæc verſio magis mihi probatur, quia primo die non poterat eſſe in muſculis inflammatio illos conuellens, nec ſiccitas primo die conuellens repugnat: reuelli verò hypochondrium ſurſum ſuccis aſcendentibus, ſtatim, & ſubitò euenire potuit, & declarauit ſpiritus magnus, & rarus, in cerebrum excrementa aſcendere, vt peruigilium, & hypochondrij dolor in tranſitu; eſtque ſignum communiſſimum eleuatio, & reuulſio hypochondriorum ſanguinei fluxus per nares, quæ tumultuoſa commotio excrementorum, iecur, cor, & cerebrum offendens, & partes etiam ſentientes, horridam, inquietam, & anxioſam reddidit, eſt-

D que anxietudo ſymptoma propriiſſimum excrementorum, ſurſum impetum facientium ex vtero, læduntur enim viſcera omnia, præcipuè ventriculus; læduntur verò grauiſſimè ferè ſemper; quia vt Galenus docuit, rarò non ſunt praua excrementa enixarum, vt ſola eorum fuligo per muſculos ſeminata, horrores moleſtos ſuſcitet, genus neruoſum aſſiduè lancinans.

Dubitabis meritò de rigore primi diei, reiterato rurſus in die tertia, qui febris intermittentis ſignificationem non leuem includebat; verùm non erat ita, ſed prauitatem excrementorum innuebat, nam praua materia dum ad focum mouetur, vapor acer, & malignus partes ſentientes vellicans, horrores excitat, & cum non

E eſſet morbi ideæ proprius, defecit in quinto, at ſexto rurſus moleſtauit, à quo breuiſſimè incaluit, videbaturque criticus magis, quàm acceſſionis initium, quia ab eo incaluit velociter, & ſudauit per totum; delirauit, & motibus conuulſiuis concuſſa, celeriter animam egit, quæ non dubiè critica maligniſſima erant, indefeſsa moleſtiâ naturam lancinantia, & turgentem inceſſanter reddentia, vt in hoc morbo veriſſimum ſit Hippocratis præſagium 1. *prognoſt. textu* 8. qui conuulſuri ſunt, facilè ſpirant, ſine dolore ſunt, noctu dormiunt, & alia ſigna ſecuriſſima habent: qui verò morituri ſunt, difficulter ſpirant, delirant, vigilant, & alia ſigna deterrima habent; & cùm in hac infirma conuulſiones à capite inciperent, ſudaret, rigeret, deliraret in ſexto, & defuncta fuerit, conſtat ſiniſtra Valleſij, diei quinti interpretatio, dicendo, quod aluus ſuppreſſus

fuit

fuit ceſſante iam expultrice: diceret melius depravatè operante, & violenter agitante excrementa, mouenteque in ſupernam regionem, & per corporis ambitum; nunquam enim requieuit expultrix; nam primo die riguit, & rurſus hypochondrium doluit, ſurſum expulſis excrementis, aluus etiam ſollicitatus fuit, & vrinæ tam craſſæ, & turbulentæ ſine valida expultrice eſſe nequeunt: ſudor frigidus cum ſubita ab eo incaleſcentia idem ſignificat, validæ enim permutationes, & oppoſitæ, nunquam languente expultrice celebrantur: vrinæ tam craſſæ, & turbulentæ robur expellentis non ignorant, nec tenues poſt apparentes, ſi vt putat Valleſius euenerunt, quia retrogradum motum, ſeu oppoſitum, & inferiori difficiliorem expultrix celebrauit, in cerebrum impetuosè excrementa trudendo, conuulſioneſque lethales capitis excitando, fueruntque meo iudicio vrinæ tam craſſæ, vt repoſitæ non ſubſiderent, non ortæ ſolùm à feruore febrili in materia craſſa, ſed intempeſtiuæ, ob ſymptomaticam criſim ſtatim cum ſumma cruditate tentatam ſiniſtrè.

A die quarto ad finem.

QVarto dolor hypochondrij remiſſius eſt, capitis vnà cum dolore grauitas; aliquantulum ſoporata eſt, parum nares ſtillarunt, lingua perarida, ſitibunda erat; vrina paucæ, tenues, oleoſæ, paulisper dormiuit: quinto faſtidioſa, ſitibunda, vrinæ eadem, nihil deiecit; circa meridiem multum delirauit, ſtatimque ad mentem aliquantulum redire; ſurgebat, at deinde mox aliquantulum ſoporata eſt, paululum frigebat, nocte dormiuit, delirauit; ſexto die manè ſuperriguit, citò percaluit, toto corpore ſudauit, extrema membra frigida, delirauit, ſpiritus magnus, rarus, paulo poſt conuulſiones à capite cœperunt, ſubito obiit.

Dolor hypochondrij remiſſus eſt, quia magnam partem materiæ in cerebrum reiecit expultrix, inde capitis grauitas cum dolore: creſcente verò obſtructione cerebri indolens reddita fuit, quia ſoporata, fuit tamen breuis ſoporatio, quia acrimonia, & putredo excrementorum, diuturnum ſoporem ſemper recuſant, & reſoluendo humorem, & vellicando potentias; ſæpè etiam vapores acres, humiditates naturales liquando ſomni ſunt authores, breuiſſimi tamen, quia ex cerebro liquatur pauciſſimum, & liquidum, eſt enim illiquabile, vt Galenus docet: habuit hoc die ſignum illud prauum, ſtillam nempe ſanguinis per nares, de qua iam ſcripſimus, & hæc non ſemper facultatis expultricis languorem arguit, vt docui, ſed interdum craſſitiem ſanguinis, & ſanguinem iam velut concretum interius eſſe, ob defectum humoris à febre colliquante, aut quia materia atrabiliaria ferè eſt, & ſic, etſi acrimonia oſcula vaſi aperiat, craſſitie tamen obturat; & expellenti, etſi valida ſit, reſiſtit, ſanguis enim fibroſus, & craſſus qualis eſt atrabiliarius, ſi frigiditate medij alteretur, concreſcit ſtatim, & nimis obturans redditur. Sæpè etiam cerebri calor oſcula vaſorum hiare cogit, & pauciſſimus ſanguis relicitur, vt hinc teneas non ſemper eſſe exitialem ſtillam ſanguinis, etſi rarò talis non ſit.

Si lingua erat perarida, neceſſariò foret ſitibunda; ſed mirum quod, quæ reſpirabat ſemper magnè, & rarè, ſitim ſuam prædicaret, cùm ſemper talis reſpiratio delirij ſit comes, & delirans non ſitiat, aut ſi non deliret, ſummam diſtractionem ſenſuum ſignificet circa alia ubi eſt, quæ non minùs moleſtiam ſitis obſcurat, nam delirans pauci bibulus eſt, non quia deliret, ſed quia ſine intenſa obiectorum contemplatione circa quæ delirium verſatur, delirare non poteſt, rectè tamen M. dicus ſitibundum eſſe aſſequutur, etſi potum non petat, quia linguam peraridam videat, vt ſic largiorem potum, & maiorem attemperationem commodet, nec colliquetur, vt huic euenit; & oſtenderunt vrinæ tenues, & paucæ, & oleoſæ; tenues ob langorem coctricis, & calorem putredinalem diſſoluentem mixtionem, nullamque ſuccorum coagmentationem permittentem; interdumque quod colliquatur craſſum, renes obturans, permittit ſolùm quod tenue eſt percolari, cui tenuitati auxiliatur maximè raptus humorum ad cerebrum, & eſt exitiale ſignum, ob quam tranſmutationem pauci eſſe debent; & etiam quia calor colliquans, magnam ſeroſæ partis copiam abſumit, & inſenſibiliter digerit, pingue tamen colliquatum vrinæ ſupernatans, oleoſas vrinas reddit, prauum quidem ſignum, quia in prognoſticis dicitur, & pinguia innatantia araneis ſimilia vituperanda: conſumptionis enim ſunt ſigna, ſæpéque abſceſſus fiunt ex colliquata ſubſtantia, vt non credas ſemper ab humoribus fieri, vt dicitur *comm. 1. de humoribus text. 25.* iis verbis: *Simili quoque modo euenit, vel ab humoribus, vel à corporis colliquatione, & item animi*, Galenus expoſitor ſic fatur; *Quæ verò colliquatio propriè nominatur, plerumque fit quod pinguedo, aut etiam tenera caro propter malignam febrim colliquetur, quam ſanè ex vrinis potiſſimum cognoſces, ſunt enim illa oleoſæ, eaque principium colliquationis ſignificant, cumque in colore, & conſiſtentia, quid veluti oleum ſit, tunc affectionis indicat ſtatum.* Verùm ne huiuſmodi vrinæ in fraudem te coniiciant, propterea quod tales fermè excerni ſolent quando renum pinguedo diſſoluitur, ſed diſtinctiones allatæ ſunt ab Hippocrate, cùm diceret, quibus ſubſidentia pinguia ſunt, & conſertim exeunt, in his renum affectiones indicant: cauſa eſt, quia in renibus celeriter fit excretio, at in pinguedine totius corporis non celeriter, ſed tardè: in quo textu cenſendum eſt erroneam eſſe tranſlationem illius particulæ *ſubſidentia pinguia*; nullum enim pingue ſubſidet, vt nec oleum, ſed ſemper ſupernatat, conſtatque ex aphoriſmo citato à Galeno. *5. aphoriſm. text. 35.* iis verbis: *Quibus inſidens pingue, ac ſimul totum, iis renum vitium acutum ſignificatur.*

Quintus dies perniciosus fuit, & grauibus accidentibus ægrum afflixit, anxietate nimirum, ſiti, lotio colliquatiuo, & aluo aſtricto, ob raptum excrementorum ad ſuperiora, ob quem circa meridiem multùm delirauit, breui tamen mentem recuperauit, & breui rurſus mente fuit capta, quæ omnia perturbationem inſignem & tumultuoſam ſignificant, ſummumque naturæ irritamentum, ob quod anxioſa ſurgebat, cordis oppreſſione, & horrendis inſomniis perterrita, quando per duorum excrementorum copiam cerebro oppreſſo fuit ſoporata, rurſuſque à moderata vigilia ſopor oppreſſit, quia mutua erat pugna inter expultricem totius, & cerebri, modò enim hoc vincebatur, & ſopor moleſtabat, modò vincebat, & vigilia redibat, tandemque turbatione hac mitigata in pugna deterioris partis acceſſionis, ſomnum placidiorem habuit, & nocte dormiuit, delirauit tamen, & hoc, etſi dormiret placidiùs, quod ſæpè euenit quando compoſita cauſa, & contraria cerebrum ſimul occupat, bilioſa enim vita, mouet intensè phantaſiam & inſomnia efficaciter ſuſcitat, pituitoſa verò, aut ſanguinis vapor, vel alimenti ſuſcepti, dormire cogit; ab inſomniis verò ſuſcitata facultas, aut geſticulationes, aut motus conuulſiuos, aut loquelam inordinatam, & erroneam molitur, & hoc eſt delirare, & dormire ſimul, attende diligentem modum loquendi Hippocratis, ſopore, & ſomno vtens, in expoſitione huius dicti, illo enim morboſum ſomnum, hoc naturalem expoſuit, quod non aſſequuti Mercurialis, & Phrigius, impotentiam vigilandi per ſomnum, & ſoporem intellexerunt, qui enim ob impotentiam vigilãdi, dormire putantur, non expergeſiunt, tendente morbo in exitium, ſed dormiunt magis, quia debilitas ſemper creſcit, & cõſequenter vigilandi impotentia; nec multùm delirare, & rurſus mentem recuperare poſſunt, vt huic, quinto die contigit, in quo iam mortem in limine

eſſe

eſſe, extremorum frigiditas declarauit; & confirmauit dies ſextus, rigore intempeſtiuo vires, vt mala cauſa diſſipans, à quo cito incaleſcens, ſudor totum corpus inundauit; non dicit ſi calidus: aut frigidus ſudor erat, ſi calidus diaphoreticus, ſi frigidus ſyncopoſis; crederē diaphoreticum fuiſſe, in quo digeſto vitali ſpiritu ſtatim friget totum, & extrema magis, citiuſque hoc ſudore calido pereunt, quàm frigido, vt Medicos etiam peritos fallat in tempore obitus, putando citius periclitaturos, qui frigidum ſudant, cùm ſoleat frigidus ſudor ſeruare interiùs diutiùs vitale calidum: calidus verò ſudor digeſto ſpiritu, celeriter necare: digeritur verò à vehementia caloris febrilis extenuatus, & totius corporis præter modum apertis ſpiraculis. Ita verò huic contigiſſe, ſpiritus, ſeu reſpiratio magna, & rara perſuader, magna ob duo, & ob incendium, & defectū vitalis caloris in corde: quæ duo vſum auctum conſtituunt: vrgebat magis incendium, alioqui implicaret magna, & rara reſpiratio, quam ſine robore aliquo celebrari repugnat, quo vſque ad extremum vitæ ferè durante, & conuulſionibus à capite incipientibus, ſubitò animam ſpirauit, fortaſſe fuerunt epilepticæ conuulſiones, vt aliquoties ſumus experti, quando cauſæ acrimonia, & malignitas cerebrum in morbo pluries tentare conſueuit, & facto impetuoſo, & erroneo in cerebrum decubitu criſi, & abſceſſu mortali, & à malignitate cauſæ, & à conuulſionibus violentis ſubitò diſſipato vtroque ſpiritu, ſubito pereunt.

Hinc diſces rem non facilis ſolutionis, quomodo nimirum in die obitus, & morti tam proxima infirma, reſpirationem magnam, & raram habere potuit, ſi reſpiratio illa fortem facultatem requirit. Contigit verò, quia expellente natura cauſam morbificam in cerebrum, expellit ſimul magnam copiam ſpiritus vitalis ad illud; priuauit verò cor vitali calido, cuius defectus, ſi Galeno credendum eſt, vſum auctum conſtituit in corde, cerebrum verò calore vitali accepto, influebat ſatis ad validos motus conuulſiuos, & motum thoracis par neruos, ſicque reſpiratio magna ſeruabatur, & dum doceo ſatis influere, de vtroque influxu intellige, vitali ſcilicet, & animali: erat verò in hoc mortali conflictu conſentaneum, pulſum debiliſſimum eſſe, & crebrum ob penuriam vitalis caloris in corde vſum auctum conſtituentis.

Multa de tyranna proprietate diei ſexti ex mente Galeni Phrigius tranſcripſit & vterque ex Hippocrate 4. *aphor. text.* 29. dicente, *Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile iudicium ſequitur:* cur verò id eueniat, nullus ſatis idoneè explicuit; conſtat verò aphoriſmum eſſe falſum abſolutè, ſi verum eſt quod docuit Hippocrates, eſſe nimirum iudicandas febres, ſi benè iudicandæ ſunt in die motionis earum, & cùm frequenter per pares moueantur, & conſtet ex plurimis hiſtoriis epidemicis, erit fauſtus dies ſextus iudicationi febrium per pares affligentium, & vt fœlicem, & decretorium numerauit illum Hippocrates 2. *epid.* 3. *text.* 14. & *text.* 15. ſcripſit, *Porrò ſciendum eſt, quod ſi aliter iudicentur extra hos præſcriptos, ſignificent reciduam fore, ſiantque pernicioſes.* Eſt ergo perſpicua ſatis tantorum authorum contradictio, & varietas, tenebaturque Galenus tantam tyrannidem diei ſexti prædicans, exponere qua ratione tam fœlix fructuoſuſque ſit in febribus motis per pares; & etiam docere rationem veritatis aphoriſmi; nam quod in die ſexto iudicium factum ad ſalutem ſit, hiſtoriæ epidemicæ confirmant, eſt tamen non dubiè infœlix: pendet verò infœlicitas ex duobus: Sit primum quod ex parte lunæ auxiliari naturæ non poteſt, quia nullus aſpectus in illo celebrat. & in febre mora per impares à ſolo irritamento cauſæ morbificæ incitatur natura ad criſim, & ſic periculosè, quia nec ex parte acceſſionis, nec ob lunæ fauorem criſim procurat.

Si vero per pares moueatur febris, rarò infœlix non eſt, quidquid dicat Hippocrates, nam motio per pares copiam magnam cauſæ arguit, alioquin non extenderetur acceſſio vſque ad diem ſecundum, in quo ſummus vigor in motu per pares affligere debet: tantam verò materiam ſuperari à natura in tam breui tempore implicat, & ſic ſine coctione ferè ſemper iudicium morbi intendit, ac per conſequens cum grandi periculo mortis: intendit verò illud, & præuertit, vt docuit Galenus 3. *de diebus decretoriis c.* 8. propter vehementiam acceſſionis, vt ſecundo die, & quarto interficiat, & ſexto plurimos. Recole dicta in enarratione Philiſci, vt nunc dicta facilè teneas.

Curatio morbi vxoris Dromedei.

IMperata victus ratione tenui ob morbi acutiem, quæ viribus medicatis præcipuè inſtituenda erat, vt ſimul febris attemperetur, & lochialis purgatio ad vterum inclinetur, ſecanda ſtatim erat vena in talo, intermiſſionibus quibuſdam in ipſa ſanguinis effuſione imperatis (vulgo per pauſas dicitur) vt cum minori virium diſpendio fiat, & cum maiori inclinatione recurſus ſanguinis ad vterum; nam vt in exquiſita reuulſione præcipitur, vt ſanguis per repetitas ſectiones & moderatas, crebras tamen extrahatur, ſic in eadem venæ ſectione ſimilis modus imitandus eſt, in nullo enim auxilio ſpes ſaluris, vt in redditu lochiorum collocanda eſt, præſertim quando cerebrum ſanguis ab vtero retrocedens petere cœpit, vt in tam graui & acuta febre non ſemel ſolùm, vt communiter fit, ſed bis, & ter eodem die reiteranda ſit ſanguinis euacuatio, vt enim extremis morbis extrema remedia optima, ſic tam celeriter mortem machinantibus, celeriter occurrendum eſt, æqualitas enim auxiliorum, non ſeruatur aliter quàm eadem celeritate auxiliis obſtare periculo, quia morbus naturam noſtram expugnare contendit.

Inter vnam & aliam ſectionem, affigendæ ſunt parti domeſticæ inguinum, & vtero proximiori cum multa flamma cucurbitulæ, ventricoſæ quidem longioris colli, & oris anguſti, ſic enim valenter trahunt, & dolorificæ magis ſunt, vt duabus rationibus ſanguis ad infera retrahatur, & impediatur aſcenſus in cerebrum, crura etiam aſſiduè fricanda oleis calidioribus, & vt conſulit Mercurialis, veſicantia affigenda, docendo, quod ſi ex cantharidibus formentur, proſint multum, quia ſanguinem attrahunt à veſica; & conſequenter ab vtero: doctrina quidem tam difficilis, vt noua, quæ conſenſui omnium Patrum refragatur, ſentiunt enim cantharides eſſe venenum veſicam erodens, & exedendo ſanguinis mictum cauſare, non quia trahant, cùm ſi traherent, contra libidinem eſſent antidotum, non incitamentum tam validum: aſcenſus etiam ſanguinia impeditur cucurbitis ſcarificatis in parte extrema inguinum, & pubi immediatiore; ſunt qui audeant hyrudines labiis pudendorum affigere, vt impediatur aſcenſus, mariſcis verò firmatæ ſecuriores, & non minùs vtiles ſunt. rarò enim ſanguis lochialis non eſt melancholicus, & craſſitie vteri vaſa obturans, & ita eſſe neceſſarium apparet, ſi vt docuit Hippocrates, trahit fœtus quod eſt puriſſimum, & dulciſſimum ſanguinis, vt verè dices ſanguinem derelictum à fœtu inquinari trahendo puriorem ſolum ad ſe, & relinquendo fæces interiùs, & fæces ſunt melancholia.

Eſt etiam peſariis vtero applicitis mouenda purgatio, ſunt enim efficaciſſima in hoc caſu, dummodo vterus inflammatus non ſit, inunctiones totius ventris ſunt vtiliſſimæ cum oleo liliorum alborum, de croco rutaceo, anethino, de angelica, in quibus artemiſiæ folia incoquenda ſunt, & piſta exquiſitè per ſetaceum traiicientur, & cum theriaca magna facto linimento pubi applicabuntur; interiùs vero præter communia peſaria,

vtilites

vtiliter applicatur ſuccus Mercurialis in bombace imbibitus, puluere croci, & ſabinæ inſperſus, vt ſi lenta pituita, & mucoſa, oſcula, & vaſa obſtruat cum puluere agarici, & calamiothæ, aut cum lana ſucco artemiſiæ imbuta, & puluere myrrhæ, & aſari aſperſa, & calida vtero iodita. Deſperatas ferè iam vidimus, ſuppurata lochiali purgatione, & concocta, & paolatim emanante liberati, & huic concoctioni, & laxationi vteri ſumma ſollicitudine incumbendum ſemper, cui optimè auxiliatur æſypum, cum diambra & caſtoreo in vellere appoſitum.

Norabis verò quod lochialis purgatio detenta in febre acuta, longiorem potum expoſcit; ſiccatur enim ſangois incendio febrili, & craſſior redditur; viæ ſiccatæ occluduntur, & calor totius trahit etiam ad ſe, & per totum diſtribuit illum, & ſic ab vtero diuertit, peccâtque in hac indicatione communiter Medici, abſtinentiam potus rigidè conſulentes, enixis merito tamen multum frigidum recuſant, quia primo occurſu periculoſiſſimum vtero eſt, & ventri inferiori, ſuperuenienteque hyſterica paſſione breui pereunt. Peccat grauiter Phrigius in huius hiſtoriæ declaratione, vinum conſulendo, & periculoſiſſimè monet eſſe implexanda plurima auxilia, & ſi non conueniant, ob vulgi æſtimationem, nihil pernicioſius conſoli poteſt: eſt communis potus aqua decocta adianto, & ſi ſit poſſibile viridi, quia efficacius menſtrua mouet, additor ob febrem radix condrilæ, ego nunquam radicem apij recuſo, nam Galenus in vndecimo methodi in medela febrium putridarum, aquam radice apij decoctam commendat, & quia flatus diſcutit, vtiliſſima eſt. Dioſcorides *lib. 3. c. 208.* radices acetoſæ ad menſtruorum motionem conſulit; erunt ergo vtiles, quando febris ardens enixas vrit, eſtque guſtui gratiſſima; harum radicum, & endiuiæ decoctum, & clarificatum datur vtiliter cum idoneis ſyrupis ad caloris attemperationem, & in acceſſionis declinatione ſumpto prius ſyrupo adianti, præbeo decocti moderatè frigidi ℥. vj. aut octo, & lochia abundantiùs deſcendunt, præſertim ſi paulo ante axungia cum melle, & puluere croci vtero applicetur; aut æſypum cum modico puluere radicis brioniæ, caſtorei, & elenij, & vbi rebellis nimis lochialis purgatio eſt, præbere oportet ſucci calthæ ℥. ij. decocti radicis cardui matriæ ℥. vj. extracti ſabinæ ℈. i. m.

Aliud grauiſſimom ſymptoma erat anxietas, perniciosum quidem inquietudine, moleſtia tactus, in ceſſante vitalis ſpiritus reſolutione, & peruigilio diſſolueos breuiſſimè vires, & interdum tam moleſtè fatigat, vt celeriter facies hippocratica contrahatur, & velut deſperatos reddat infirmos: caoſa eſt, authore Galeno 7. *aphoriſm. text. 56.* humiditatis prauæ certa proprietas in ore ventriculi imbibita, moleſtiſſima quidem non multitudine, ſed magis malignitate, ſtabulaturque non in cauitate ventriculi, ſed in tunicis oris eius, vt dixi, cui cor ita conſentit, vt videatur æquale periculum, velut ſi cor ſolùm pateretur, inferre, ob quam compaſſionem cordis cum ore ventriculi, cor etiam os illud antiqui appellarunt. Nec teneas quod moleſtiſſima eſt ſenſatio illius in anxietate, propriè dicta, quia intenſè dolere faciat, ſed alio indicibili modo ita excedit, & implacida eſt, vt accubitum non ferentes, iacendi figuram inceſſanter euatient, quia vt docet Galenus præſens ſemper aggrauat eos; ob id cardialgia, id eſt cordis dolor à Græcis dicitur hæc praua moleſtia, & affectio oris ventriculi, quia idem ferè patitur cor ob conſenſum oris ventriculi, ac ſi cor primariò affectum eſſet. Hinc intelligetis loca quædam difficilia. Sit primum Galeni, *2. aphor. 33. in fine*, dicentis, ſicuti & quæ ad ventrem attinent, & hepar, & cor, vbi adeſt promptitudo ad cibos; quibus infert ex appetentia ciborum conſtare cor bene ſe habere, & cor ſignificat os ventriculi, in quo præcipuè appetitus ciborum re-

A ſidet. Alius locus eſt Oribaſij, virtutes aceti numerando, vbi dicit acetum, cor roborare, hoc eſt, os ventriculi firmat, quia aſtringit, & appetendi munus adiuuat.

Magnum dubium ex dictis ſuſcitatur; quomodo ſectio venæ imperatur ſtatim, antequam circa paſſionem oris ventriculi infirma hiſtoriæ benè ſe habuiſſet; oppoſitum enim Galeous docuit *1. ad Glauconem. c. 14.* dicendo. *Age igitur ſi quis febricitet, & adſit plethorica diſpoſitio; verùm ſi ex recentibus cruditatibus ſit, ac morſum ſentiat, afflictumque os ventriculi, vel ſi etiam humorem aliquem malum euomerit, & in huius tranſitu non parum fuerit offenſus, adeò vt grauiter ſe habeat, atque anxiè, nunquid hic ad febrem reſpicientes, ſolam multitudinem euacuare tentabimus, an* B *prius ori ventriculi prouidebimus, & deinde poſtquam circa hoc benè ſe habuerit, quam contigerit totius corporis euacuationem faciemus. Mihi quidem ita videtur agendum, multos itaque ſupius vidi qui ita affecti erant, quoſdam interijſſe, alios ad extremum periculum fuiſſe perductos, cum Medici eos vacuare tentaſſent, antequam os ventriculi corroboraſſent*: hæc Galenus.

Dubium vidit Phrigius, ſed vt cæcus illud diſſuluit, nullam doctrinam tradendo, ſolùm dicit, oportet reſpicere morbum, & cauſam morbi, cauſa morbi erat ſuppreſſio menſium, & huic erat primò incumbendum, quæ praxis pernicioſiſſima eſt, & contra Galeni doctrinam, tradentis methodum in affectibus complicatis ſeruandam, & multa exempla tradit ſymptomatum impedien- C tium ob eorum vrgentiam executionem remediorum, cauſæ febrium debitam primariò, ſi ſine vrgente aliqoo ſymptomate illæ ſolæ darentur, vt in caſu iam poſito, in quo ob anxietatem, moleſtiam, & læſionem oris ventriculi, plenitudinem non tollit ſecta vena, donec læſio iſta mitigata, & robur ventriculi conciliatum ſit prius, & experimento conuincitur, ſi priùs ſecetur vena, & ventriculo prouideatur, multos hoc aut ad mortem, aut ad extremum periculum perduxiſſe. Meliùs doceret Phrigius illam ſuppreſſionem fuiſſe cardialgiæ, & anxietatis originem, vt erat febris, & ſic & ſymptomati, & febri, aſcenſuique ſuccorum ad cerebrum, occurrendum primò eſſe ſecta vena; eſt enim frequentiſſimom, ſanguinem, & alia excrementa retrocedere ab vtero in D ventriculum ob communionem vtriuſque partis, & quando ſic contigit, ſecurè ſecatur vena, etiamſi moleſtia magna ventriculi fatiget, dummodo vires conſtent, vt ſolet. Verùm ſi ex recentibus cruditatibus moleſtia illa daretur, aut ex alio maligno, & venenoſo excremento, à quibus cauſa febris diuerſa putaretur, pernicioſum eſſe poterat ſecare priùs venam, quàm ventriculo prouiſum ſit, vt Galenus aſſeuerat, & experimento ſuadet.

Rea ergo definienda eſt vt eo capite Galenus docet, dicendo; At pro viribus metiendum eſt quanta ſit febris, quantumve ex accidentibus periculum immineat, atque ad id quod vehementius, ac difficilius eſt, intendendum non poſthabita omnino etiam alterius cura: ergo conſideranda eſt cuiuſque rei vrgentia, & in relata E hiſtoria, certius mihi apparet vrgentiſſimam fuiſſe lochialem ſuppreſſionem, dedit enim ſtatim ſigna efficacia recurſus purgationis in cerebrum, & clarè demonſtrabat paſſio hypocondrij patientis in ſanguinis aſcenſu non leuiter, cum aliis accidentibus cerebri, à quibus vſque ad mortem fuit expugnata, & vt nuper docebam probabiliſſimè putabatur anxietatem illam ab eodem ſanguine retrocedente ex vtero fuiſſe creatam, & ſecta venâ omnibus indicationibus occurrebat celerrimè, & ſic eueniſſe deducendum erat ſi ante partum inculpata victus ratione fuit vſa, & nullo modo cardialgica erat.

Si verò ex diuerſa cauſa anxietas exciretur, magnum dubium ſe offert circa executionem remediorum, timendum enim eſt magnum cardialgiæ incrementum, ſi priùs quàm anxietatis cauſæ occurramus, vena

A tundatur, commouetus enim cauſa cardialgiæ,& nul-
lo modo educitur , commota verò acerbiùs torquet,
& interdum graue deliquium , aut ſyncope ſuperue-
nit , tracto corde in ipſa commotione in maiorem
conſenſum , & debiliori ventriculo reddito , ob ſan-
guinis , & ſpirituum inopiam, quibus cardialgiæ
cauſa moderanda eſt. Et mihi videtur quod ſi anxie-
tas magna ſit, debeas Medicus priùs occurrere illi , &
poſtea venam ſecare , quoniam in vehementi cardial-
gia , aut vires non conſtant vt ſecetur vena, aut eue-
nient ſymptomata à nobis nuper relata,& in extremo
periculo à ſectione conſtituetur æger. Bifariam verò
occurrere poſſumus, aut dando ſtatim medicamentum
B leniens , à quo cauſa imbibita extrahatur , aut dando
eductorium ſeligens, vt hiera ſimplex , de qua Euſta-
chius docet , ſemper ab eius vſu cardialgiam euanuiſ-
ſe:parat auxilium ex drachmis duabus hieræ,cum pul-
uere diarrodinis,& miuacitoreorum ſimplici,formatis
bolis, leniens medicamentum conuenit,quando ex re-
centibus cruditatibus , & vitioſo alimento anxietas
pendet ; ſeligens verò , quando humiditas maligna in
tunicis incarcerata anxietudinem creat;nec licet in re-
center enixis expurgationem timere , cùm experimen-
tum doceat medicamenta expurgantia non leuiter
menſtrua mouere, & vrinas,quæ euacuationes,raptum
ad ſuperiora impediunt , vt deiectio ipſa per aluum:
quod auxilium,præcipuè tentandum ſi cacochimia in-
C ſignis ſanguinem inficiat ; conſtat enim ferè ſemper
humorum vitio non leui gerentes vtero inquinari;non
ſolùm ob licentioſam, inſolentemque prauorum edu-
liorum appetentiam geſtationi tam propriam , ſed ob
nutritionem fœtus ex puriori ſanguine, & tenuiori, vt
Hippocrates docuit,à qua neceſſe eſt cacochimiam ſem-
per remanere interiùs expurgandam à partu,vt ob hanc
rationem Galenus docuerit in hiſtoria vxoris Philini
raro non eſſe vitioſum ſanguinem à partu, & inculpa-
tum nunquam , vt hæc te audaciorem reddant contra
vulgi opinionem ad purgandas enixas in morbis tam
vrgentibus ob ſanguinis prauitatem , qua moleſtata,
& lancinata natura,ſemper ferè turgens agnoſcitur,vt
huic infirmæ contigit,horroribus,anxietatibus, vrinis
D turbatis , ſudoribus , ſopore, peruigilio , & malignis
conuulſionibus intra ſextum occiſæ cum aſſiduo hy-
pochondrij dolore,eſtque commune præceptum Gale-
ni humores in capus tendentes expurgare.

Si verò anxietas magna non ſit , defectus verò lo-
chiorum grauia ſymptomata afferas , aut eorum præ-
ludia (in principio enim acutarum paſſionum ita time
præludia,velut ſi quæ pollicentur, confirmata iam eſ-
ſent, quia breuiter,& inopinatè in acutis pollicita in-
uadunt) ſanguinem mittes ſtatim,vt in principio do-
cui,iniecto priùs clyſtere,& roborato ventriculo,datò-
que alimento moderatè roborante, ne fiat cauſæ car-
dialgiæ magna commotio , & deliquium ſuccedas flu-
xum impediens, & vires eneruans, vt ſolet, & in caſu,
E quo cardialgia,& non minùs imminentia à ſuppreſſis
lochiis,ventura aſſequutus fueris:hæc time magis quàm
illam,& ſecandu priùs venam, dabis eodem die medi-
camentum leniens, paulò ante prandium, vt ante ex-
purgationem roborata natura deiectionibus ſufficere
poſſit ; nam in tam acutis,& periculoſis affectibus,ani-
mi liberalis,& confidentis,(vt Tralianus dicebat)Medi-
cus eſſe debet, fruſtra quidem tam grauium paſſionum
medela ſuſcipitur,niſi æquali celeritate qua periculum
pollicentur, occurratur, breuiſſimè enim vires labun-
tur aſſiduitate, & grauitate ſymptomatum,quod ſi vr-
geat cardialgia , & ſimul etiam cauſa febris , mo-
leſtiam cardiacam narcoticis moderaberis priùs ,
& ſtatim à moleſtia ſuſpenſa venam ſecabis , & ſi
viribus timeas , narcoticum leui cibo miſcebis;
nam humores erodentes cibo vt narcoticis eicuran-
tur,de qua indicatione *1.proprio*latè diſſeruimus.

Notabis verò ſollicitè diſtinctionem caldialgiæ à
cardiaca paſſione,hæc enim leuiſſimo dolore, & mode-
ratiſſima anxietate vires vehementer debilitas, & rarò
non datur æger ſine propenſione ad deliquium , aut
ſyncupem,eſtque malignior hæc cauſa,& veneni æmu-
la, includiturque in ore ventriculi cum qua cor validè
conſentit, & raro inuenies morbum ſenſibilem ad quem
tanta virium collapſio reduci poſſit : hæc ſectionem
venæ dehortatur ; hortator verò celerem expurgatio-
nem, & vſum alexipharmacorum vitalem vim robo-
rantium , & vt in febre maligna ornata prauis acci-
dentibus,& puſillo calore, inferunt Medici , maligni-
tatem cauſæ,quia tanta, & grauia accidentia à debili
calore cauſari repugnat, ſic in cardiaca paſſione dedu-
cenda eſt venenoſitas , & malignitas cauſæ ex prauis
accidentibus, & virtute effeminata cum leuiſſimo do-
lore,non potente ob remiſſionem viras exoluere vali-
dè. Vult vero Galenus cardiacos ſine febre appellen-
dos non eſſe, cardialgicos poſſe , vt verè dicas cardia-
cos propriè febrire debere,& cauſam cardiacam ſenſus
tactus minùs moleſtando, prauiora accidentia, vt vi-
rium omnium exolutionem maiorem cauſare.De car-
dialgia propriè intelligitur aphoriſmus ſexageſimus
quintus ſectionis quartæ , qui habes , *In febribus circa
ventriculum fortis æſtus, & cordis morſus, malum* ; nam in
forti æſtuatione ventriculi non poteſt eſſe niſi mani-
feſtiſſima moleſtia oris ventriculi à bile mordaci crea-
ta,quæ eſt propriè cardialgia , at in cardiacis propriè
obſcura eſt , & remiſſa dolorifica paſſio ; implaciditas
verò inſignis, cum inquietudine magna,& maiori ſuſ-
pirio ob cordis maiorem compaſſionem: & ob hanc cum
maiori virium diſpendio,in qua paſſione neſciunt ægro-
ti referre quid ſentiant,quia moleſtia ventriculi obſcu-
riſſima eſt ; debilitas verò,& cordis affectio maxima,à
qua iactatio,inquietudo, ſuſpiria, & faciei extenuatio
breuiſſima,& interdum cum ſudore, ſyncopis præſago
creantur.

Inde accipies diſtinctionem cardialgiæ , cardiacæ
paſſionis , & cardiogmon : cardialgia eſt dolor oris
ventriculi , manifeſtus,non intenſus nimis,ſed eroſio-
ne à ſuccis mordacibus impreſſus ſine febre : cardiaca
paſſio in doctrina Galeni febrem requirit, & per con-
ſequens cauſa illius debet putreſcere in ore ventriculi,
peccans in malignitate,& venenata natura,plus multò
quàm in mordacitate,aut vt veriùs loquamur, nullam
acrimoniam requirit , habetque plus multò periculi,
quàm doloris,quia non vrget moleſtia tactus , ſed ve-
nenata, & maligna qualitate, & putredine. In mea ve-
rò opinione cardiaca paſſio non indiget febre , quic-
quid Galenus,& Aëtius doceant , ignoro enim cur ve-
nenoſa qualitas in ore ventriculi impacta , & per con-
ſenſum cordis pernicioſa ſymptomata creans, cum le-
ui dolore,& tepida moleſtia ventriculi , non ſit appel-
landa cardiaca paſſio , quia nec à ſuccis mordacibus
pendet,vt cardialgia,nec occidit dolore,ſed leui mole-
ſtia tactus inducta,maligna, & venenata qualitate pe-
riculoſiſſima eſt.Cardiogmon verò ex antiquorum pla-
cito,permittit Galenus aphoriſmo citato, quod appel-
letur creber,& velox cordis motus,palpitationi ſimilis
extremum malum cordis ſignificans, quia arguit ma-
ximum viſceris incendium,vnde liquet, ſine febre ve-
hementi cardiogmon non dari , & per hanc à palpita-
tione cordis diſtingui,in qua etiam creberrimè, & ce-
lerrimè cor agitatur,& interdum tam impetuosè,quod
ſonus intus cauſatus audiatur extra , de quo ſympto-
mate Galenus agit *2.aphor.tex.41.*

Illud tandem notandum eſt , in quo non ſine gra-
ui periculo peccare Medicos video , eſt verò epithe-
matis odoriferis in cordis regione vti in febribus , &
aliis paſſionibus corda affligentibus , quorum vſus ſe-
xui fœmineo pernicioſus cum ſit, lethalis eſt recenter
enixis , eſt enim efficaciſſima occaſio aſcenſus vteri,

&

A & ſuppreſſionis lochiorum, & mortis. Conſtat verò quod ſi benè odorantia damnentur, conuenire poſſunt, quæ talia non ſint, vt in maligna febre non recuſarem Marhioli oleum, & in cordis palpitatione flatulenta, aut à venenato vapore, cum theriaca magna: intus verò ſi quando deuorantur, non odorentur, ſecuriſſima ſunt, quia vt docui tractatu de vteri ſuffocatione, non lædunt benè odorantia, niſi ſenſu olfactus percipiantur, quod, etſi verum ſit, ſecurius eſt non odorantia cardiaco præbere, ſæpè enim ructibus ſuperuenientibus, vt eſt frequentiſſimum, per morbos, quod extra ructu reiicitur, olfactu percipitur, & lædere poteſt; eſt enim ferè in omnibus fœminis tam facilis conſenſus vteri cum odorantium perceptione, vt non ſine admiratione, quæ experti ſumus, audiri poſſint, nec ſine illa quam B in illo tractatu ſcripſimus, legentur; nam, etſi tanti, & tam docti Scriptores rationem inquiſierint, cur vterus ſurſum aſcendat, quando naribus benè odorantia applicantur, refugiat verò, & deſcendat, ſi fœtida, nullus adæquatam rationem inuenit, vt ex noſtra diſputatione apparebit, in qua mentem noſtram, & veram rationem problematis expoſuimus. Verum quia nulla regula ſine exceptione accipiatur; fæminam vidimus à graueolentibus hiſtericam fieri, vt aliæ omnes à benè odorantibus, & ab his lætabatur, & roborabatur, ſine vteri turbatione, & moleſtia, quæ erat inſignis, & periculoſa à graueolentibus perceptis. Ratio non eſt facilis; cenſeo quod graueolentia idem cauſabant, quod vehemens triſtitia, à qua quotidie hy- C ſtericæ fiunt, & vt triſtitia ſine olfactu hyſterica ſymptomata cauſat, ſic moleſtia graueolentium poteſt eſſe tam grauis, & implacida alicui indiuiduo, vt ſit occaſio commotionis excrementorum in vtero, & acceſſio hyſterica excitatur, vt in vehementi animi paſſione, & iuuat maximè eſſe ventriculi impuri nauſeantis validè à perceptione graueolentium, vt eſt frequentiſſimum, vt nauſea ipſa commotionem excrementorum vteri foueat, & quod eleuatur ab illo, aſcendat faciliùs. Sed cur non lædatur à benè odorantibus, vt in aliis experimur, pendet ex ſubordinatione vteri cum olfactu; requiritur enim certa, & determinata perceptio odorum, vt vterus moueatur, & ſimul cum D illo excrementa illius ſi dentur, agitentur, & euaporent. Sed hoc neceſſarium non eſt, quando vterus defæcatiſſimus mouetur non dubiè, & quando talis eſt, leuior eſt, & ſecurior hiſterica acceſſio, vt periculoſa, & moleſtior, ſi ſordidus, & excrementoſus ſit. Totum hoc argumentum latè explicuimus quæſtione vltima de morbis acutis vteri; in qua omnium rationem ſcripſimus.

ÆGROTVS DVODECIMVS.

A die primo vſque ad ſeptimum.

E *Quidam caleſcens cœnauit, & potauit largiùs, vomuit cuncta, nocte febris acuta, hypochondrij dextri dolor, ſubmollis in partibus externis inflammatio, noctem moleſtè tranſegit, vrina primò rubra, craſſa, depoſita non conſiſtebant, lingua perarida; non valdè erat ſitibundus: quarto die febris acuta, vndique eum dolores affligebant: quinto minxit leue oleoſum multum, febris acuta: ſexto veſperi multùm delirauit, nec nocte dormiuit; ſeptimo omnia irritata ſunt, vrinæ ſimiles, multùm loquebatur, ſibi imperare non potuit, aluus irritamento liquida, turbida cum lumbricis excreuit, noctem ſimiliter laborioſam habuit.*

MEritò Mercurialis Galenum ſugillat ob inæqualitatem ſcribendi; interdum enim, & in rebus magni ponderis nimis breui loquitur, vt in huius hiſtoriæ declaratione percipitur, interdum tam loquax, vt vſque ad faſtidium non taceat. Galenus, Mercurialis, & Phrigius legunt, quod cœnauit, & potauit largius; Valleſius potum tacuit, ſcribitque; *homo quidam caleſcens cœnauit, atque adeò multum*; intulit verò ex ingluuie cœnæ immoderatum B potum, ſed hoc parum intereſt; putat verò Valleſius cum Galeno læſum fuiſſe grauiter, quia intempeſtiuè cœnauerit, in principio nempè acceſſionis, quia iam incaluerat. Phrigius multis hiſtoriis ſuadet quantam vim culpatus victus habeat, & ad morbos graues, & ad mortem inferendam, & inter omnes hiſtoria filiæ Philonis efficaciter comprobat, quæ ſola in illa tempeſtate defuncta fuit, quia intempeſtiuè cœnauit, etiamſi omnia ſigna, & iudicium ſalutis, quibus omnes liberati fuere ipſi euenirent. Ego verò ex hiſtoria præſenti coniecto, ægrum hunc voraciſſimum, & multibibulum fuiſſe, & inde paratiſſimum ſemper ad ægrotandum; homo enim qui iam ægrotabat, cœnans, & largiùs bibens, ventri per bonam valetudinem ardenter obſecundaſſe C declarat. Eſt verò probabilius largiſſimum potum ſumpſiſſe, quia ſic lectio Galeni & aliorum inſinuat. & eſt tam propelum his, qui iam febricitare incipiunt, & præcipue ardenter, vt hic ſi potus fuit vinum, lædere valentiſſimè potuit, quia morbus fuit iecoris inflammatio, ad cuius incrementum nihil tam efficacius, vt vinum multum, & cùm morbi omnes à fluxione orti, aut victum nullum, aut extremè tenuem expoſcant, non potuit non eſſe pernicioſiſſimũ in initio fluxionis, & ad partem tam principem, cœnare, & tam inſolenter bibere, præſertim illis temporibus, in quibus ciborum magna quantitas pro cœna parabatur, & morbi idea vinum fuiſſe potius ſuadet, quia inflammatio, ardens febris, & præ ardore colliquans.

D Contigit huic victu tam indextero infortunium ab Hippocrate pollicitum *6. epid. comm. 3. text. 1.* vbi ex alui, aut ventris ſtupore omnia in corpore confundi docet. Galenus verò exponit, quod ſi ventriculus non benè cibos coquit, omnia in corpore confunduntur, id eſt omnium vitiorum corporis cauſam eſſe; ergo in luteonibus idem inuenies: nam quod ventriculus debilis cauſat, eſt quia malè concoquit, mala verò coctio efficitur ſemper, quando plus cibi aſſumitur, & in hoc caſu periclitantur plus, quia non ſolùm cibus malè commutatus diſtribuitur, ſed repiendo vaſa non corruptioni opitulatur totius ſanguinis, & ſic varia excrementa creantur, diuerſiſſima ſymptomata excitantia, & totum corpus vitiatum multas, & diuerſas E euacuationes tentat, & mouet intempeſtiuè, vt huic homini contigit fluxione dextri hipochõdrij oppreſſo, & meo iudicio duplici tertiana ardente; nam cùm videretur febris motus per impares, notauit Hippocrates quod in die quarto febre acuta opprimebatur, & quod dolores vndique eum afflixerunt, quia irritata natura extenſa excrementorum moleſtiâ, magnam copiam mouebat, & totum doloribus torquebatur, ſexto delirauit multùm, & inſomnis omninò fuit, & decimo dolor crurum fatigauit, & omnia exacerbata fuerunt, vt verè dicere poſſis, continenter afflictum fuiſſe, & à primo die vſque ad obitum: quod ſi vna ſola fuit febris ardens, omnibus diebus potuit multùm pati, quia febris ardens authore Auicenna, leuiſſimas, & breues remiſſiones habet, ſed ſemper ſatis continuè affligit.

A Dabium mihi eſt, quid intelligendum ſit per inflammationem ſubmullem in partibus externis, cenſeo non laboraſſe inflammatione propriè dicta, quæ eſt tumor durus, & calidus ſatis cum rubore, neque tumorem ædematoſum fuiſſe, in tam doloroſo, & acuto morbo: erat ergo tenſio ſubmollis in partibus externis, quam nomine inflammationis ſubmollis expoſuit; nam quando viſcera inflammantur propriè, redduntur ſubmolliter partes externæ, hoc eſt eleuantur, velut ſi inflammatæ eſſent, non tamen duræ percipiuntur, ſed diſtenduntur, & tactui ſi comprimantur, cedunt, & compreſſæ non dolent; dolent verò interna viſcera inflammata; nam hæc inflammata fuiſſe omnes fatentur, & ipſa locutio Hippocratis clarè docet, narrando dolorem dextri hypochondrij, quod abſolutè dictum, iecur ſemper ſignificat: hanc B expoſitionem ex Galeno accipies 3. *epid.com.2. ægroto octauo*; verba ſunt; *At de hypochondriorum contenſione ſubmolli tam antea diximus, tenſionem citra tumorem Hippocratem innuere iſta dictione.* Oſtendit autem ea contenſio, nullum de externis corporibus, qui muſculi ſunt, abdominis inflammatione obſideri, verum aut ſeptum tranſuerſum, aut iecur, aut lienem. Si verò dicas in noſtra hiſtoria aſſtruiſſe dari inflammationem ſubmollem, & ſic allatam Galeni expoſitionem non habere locum, ſcias ex eodem Galeno, ardorem appellari inflammationem ſiccam, & hanc intellexiſſe Hippocratem; ardent enim externæ partes, C quando interna viſcera inflammantur, & non redduntur dura, ſicque laborant propriiſſimè inflammatione ſubmolli; nam muſculi ardentes tactui cedunt, quia à tumentibus viſceribus tenduntur molliter, & caleſiunt.

Vrinæ, & lingua perarida, ab eadem cauſa proueniunt, vſtione nempe ſanguinis; hic enim dum aſſari incipit, præſertim ſi craſſus ſit, vrinas reddit primò rubras, & craſſas, vſto toto ſanguine, & ſero conſumpto, quod cùm primo die contingeret, ſuſpicor ægrotum illum immoderato labore, aut alio modo viuendi ſanguinis vſtionem, ſerique conſumptionem ante morbum paſſum fuiſſe, & ſic incendium primi diei materiam tam diſpoſitam inueniens, vrinas rubras, & craſſas creauit; niſi teneas quod probabiliſſimum eſt, da- D ri nempè in illo ægroto crudorum non leuem copiam, vt putat Valleſius; illa verò in magna quantitate liquata reddidit vrinas tam craſſas, & turbatas, vt repoſitæ non conſiſterent, quia flatus craſſi copia grandis deſcenſui craſſiorum obſtabat, vt putant omnes, cum qua cauſa non erit facilis inuentu vrina rubra, nam color hic diluendus erat à ſero albo craſſorum, & crudorum craſſitiem, & turbulentiam cauſantium: ſed hoc poſſibile eſt, ſi ſupponatur, quod modus viuendi fuit talis vt ſerum abſumeret, immodicus enim labor, & ſanguinem genitum vrit, & cruditates cauſat diſtributo cibo intempeſtiuè, & cùm ſerum validè diſſipet, humores crudi liquati craſſiſſimam vrinam reddunt, velut ſi pix aut cera liquaretur, in quo caſu opaciſſima vrina E redditur, & ſic ruber color non diluitur, ſed opacitate ſeruatur ſuo modo, quia luminis defectus nigra reddit omnia, vt illuminata, & ſplendentia albicat, vt docuit Philoſophus, ruber verò color tendit ad nigrum.

Hinc diſces, quod etſi vrinam ſubrubram cum ſedimento ſubrubro ſalutarem Hippocrates prædicauerit, non tamen ob id vt ſalutaris rubra laudanda eſt, quia ſubrubra tendit interdum in rubram, conſumpto ſero à calore vrente, qui plus perſeuerans paucam vrinam creat ſummo periculo, & inter colliquatiuas febres ſemper repono, quæ ita ſanguinem vrit, vt paſſus color creetur nigro iam proximus; ignoro enim cur tanta ſeri conſumptio non arguat colliquantem febrem certiùs multò quàm ſi liquetur pinguedo recens, cum à leuiori calore hæc non dubiè liquetur; ignoratur A tamen ſeri liquatio, quia inſenſibiliter per poros digeritur, & nihil in vrina oſtenditur donec craſſiſſima, & paſſea redditur. Ego vero ſi iam calor vrens fatiget, & ſudor copioſus emanet timeo colliquari corpus, niſi pituitoſiſſimum ſit, cum qua temperie calor vrens non datur, ob ſuperfluum humorem, quo deficiente ſi ſudor multus ſit, & febris non leuis, colliquationem timens, illam omni ingenio præcaueo, & quod vrinæ rubræ, & craſſæ ob ſeri conſumptionem colliquari iam corpus ſignificent, præſens hiſtoria declarat, minxit enim quinto die lene & oleoſum multum grandis colliquationis ſignificatio.

Dolores qui vndiquè quarto die eum afflixerunt, turgentem naturam oſtendebant, per corpus totum B irritantes humores diſſeminantem, motus quidem periculoſiſſimus interna ſemper laocinans, cum periculo decumbendi in partem principem, quod ſexto euenit in quo multùm delirauit cum magno peruigilio, & tanta inquietudine, & loquacitate, & mente erronea, quod ſibi imperare non potuit, etiamſi conſuleretur, quod irritamentum malignum, & naturæ turgentia, vſque ad mortem continuatum ferè fuit; nullus enim dies ſine ſymptomatica expulſione inuenitur, nam ſeptimo præter vrinas, colliquationem innuentes, habuit aluum liquida excernentem, turbulenta cum ferarum ſeu lumbricorum copia, vt ſine admiratione à ſeptimo die tentatas euacuationes contemplari nequeas, nam præter dicta, noctem inquietiſſi- C mam habuit, manè riguit, à rigore ſudauit copioſè, à quibus expulſionibus videbatur ſine febre eſſe, & dormiuit parum, à ſomno illo paruo frigidus manſit, & ſtupebat, poſt delirauit multùm, & vomuit nigra, pauca, biliosa, continuatis tormentis tandem crura doluerunt, & vndecimo debitum ſoluit.

Rationem omnium reddamus, ſymptomata cerebri ex decubitu humoris in illo pendent, orto ex maligna turgentia, vt docui, & ferè iam maniacus videbatur, quia multùm delirauit, & ſibi imperare non poterat, aluus liquida, & turbulenta reiecit, cruditatem magnam ſignificantia, & ſummam agitationem; cruditatem quia tenuia, turbationem, quia turbulenta cum ſuccis crudis, & flatuum magna copia, quæ à pri- D ma regione euacuata fuiſſe certius eſt, & indicarunt lumbrici ſimul expulſi, quorum creatio ex crudis primæ regionis pendet, vt eſt omnium concors doctrina, ſignaque ſunt cruditatum primæ regionis, & ibi putreſcentium; putredo enim crudorum conditio eſt, vt generentur lumbrici, ob quam pariti ſſimi ſunt feras has gignentea cadendi in febres, & ſæpè malignas, quarum prauitatem ipſi lumbrici, & excrementa intra quæ ſtabulantur inuoluti, aſſiduè fouent, præſertim quando mortui pelluntur, occiſi iam à prauitate materiæ; cenſeoque mortuos expulſos fuiſſe, & ſi viui fuerunt, geniti ante morbum erant, vt natura illos reieciſſet, velut conſequenter cum aliis excrementis, vt ſæpè cibum, & chilum irritata pellit in diarrhœis.

E Sed dubium eſt de lumbricis expulſis, quos Hippocrates laudat in acutis morbis 2. *prognoſt. text.* 18. his verbis, *Ac lumbricos quoque teretes eunte in indicationem morbo, deſcendere vnà cum deiectione, idoneum eſt*; oppoſitum verò in noſtra hiſtoria inuenitur, expulſi enim lethaliter fuerunt, ſolutio communis eſt, quod locutus fuit Hippocrates ſub conditione, erat verò conditio quòd expellantur eunte morbo in iudicationem ſalutis, hoc eſt concocta materia, in noſtra hiſtoria ibat morbus in iudicationem mortalem, & ſic expulſi mortaliter fuere.

Sed res hæc altiùs examinanda eſt. Galenus 3. *aphoriſm. comm.* 26. putat abſolutè, vermes ex putredine generari cùm multo calore, & quia hic in tenellis non datur, inde illi ætati non ſunt familiares lumbrici, quæ doctrina mihi non probatur; aliud enim

eſt

eſt quòd præſupponatur materia putrida, vt vermes A creentur, aliud quod putredine fiant. Primum eſt probabile, ſecundum verò falſum, nullum enim animal generatur putredine, imo omnia media putredine pereunt, docente Ariſtotele, nihil eſſe 4. *metheor. capite* 1. ortui naturali magis aduerſum quàm putredo. Peccat etiam Galenus dicendo, quod lumbrici non fiant medio ſemine, ſed correſpondere aliis animalibus ex putredine ortis, cenſeo enim omnia animalia ſemine creari, & nullo modo putredine, de quo argumẽto Sennertus cum Scaligero, & Fortunio Lyceto doctiſſimè agit, & nos antequàm aliquem ex dictis Authoribus legiſſemus, quodlibeticam quæſtionem publicauimus demonſtrantem (vt reor) omnia animantia ſpontè naſcentia ſine ſemine ſuo non fieri, ridiculamque eſſe antiquorum B doctrinam, putantium ex putredine fieri, omnia, ſine maris, & fœminæ congreſſu creata, nam præter Ariſtotelis teſtimonium ex 4. *metheor.* docentis, nihil eſſe ortui naturali magis aduerſum quàm putredo, quam veritatem experimentum ſtabilit, & ipſa natura putredinis omne mixtum diſſoluens, ipſa confirmatio, & delineatio illorum viuentiom à parte, declarat arcanum opificem in ipſa materia ex qua formantur, occultum dari, à quo tam pulcherrimè, & ſine errore aliquo artificium illud mirabile vndique fabricatum fuit, cum tanta pulchritudine qua ex concubitu, & interdum maiori formantur: & doctrina Hippocratis laudantis lumbricorum expulſionem morbo eunte in ſalutem, eandem veritatem ſuadet. aliòqui, ſi C putredine perpetuò generarentur, vituperanda eſſet, vt ſignum, eorum excreriu Laudatur verò, quia, vt putat Valleſius, coctione generantur, eſtque ratio valida dictam opinionem euertens; nam putredo ſemper eſt eiuſdem ſpeciei, & humidum à ſicco diſſoluit, at viuentia ſpontanea infinitam variationem ſuſcipiont, informatione, temperamento, & aliis qualitatibus ſecundis, quæ repugnat à calore, & humiditate ad putredinem ſemper concurrentibus creari; & euidenter conſtat in diſſolutione mixtorum putredine pereuntium; omnia enim diſſoluuntur eodem modo, vnitatis partium diuortio pattato, & ita emollita & mucida reddita, vt leui impulſu partes ſeparentur, & ab aëte in vapores mutentur: viuentia verò conſiſtunt, dum viuũt, D & compage, vnioneque ſeruantur, & permanent, tam diuerſiſque organis, & partibus ornantur, vt extra dubium ſit, ſolam virtutem formatricem tantæ pulchritudinis, & varietatis authorem eſſe poſſe, & euidenter conuincit ſimilitudo mirabilis inuenta in animalibus, quæ vt ex ſeminis vtriuſque concurſu, ita ſine concubitu, ſed ſponte generantur, eſtque expreſſa doctrina Ariſtotelis 4. *metheor. cap*. ... iis verbis; *Et animalia putridis in rebus generantur, tum calor naturalis ipſeque diſcretus habet vim congregandi ea quæ ſeparata iam ſunt.* Vides quam clatè doceat, calorem naturalem congregare ſeparata, & concoquere materiam vt ex putridis rebus viuentia compingat, & formet.

Hæc ergo eſt cauſa cur lumbricorum expulſio in E morbis in iudicationem euntibus, ab Hippocrate laudetur, velut ſi diceret, ne terreat te harum ferarum expulſio, ſi dum morbi iudicium ſtatim eueniat, creantur enim non putredine, vt putant innumeri, ſed concoctione, & emendatione putridorum excrementorum, & vt dicebat Philoſophus, quando calor naturalis habet vim congregandi, & vniendi, quæ ſeparauit putredo, vt verè dicere poſſis, has feras habere eandem ſignificationem quam ſedimentum album, leue, & æquale quia concoctione fiunt vt illud: indeque dediſces, quàm oſcitanter mens Hippocratis in prognoſtico expoſita à Galeno ſit, indigna quidem tanto Expoſitore, vt doctè Valleſius notauit; aduertéſque prognoſticum illud intelligendum eſſe de lumbricis creatis ex ipſa materia morbi, aut quòd generentur quan-

A do materia coquitur, lumbrici enim ante morbum geniti, nullam ſignificationem præſtant, & in quolibet tempore excreri, excernuntur benè, præſertim ſi viui pellantur, nam mortui peſſimæ ſignificationis ſunt, etſi ſint ante morbum geniti, occiduntur enim à grauitate materiæ, maléque Cardanus putauit, eſſe malum ſignum, quod in morborum initio vermes pellantur, quia in illo ſoleat natura quieſcere, nam quieta eſſe debent, quæ debent concoqui, vermes verò incoctiles ſunt: & ſi vt docui coctione creantur, poſſunt in principio benè exire, & citò iudicandum eſſe morbum ſignificare, quia citò incipiunt apparere coctiones, vt de ſputo pleuriticorum Hippocrates docuit, vt enim portio materiæ in principio concoqui poteſt, etſi aliæ putreſcentes morbum crudum conſtituant, quia porB tionem coctam excedunt, ſic vermes ex benigniori portione gigni non implicat, quando aliæ morbum in principio, quia crudæ conſtituunt. Nec putes impoſſibile, quod hæc animalia tam imperfecta, & vilia, tam breui tempore creentur, cùm doceat experientia ex carnibus intra diem æſtiuum vermes creati, & quod mirabilius eſt, bufones paruos, ſtatim quod eodem tempore æſtiuo pluuia cadit, ſubito in terra creatos apparere, & moueri.

A die octauo ad vndecimum.

C *Manè rignitis febris acuta, ſudauit multum, febre carere viſus eſt, non multùm dormiuit, à ſomno frixit, ſputatio; veſperè delirauit multùm, non multò poſt vomuit nigra, pauca, biliosa: die nona frigebat, magnoperè delirabat, ſomnum non cepit, decimo crura doluerunt, omnia exacerbata ſunt, delirauit, vndecimo defunctus eſt.*

Octauo die rigor, febris acuta, & ſudor ægrum moleſtarunt, à quibus ita febris euanuit, vt poſt rigorem, & ſudorem liber à febre eſſe videretur: nam rigor ſolus ſolet eſſe ſatis ad eradicandam febrem ardentem, vt docuit Hippocrates 4. *aphoriſm. text.* 55. iis verbis: *A febre ardente, habito rigore, ſuperueniente, ſolutio.* Dixi quòd ſolus rigor ſufficere poteſt, ad eradicandum cauſonem, quia ſic obſeruatum habeo in aliquibus D febribus, licèt frequentius ſit, à rigore ſequi, & mox ſudorem, aut alui deiectionem, aut vomitum, vt in expoſitione Galenus notat; non eſt tamen omninò tutum febrem magnam à rigore ſequi, arguit enim, aut non eſſe coctam materiam, & tunc perniciosum ſignum eſſe ſolet, & cauſa etiam, ſi vehemens ſit rigor, quia vires validiſſimè frangit, ſi enim cocta materia ſit à rigore; debet eſſe leuiſſima febris, aut moderata, & mox aliæ euacuationes ſuperuenire debent. Inde cenſebis quod rigor frequentius ſit ſignum decretorium, quàm criſis, ſeu euacuatio idonea, quia inſenſibilis euacuatio ratò perfectè iudicat. Vnde neceſſe eſt, vt aliæ ſequantur euacuationes, vt ſolutio perfecta ſuccedat: tunc verò rigor ſolus E perfectè iudicare poteſt, quando per illum materia focum putredinis conſtituens euacuatur, hæc enim cùm ſit moderata, poteſt inſenſibiliter diſcuti per rigorem; euacuato verò foco, neceſſe eſt vt febris non repetat, & nullum iudicium perfectiùs, quàm quod focum euacuet, quia radix febrium expellitur, & expellitur cum leui viriom diſpendio, vt contingit quando in tertianis focos ad labia reiicitur, & iudicantur perfectè.

Hinc diſces cur rigor febrem interdum iudicet, & nonquam iudicet febres cum rigore incipientes; harum enim rigor nec euacuat focum, nec acceſſionum materiam, ſed portionem ſubtiliorem per ſentientes partes expulſam; craſſior verò intra vaſa ad cauſandam acceſſionem relinquitur, & focus in ſuo vigore etiam: ſic repetunt febres, donec focus coctus, &

reſolutus ſit , rigor verò indicans benè , & materiam foci euacuat ſi ſolus iudicat , & ſi illa cum antecedente, & coniuncta illius acceſſionis expellatur , rigorem aliæ euacuationes comitantur, cum maiori virium exſolutione. Si verò materia, quæ in die iudicij acceſſionem cauſabat , pellatur, & quæ focum faciebat minimè, multa verò ex antecedenti inaniatur , non tamen tota, & nec hæc, nec alia cocta iam ſit quando criſis celebratur , caſus tunc pernicioſus reſultat, vt huic ægro contigit , qui poſt rigorem , & ſudorem copioſum liber à febre videbatur, & tandem obiit , remanſit enim prauitas foci putredinis, & portio antecedentis materiæ , vt reiterarentur acceſſiones, non tamen tam graues, quia intenſæ, ſed grauiores quia maligniores , diſſipato enim vitali calore in criſi , refrixit ab ea, & febris moderatior , ſed malignior euaſit , cum reiterata frigiditate, delirio, peruigilio, vomitu variegato ex nigro, & pallido , moderato tamen ob debilitatem : & quia portio materiæ malignæ ad crura deriuata vomitum diminuit, & tormenta crurum cauſauit, omniumque ſympromatum exacerbationem , vndecimo eum interfecit , nunquam enim eum defectu caloris vitalis magnas febres inuenies ; inuenies verò ſymptomatum cumulum nouum , & maligniorem putredinem, vt in iam moribundis , quia calor natiuus extinctus præternaturali reſiſtere nequit, & inde malignior putredo ſuſcitatur gangrenæ æmula cum tepida febre, imperitos decipiente , vt in hiſtoria Hermocratis Galenus notauit : ignorant quidem morem morbi à magnitudine ſecernere, & febres paruas, meliores, ſecurioreſque iudicant , dicente Galeno *tertio de criſibus* , *cap. 4. Magnitudo verò , & morbi motus ab iis diuerſa ſunt, debiles verò , & parua febres quandoque valdè maligna ſunt.*

Sputatio in acutis ſuccedere poteſt quando cerebrum humore crudo , & pituitoſo onuſtum liquationem patitur, & ad palatum , fauces, & linguam humiditas deriuatur, quod ſymptoma malignum eſt , ſi per aſperam arteriam deſcendens , catharrum ſuffocantem excitet, quæ humiditas ſi tenuis nimis ſit , & tuſſim moueat , imperitos decipit , expectorantia , attenuantia , & calida impetrantes , fluxionemque acriter prouocant. Contingit etiam ſputatio in acutis ſi acrimonia exhalationum fauces , & oris partes moleſtè irritet , eliquata pauciſſima humiditate , & ſeroſa, acribus excrementis imbuta , vt partes illas lancinet, & moleſtet , ſicque continua excretione , leuiſſima tamen , aſſiduè ſpuere , leuiter tamen ſatagunt , quæ ſputatio , delirij nuncia eſſe poteſt , vt in iam delirantibus inueniri ; & hæc malignior eſt , quia tanta eſt eius actimooia vt delirando ſentiatur : Eſt etiam in acutis vomitus acerrimi ſignum , iam enim ſurſum acrem materiam inclinari à natura portendit , de quo eſt celebris textus 1. *prorrit. text.* 30. iis verbis. *Sic in phreneticis cum perfrigeratione ſit ſputatio , nigra renomantur* , quæ exquiſitè huic ægro euenerunt , & in ordine in textu allegato , vt meritò Mercurialis putauerit ex hiſtoria præſenti ſcriptum fuiſſe illum aphoriſmum ; nam in paſſione phrenetica , quæ in hoc ægro ſicciſſima fuit , vt deliria vehementia , & peruigilia monſtrarunt, in quibus lingua , & os exſiccata, nigra, & aſpera ſolent eſſe , ſolùm ſputatio inuenitur , quando iam humiditas acris ſurſum elata , fauces , palatum , & gurgulionem moleſtat , & aſſiduè excernere cogit. Si verò cum hac ſputatione æger algidus ſit, nigra inquit Galenus debent euomi ; verba ſunt. *Quod ergo ob ſputationem vomitus fiet , quodque ob perfrigerationem , nigra renomantur , licet prægnoſcere.* Galenus verò non tradidit adæquatam rationem , vnde deducendum erat , quod refrigeratio in acutis , occaſio ſit , aut ſignum , quod ſi ſputationem vomitum ſignificantem præcedat , nigra debeant euomi. Cenſeo ideò ſignificare , quia perfrigeratios aut arguit internam inflammationem viuam ſanguinis, aut extinctionem vitalis, & natiui caloris, quæ duo nigra creari cogunt, vt incendium internum lypiricum ægrum reddens denigrat cum ſplendore : Extinctio vero caloris ſine illo denigrat , quia frigus , quæ denſat congelat, & opaca reddendo ſine ſplendore nigricant : calor verò etſi ſiccando denſet , quæ terrea ſunt, creat nihilominus ſplendorem quendam occaſionaliter, quia læuigat, & ſuperficiem planam, & æqualem creando luminis receptiuam generat, & ſic ſplendet, vt ebenum , & gagates , ſuntque inde vitæ partes multæ, acerrimæ & igneæ , & ſubtiliſſimæ, & diaphanæ , ſplendentes ob igneam naturam , ſimul cum atro colore.

Curatio ægroti duodecimi.

DVbium non leue eſt, à quo auxilio medela inchoanda ſit : homo ille lurco , & bibax eſſe videbatur, & inde cruditatum primæ regionis euacuatio prima indicatio erat , vt ſecurè vena ſecaretur , quod auxilium enixè iecur inflammatum petebat , cum putrida , & ardente febre complicatum : & mihi videtur leniens medicamentum ſtatim dandum ſuiſſe , vt excrementa regionis primæ pellerentur , periculoſè enim cum multa cruditate primæ regionis vena ſecatur ; nam ſi probabilis eſt communis metus tractionis excrementorum ad interiora ſecando venam, trahenda ſunt ad iecur neceſſariò , & augebitur iecoris rumor , qui metus nullus mihi eſt , nec ob hanc tractionem ſecare venam recuſo , ſi vrgenter ab alio periculoſo morbo venæ ſectio petatur ; eſt ergo opus diſtinctione , nam ſi iecoris inflammatio magna, & vrgens videbatur, vt in hoc ægrotante, & præcipuè ſi plethoricus erat, vt eſſe ſolent ventri obſecundantes , non erat præter rationem à clyſtere venam ſecare, quia corpus plenum cum iecoris inflãmatione magna , expurgare, etiamſi leniente medicamento fiat, periculoſum ſatis eſt ; nam ſi leniens propriiſſimum erat , inutile putatur, quia ſolas fæces euacuat , non cruda & lenta excrementa ; hæc enim vehementer reſiſtunt velut lutum : ſi verò ſeligens ſit medicamentum , datur periculoſiſſimè , quia totam plenitudinem, & copiam excrementorum ad iecur conuocat , nec Galeni doctrinæ diſſonum plus eſſe poteſt quàm vbi iecur inflammatur, expurgare , quia per illud tota excrementorum ſaburra traiicienda eſt, & cùm occluſum diſtentumque totum ſit, impinguntur in illud , quæ medicamentum commouent , & deſperata ob magnitudinem inflammatio creatur, lypiricuſque æger redditur. Clyſteribus ergo ante ſectionem venæ , & ſtatim ab illa res agenda eſt , ſi in magna inflammatione iecoris ſecurè operari velimus , & vt reiterare clyſteres præcipimus , ſic ſecare venam, & crebro, ſtatim in initio, quia ſi magnitudo inflammationis non impediatur ſtatim , lethalis efficitur.

Si verò inflammatio leuis appareat , copia verò crudorum magna , ſecurius erit expurgare priùs , & poſt venam ſecare ; non ſit verò leniens omninò medicamentum , quia (vt docui) cruda trahere nequit ob glutinoſam naturam ; ſit ergo ex mediocribus ſeligentibus crudorum , in quo duplex commodum inuenies , & eductionem conuenientium , & quod bilioſa , & calida phlegmonem cauſantia non moueantur ad iecur, quia analogiam cum illis non habet, quod ſi à ſanguine inflammetur, expurgabis ſecuriùs, quia à medicamento non trahitur , nec poteſt , ligabis verò fortiſſimè brachia , toto expurgationis tempore , vt omni ſarte motio ad locum inflammatum impediatur , quod ſi expurgare formides , tutum conſilium erit vomitum mouere , ſic enim cruda exturbabis

turbabis

*rbabis, & fluxum ad iecur compeſces, & fortè ſecuriùs, & certiùs medeberis, ſecuriùs, quia non trahes ad iecur; certiùs, quia, qui multa cruditate laborant, inepti ſunt expurgationi, authore Galeno, ob lentorem, & craſſitiem crudorum: & cùm etiam pituitoſi humores dentur in ſecunda regione & fluxibiliores, trahentur illi, & tumor geminabitur, & agitata cum ſint cruda primæ regionis, & non educta, tormina, & flatulentæ diſtenſiones ægrum excruciant, & dum venter inferior doler, trahendo ad ſe, inflammatio creſcere poteſt, nam cùm humores ſecundæ regionis in motu iam ſint, trahuntur facillimè per iecur ad inferiora, & impinguntur in illud.

Dolores vndiquè quarto die affligentes à turgente materia originatos fuiſſe, probabiliſſimum mihi videtur, magnam enim inquietudinem, & aſſiduum expultricis conatum oſtendunt, & ſi iecoris inflammatio non eſſet, non dubitarem expurgans medicamentum conſulere eo die, ne materia in partem internam decumbens occideret ægrum, vt huic contigit delirando multùm die ſexto, & ſeptimo ob portionem ſucci cerebrum obſidentis, cuius aliam per aluum, & aliam per ſudorem reiecit, aliamque per rigorem,& vomitum: quæ portiones ſi per aluum breuiter fuiſſent expulſæ, fortaſſis liberaretur. Potuit verò ad vndecimum vſque durare, ob dictas euacuationes, nam Aſander, qui meo iudicio turgentiam malignam habuit, dolebant enim latus, genua, & fœmora, & delirè comedebat, quia nulla euacuatione fuit adiutus, breui mortuus eſt, vt *7. epid. textu* 53. refert Hippocrates: ergo quando tam maligna materia eſt, & vndique mota, facilè trahitur, & velut manu à medicamento ducitur, vt per viam commodam pellatur, præſertim quando die quarto non delirabat; eſſet enim delirium obſtaculum magnum expurgationi: verùm cùm iecur tam obſtructum inflammatumque eſſet, temerariè expurgaretur æger in Galeni doctrina, eſſetque rationale eo die ſudorem mouere cucurbitulis priùs per totum firmatis, à quarum ablatione inungendum totum erat oleo laxante, & rarefaciente, quo deterſo, danda erat potio ſudorifica materiam totam intus errantem, & exitum non inuenientem ad cutem expellentem, & rectè factum fuiſſe indicauit ſudor huius ægroti à quo liber à febre eſſe videbatur: & hoc quod modo conſulo, contigit mihi fœliciſſimè in quadam nobili infirma, in qua non ſperaui dolores totius, ſed rigoribus multis, & inæqualibus cruciabatur, cum ſumma anxietate, & dolore rigoribus debito, & imperatis auxiliis relatis, ſuperueniente ſudore adiuta ſtrenuè fuit: graſſabatur tunc conſtitutio perniciosa fluxionum decumbentium in cerebrum, & cor, & quidam lethali ſyncope, breui moriebantur, alij ſemiplexia, aut apoplexia corripiebantur, aut ſimul epylepticis conuulſionibus, & linguæ paralyſi. Semper enim conſilium Argenterij mihi placuit, docentis, quod quando ob prauitatem ſuccorum, timemus eorum incoctilitatem,& natura ſenſibiliter, aut occulrè turgens agnoſcitur, non obeſt, nec poteſt dare mannam, aut caſiam, vel aliud ſecurum medicamentum, ad aluum leuiter inclinans: quod etiam præbet quando in malignis febribus coctio tardat, quia natura ob impotentiam non pellit maligna, aut humores in partibus non moleſtatis ſtabulantur, qui aut non ſentiunt, aut nimis obtusè, & agitata excrementa, & humores praui à medicamento naturam moleſtant, & pellere incipit. Turgentiam occultam appello, quando Medicus putat humores ob prauitatem incoctiles eſſe, & aſſidua inquietudine ægri inceſſanter decubitum mutant, velut occulrè compuncti ab humoribus non retentis, ſed ob impotentiam expultricis non

A pulſis, & quia firmati non ſunt, commouentur occultè, hoc eſt, moleſtant motitationibus, & doloribus, quia quod non retinetur, ſemper moleſtat, hoc aut illo modo, vt per murmur ventris interdum à natura ſignificatur, aut per eius intumeſcentiam ſine moleſtia conſiderabili, ſenſim cadendo; quia ſenſim expellitur. Pellitur verò quia non retinetur; quæ intumeſcentia, ſi in iam morti proximis non accidat, expurgationem ſtatim indicat, vt Hippocrates fecit ſumma vtilitate in filio Pythionis *3. epid. text.* 106. cuius hiſtoria aduertentiam ſummam Hippocratis norat, conſiderantis omnia tam ſollicitè pro ſalute hominum; diligentiſſimuſque percipitur in inquiſitione diſpo-
B ſitionis hypochondriorum, & ventris inferioris: putabat non dubiè in ea regione ſemper ferè ſtabulari putredinis fucum in febribus putridis, quia ibi multa, & varia excrementa creantur, accumulanturque ſenſim, vt tandem ibi obſtruentia, variè corrupta, & interdum malignè, inflammantiáque, omnium ferè morborum ſint origo.

Vrinæ indicabant colliquationi occurrendum eſſe omni ingenio, de quo, tractatu noſtro de colliquantibus febribus latè egimus, ſicut de iis, quæ iecori inflammato idonea ſunt, proprio capite docui, nec tam claræ indicationes muniendi cerebrum ne reciperet, & vſus cucurbitarum ad impediendum aſcenſum vaporum, & humorum ad cerebrum, & ad cutem tra-
C hendum, in medium proponenda vbique ſunt, vt neque euacuationes per hyrudines, & dextræ ſaluatellæ ſectionem, clyſtares, cucurbitas ſcarificatas vbique ſunt aduertendæ, nec indicationes conciliandi ſomnum in delirantibus, & peruigilibus, & vt expergefaciendi in cataphoris, neque attemperationis caloris febrilis, & rationis victus in quolibet ægro aduertendæ ſunt; ſunt enim communiſſimæ, & notæ, vt vinum tanquam venenum fugiendum in colliquantibus febribus, præ nimio ardore, & capiti timemus, ſi vires conſtent, nec vbi corpus colliquatur, veſicantia conſulerem, vt hic Mercurialis docet, præſertim in morbo, in quo pedilabia attemperantia, & ſomnifera, retrahentiaque, indicata neceſſariò ſunt, vt frictiones aſſiduæ crurum poſt im-
D petum fluxionis, quæ auxilia à veſicatoribus impediuntur.

Lumbricos necantia conſulit Phrigius, velut ſi ab illis morbus ille crearetur, conſtat verò quòd ſi aliqua auxilia pro illis conſulenda ſunt in hoc morbo, debent eſſe acida, non amara, hæc enim calida, & ſicca ſunt, febri colliquanti, & iecori inflammato inimica, vt peruigilio, & delirio: decoctum ergo radicum oxylaphathi, graminis endiuiæ, ſeminis portulacæ, cum ſucco acido limonis, citri & aranriorum cum puluere boli armeni, cui necandi vis etiam tribuitur, commodè imperabitur: decoctum etiam ſeminum citri, & arantiorum cardiacum eſt, & lumbricorum occiſor, dabiturque vtiliſſimè cum guttulis olei vitrioli, in quo ma-
E gnam vim occidendi lumbricos, & cohibendi putredinem omnes admittunt, & efficaciùs: & cardiacum erit, ſi puluerem cornu cerui decocto permiſceas. Securum etiam, & gratum auxilium parabis, quod tradit Præuotius; infundit in libra aceti optimi manipulum vnicum ſummitatum hyperici per biduum, cornu cerui ℥. ß. cynamomi confracti ʒ. j. coletur, & detur in acetariis cochlear cum modico ſaccharo, in iuribus etiam dari poteſt.

ÆGROTVS DECIMVSTERTIVS.

A die primo vſque ad quintum.

Mulierem quaudam, quæ decumbebat in litore Trimaſtri fœtu graaidam ignis corripuit, mox ei cœperant dolere lumbi, die tertio dolor colli, & capitis ſecundum clauiculam, & manum dexteram, ſtatim lingua obmutuit, dexterā manus cum conuulſione elangait, vt paraplecticis ſolet; prorſus delirabat, nocte cum moleſtia nou dormiuit, aluus turbata eſt bilioſis, meris, paucis: quarto lingaam vox defecit; eadem conuellebantur, dolores omnium perdurarunt, hypochondrium cum dolore eſt conuulſum: ſomnam non cœpit, prorſus delira erat, aluus tarbata, vrina tenues, non boni coloris. Quinto acuta febris, hypochondrij dolor, planè delirauit, excrementa alui bilioſa, nocte ſudauit, febre liberata eſt.

TANTA fuit Galeni admiratio, quod vtero gerens tanta pericula effugerit, docente Hippocrate, eſſe mortale vtero geſtantem acuto morbo corripi, vt totus ſtaticus admiratione, morbum tam grauem ſine expoſitione reliquerit, cùm hiſtoria hæc magna exponenda, & arcana contineat, tanto Doctore, vt Galenus, indigens.

Scire licet priùs, quod vteri geſtatio, eſt occaſio frequentiſſima ægrotandi, & hoc bifariam, & quia aut repletur corpus, aut cacochimum fit: repleti eſt minùs frequens, vitiati verò communius, vt communius eſt ſanguinem menſtruum vitioſum eſſe, & deprauatum magis à geſtatione detentum, ſi vera eſt Hippocratis doctrina, quod fœtus puriorem ſanguinem rapit ad ſui incrementum, & nutritionem; conſumpto verò puriori, neceſſe eſt, vt remanens viriatus, & prauus ſit: talem verò eſſe, indicant ſymptomata varia à geſtatione incipientia, vt inappetentia, aut deprauata alimentorum cupido, & tanta interdum, vt tanquam ſapidiſſimi cibi deuorentur cineres, carbones, terra, ſal, gypſum, arborum cortices, & alia innumera ab Authoribus tradita. Stupenda quidem fuit, & horribilis cupido illius relara à Sennerto, proprium enim ſponſum occidit, dimidium crudum intrepidè deuorans, & aliam medietatem ſalitis, & piperatis ſeruauit incorruptam, vt totus maritus idoneus cibus fieret. Vomitus cardialgiæ, nauſea moleſtiſſima, deliquia, peruigilium, pigritia, & impotentia ad motum, aliáque indicibilia ſymptomara quotidie videntur à geſtatione manantia, pendentia omnia, ſeu creara à prauitate excrementorum, & ſanguinis, quæ per menſtruam euacuationem expurganda, reiiciendáque erant: nunquam enim totus ſanguis per menſtrua pellendus in nutritione fœtus abſumitur. alioqui nulla neceſſitas expurgationis à partu daretur: ergo gerentes vtero ſi ſaniſſimæ ſint, & ſanguis quem menſtrualiter eiiciebant defæcatus, puriſſimúſque erat, & vt dicebat Hippocrates, qualis à victima emanat, replentur ſanguine perfectiſſimo, & præcipuè ſi (vt ſolent) ob geſtationem, plus quam ante illam alimenti ſumant, & hæc ſunt quæ fœtus ſuffocant ſi in ipſa geſtatione vena non aperiatur, aut

A in morbos ex plenitudine incidant, relatos à Galeno *4. de victu acut. text...* Si verò vitioſus ſanguis menſalis erat, malignior eſt à geſtatione remanens, ob dictas rationes, & quia fœtus pro ſe puriorem rapit, & ſeruat.

Nullus quem legerim rationem reddit ob quam purior ſanguis, & defæcatior pro incremento, & nutritione fœtua trahatur; videtur enim gratis, & ſine fundamento dici, tractio enim alimenti cæca eſt, & ſine electione, vt eſt euidens. Trahetur igitur ſanguis, vt eſt in venis, & non ſeparabitur quod dulciſſimum, & puriſſimum eſt, vt docent Authores. Ego in hoc caſu philoſophor, vt in lictis animo, & exanimaris, quandu vena ſecatur, experimur enim ſtatim quod animo linqui incipiunt, & debiliorem, & tenuiorem B apparere ſangninem emanantem, & quamvis eſſet corruptus, & craſſus ante deliquium fluens, eſt in deliquio, aut vacillatione, & præludio illius expulſus tenuis, & perfectiſſimus, nulláque labe infectus, quod ſatis mirabile eſt in eiuſdem ſanguinis continuato fluxu; ergo in fieri deliquij, & deliquio ipſo corpus aſtringitur, vt in omni moleſtia: aſtrictio verò foramen ſciſſuræ occludit, vt niſi ſanguinem puriorem, tenuiorem, & ſpirituoſiorem capere poſſit, craſſiorem verò, & melancholicum minimè. Sic cenſeo per vias arctiſſimas, & anguſtas ob paruitatem informationis initio ſanguinem ad formandum attractum percolari, & ſolùm quod eſt puriſſimum, ſpirituoſum, & tenue C diſtribui, quia illud ſolùm anguſta cauitas exilium vaſorum capere poteſt; hócque conueniens fuiſſe, quia debilis attractio in ſemine ob humiditatem, fluxibiliratem, ſpirituosámque, & ſpumoſam naturam neceſſariò datur, nec maior, aut vigoroſior conueniebat, ne ſemen ſuffocaretur, & infœcundum fieret. Inde ſi in deliquio, aut eius præludio ſanguis culpabilis, & vitiatus emanet, non caret periculo affectio, innuit enim perfectiſſimam ſanguinis partem, & ſpirituoſam corruptionem, & labem ſenſiſſe, quod eſt formidabile, quia vnde reficiantur ſpiritus carent, & ij ſunt per morbos vberiùs cibandi, & ſpirituoſiſſimis cibis, vt qui ſudoribus ſyncopalibus periclitantur.

D Hæc ergo mulier ob vteri geſtationem ægrotauit, non enim occaſionem aliquam Hippocrates retulit, cœpit laborare acuta febre cum dolore lumborum, erat quidem vitioſus ſanguia, & prauus, qui facilè corrumpitur, & malignè, turgentem ferè ſemper naturam tenens, ob prauitatem, & ſtimulum inceſſanter lancinans, & irritans: conduxit verò ad prauitatem viuere in littore, humore nimio ad putredinem ſemper præparante, & corpus totum humore onuſtum, & irrigatum, aſſiduis fluxionibus moleſtatur, vt putredinibus, adueniente calore; quæ infortunia plus experiuntur fœminæ, quia laxioris habitus ſunt humorem plus imbibentis, & quia humidiores; ſicque experimur litora habitantes, ægrotare ferè ſemper autumno, & ad finem æſtatis. E Neque leuis eſt ægrotandi occaſio, aſſiduus piſcium eſus, pipere multo conditorum, vt phlegma tenax eorum corrigatur, vnde duplicis excrementi creatio, crudi, nempe à piſcibus, & bilioſi à pipere, & multo ſale, & ſic tam varia ſymptomara huic euenerunt. Nec mero non indolgent piſcibus veſcentes, à quo etiam inflammantur, & bilioſi fiunt, & miſcella crudorum, vſque ad decimumquartum iudicium diſtulit, quem tam acutæ febres, & tam grauibus accidentibus, & morbis veſtitæ, raró attingunt necando priùs. Dolor verò lumborum à primo inſultu moleſtans, plenitudinem vteri, & vaſorum eius ſignificat, cuius corruptela, & putredo, incendium lumbis, & renibus communicando, dolere cogunt, & non minùs ligamenta dilacerando, quibus lumbi, & vterus communicant: dilacerantur verò tenſione orta à

pondera

pondere plenitudinis vteri, & vaſorum eius, quæ (vt ſæpè diximus) multa, & grandiſſima ſunt, & quia flatuoſum multum habuit huic morbus, doloris etiam lumborum, tendendo fuit machinamentum; venæ etiam cauæ plenitudo doloris lumborum eſt author communiſſimus, cum incendio inexcuſabili, & pondere alieno.

Cùm per duos primos dies febre acuta, & dolore lumborum laboraret, oppreſſio maior fuit tertij diei, dolore nouo colli, capitis, ſecundum clauiculam, & magnum dextram, cum linguæ reſolutione, & dextri brachij, cum conuulſione paraplectico modo: delirauit etiam in omnibus cum peruigilio, & moleſtiſſima nocte, & alui turbatione biliofis, paucis, & ſynceris: grauiſſimus quidem dies, & atrox, tanta varietate pernicioſorum accidentium mortem in quinto machinando, & occiſa fuiſſet non dubiè, niſi robuſtiſſima eſſet: afflixerunt etiam die quarto ſimili crudelitate, ſimilia ſymptomata; fuit tamen maior diarrhœa biliofa, quæ durauit die quinto, à cuius euacuatione, & ſudore addito, iudicium habuit in melius, quia libera apparuit à febre implicabat enim iudicium in quinto non dari in febre tertium diem tam grauem afferente, fuit tamen velut miraculum, criſim mortalem non fuiſſe, cùm tam grauia ſymptomata cum vrina cruda moleſtaſſent, & cum raptu ſuccorum ad ſuperiora à tertio die, iudicato planè à delirio, dolore colli, & capitis, cum reſolutione linguæ, & brachij paralyſi cum conuulſione paraplectico modo; conſtituitque dies tertius hanc febrem in catalogo periculoſarum, nam vt dicitur in aphoriſm. *Febres quæcunque non intermittentes tertio die fortiores fiunt magis periculoſa.* Contulit nimis diarrhœa biliofa à tertio vſque ad quintum, & in hoc plus durans, quà praua excrementa ad caput fluxura reuellebantur, ne fieret paſſio deſperata, ſi tota colluuies in cerebro firmaretur, & ſeroſitas maligna conuulſionum origo, per ſudorem quinti diei à corpore eliminata, magnopere contulit, vt febris eradicaretur, & die ſexto intermitteret, ex quo deduces, euacuationes ſymptomaticas vtiles eſſe ſemper ex ſe, ſi euacuetur morbi materia, ſiue coniuncta, ſiue antecedens, & pereuntes in illis, ob virium languorem non ob aliam cauſam diem ſuum agere, etſi periclitentur certiùs ob euacuationem materiæ coniunctæ, quàm antecedentis, hæc enim nullo modo lædit, dum pellitur, coniuncta verò maximè quando cruda reiicitur, quia putrida, & corupta malignè ſine emendatione.

Magnam dubitationem fecerunt omnibus Expoſitoribus verba illa: *Dextera manus cum conuulſione elanguit, vt paraplecticus ſolet*: non enim capiunt quod ſimul eadem pars paralytica, & conuulſiua eſſe poſſit, quod mihi facillimum apparet, etſi ſit caſus, & implicatio infrequens, nulla enim repugnantia datur, quod obſtructio neruorum paralyticans, copuletur maiori copiæ diſtendenti, & conuellenti membrum, præſertim ſi flatuum craſſorum vbertas detur. Tradit exemplum Hippocrates, recurſum lumborum dolentium in cerebrum, ſimile adducto in hac hiſtoria, 3. enim *prorrit. sext.* 47. ſic exarauit. *Quibus ad caput, manuſque ex lumbis fit recurſio, ſtupefacti, hi ventriculi ore dolentes, & ſanioſi, ſanguinem abundè profundunt, ventérque turbatis his copioſè fluit.* Neque diſplicet Authorum expoſitio, quod conuulſio illa cum paralyſi non erat vera, ſed motus conuulſiui, irritatis neruis, muſculis, & cerebro, & concuſſis ad expulſionem, & id ita fuiſſe, vel facilè deducitur ex verbis textus, referentis, quod eadem conuellebantur die quarto, in quo etiam dextrum hypochondrium conuulſum apparuit, hoc eſt retractum intro. Mercurialis verò tranſtulit, *Hypochondrium tumidum cum dolore* fuiſſe, nec potuit dies quartus non eſſe moleſtiſſimus inſtante iam

A criſi quinti diei, diarrhœa, & ſudore, etſi alui turbatio à tertio incepiſſet. Fuit verò nox quarti diei moleſtiſſima, & inſomnis, quia vt dicitur in aphoriſmo: *Quibus fit criſis, iis nox ante acceſſionem difficilis.*

Notat Galenus diem quintum eſſe validiſſimum ad mouendum criſim, etiam ſine ſignis coctionis; Adducit, (inquit) iudicia certaminis plena, quod in peracutis febribus intelliges, & per impares motis, cauſam non adduxit. Cenſeo prouenire, & quia acceſſio fortiſſima, & grauis eſſe debet in peracutis, & quia in quinto die aſpectus lunæ concurrit ad criſim promouens, & incitans. & ſic iudicia fiunt certaminis plena; fiunt enim intempeſtiuè criſes (vt Galenus notat) ob violenta irritamenta naturam lancinantia, vt ante coctionem irritantia trudat: adiuta verò à lunæ influ-
B xu, audacius pugnam admittit, & inimicum coctione non victum, vt prius debebat, vincit, à corpore eliminando illum, etſi cum periculo moleſtiſſimæ criſis, quia materiam non emendatam agitat, cuius commotio raro ſecura eſt, vt nuper docui; cùm ſit verum Principis axioma, multa mota nocent, quæ ſi non mouerentur non nocerent. Recidiuam tamen excuſare non potuit, quia tam debita erat criſi ſine coctione, vt miraculum ſit aliter contingere. Ne tamen ignores vim aſtri in die quinto ad eius finem, quam plurimos ſcriptores ignorare video, diem illum inter intercidentes, & non propriè iudicatorios numerando, vis verò illa oritur ab aſpectu ſextili firmato, & cadente in fine quinti diei, in motu, & menſe regu-
C lari peragrationis lunæ.

A die ſexto vſque ad finem.

SExto mente conſtitit, ab omnibus eſt releuata, cæterorum clauiculæ ſiniſtra dolor non eſt ſedatus, ſitibunda; vrina tenues, non dormiuit: ſeptima tremuit, aliquantulum eſt ſoporata, non nihil delirauit, dolores clauiculæ, & brachij ſiniſtri permanſerunt, reliqua remiſſa ſunt, mente conſtitit planè, tres dies reliquit eam febris: vndecimo rediit; ſuperriguit, igne eſt correpta, circa decimamquartum vomuit biliofa, flaua, ſubcrebra; ſudauit, febre liberata, iudicata eſt non citra dolorem ab illis ipſis affectibus.

Quinti diei iudicium, etſi bonum fuit, quia ceſſa-
D uit febria, non potuit eſſe perfectum, & ſine recidiua, quia ſine coctione fuit celebratum; caruit febre dies ſextus, in quo ſigna recidiuæ permanebant, dolor nempe clauiculæ, ſitis, peruigilium, & quod fortiùs recidiuam pollicebatur, erat vrinæ cruditas, ſicque febris ſeptimo rediit cum tremore, leui comate, delirióque miti, fortaſsiſque delirabat ſolùm dormiendo, & inde ad finem diei mente conſtitit planè.

Tremor huius diei meo iudicio fuit decretorius; quia ab illo fuerunt remiſſa plura ſymptomata, & febris euanuit per tres dies, octauum nempè, nonum, & decimum, & cùm nulla alia euacuatio in die ſeptimo apparuerit, conſtat ſolum rigorem decretorium fuiſſe; nam vt dicitur in aphoriſmo, *à febre ardente habito ri-*
E *gore ſuperueniente, ſolutio*; duplex peccatum in rigore attende, vt quamvis tribus diebus reliquerit febris; recidiuauit vndecimo: peccata fuerunt coctionis defectus, & quod à rigore nec vomitus, nec diarrhœa, nec ſudor ſuperuenit, vt ferè ſemper contingit, quando perfectè iudicat, vt in aphoriſmi expoſitione, & alibi Galenus ſæpè docet; ſolus enim rigor febrem ortam à tenuiſſima, & fuliginoſa, acrique materia iudicare poterit, reliquas verò minimè niſi imperfectè, & inadæquatè, quia materiam craſſam nec euacuat, nec extenuat, vt eam reſoluat, quod planè indicant rigores febriles, à quibus inſeparabiles ſunt acceſſiones, quia ſolùm quod tenue eſt, rigoris eſt cauſa; craſſum verò in venis relinquitur, quod acceſſionem creat, & à rigore inflammatur.

Hinc

Hinc infero ſine ratione damnari diem ſextum à Phrigio, quia iudicat malè, & Tyranno comparauit Galenus; conſtat enim iudicium, & criſim imperfectam diei quinti fuiſſe, non ſexti: multáque de tremore intempeſtiuè ſcribit, nam tremor diei ſeptimi, tremor proprius non fuit, ſed conuulſiuus motus membrorum, cauſam febris à corpore pellens. Fuit ergo imperfecta ſolutio, & criſis ob antea dicta, & ſic recidiua die vndecimo apparuit, in quo rurſus riguit, & febris afflixit; & vſque ad decimumquartum oppreſſa, vomuit in illo billioſa, flaua, ſubcrebra, & ſudore vomitui copulato febrem eradicauit, ſed non citra dolorem ab illis ipſis affectibus, ſæpè enim in ipſa turbulentia expulſionum pellitur aliqua excrementorum portio in certas partes, in quibus imbibita durat plus quàm febres, & illas lancinat, & cruciat, etſi febris ceſſauerit, faciléque topicis reſolutoriis, aut cucurbita ſcarificata ſupra dolentes partes extrahitur, craſſa enim non dubiè erat, quæ calore febrili reſolui non potuit, quod melancholiæ propriùs conuenit, terreum enim calore potiùs craſſeſcit, lateritiúmque fit, & lapillus, requirit enim humiditatem mulcebrem, & pinguem cum calore, vt emollitum priùs, queat reſolui, cui operi, ſi non cedat, cucurbitis ſcarificatis obediet non dubiè.

Notat, & meritò Galenus, quod aborſum non cauſauerint tot expulſiones, & tanta mali atrocitas; rationem non reddit, ſed docet ex hiſtoria colligi fœtus trimeſtres, & quadrimeſtres præter cæteros iniuriis morborum magis reſiſtere. Multa ſcripſerunt Mercurialis, & Phrigius putando eſſe contradictionem in Galeni doctrina, nam 4. *aphor. comm.* 1. cum Hippocrate docet, fœtum quadrimeſtrem eſſe fortiorem ad ferendas moleſtias, & motiones vteri, & corporis, exponítque Mercurialis, quod in huius hiſtoriæ expoſitione, ſit intelligendus Galenus de fine menſis tertij, qui iam quaſi quartus eſt. Phrigius cenſet, eandem proportionem habere tertium menſem in ordine ad partum ſeptimeſtrem, quam in ordine ad nonum quartus participat, & ſic tertium, & quartum menſem inter fortiores ad reſiſtendum repoſuit, quia vt docuit 4. *aphoriſmorum*, tempore intermedio habent fœtus firmiorem coalitum. Ego cenſeo fortiores eſſe quadrimeſtres, & quintum ferè complentes, quàm trimeſtres. Ratio deſumitur clarè ex doctrina Galeni, quæ veriſſima eſt, habere quidem fœtum coalitum fortiorem tempore intermedio: eſt verò menſis quintus plus in medio tempore, quàm tertius reſpectu partus communiſſimi, & naturalioris, qui fœlicior, & ſecurior putatur ſi decimi menſis aliquot diea furetur, & reſpecti prolis fœmineæ mihi euidens videtur, imò quod quintus excedat quartum etiam; nam firmitudo acetabulorum reſpectu primorum menſium acquiritur ſiccatione ligamentorum, & cùm proles fœminea ſit virili humidior, eget plus temporis, vt ſiccitate firmetur, & hoc certius eſt, ſi ſiccitas, & firmitudo à calore ſiccante acquirenda eſt, vt eſt certum, vt mihi non ſit dubium eandem firmitudinem eſſe in fœmina in quinto menſe, quam vir in quarto participat, vt quintus fœminæ, ſit vt quartus proli virili, & quartus illius, vt tertius huic; quod etiam deducitur ex Hippocrate 5. *aphor. text.* 45. vbi abortientes ſecundo aut tertio menſe abſque cauſa manifeſta, accuſat, quia vteri acetabula humidiora ſint, & ligamenta pondus prolis non ſuſtinentia diſrumpuntur ob mollitiem, & laxitatem; velut miraculum eſſe, non fuiſſe occiſam hanc ægram hoc tam graui malo, vel facilè deduces ex Hippocrate 2. *prognoſt.*

A

Curatio.

Lethaliter laborare gerentes vtero, ſi acuto morbo premantur, docuit Hippocrates 5. *aphoriſm. text.* 30. iis verbis: *Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale eſt*: quem aphoriſmum diminutè ſatis Galenus expoſuit, & ſatis confuſè; Hippocrates enim mortem matri prædicat ob vteri geſtationem; Galenus verò vnam ſolam rationem dat, ob quam vtero gerens periclitetur, eſt verò quod ſi vt fœtus ſeruetur, cibetur intempeſtiuè, augebitur febris, & aucta matrem occidet. Verùm non reddit rationem cur mater peritura ſit ob vteri geſtationem, quando cibatur, vt morbo acuto debetur, & ſi tunc probabiliter do- B ceat, perituram prolem propter inediam, non tamen matrem, neque reſpectu prolis in quovis geſtationis tempore, idonea videtur ratio Galeni: nam in primo & ſecundo menſe cenſeo nunquam defecturum cibum fœtui, etſi cibetur mater, vt morbo acuto debetur; plus enim ſanguinis in primis duobus menſibus ob menſtrui defectum mater accumulat, quàm fœtus abſumere poſſit, etſi parcè mater cibetur, præſertim in morbis acutis, qui cùm ſint multi conſtitutionis breuiſſimæ, ex accumulato ſanguine ob menſtrui defectum, & ex de nouo genito ex victu tenui, ſufficiet non dubiè, vt paucis illis diebus fœtus ſeruari poſſit: quod verò paucilſimum ſit, quod primis menſibus fœtus abſumit, Hippocrates docet *lib. de natura pue-* C *ri, num.* 13. & 14. Et ratio deducitur ex paruitate genituræ in primis menſibus, quæ ſuffocaretur, ſi ſtillatim ſanguis vterum non foueret, vt formaretur proles.

Hæc diximus, vt neceſſaria inſtitutioni victus pro gerentibus vtero, quando acutè febricitant; nam febres longæ pleniorem cibum permittendo, non ſunt ob inediam aborſiuæ. Sed pulchrum dubium eſt, quod ſi fœtus abſumit illud quod plus conceditur, non videtur cur occidere debeat, dare plus cibi, quàm morbus acutos requirit; ſi enim non conſumeretur, eſſet non dubiè nociuum, quia vbetior eſſet morbi antecedens materia, & ventilatio maior impediretur. Cùm verò abſumatur, non erit occaſio maioris morbi. Ga- D lenus in aphoriſmi expoſitione duplicem læſionem inſinuat, vnam ex intempeſtiuis cibationibus, aliam ex copia: intempeſtiuæ verò perniciosiores ſunt copiâ, cibare enim in acutis in acceſſionum initio, aut augmento, aut vigore, ſemper eſt pernicioſum, non ſolùm ob incrementum illatum, ſed quia cibus corrumpitur à calore febrili; docui enim tractatu de eſſentia febrium, caloris febrilis neceſſariam læſionem eſſe coctionem deſtruere. Conſtat verò, quod crebrò cibare vt fœtus ſeruetur, includit neceſſariò cibare abundantiùs quàm matri, & febri conueniat, mater enim, quia vtero gerit, debilis eſt, vt docuit Hippocrates, cui debilitati copulata alia, & tam grauis, vt inducta E à morbis acutis, paucilſimum, & tenuiſſimum cibum concoquere poterit, non moltum & crebrò exhibitum; hunc enim corrumpit potiùs, aut malè commutat, ſicque cacochimia augetur, febres intenduntur, fœtus colliquatur, & periclitatur mater, & fœtus cum illa. Debet ergo Medicus in primis menſibus parciùs cibare, vt fœtui, & matri ſine periculo occurrat, notando ſollicitè, quod mater curari debet vt morbus expoſcit, etiamſi fœtus periclitetur, quando remedia inexcuſabilia ſunt, vt morbus extirpetur, de quo argumento grandis ſolet eſſe in conſultationibus altercatio, præſertim ſi morbus ſectionem ex talo requirat, aut detur complicatio alterius mali, aut ſymptomatis impedientis ſectionem ex brachiis. Tam religioſè quidam obſeruant nunquam licere venam tali ſecare, in gerentibus vtero, quod hæreſim putent

putent ſi talis ſectio impetetur, quod falſiſſimum eſſe, & contra rationem, late docui tractatu de morbis mulierum, & nouiter Zacusus hanc praxim experimentis, & ratione ſuadet.

Illud verò ignorare non decet, quod ſi, vt volgus putat eſſe bonum abortire, vt mater liberetur, poterat Medicus neglecta prole omninò, occurrere matri vt morbus poſtulat. Verum quia cenſeo aborſum eſſe periculoſiſſimum matri, hic etiam omni ingenio præcauendus eſt, & per conſequens pro fœtu aliquid permittendum, & remedia quæ ſimpliciter neceſſaria non ſunt, ſi ab eis aborſus timeatur, exequenda non ſunt. Simpliciter neceſſaria appello, ſine quibus morbus curari ignorat, vt ignorans inflammationes internæ, & febres acutæ, ſine reiterata venæ apertione ſedari: verùm in iis ſæpè ſecamus venam, non ita ob periculum, quàm vt morbus citiùs deficiat, & ſectiones venæ ob breuitatem imperatæ, ſiniſtrè imperatentur in gerentibus vtero, eſt enim ſecurius quòd morbus aliquot dies prolongetur ſi ſecurus iam eſt, quàm ſecando plus venam vt contrahatur, aborſum committere, quia in hoc ob multas cauſas periclitantur mater, & ante illam proles; attendeſque diligenter, quod ſæpius abortus committitur ob mali grauitatem, potiùs quàm ob venæ ſectiones, vt hinc teneas, quod occurrendo matri rigoroſè vt morbus expoſcit, & moderando ſymptomata, occurriis vt debes, & ſaluando matrem, pignus etiam tueris. Quod verò ſit matri aborſus periculoſiſſimus, deduces facilè ex Galeni expoſitione, nam reddendo rationem cur ſit lethale gerentem vtero morbo acuto corripi: infert periculum ex aborſu; nam ſi hic lethalis non foret, ſed remedium ſalubre deberet Medicus tam tenuiter cibare, vt morbi acuties indicabat ſic enim non læderet cibus, & ſi ob inediam fœtus perderetur, accederet nouum remedium, nec tunc aborſus directè tentatur, ſed per accidens; nam talis parſimonia cibi, vt mater ſaluetur, imperatur, quia ſic cibare morbus requirit, & indicat: non decet verò vt ſaluetur fœtus manifeſto periculo matrem exponere. Ob id nuper docuimus eſſe operandum etiam pro prole, quia eius perditio ſolet eſſe matris interitus, quem ex pleniori cibatione pro ſeruando fœtu, in expoſitione aphoriſmi pollicetur Galenus.

Secandam eſſe ſtatim venam, extra dubium eſt, & eam conſulunt Mercurialis, & Phrigius ſequuti Celſi oraculum, quod puer firmus, ſenex, robuſtus, & valens grauida mulier tutò per venæ ſectionem curantur; hanc verò robuſtiſſimam fuiſſe, omnes fatentur, & prolem facilè ferre ſanguinis eductionem ob paucitatem quã in tertio menſe indiget, conueniunt etiam; erat verò ſecanda vena communis, non ſolùm ob vteri geſtationem, ſed quia partes ſupernæ patiebantur, quatum læſiones cephalicam ſecare, ſi grauet ſint, clarè indicant. Sectio verò ex brachio non reſoluto celebranda erat, eſtque dubium non leue, ſi durante reſolutione brachij dextri, cùm non proficeret ſectio ſiniſtri, liceret venam in talo dextro ſecare; nam ſi plenitudo illius lateris obſtructionem cauſans, erat occaſio reſolutæ linguæ, & brachij, videbatur conſentaneum venam tali aperire, docente Galeno 2. *ad Glauconem*, ſecandum eſſe crus ſi manus laboret, ſicque rectitudo ſuadet, quia ſiniſtræ partes cum dextris priuantur; gaudet verò crus è directo reſpondens, nam & expulſiones ſecundùm rectum fieri Hippocrates docuit.

Nec obſtat timor aborſus ſi vena in crure aperiatur, cum ſit probabiliſſimum, certiùs venturum aborſum, ſi in brachio aperiatur, vt Cardanus cenſet, quia illa vena retrahit plus ſanguinem ab vtero, & magis diſtrahens alimentum, aborſus erit certior: ſi verò in talo aperiatur, non diſtrahitur cibus, ſed potius verſus vterum trahitur, & cùm iam totum euacuatum ſuppona-**A** tur, non erit occaſio ſuffocationis, vt timetur, ſi priùs talus ſecetur, ob immoderatam tractionem, ob cuius timorem in corpore pleno cum menſtruorum defectu ſecant plurimi venas primo brachiorum, Aëtium ſequentes, cuius fuit hæc doctrina. Ego quidem ſic faciendum eſſe conſulo, quia ſemper iniuria fit matri, ſi ipſa non curetur, vt morbus expoſcit, & inde ſicut ſi non gereret vtero, debet Medicus in reſolutione brachij, & linguæ ſecare crua è directo reſpondent; non ſolùm ob dicta, ſed propter reuulſionem maiorem ſuccorum caput impetentium. Eadem praxis ſeruanda eſt in vteri geſtatione, ne iniuria matri inferatur, & hoc non dubie ſequendum eſt, ſi Medicus timeat cum probabilitate, quod vterus plenus, aut

B aliter irritatus mittat in cerebrum; quæ tranſmiſſio (vt reor) frequentiſſima eſt in prægnantibus & non ſecando venas infernas ob timorem aborſus in fluxionibus ad ſupera, irremediabiliter necant. Saluarentur verò ſi vaſa in cruribus aperirentur, vt in epilepſiis; non ſemel, ſed ſæpè exequutum à nobis, deſperatas ferè iam comitiales ſanauimus. Quam etiam praxim eniyè vt expertam Zacutus ſuadet, cui veritati maximè refragatur iudicium Galeni, in hiſtoria vxoris Philini, vbi docuit, nunquam ſanguinem poſt geſtationem detentum, eſſe exquiſitè inculpatum. Vitium verò contrahitur, quia fœtus ſanguinem perfectiorem ad ſui nutritionem allicit, vt Hippocrates priùs docuit: Ego verò certiorem cauſam prauitatis iudico, alterationem malignam è regione vteri ortam, vt in diſpu-

C tatione hyſtericæ paſſionis docui, ſi enim in ſanis hyſtericâ oppreſſis, ſemen, & ſanguis, quia in vteri regione alterantur, corrumpuntur malignè, certior erit malignitas ſi in gerentibus vtero viri-tut, quia ſi fœtus prauitatis occaſio ex accidenti eſt, quia ſanguinem perfectiorem abſumit, faciliùs prauitas contrahetur à ſimili agente materiam magis diſpoſitam ad prauitatem inueniente, & agens illud, non poteſt non eſſe malignius in prægnantibus, quia regio tota vteri, & partium vicinarum excrementis prauioribus, toto geſtationis tempore inquinatur, quam prauitatem altiùs Galenus conſiderans, dixit, ob eam ſanguinem à partu expurgandum purgationis epitheto vocari, non verò ſanguinis euacuatione; quam verita-

D tem prauitas & corruptela ſanguinis à partu venientis, aut ſi vena ſecetur, clarè redarguit; vitioſiſſimum enim ſe oſtentat, & modo indicibili culpabilem. Nec obſtat quod Hippocrates dixerit, ſanguinem à partu expurgandum, eſſe velut à victima, eſt enim talis ex ſuppoſitione, quod prægnans ſit ſana, quod rariſſimum eſt; docui enim quod ipſa vteri geſtatio ſit ægrotandi initium, quia aut corpus repletum obſtruitur, aut vitioſo ſanguine, ob dicta, quod eſt frequentiſſimum, inficitur, & inquinatur.

Si verò ſuſpicio quod vterus ad ſuperiora mittat confirmetur, non licet ſuperiores venas aperire, donec corpus per ſectiones talorum, & vterus ipſe inanita

E ſint, quod non conſiderans Phrigius, ſuperiora euacuat, & cucurbitas ſuperioribus partibus affigit, cauendo omninò ne partes inferiores tangantur ob metum aborſus, cum nihil pernicioſius imperari poſſit, ſi vterus, & vaſa illius regionis, pars tranſmittens agnoſcantur; trahetur enim impetuoſè ad ſuperiora venenum, quod regio inferior validè ad illa trudit; nam quando tam erroneè natura operatur, vt vterus ad cerebrum pellat, operatur ſumma violentia, nam ſi poteſtas vteri conſideretur in paſſionibus hyſtericis, validiſſima agnoſcitur, ad immutandum totum corpus, vt rarò auxilia, etſi efficacia, impetuoſæ motioni, & immutationi vteri reſiſtere valeant, vt hinc conſtet omni ingenio impediendum eſſe humorum aſcenſum, dummodo intra vterum nihil admittatur, ne directè tentetur aborſus; donec fœtum

eſſe

eſſe mottuum clarè , aut ſumma probabilitate conſtet.

Quod cerebrum patiebatur per conſenſum , ſicut, & partes ſuperiores , & nulla paſſio fuit confirmata, deducitur ex iudicatione ad ſalutem terminata, non enim liberaretur ſi cauſa delirij , & conuulſionum in cerebro ſtabilis eſſet , indeque in ſimili caſu magni momenti erit hyrudinum venis hæmorrhoïdalibus applicatio , euacuant enim à regione vteri ſanguinem prauum , & capiti iam deliro , & conuulſionibus tentato ſtrenuè auxiliantur , nec ſat erit ſemel illas affigere , vt eſt in communi vſu , ſed bis , & amplius reiterari debent , præſertim ſi à prima applicatione aliqua vtilitas ſequatur. Caput verò oxyrrhodino roborandum eſſe , & tota ſpina inungenda oleis mordacitatem retundentibus , & reſoluturiis , præceptore non eger , eger verò accurata ſollicitudine , & ſumma attentione inueſtigare , ſi malum quod cerebrum, & partes neruoſas apprehendere cœpit, incipiat etiam firmari, & fieri proprium , quod nihil certius oſtendit, quàm oculorum intuitus inconcuſſus, & ſtabilis, cum oculorum rubore, & pulſus duritie: ſed oculorum rubor magnum indicium fuit ſemper inflammationis, & paſſionis propriæ cerebri, vt Galenus docet, *7. aphoriſm. 3.* iis verbis ; *Rubor verò oculorum vtramque ſequitur diſpoſitionem, ſed illam præcipuè, quæ in cerebro exiſtit ſimilis inflammationi.* Si verò ita fit , vrgebit magis malum partium ſuperiorum , & venæ ſupernæ ſecandæ ſunt, & celerrimè occurrere oportet paſſioni tam graui, poſthabita omnino geſtatione vteri, quia ſi vt docuit Hippocrates , eſt lethalis caſus gerentem vtero capi morbo acuto , occiſor erit Medicus matris, qui ob motum aborſus ſecando minus venam , aut aliud quoduis magnum auxilium omittens , permittat paſſionem acutam firmari , & interim omni ingenio partibus inferioribus accommodabit auxilia vterum, & eius regionem detinentia , ne in cerebrum mittant , quæ ſatis nota omnibus ſunt , & à nobis iam commendata.

Cùm die tertio aluus turbaretur biliofis , mctis, & paucis, dubium eſt, ſi euacuatio illa iuuanda à Medico eſſet ; euacuabantur enim, quæ euacuari debebant , & cum cerebrum , & partes ſuperiores tam periculosè pati incepiſſent , nulla enacuario commodior aluinâ deſiderari poterat , ſi euacuabatur materia antecedens morbi, & per regionem tam conuenientem , ſed diminutè ; à nulla enim ſecutiùs, & certiùs liberari cerebrum poterat. Ego euacuationem illam iuuandam ſtatim eſſe conſulo, nam ſi Hippocrates *4. acut. text. 33.* docuit, dandam eſſe ſcamoneam mediocriter , ſi venter murmuret ante quintum diem, & purgat, ex motione ſola, & murmure deducens , quod natura excrementa per aluum inclinet, etſi non pellat , certior indicatio ſumetur ad expurgandum mediocriter , quando natura pellit humores, ſed diminutè , quia non ſolùm inclinatio, ſed effectus agnoſcitur , & conſtat iam quòd humores non detineat , ſed velut turgens impropriè deonerari deſideret, & certius hoc indicatur, & firmius, quando in partem principem tam erroneè velut turgens excrementa maligna trudit , quæ inclinatio moderatiſſimam ſolùm euacuationem fieri per inferna permittit , quia oppoſita omninò inclinationi iam cœptæ ad ſuperna, vt debeat ob id à Medico iuuari, ve vincatur deprauatio ad ſuperna , & id non minùs ſuadet, quod quarto , & quinto die in ſimili euacuatione permanſit, & ſudore ſuperueniente intermiſit febris, vt conſtet euacuari , quæ oportebat ; ſed quia diminutè, eguit ſudore, vt febris in quinto, & ſexto deficeret , & reliqua pathemata releuata fuiſſent.

Quæ praxis ſecuriſſima mihi videtur , & vtiliſſima in morbis tam periculoſis, & præcipuè quando tam erroneè cœpit operari natura , & cerebrum expugnare

A exitiosè tentabat , prauáque excrementa per diuerſas corporis partes vt turgens , & tanquam cæca pellebat cum ſummo periculo, & hoc quod tam certum apparet, exequi Medicus poteſt auxiliis tam ſecuris , vt expurget ſimul malignitati, & febri occurrendo , vt decocto tamarindorum cum ſyrupo regio , aut ſolutiuo roſarum, vel manna in iure, aut ſero diſſoluta, vel diacatholicone cum decocto cardiali , & ſyrupo ſolutiuo violarum, quam indicationem expurgandi blandè , & tam claram, non ſolùm ignorauit Phrigius, ſed ſiniſtrè ſatis omne genus expurgationis in gerentibus vtero damnat : Mercurialis verò expurgationem admittit ; peccat verò, quia in die ſolùm ſexto, in quo febris defecit , medicari conſulit , nam amethodè ſatis talem diem ſperat, in quo iam natura quieta concipitur , & B excrementa non mouet , & meliùs habuit : nec licet in morbis tam acutis , & periculoſis , tot dies ſperare ad medicandum , cum poſſit illis diebus fieri morbus mortalis ; éſtque expurgatio illius diei contra præceptum Hippocratis *4. acut. citat.* dicentis , ante diem quintum eſſe medicandum , ſi venter murmuret , indicatur verò efficaciùs illud auxilium à ventre murmurante & euacuante ſimul , ſed diminutè , vt in hiſtoria præſenti.

Accidentia diei ſexti rediturum eſſe morbum oſtendebant certiſſimè , vrinæ ſcilicet tenues , ſitis magna, & dolor clauiculæ cum peruigilio , in quo die ſanguis mittendus erat , & nullo modo expurgandum ; erat enim natura quieta , & ſudor antecedens , qui febrem C deficere coëgit, innuebat iudicium aliud futurum medio alio ſudore, nec decebat cum tanta ſiti expurgare ; arguit enim internum incendium, & phlogoſim viſcerum quo nihil periculoſius ad expurgandum , & cùm natura à ſudore quarti diei aluum ampliùs non mouerit , aliam viam ad iudicandum morbum appetere ſignificabat, & poſt ſudorem aluum ſiccari , propriiſſimum eſt, tranſlata humiditate ad extra per corporis ambitum, quæ medicari dehortantur , ſicque nouo ſudore, tremore, & rigore, relicta euacuatione per aluum, & per regionem tertiam viſcera liberando, cum vomitu etiam morbum extirpauit.

Mirabile eſt , quod octauo , nono , & decimo , non febricitauerit , cùm euacuatio nulla in die ſeptimo D præceſſerit , niſi putes tremores illius diei iudicatorios fuiſſe, quod mihi probabiliſſimum eſt , in quorum excitatione cerebrum etiam nonnihil damni ſuſcepit, ſopore nempe leui , & leui etiam delirio detentum : ſic verò fuiſſe deduces, quia eodem die dicit Hippocrates quod nonnihil delirauit , & rurſus narrat , quod mente planè conſtitit , nihil enim communius quam in critica commotione incipiente , delirium leue , & turbationem ſenſuum moleſtare, euacuata verò cauſa ſenſibiliter , aut occultè omnia quieſcere , & mentem redire.

Inquiretis, quid operari Medicus tenebatur in tribus diebus , quibus ſine febre fuit ? Opinor quod erat curanda velut ſi febris non defeciſſet , nam ſi recidiua E tam certa erat, eiſdem auxiliis erat præcauenda , quibus ſi eſſet præſens vteremur , erat ergo deobſtruenda, attemperanda , & aluus lubricus ſeruandus , prout in ſtatu naturali debebat , & ſi vires conſtabant , ſanguis erat mittendus , ne reditus febris malignior eſſet , aut grauitate occideret illam; non enim contemnenda fuerunt ſymptoma ab vndecimo ad decimumquartum moleſtantia ; ſuperriguit enim , & febris ſuperuenit magna cum vomitibus bilioſis, ſubmultis , ſeu ſubcrebris, & alio ſudore, vt in die quinto , & indubium eſt, quod euacuatio facta in tribus illis diebus intermiſſionis , ſymptomata ſuperuenientia , vel impediret, aut non leuiter moderaretur , éſtque magni Medici futura pericula prænoſcere , & præcauere ; ſemper tamen recidiua prædicenda , ne auxiliis imputetur.

(vt

(vt vulgus ſolet) quod morbi ideæ debebatur, & in potionibus deobſtruentibus, & attemperantibus aliquid miſcendum ad ſudorem inclinans, & cutis rarefacienda, rarò enim iudicat natura alio modo, quàm illo quo morbum meliorauit, & cùm ſudor diei quinti vtilis fuerit, eodem reiterato malum eradicare contendere certius erat, neque in illis tribus diebus intermiſſionis expurgatio vtilis eſſe poterat, quia vrina cocta non erat, & erat natura quieta, & concoquens. Quod verò cocta non eſſet, euidens eſt, quia ſi coctio præceſſiſſet, ob quam per tres dies febris defecit, iam eſſet morbus inſenſibiliter, integrè tamen ſolutus, & iudicatus, & vbi per coctionem iudicatus eſt, non eueniunt tam grauia pathemata, vt poſt tres illos dies fatigarunt, eſt enim expreſſa doctrina Galeni, quod criſes debebant celebrari in ſummo vigore morbi, nam in fine capitis ſexti *lib. 3. de criſibus* ſic ſcripſit: *Criſis enim vel in ſtatu, vel paulo ante ipſum fit, mors autem in principio, augmento, & ſtatu.* Et 4. *aphor. 36.* dixit; *Didicimus autem quod in vehementioribus acceſſionibus iudicia fiunt.*

HISTORIA MELIDIÆ.

Melidia quæ decubuit iuxta templum Iunonis cœpit caput, collum, & pectus vehementer dolere, ſtatimque eam febris acuta corripuit; menſes pauci apparuerunt; dolores horum omnium perpetui: ſexto die comatoſa, faſtidioſa, horrida, maxillarum rubor; aliquantulum delirauit: ſeptimo ſudauit, febris intermiſit, dolores permanſerunt, repetiit, ſomni pauci, vrina perpetuò boni coloris, cæterum tenuis; deiectiones tenues, biliosæ, mordaces admodum pauca, nigra, fœtida, in vrinis ſubſedit album, leue; ſudauit; iudicata abſolutè eſt die vndecima.

SI menſes pauci apparuerunt ante morbum, fuit eorum diminutio ægrotandi occaſio, & nulla certior, præſertim ſi (vt putant multi) ſanguis menſtruus aliquid veneficum ſemper includat, nam vt dicitur aphoriſmo quinquageſimoſeptimo ſectionis quintæ, menſtruis largius fluentibus, morbi eueniunt, non fluentibus autem, ex vtero morbi contingunt. Si verò iam opprimente morbo, pauci menſes apparuerunt, potuit paucitas pendere ex ipſo morbo, & contra, morbus ex paucitate. Hoc vltimum clarum eſt, præſertim ſi multus fluere conſueuit, vt ſolet in robuſtis, vt fuit hæc. Primum contingere potuit, quia præceſſit tanta diſtributio ſanguinis per tot partes à morbi primo inſultu dolentes, quæ copia per vterum erat reiicienda, & ſic menſtruum fuit diminutum, & non occaſio mali: potuit etiam menſtruum diminutum appellari impropriè apparitio illa ſanguinis per vterum, etiamſi nullo modo diminuta fuiſſet antea menſtrua purgatio; ſæpè enim id experimur, euacuato ſanguine ſymptomaticè per vterum, aut per nares, aut hæmorrhoïdas, vt ſolet in morborum initiis, caſus ſemper periculoſiſſimus, vt eſt ſtilla ſanguinis narium, & quælibet alia euacuatio crudo morbo tentata. Eſt verò probabilius menſtrua diminuta, fuiſſe ægrotandi occaſio, & quod per vterum expellendum erat, aſcendiſſe ſurſum, & caput, collum, & pectus obſidendo vehementes dolores excitaſſe.

A Diſcordes video Expoſitores circa eſſentiam morbi thoracem affligentis: Valleſius putat inflammationem pulmonis fuiſſe, Phrigius muſculos intercoſtales, partem affectam poſuit; Mercurialis Valleſij opinionem reprobat, quia reſpiratio difficilis, quæ & maxima, & periculoſiſſima in pulmonia eſt, non adfuit, neque tuſſis moleſta, nec ſputum aliquod, ſine quibus pulmonia conſiſtere nequit, nullius enim horum mentionem facit Hippocrates, præterquàm quod pulmonem vehementer dolore implicat, quia ſenſus eſt expers. Addit etiam quod maxillarum rubor eſt ſignum inſeparabile pulmoniæ, vt 1. *de locis affectis cap. 6.* Galenus docet; Melidia verò in ſexto die ſolùm ruborem illum contraxit. Vrget etiam Valleſ. narratio diei ſeptimi, in quo febris euanuit, & nihilominus dolores perſeuerabant.

B erat verò impoſſibilis febris defectus perſeuerantibus doloribus, ſi illi ex affectu inflammatorio orirentur, vnde etiam deducitur, cauſam febris non fuiſſe cauſam dolorum, ſed à diſtincto principio creari. Putat ergo Mercurialis, hanc non fuiſſe veram, & formatam pulmoniam, ſed aliquod illius ſimulachrum, quod eſt nihil dicere. Cenſeo ergo, quod ſicut caput, & collum abſque affectu inflammatorio vehementer dolebant, ſic etiam & thorax; contingit hoc, quando venæ maiores, ſed minores præcipuè replentur, & alterantur ab excrementis, & ſuccis, non tamen extra vaſa effunduntur, quod ad inflammationem eſt neceſſarium. Sic dolores cholici eueniunt, & alij innumeri; & quia vaſa minora, & capillaria anguſta ſunt, vehementes dolo-

C res mouent, quando plenitudo maiorum in illa derogatur, incapacia enim cùm ſint grandis portionis humorum, ſi in illa pellatur, diſtenduntur nimis, & nimis excruciant, & dolent: & cùm Hippocrates partem determinatam dolentem in thorace non ſignet, totum afflictum fuiſſe putandum eſt, & vt ego opinor, mediaſtinum non leuiter patiebatur, quod cùm in medio thoracis ſituetur, & ſit tam neruoſum, de illo propriiſſimè dicitur, quod thorax doleat, & vehementer, illud enim thoracem totum in doloris conſenſum præ cæteris partibus trahere facillimè poteſt, plurimùmque facit ad vehementiam dolorum, flatulenta diſtenſio excrementis copulata, quæ nimia eſſe conſueuit, quando vterus radix febrium, & fluxionum eſt; rarò enim

D ſine hiſtericis accidentibus alia mala vterus ſuſcitat: dixit verò Hippocrates, plurimùm hyſtericarum eſſe flatus.

Dies ſextus diuerſa, & grauia ſymptomata attulit, coma ſcilicet, anxietudinem, horrorem, ruborem maxillarum, & leue delirium, omnia quidem (vt reor) ex critica perturbatione manantia, in qua varia, & horrenda accidentia moleſtant, incipiente iam natura excrementa maligna commouere, vt die ſequente euacuatio critica celebretur, in qua perturbatione, ſi ſuccus pituitoſus, aut ſanguis abundet, repletur vaporibus cerebrum, & coma tentatur, cum ſumma anxietate, & inquietudine; replentur enim prauis vapo-

E ribus viſcera omnia, & ſic exhalationes acres per partes fatigant, & delirium ſuperuenit, quod facillimè excitatur, ſi coma copuletur, vt enim dormientes per inſomnia illuduntur tam facilè, ita per morbos, ſi dormiant, delirant promptiſſimè, credentes omnia imaginata eſſe reuera, & non phantaſticè ſolum, vt tractatu de deliriis docuimus. Maxillarum rubor, qui Valleſium præcipuè decepit, vt crederet pulmoniam reuerà eſſe, non pendet ſemper ex pulmonum inflammatione, datur enim in ſuppuratis, in anxioſis ob febris vehementiam, & quando vapores ſanguinei ex toto cerebrum petunt præcipuè ſi difficulter reſpirent.

Erant ergo ſymptomata illa ſignum criſis, futuræ in die ſeptima, in qua ſudore excitato febris euanuit, ſed dolores vt antea permanebant, caſus certè inſequens ſi ſudor totius corporis fuit, & fuit non dubiè, quia

quia febris ab eo intermiſit. Verùm quia ſudor ex crementa impacta in partibus euacuare non potuit, dolores earum permanſerunt, non verò febris, ex quo deducitur error Valleſij, & Phrigij, putantium pulmonem, & muſculos intercoſtales verè inflammatos fuiſſe, vt nuper cum Mercuriali docui: eſtque magni Medici tantam perturbationem, & ſymptomatum cumulum videntis, non perturbari, ſed ſollicitè attendere, ſi ex morbi pernicie, aut critica commotione originentur. Diſtinctio verò facilis eſt, ſi ſigna coctionis præceſſerint; ſi non, non eſt facilis: nam ſi præceſſerunt, non poteſt morbus deteriorari, & inde ſi deteriora ſymptomata adueniant, non ex aucta malitia, & prauitate, ſed ex critica commotione oriuntur. Verùm ſi non coctâ materiâ ſuperueniant, anceps iudicium relinquitur, poteſt enim caſus ex maiori prauitate materiæ pendere, vt ex critica commotione. Diſtingues verò id probabiliter ea multitudine, & nouitate ſymptomatum, hæc enim criſim inſtare portendunt, quia ex commotione totius materiæ non emendatæ, nulla pars ſine noua paſſione relinquitur, quia totum corpus praua euaporatione repletur, & ſic plurimæ partes patiuntur, quæ non patiebantur ante, & præcipuè diſtingues ex tam ſubita mutatione, vt in critica perturbatione inuenitur, impoſſibilis quidem ex ſola noua alteratione materiæ, & ſi ex ſola aucta putredine, & prauitate caſus adueniat, creſcent ſymptomata ſola, quæ antea cum morbo ſemper moleſtarunt, non tamen nouitas, & pluralitas eorum erit poſſibilis, quia ad eaſdem partes, & putredinis focum prauior materia mittitur, non tamen ad nouas, & ſic erunt pathemata antiqua maiora, non tamen noua, & varia.

Hæc conſideratio magni momenti eſt ad Medici honorem, & confidentiam, & ad ægrorum ſalutem: criſim enim prædicendo futuram, quid diuinum apud vulgus putatur, & ſic, vt aiebat ſummus Dictator in præſagiorum prooemio, audent homines ſe committere Medicis. Ego addo cum confidentia, & ſpe recuperandi ſalutem deperditam, quæ confidentia animi, vt hilaritatem ægro conciliat, & omnia auxilia placidè admittit, confert nimis ad morbi eradicationem, vt nunc gaudium. Medicus verò viſa criticâ commotione, & contemplata exquiſitè cauſa morbi, & plus attendendo ſollicitè partem, aut regionem, ad quam natura peccantem materiam reiicere inclinat, inclinationem iuuabit idoneis auxiliis, ſi ſit regio conueniens, ſi non, impediet omni ingenio perniciosum decubitum, cum quo interitum machinatur expultrix erronea, quæ ſiccorum retractio, & inclinatio in partem aduerſam, & ſecuram indicatur ſemper, & ſtrictiſſimè, & cito: iuuare verò per regionem commodam, non ſemper requiritur, ſed tunc ſolùm quando natura in perſeuerantia dolorum, & ſymptomatum tenax agnoſcitur, nullam ſenſibilem euacuationem tentando, quæ moleſtia, & tenacitas ſæpè contingit; quando materia non coctâ pellitur, quia quælibet pars viuentis vt malignam ſatagit trudere à ſe: partes externæ contra internas pellentes pugnando, & non permittendo, vt per illas detur iter tam prauæ materiæ, mutua lucta inter internas, & externas partes tenaciſſima ſolet dari, quæ ſi diu durare permittitur, periculum eſt, ne in partem internam tandem expulſa, mortalis abſceſſus ſequatur, aut inopinata mors. Sic anno præterito, mulierem nobilem, febre maligna oppreſſam rigor die vigeſima inuaſit, cum cordis anxietate, & ſuſpirio, fuit moleſtiſſimus, ob diuturnitatem, vt penè iam animo linqueretur ob tam pertinacem membrorum concuſſionem violentam, vires frangentem; contemplatus verò partium externarum vigorem impulſui internarum obſtantem, debiliores eſſe minataſque reddidi, laxantibus oleis, & calidis, & forti frictione deterſis, cucurbitulas multas effigere iuſſi, & data po-

A tione ſudorifica, & alexipharmaca, rigor euanuit, ſudore adueniente, extinctæ fuerunt anguſtiæ, & febre in melius mutata conualuit. Quod etiam imperandum eſt, ſi debilia viſcera nequeant ad corporis ambitum, & cutem morbi materiam reiicere, in quo caſu danda potio eſt vires inſtaurans, & ad cutem inclinans agitatam materiam; per illam enim deſiderare naturam morbum finire, rigor tam moleſtus, & pertinax indicat. Eſt verò in hoc caſu mouendum ad cutem attractoriis remediis, potiùs quàm ſudorificis, virtus enim languens moderatam ſolùm euacuationem deſiderat, & tolerat: ob id docui mouendum eſſe ad cutem potione vires reficiente, nam quæ nutriunt, & ſpirituoſæ ſunt nunquam validè mouent, detinentur enim à natura, vt commutari poſſint, quo fit vt ad cutem impe-
B tuosè moueri nequeant, vt ſi aqua carnis cum lapide bezoar, aut ius tenue, cum pauco vino odoro, & eodem lapide detur: præſtat etiam aliquas guttas aquæ ſtillatitiæ cynnamomi, aut aniſi miſcere, ſunt enim ſpirituoſiſſimæ, & celeriter per totum diſtributæ mouent ad ambitum agitatam, rebellem tamen materiam cum virium conſtantia, ob copiam ſpiritus inſperatò creatam, & vitale robur firmantem; vtilis etiam erit confectio alchermes, & hiacinthorum, ſed iis minua fides, quia fallacia non carent, vt carent quintæ eſſentiæ relatæ.

Poſt iuditium imperfectum diei ſeptimi, rediit rurſus febris, vt conſueuit ferè ſemper; quod iudicium tentatur materiâ nondum concoctâ, ſignificat enim
C permanere intus diſtemperiem, coctionem impedientem, creatam ab excrementis corruptis, & non emendatis. Eſt verò probabile reditum in die nono contigiſſe, quia erat dies repetitionis, & periodi acceſſionum: cum febre redierunt etiam alia ſymptomata, ſed pauciora, & coctâ materiâ, per aluum, & ſudorem ſalubrem criſim celebrauit natura, deiectione nimirum biliosorum, mordacium, nigrorum, & fœtidorum, ſed deiectiu fuit pauca admodum, cuius defectum ſudor compleuit, & ſic indicata perfectè fuit in die legitimo acutorum, neque eſt facile decidere, ſi coctio vrinæ præceſſit illas euacuationes, aut illæ coctionem; videtur enim hoc vltimum eſſe lectioni, & narrationi Hip-
D pocratis conſonum, priùs enim deiectiones, quàm ſedimentum album, & leue retulit, & has priùs apparuiſſe mihi certius videtur, & mox ſedimentum naturale, & poſtea ſudor indicatorius, alioqui ſi coctio non præceſſiſſet, rediret febris, vt poſt ſeptimum contigit, & enarrationis ſeries ita ſua det, priùs enim deiectiones refert, mox vrinæ ſedimentum, & vltimò ſudorem: potuit verò deiectio illa tam praua, pauca tamen, coctioni ſuffragari, quia pars fuit foci putredinis, cuius vel paruiſſima moles expulſa (vt antea docui) morbum eradicat, aut nimis diminuit, diminuto verò, coctio redditur ſtatim perfectior.

Mirantur Expoſitores, quod liberata mulier fuerit cum deiectionibus tam exitioſis, nigris, videlicet,
E fœtidis, & paucis admodum, quæ tria vt mortalia ab omnibus Authoribus cum Hippocrate prædicantur: nigra enim vel conſummatam, vſtionem, vel caloris vitalis extinctionem ſignificat; extinctio deſperata eſt, vſtio verò conſummata cancroſam diſpoſitionem interiùs arguit à ſucco atrabiliario creatam, & inde exitioſam, & inemendabilem; quam prauitatem damnauit Hippocrates 4. aphoriſm. 22. *Morbis* (inquit) *quibuſlibet incipientibus, ſi atra bilis, vel ſupernè, vel infernè exierit, lethale.* Solutio facilis eſt in noſtra hiſtoria, apparuerunt enim deiectiones illæ cum manifeſta coctione, & meo iudicio in fieri coctionis ſummæ: tunc verò benè, & ſalubriter apparent, etiamſi atra bilis exquiſita excernatur, vt in fine expoſitionis aphoriſmi Galenus docet, qui alibi dixit, iudicia bona, vel in ſtatu, vel parum ante illum debere fieri.

Ego

Ego verò nunquam cenſebo, quod deiectiones illæ A tam exiguæ poſſint eſſe iudicatoriæ morbi acuti febrilis, niſi contingat, quod dicebam modò, euacuari ſcilicet, quod erat in foco, putredinis cauſa, & radix totius morbi; ſic enim iam vidi vnica ſolùm deiectione fœminam liberatam, quando breui ſpetabant omnes veſpillonibus tradendam fore. Eueniunt verò huiuſmodi portenta, quando humor malignus, qui eſt putredinis focus in caua iecoris, aut circa illam ſtabulatur, aut in alia parte primæ regionis; cùm enim diſtet multum à ſecunda, non inficit tam exitiosè maſſam ſanguinariam (etſi malignus ſit) vt euadere nequeant: liberantur verò præter ſpem vnica deiectione, quæ ſemper magna eſt, & interdum duabus; vt contigit filio illuſtris Comitis de Colmenar, febre maligna tam B oppreſſo vt vnicum ſolùm, vel alterum diem mortis moleſtiam differre poſſe putabatur, à quibus deiectionibus melior reddita febris, mortem effugit.

Nec intelligas quod vrinæ fuerunt ſemper tenues vſque ad vndecimum, vt videtur inſinuare Hippocrates, nam album, & leue ſedimentum, nequit tenuitate vrinæ coniungi, priùs enim liquor quam ſedimentum craſſatur: decimo igitur vrina, vt decebat, cocta apparuit, & vndecima ſudor morbum finiuit. Conſtat verò quod vrina tenuis, & boni coloris, eſt tenuis, & ruffa; hæc verò, vt in prognoſtico docuit Hippocrates, morbum eſſe crudum ſignificat; ſic enim *comm.* 2 *text.* 30. & 31. ſcriptum inuenies; *Dum vrina tenuis fuerit, ac ruſſa, crudam ſignificat ægrotationem, vbi* C *morbus diuturnus fuerit. Vrina verò ſi talis excernitur, periculum eſt, ne durare æger poſſit, quoad morbus concoctus fuerit.* Sic Galenus tranſtulit, Valleſius verò clariùs, vt ſolet ſic; *Cum eſt vrina ruſſa, & tenuis, ſignificat morbum crudum eſſe, ſi vero diuturnus ſit morbus, vrina autem huiuſmodi, periculum ne non poſſit homo ſufficere, donec cocta ſit vrina*; Quæ tranſlationes ineptiſſimæ videntur, nam morbi longitudo pendet ex reſiſtentia coctionis materiæ morbificæ; vrina verò tenuis, & ruffa ſi longitudinem ſignificat, & ob id poteſt eſſe periculoſa, & mortalis, lethalior erit in morbis acutis, quia breuiùs occidunt, & tantum tempus ad coctionem non concedunt. Eſt etiam locutio Hippocratis ſic tranſlata impropriiſſima, & ferè falſa, quia D morbus longus multum tempus concedit, in quo mediis auxiliis, & robarata virtute coqui talis vrina poterit, nulla enim maior ſalutis ſpes, quàm dari multum tempus in quo calor vitalis reſoluere multùm, & multùm etiam emendare poſſit, & ſic morbum finire: & cùm ruffa vrina quantum ad colorem cocta iam ſit, quia color eſt naturalis, & tenuitas cum tali colore extremam eſſe repugnet; nequit tantam longitudinem arguere, vt ob illam deſperatus ſit morbus, imò ſi longitudo ex vrina non pendet, vt verba Hippocratis innuunt, etiamſi coquatur, non ceſſabit affectio. Si verò ceſſat, vt ceſſare debuit, iam tenuitas cum tali colore arguit morbi diuturnitatem, & indè erit (vt dixi antea) locutio improprijſſima, cum repugnet dari E niſi in morbis longis, quia ſi longum tempus ad coctionem requirit, cauſat ex ſe longum morbum, vt homo ſaluetur, quia breui tempore coqui non poteſt; & ſi poteſt breui tempore concoqui, nunquam erit periculoſa in morbis longis, quia citiùs coquetur quàm morbus occidat, ſi vera eſt doctrina Galeni 1. *de criſibus, cap. decimo ſeptimo*, quod vrina tenuis, & ruffa, ſit ſignum coctionis iam cœptæ, ſicut quæ turbida manet, & mingitur talis; coctio verò iam cœpta non poteſt eſſe ſi in principio appareat tam pertinax ex ſe, vt longo tempore coqui perfectè non poſſit, & vt veriùs loquutus fuiſſet Hippocrates, & cum eo reliqui, deberet ſcribere. Si verò vrina talis ſit, & morbus acutus, periculum erit ne æger ſufficere poſſit donec vrina coquatur.

Melior ergo videtur Cardani tranſlatio, quæ habet: *Quandiu verò ruſſa fuerit vrina, & tenuis, morbum incoctum eſſe ſignificat: Si verò & diuturna fuerit talis exiſtens, periculum eſt ne ſufficere homo poſſit, donec vrina concocta fuerit*; Quæ ſententia veriſſima eſt, quia de acutis morbis intelligenda eſt, de quibus in opere prognoſtico agit Hippocrates, in quibus ſi longum fuerit tempus cruditatis, periculum eſt ne æger ſofficere poſſit, donec vrina coquatur, quia acuti morbi iudicantur celeriter ad vitam, aut mortem: ad vitam verò iudicari nequeunt, quando cruditas diuturna eſt, niſi robuſtus ſit æger, cuius robur acutum morbum ex decidentia faciens, vrinam coquet, & liberabitur: ſtabilitur verò præſagium in communi doctrina aſſerentium (quæ & Galeni putatur) quod tempora vniuerſalia proportionem ſeruant, vt tantum tempus requiratur ad ſummam coctionem, quantum à principio morbi conſumptum fuit vſque ad finem principij, & introitum in augmentum vniuerſale; & inde ſi vniuerſale principium diuturnum fuit, neceſſe erit vt tempus vſque ad iudicium, & criſim, aut perfectam coctionem ſit etiam diuturnum; & per conſequens periculum ne vires antea deficiant, quia acuti celeriter eas diſſipant, continuitate, acceſſionum, & grauitate ſymptomatum; & ſic vrinæ fulua, & tenuis ſi diuturna ſit, periculoſa in acutis eſt, quia totus morbus breui coqui repugnat, acuti verò longi non fiunt, niſi in robuſtiſſimis, acutos ex decidentia facientibus, vt nuper dicebam. Quæ doctrina ad omnes acutas paſſiones, quæ longum principium vniuerſale obtinuerunt transferenda eſt, timor enim eſt, ne æger ſufficere poſſit vſque ad ſtatum, ſi proportio illa temporum in duratione putatur eſſe certa, quam in acutis fallacem millies inueni. Fallit verò quando, aut occultè, aut ſenſibiliter portio ſenſibilis cauſæ malignæ euacuatur; hac enim minuta, creſcit robur naturæ, & morbus minùs reſiſtit, ſicque breuiſſimè coquitur, quamuis cruditatis tempus diuturnum præceſſerit, vt hic etiam verificetur Hippocratis oraculum, in acutis morbis non ſunt omnino certæ prænunciationes ſalutis, aut mortis.

Curatio morbi Melidiæ.

PHrigius, & Mercurialis venam ſtatim ſecare præcipiunt, prior notat quòd cùm occaſio fuiſſet menſtruorum diminutio, ſi hæc antiqua erat, venæ ſupernæ priùs erant ſecandæ, deinde in cruribus, à quibus ſanguis priùs extrahit, ſi diminutio menſium recens fuerit. Mercurialis dixit, quod ſi detur totius plenitudo, ſecentur priùs venæ ſupernæ, mox inferiores. Quæ opiniones diuerſæ non ſunt, quando antiqua diminutio dari non poteſt ſine plethora, & praxis hæc iuxta multorum ſequentium Aëtij doctrinam, probabiliſſima eſt, & experimento ſæpè mihi obſeruata, vidi enim à ſanguine miſſo in brachiis, ſtatim menſtrua apparere, contingit hoc quando plenitudo totius vaſa occludit, per quæ ad vterum ſanguis pellendus eſt, & partes ſuperiores ita grauat, vt nequeat expultrix ad vterum menſtrua mouere. Deoneratis verò partibus ſuperioribus, incipiunt mouere deorſum, & menſtrua fluere; non continget verò menſium apparitio, ſi euacuatio ſuperior abundans fuerit, quia tollere poteſt totum quod expellendum erat ad vterum; præſertim quod ſemper ſectio brachiorum, vt docet Galenus, menſtrua reuellit, ad ſuperiora ſanguinem inclinando. Requiritur ergo plenitudo magna totius, & quod euacuatio brachiorum magna non ſit, vt ſecurè venæ ſupernæ priùs ſecentur in menſtruorum defectu, aut diminutione. In præſenti verò hiſtoria praxim dictam ſuadet dolorum atrocitas, tot partes ſupernas moleſtans, & plenitudinem ſuperiorum

efficaciter ſignificans. Peccat verò Mercurialis venam internam ſecando, quæ minùs partibus ſuperioribus vehementer afflictis, quàm communis, aut cephalica ſuccurrit, quæ ſecandæ extra dubium ſunt, præſertim ſi capitis dolor vigeat, ne inflammatio ſuperueniens, quam dolor tam vehemens pollicetur, deprauata paſſio reddatur: & ſi id conſulueris, cucurbitas partibus infernis affiges, ne tota plenitudo ad ſuperiora inclinetur, & ſtatim à miſſione ſanguinis crura vehementer fricari, & diutiùs imperabis, oleo rutaceo, aut irino manibus vnctis, & omni alio auxilio inferiùs trahente vtendum, vt obſtemus tam graui moleſtiæ ſuperiorum partium; tam impetuoſus enim aſcenſus, aut phreniridem, aut apoplexiam, vel conuulſionem periculoſiſſimè machinatur. Si verò vrgentia ſuperiorum partium non detur, etſi non leuiter doleant, ſecurius eſt ſecare prius venas inferiores, & copioſè, vt eodem die bis vena ſecetur, & ter ſi oportuerit, vbi aſcenſus impetuoſus timetur ad cerebrum, præſertim in tam robuſtis, vt erat Melidia: nam quò robuſtior eſt æger, ferociſſimæ, & impetuoſiſſimæ fluxiones mouentur, vt repentè ægri obmuteſcant, & fiant ſyncopes cardiacæ, & mors inopinata, vt 4. *de victu acutorum*, Hippocrates, & Galenus docuerunt.

Euacuato corpore redditus menſtruorum inhiat ſollicitè Phrigius, etſi calorem mouentium menſtrua pertimeat. Ego verò minimam indicationem hanc cenſco in tam acutis morbis; nam præter victus rationem attenuantem, redditum difficilem reddentem, difficillimum illum efficiunt ſanguinis miſſiones in acutis paſſionibus tam neceſſariæ, vt æger liberetur, nec minùs peruigilium, & inceſſans reſolutio à calore febrili, & inquietudine neceſſariò eueniens, quod etiam ſuadet rara terminatio in acutis per menſtrua ſuperuenientia, vt teſtari poſſim bis talem terminationem vſque ad hunc diem non vidiſſe. Ratio eſt, quia illa euacuatio ſanguini perfectiori propior eſt, inſtituta enim eſt ad prolis formationem, & incrementum; morbi verò acuti, ex praua corruptione ſanguinariæ maſſæ oriuntur, à qua in malignam cacochimiam degenerat, & inde aduerſatur fini naturali menſtruorum, ſicque natura per eam partem rarò terminat morbos acutos totius corporis, quod firmat ſuppreſſio lochiorum à partu, cuius redditus tam difficilis quotidie expertus eſt, etſi omni ingenio, & efficacibus remediis à Medicis procuretur, & ſic cacochimia tam proxima, & immediata vtero. Et ratio à priori præter dictam, deſumitur ex modo quo natura morbos acutos iudicat, ſubitus enim eſt, & confertus euacuationis modus, quia irritatio cauſæ ad criſim excitans moleſtiſſima eſt, & ferox; nam vt Galenus docuit, iudicia fiunt in vehementiſſimis acceſſionibus, & ſic conferta euacuatio à natura tentatur per ſudorem, vomitum, aut alui deiectionem; euacuatio verò per vterum à natura aſſueta, lenta eſt, & paulatim celebratur, primis diebus præſertim, & ſic per eam partem nunquam ferè acutos morbos iudicat, vt nec per vrinam, quia hæc etiam euacuatio paulatim, & ſenſim fit, & ſeri euacuationi deſtinata, non humoribus multis, & ſubitò, niſi quando morboſè deprauatur, vt in diabete, & vrinæ profluuio, quæ ſunt affectiones ob id rariſſimæ, Galenus, & omnes experti ſumus.

Sopori occurres cucurbitis per totum affixis, & quia dolores partium ſuperiorum inconcuſſi, & ſtabiles fuerunt, multam materiam in illis impactam fuiſſe ſignificant, vt neceſſe ſit in regione ſuperiori aliquas ſcarificari, & profundè, & ſcarificationes apertas permittere, vt ego ſoleo, ſic enim virus, & ichores maligni expirant, & minùs caput grauatur. Incipiet verò cucurbitarum firmatio ab inferioribus, & in ſupernis ſcarificabuntur, & ſi virtus conſtet, etiam in natibus,

A vt occurras toti mittenti, & partibus ſupernis afflictis; horrores enim diei ſexti malignum irritamentum neruorum, & aſcenſum ad cerebrum innuunt, cum ſopore, & rubore maxillarum, & leui delirio. Mouebantur ſimul acria, & cruda excrementa, vt cum ſopore deliraret, quod eſt facillimum dormientibus, & cùm cucurbitæ tam validè fluentes ſuccos detineant, & retrahant, conferunt nimis terminationi ſudorum, vt huic contigit die ſeptimo, præſertim ſi cutis oleis idoneis poſt cucurbitas laxetur, & rarefiat, vt fieri debet ad maiorem tranſpirationem putridorum, & vt à viſceribus retrahantur ad corporis extima. Et quod hyrudinum applicatio mariſcis, quando caput

B tentatur, & delirare cœpit, ſit vtiliſſima, experimento conſtat, præſertim quando ſuppreſſio menſtruorum, aut diminutio præceſſit, & maximè ſi culpâ vteri obſtructi, aut meſerei malum foueatur, & aſcenſus ad cerebrum iuuetur, cui obſtant etiam expurgantes clyſteres, cruda, & melancholica deorſum trahentes, ſine oleis parati, ne virtus humorum eductiua hebetetur, & ſi ſtercorum durities adſit, præcedent emollientes, vt deponantur fæces; poſt expurgantes, & ſi ob ſoporem non operentur vt ſolent, ſuppoſitoriis ex hieris maioribus vim ſopitam expergefacies, vt clyſteres reiiciantur, & vnà excrementa maligna, & ſucci commoti, ſed non expulſi ob ſoporem obſcurantem moleſtiam ſenſus, vt non expellat expultrix, quod etiam procu-

C rabis laxantibus inunctionibus totius ventris ab vmbilico inferiùs, permixto vnguento artanitæ, ſi febris permittat, & venter inferior non æſtuet, eſt enim magnum auxilium lubricus aluus, quando cerebrum cœpit à toto tentari ſopore, aut delirio, vel acuto, & grauante dolore, & horrores, aut tremuli motus moleſtant, vt huic. Quæ intelliges dum ſopor, tremuli motus, & horrores moleſtabant, nam poſt ſeptimum diem, & ſudorem, aluus lubricus, etſi ſatis moderatè, eiiciebat bilioſa, mordacia, & nigra quo tempore detergentibus clyſteribus, & anodinis res agenda erat, vt dolor ſedaretur, & excoriationi poneretur obſtaculum, & partim iouaretur expulſio tam prauorum excrementorum, quorum cohibitio pernicio-

D ſiſſima fuiſſet, & moderatè potius ſollicitanda erat, quia praua, & ab illa habuit vrina idoneum ſedimentum, vt docui: nec placet Mercurialis nullum auxilium circa alui deiectionem admittens, ſed res agenda vt dixi.

Euacuato iam corpore mitigandi erant dolores thoracis, & aliarum partium, anodinis, & reſoluentibus, & aſſumptâ aquâ ſtillatitiâ florum chamemalâ in quantitate quatuor, aut quinque vnciarum moderatè calida cum lapide bezoar, vt ad cutem mouerentur humores: & quia cenſeo tam intenſos dolores, & tot partium, flatuoſum plurimum habuiſſe, ſedantur verò optimè aqua dicta, & magis ſudore excitato, & cucurbitis ſupra locos afflictos appoſitis, tra-

E hunt enim flatuoſam ſubſtantiam per modum incantamenti, vt docuit Galenus, & ſi humor tenax eſſe putabatur, vt erat rationabile, à quo craſſi flatus eleuabantur, ſcarificanda erat cucurbitula, ſi locus patiens erat capax illius, ſin minus reſoluentia maiora imperanda erant, & attractoria etiam, vt internas partes deſereret cauſa, & traheretur ad cutem. Eſt mihi probatiſſima vnctio cum butyro naphæ odorifero, imbuto puluere ſubtiliſſimo aniſi, & legitimæ camphoræ pro reſolutione ſubſtantiæ flatuoſæ partium thoracis, & neruorum, & ſedatione dolorum: eſt etiam celebre caſtoreum pro neruis dolentibus, ſicut inunctio cum oleo lumbricorum, amygd. dulcium cum modico camphoræ, aut liquamentum axungiarum recentium cum butyro, recenti puluere caſtorei, croci & camphoræ; & ſi decocta pro regione thoracis ad dolorem mulcendum, & reſolutionem moleſtantium imperaueris,

cauo

A caue ne infrigidentur, & plus lædant, quàm proſint, nec contemnenda vnctio cum oleo Mathioli, mirè enim flatus diſſoluit, & craſſos ſuccos extenuat. Eſtque præſidium mirabile ad reſoluendam flatuoſam ſubſtantiam zedoariæ decoctum, præſertim ſi in illo fruſtum camphoræ ardens quinquies, aut ſepties extinguatur, quo auxilio deſperatas paſſiones hyſtericas deſtrues.

Illud verò notabis, quod ſymptomata ob criticam commotionem moleſtantia, ſedantur bene, & ſecurè iuuando naturam, vt euacuationem quam tentat nondum tamen viam detegit, determinet, in pugna enim, & repugnantia partium inter ſe, poteſt periculoſiſſimus decubitus in partem nobilem firmari, vt exemplo antea à nobis allato docuimus, ſi enim velis tot ſym- B ptomatibus, auxiliis tam variis occurrere, vt illa indicant, & Phrigium turbarunt, præter quàm quod lædes ſatis, & faſtiodiſiſſimus eris, impedies forraſſe naturam ne pellat quod tentat, & periclitabitur æger, Remedium igitur erit naturam dubiam dirigere per viam commodam cauſæ, & naturæ morbi, ſtatim enim ab incepta euacuatione moderantur, repeſcuntque omnia, & randem cum ipſa euacuatione morbus, & ſymptomata ceſſant.

His expoſitæ ſunt hiſtoriæ primi libri: prætermittimus modo hiſtorias ſecundi explanare, quia nullus quem legerim curationem illarum fuit auſus ſcribere, fortaſſis quia minus frequentes, vt ſunt reuera, quas nos Deo dante aperiemus poſtquam ægrotos libri tertij C explicuerimus, ſunt enim grauiſſimi, & magni momenti ad medicam praxim.

ÆGROTVS PRIMVS,

Ex libro tertio, de vulgaribus morbis.

Pythion qui propè Telluris ædem habitabat, cœpit primo die tremor à manibus, febris acuta, nugabatur; altero die omnia fuerant exacerbata: tertio eadem erant: quarto aluus pauca, D *mera, bilioſa, deiecit: quinto omnia exacerbata ſunt, tremores manebant, ſomni erant tenues, aluus conſtitit: ſexto ſputa varia ſubrubra: ſeptimo os diſtortum eſt: octauo omnia exacerbabantur, tremores etiam permanebant; vrina à primo vſque ad octauum diem tenues, decolores, quæ ſuſpenſionem habebant nubiloſam: decimo ſudauit, ſputa ſubcocta, iudicatus eſt, vrina circa iudicium ſubtenues: Quadrageſimo à iudicio die ſuppuratio circa ſedem: &* E *ſtrangurioſus abſceſſus factus eſt.*

ME o iudicio laborauit Pythion quartana continua notha, cuius cauſa fuit humor melancholicus vſtus cum bilis acris mixtione; habuit enim diem ſecundum primæ acceſſionis grauiſſimum, & quintum, qui fuit ſecundus ſecundæ acceſſionis ſimiliter, & octauum terriæ acceſſionis ſecundum non minus grauem, quia in eo omnia exacerbabantur: permanebat verò ſymptomatum pernicies maior duobus ferè diebus, quod indicauit Hippocrates tertium diem enarrans, dicendo, quod in illo eadem aderant, hoc eſt non remittebantur ſenſibiliter, eſtque hoc conſentaneum typo quartano tam graui, & à tanta materia creato, qui ex tam pernicioſo more velut miraculosè, ex peracuto per decidentiam facto longiori, iudicium ſalubre quadrageſimo habuit, in quo philoſophor moueri per pares, vt in tertiana continua paribus moleſtante; nam vt in hac, dies ſecundus, & ſextus grauiſſimi ſunt, ſic in quartana continua paribus moleſtante, ſecundus, & tertius primæ acceſſionis grauiſſimi ſunt; quintus, & ſextus ſecundæ, octauus, & nonus tertiæ: nam vt quartani circuitus continui ſunt longiores tertianis, ſic moleſtiæ eorum qui per pares mouentur longiores neceſſariò eſſe debent, & vt moleſtia maior tertianarum per pares in die ſecundo ſe oſtendit, ſic quartanarum in ſecundo, & tertio, quia longioris conſtitutionis, & maioris, & craſſioris materiæ cùm ſint, diutius quodlibet tempus fatigat. Hoc habuit ſingulare ſudor diei decimi, incidiſſe in die, qui erat leuior, quia primus quarti circuitus: docuit verò Galenus ab experimento doctus, ſe didiciſſe, quod iudicium, & criſes in vehementioribus acceſſionibus celebrentur, & inde in vndecimo, aut duodecimo iudicatorius ſudor Pythionis erat venturus; in quibus vigor, & augmentum quartæ acceſſionis incidere erat neceſſe. Solutionem ex ipſo Galeno accipies, docuit enim *lib. 3. de diebus decretoriis*, in peracutis quemlibet diem iudicatorium eſſe poſſe: ratio eſt quia criſis ſuſcitatur ob irritamentum magnum naturæ, præſertim quando non coctam materiam reiicere cogitur, & cùm peracuti morbi tam moleſtiſſimi ſint, & tam aſſiduè naturam quolibet die lancinent, datur in quolibet ad expulſionem irritamentum ſufficiens, & ſic peracutorum quilibet dies criticus eſſe poteſt.

In primo die delirare, & manibus tremere cum acuta febre, & mortem effugere, tam infrequens eſt ſi quid aliud; meritóque Mercurialis putat focum putredinis proximum capiti fuiſſe, aliter enim non deliraret in primo morbi inſultu, & continuè per tot dies, ex nullo enim ſignorum concurſu certiùs agnoſcitur cerebrum pati primariò, quàm ex delirio continuo, & hoc ſtabilitur magis, quando nulla affectio præceſſit, cerebrum in conſenſum trahens, vt nulla in Pythione prior apparuit: & ſi hiſtoria ordinem ſymptomatum, vt apparuerunt, refert, cœpit tremor à brachiis, febricitauit ſtatim, & ſimul delirauit. Eſt verò propriiſſimum ſymptoma delirij, motus tremuli brachiorum in acuta febre, innuit enim tremor ille, neruoſum genus iam pati, & ſi brachia tremant, pati ſpinalem medullam colli, & humores malignos, & mordaces cerebrum petere, vt rarum ſit in malignis febribus à tremore delirium non ſuperuenire: nam vt in aphoriſmo dicitur; *Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio ſoluuntur.* Non itaque tremor ille fuit à Galeno depictus à duplici motore pendens, grauitate nempè deorſum, & facultate animali ſurſum, hic enim inſignem languorem facultatis motiuæ requirit, qui dari nequit in prima morbi inuaſione, in homine præſertim tam robuſto, vt fuit Pythion; nam ſolus qui vires Gigantis æmularetur, morbum tam exitioſum, & tam atrociter inuadens ſuperare, & debellare poteſt, & hoc ſuadet delirium tremoribus ſuperueniens, vt dicitur in aphoriſmo, qui non de tremore proprio, ſed de motibus conuulſiuis inuoluntariis à Galeno exponitur. Quinimò cenſeo, tremores illos à robuſta facultate creatos fuiſſe, & mediis illis magnam portionem excrementorum ſurſum aſcendentium inſenſibiliter expulſam fuiſſe, & tam vtiliter, vt propter illam, ne cerebrum inflammaretur, & æger periret, contingit.

☞ Pauca, bilioſa & meracia, ſeu ſyncera quarto die expulſa per aluum, vituperantur ab omnibus, quia pauca, & ſyncera, quod mihi non probatur abſolutè,

ſemper enim quod natura aliquid peccantis materiæ extra reiicit, amplectot vt bonum: Melius eſſet non dubiè, quod plus euacuaret, ſi euacuat quod conuenit, ſed eut malum quod vt cauſa bonum eſt, & in caſu noſtro amabile; tentat enim natura per conuenientem regionem portionem morbificæ cauſæ expellere, & contrarium motum perniciоſo ſollicita opponit, erroneè enim in principio morbi materiam in cerebrum inclinauerat ſummo periculo. Erit ergo optimum tentare retrogradum motum, & per regionem tam idoneam reuellere, quæ exitioſè in cerebrum erant pellenda; tam longè ſum à damnatione huius motus, vt cenſeam iuuandum eſſe à Medico ſemper in caſu Pythionis, ob dictam rationem, & quia ſyncera euacuabantur, an decet prauiora intus detineri; non certè. Si ergo Medicus naturam adminiculantem inuenit, & mouentem per regionem ſalubrem, & euacuantem quod decet, ſed diminutè, debet motum illum iuuare, aut accuſare Hippocratem quòd 4. *acut.* præceſſerit, ſcammonea mediocriter purgare, ſi venter murmurauerit, & excrementa biliоſa fuerint, præſertim quando in die decretorio incepit euacuatio; certiùſque deſiderium euacuandi monſtratur per moderatas euacuationes, quàm per ventris murmurationem, & dato pharmaco eductorio in die in quo tepidè pellebat natura (erat enim quartus) complebatur deſiderium illius, & Hippocratis præcipientis ante diem quintum iuuandam eſſe naturam, ſi murmure inclinationem euacuandi publicabat, quam Valleſiua turgentiam impropriam appellauit, & vt opinor expurgatur ſecuriùs quàm dum propriè moleſtata turget, quando in turgentia propria ignorat cæca viam idoneam euacuationi, & ſic cum periculo turget, ſollicita quærens partem debilem, in qua moleſtantia excrementa deponat, quæ ſi fortè ſit princeps, lethaliter in illa quieſcent, cui infortunio occurrens Hippocrates, docuit ſtatim purgandum eſſe; moram remedij clamando, vt ego illum ſugillo, quòd ſolùm ante quintum diem ſi venter murmuret expurgare præceperit; nam vt in turgentia propria quolibet die expurgare cogimur, ſic in impropria exequendum, ſi materia morbi pellatur remiſſe, & id celebratur ſecuriùs, & leuiori medicamento ſatisfacimus. Securiùs dixi, quoniam in turgẽtia propria agnoſcitur errabunda natura, attractorio medicamento vago illo motu reſiſtens, cùm moueat per diuerſam regionem, & aluum ignoret, ob quod vehementiori pharmaco egemus, cui ſi reſiſtat, & aucta commotione, & turbatione, excrementorum creſcat turgentia, quia irritatio neceſſariò creſcet, & hallucinata cum ſit, viam idoneam, & ſalubrem ignorans, præcipitio maiori, & plus obcœcata pellet ad interna, quia moleſtata magis, quo periculo expurgatio dum per aluum mouet orbata, fœliciter imperatur, & leuiſſimo pharmaco, quia ipſa per viam illam faciliùs, & acta euacuat.

Quinto omnia fuerunt exacerbata, erat enim ſecundus ſecundi circuitus, vt antea docui, omnes verò ſecundi fuerunt grauiſſimi; aluus verò conſtitit, nec amplius biliоſa deiecit, ſed per altam viam expulſionem tentauit in die ſexto, ſputa varia, ſubrubra excernendo; eſt enim frequentiſſimum, quando totum corpus mittit ad ſupera, recipere aliquid ſuccorum aſcendentium partes intermedias, & quod receperunt ſua partiali criſi detrudere, & hoc thoraci euenit, ſi tuſſi reiecta fuere ſputa varia, & ſubrubra, ſi verò ſimplicis fuit exeretio ſine tuſſi, à cerebro deſcenderunt in fauces, vt fieri ſolet quando præter naturam onuſtum ſe exonerat in partes ſubiectas; vt non ſine ratione quis iudicare poſſet, os diſtortum ſeptimo, fuiſſe in muſculos maxillarum, inferioris præſertim exoneratum cerebrum, aut conuulſione violenta, expulſionem excrementorum quæ receperunt à toto, aut cerebro procu-

A rare, vt tentarunt manus motibus conuulſiuis aſſiduis ſe liberare vſque ad decimum, in quo ſudor, & ſputa ſubcocta grauitatem tot ſymptomatum iudicarunt in bonum: non enim cenſeo tremores manuum ceſſaſſe, quia cauſa eorum ſputis fuit expulſa, ſed quia ſudore fuit totum corpus perpurgatum: & quia hoc in caput pellebat, & in aſcenſu nerui ſuperiores, & manuum offendebantur; tremebant dum aſcenſus conſeruabatur à toto mittente, & ſudore perpurgato quieuit tranſmiſſio, & ceſſarunt tremores, nam ſi ſputa, (vt putat Galenus) iudicarunt, & finierunt tremores die decimo, remitti deberent à die ſexto, in quo varia, & ſubrubra fuerunt, cuius contrarium narrat hiſtoria, vt notaret Hippocrates ob pertinaciam, & moleſtiam eorum, ſeptimo permanere, & octauo, velut declarans ſputa, illos
B non moderaſſe, nec ſine cenſura incuriæ doctrina Galeni poteſt admitti; cenſet enim tremores illos fuiſſe propriiſſimos, quando iacent infirmi, nec membra ſubleuare poſſunt, nec volunt, ſine quorum motu ſurſum eſſentiam veri tremoris dari repugnat, quod placitum ſequuti ſunt Mercurialis, & Phrigius, Valleſius verò noſtram ſententiam amplectitur, aut ego illius.

De vrinis notat Hippocrates vſque ad octauum fuiſſe tenues, decolores, accidentia iuxta communem ſenſum omnium debita aſcenſui bilis ad cerebrum, & hinc delirare. Sic Galenus 4. *aphoriſm. comm.* ſcripſit: *Aquoſa vrina magnam cruditatem oſtendunt, & præterea flauam bilem ad caput totam rapi.* Dixit totam, hoc eſt, tota illa quæ cum vrina deſcendere debebat, rapta fuit
C ad caput, tuncque vrinæ apparent albæ, & perſpicuæ, extremam cruditatem ſignificantes; cum quibus nullum delirantem vidit Galenus liberatum. Pythion verò periculum fugit, quia non habuit tam extremam cruditatem, vt eſſent vrinæ albæ omninò, ſed tenues, & decolores, hoc eſt, tenues, & pallidæ nimis remiſſæ. Decolores (inquit Valleſius) dicuntur aquoſæ, tales enim ſunt, quæ colorem minimè omnium habent, tenues verò, & aquoſæ maximæ cruditates ſunt, quare ſuſpenſiones non fuerunt bonæ, candidæ, & leues, ſed obſcuræ, turbidæ, nebuloſæ. Ego verò non capio, cur vrina tenuis, & decolor ob raptum bilis ad cerebrum, debeat extremam cruditatem ſignificare, ſed ſolam ſeparationem humoris biliоſi, ſi ab hoc pallorem totum, (vt cum
D Galeno tenent omnes,) & corporaturam quandam, & craſſitiem ſuſcepit: certumque mihi eſt, perſpicuas magis fieri vrinas, vt magis deficit bilis tingens, bilis enim opaca eſt magis, quam ſerum, & inde vt tingitur plus à bile, diaphana minùs redditur, quod euidenter indicat vrina ictericorum opaca omninò facta, quia plurima bile ſaturatur: vndè fit, quod ſine noua coctione craſſeſcere, & colorari poſſit, ceſſante bilis aſcenſu in cerebrum; deſcendet enim cum vrina, vt per ſalutem ſolebat, ſicque ob ſolam permixtionem craſſeſcet, & naturaliter colorabitur, vndè quod dixit Galenus nullum delirantem cum vrina alba, & perſpicua ſanatum vidiſſe, non ita pendebat ſanatio ex vrinæ coctione, vt
E grauitate mali; nam alba, & perſpicua vrina magnam copiam bilis caput obſidere ſignificat, & inde magnam phrenitidem, quæ irremediabilis eſt: nam ſi vt ipſe docuit, omne genus phrenitidis eſt exitiale, miraculum erit magnam phrenitidem non occidere breui.

Hic pulchra, dubia, & noua occurrunt, ſi ſecta venà in phreniticis vrinam albam, & perſpicuam habentibus, debebat ſerum ſanguinis extracti album, vt vrina apparere, videtur iuxta Galeni doctrinam eodem colore albi ornatum fore ſerum cum ſanguine extractum, idem enim eſt in ſpecie, & indiuidualibus qualitatibus remanens intra vaſa, cum per veſicam excreto, & inde vtrumque priuatum bile apparebit, ſi tinctuтam vtrumque mendicarut ab illa. Dubito rurſus, cur phreneticæ acceſſiones non ceſſant quando vrina alba, & perſpicua apparet; iam enim videtur

Google

detur deficere materia bilioſa intra vaſa nouos circui- A tus fouens, ſi illi à bile mora in cerebrum generandi ſunt, vt videatur periculoſius eſſe in phreneticis vrinam flauiſſimam eſſe, quàm albam, quia flauities arguit materiæ grandem copiam vaſa continere, quæ nouos paroxiſmos fouere poſſit: alba verò morbi cauſa denudata exiſtit, & ſic deficere materiam pro noua repetitione acceſſionum. Dubium rurſus eſt, in quo loco fiat ſeparatio bilis, vt ea deficiente appareat vrina alba; nam ſemel ſero permixta, videtur impoſſibile per impulſum ſeparari ob exquiſitam mixtionem per minima cum ſero, impulſus enim ſoli bili communicari, & non ſero repugnat, cùm ſit ſerum tam capax vt illa, ſicut quando natura per vrinam morbos iudi- B cat, non pellit humorem ſeorſim, ſed cum ſero, & vt crebrò portionem humoris maligni per renes expellit, trudit ſimul portionem vrinæ, etiamſi hæc inculpata reuerà ſit, vt pellit etiam vitales ſpiritus cum excrementia quibuſlibet, & aqua hydropicorum, & purè thoracis, & cuiuſvis abſceſſus aperti. Vnde deducitur inflammationem phrenitidis, aut eius affluxum ſeroſam eſſe debere, ſi vera inflammatio non requiritur, quod videtur abſurdum, & conſenſui omnium refragari, peruertitque ſuſceptam curationem phreneticorum. Nec minùs vrget, quod determinet naturam, vt tam erroneè operetur, quòd pellat in cerebrum bilem, quæ lotium tingere debebat, nam ſi via conſtat, & publica eſt, quia vrinæ ſerum vt ſole- C bat per illam reiicit, cur non reiicit, vt ſolebat cum ſero; nullus enim Author hactenus docuit impeditam eſſe viam in phrenitide, per quam bilis cum ſero mittenda erat, & vt errat ſeparando bilem à ſero, cur ſerum non pellit ſimul cum bile, in phreneticis.

Sed hæc ſoluuntur facilè, erit enim ſerum phreneticorum album, vt lotium, ſi bilis tingens iam ſerum mittatur in cerebrum, aut ſeparetur in loco à quo iutra erat ad tingendum. Quod verò vrina alba non ſit occaſio vt acceſſiones non repetant, eſt quia vt generatur bilis, mittitur ad cerebrum, & ſic potius eſt ſignum continuitatis expellcotis, & acceſſionum perſeuerantiæ: neque laudatur vrina flaua, eſt tamen melior quàm alba, & perſpicua, quia maiorem deprauationem D arguit nihil bilioſum per renes reiicere.

Difficilius eſt quod de determinatione petitur, & de ſeparatione bilis iam ſero permixtæ: determinatio pendet ex debilitate contracta in membro recipiente, eſt enim communis doctrina, fluxiones recipiendas eſſe in parte debili. Si vrgeas quod partes intermediæ inter mittentem, & recipientem debiles non ſunt, & ſic impedient tranſitum per illas, non obſtat: nam intermediæ ſunt debiliores prima expellente, ſed non tam debiles, vt non poſſint pellere in aliam debiliorem, & ſic fluxio finitur in parte debiliori omnibus. Nec obſtat, quod ſi via, per quam naturaliter conſueuit natura pellere, libera eſt, & talis non reſiſtit huic naturali expulſioni, mittet per illam vt ſolebat, nam debilitas E alterius non poteſt conuocare ad ſe, quod per naturalem aliam regionem ſemper à natura pellebatur, cùm nihil influat in partem mittentem determinans illam, vt in debiliorem præ cæteris pellat, & ſic non datur idonea ratio de erronea, & tam deprauata miſſione in partem tam nobilem, & cur cum tam exitioſo operandi modo, viam tam conſuetam, & tam neceſſariam pro vitæ tutela derelinquat.

Hæc inſtantia ficulnea eſt, quando pars recipiens trahit ad ſe, quo ſecluſo nihil inuenio mihi ſatisfaciens reſpectu partium mittentium per renes? niſi dicas quod cùm ſit præternaturale quod mittitur, reſiſtunt huic tranſmiſſioni, & ſic per aliam viam pellitur in partem ſuperiorem. Eſt tamen inanis ſolutio, quia ſequeretur reſiſtere renes vrinæ febrium putridarum, malignarum præſertim, quod non ſit, ſed tam

A liberè pellitur, & trahitur ab illis, velut ſi naturaliſſima eſſet. Mihi videtur nullam rationem probabilem dari poſſe determinationis tam prauæ, & erroneæ partium mittentium naturaliter per renes ſerum humorum, ob quam bilioſum humorem ſeparent à ſero, & ad cerebrum pellant, niſi detur impedimentum aliquod, quod obſtet miſſioni per conſuetum iter bilis tingentis, vt hic contingat idem quod in voluulo, in quo natura tam erroneè operatur, vt ſtercora per ſeceſſum pellenda, pellat ſurſum per os exitio tam certo: & hoc contingit non loco in quo exquiſita permiſſio ſeri cum bile facta iam eſt, ſed in eo in quo bilis creatur, & mittenda eſt per vaſa, vt ſero permiſceatur ad con-

B ſtitutionem naturalis vrinæ, iuxta mentem Galeni; iudico enim improbabilem ſeparationem ſolius bilis à ſero, quando iam exquiſita permixtio facta eſt, vt eſt improbabilis ſeparatio vitalis ſpiritus, & excrementi expulſi, ſi iam ſpiritus excremento permiſtus ſupponatur, alioqui non debilitaretur æger in excrementi expulſione; cenſeoque bilem iam tingentem vrinam in quantitate tam parua, tingere liquorem, vt etiamſi ſepararetur, non crearet tam deſperatam paſſionem ob paruitatem materiæ, vt hinc teneas quod in loco in quo ſeparatio ſit, non erat ſola quantitas bilis pro vrina tingenda requiſita, ſed copia maior, & ſic maior expellitur vt generetur phrenitis, & non ſola quantitas, quæ vrinæ tingendæ dicanda erat: hoc-

C que tandem intellige de bile permiſta cum ſero in quantitate requiſita ad naturalem tincturam, nam ſi excederet illam intra vaſa cum ſero, dubium non eſt ſolam ſeparari poſſe, quia per minima non eſt celebrata permixtio, vt in ictericis, & ſic ſeorſim poteſt expelli ad creandas acceſſiones; idemque iudicium feres de portionibus humorum diuerſas acceſſiones creantium, ſi ſimul ſint permixti intra vaſa, nunquam enim ſeorſim pellitur humor, & omninò ſyncerus, niſi excedat proportionem debitam ſtatui naturali, vt velut ſupernatet: indicium eſt criſis per ſanguinis fluxum, in qua, etſi ſola bilis culpabilis ſit in exquiſita tertiana continua, nunquam expellitur ſola, ſed tota maſſa ſanguinea, quia illi per minima permixta iam eſt, & hæc

D eſt cauſa (vt alibi docui) cur nequeat natura humorem ſolum peccantem tempore cruditatis excernere, ſed bonos ſimul cum malo: eſt enim tempore cruditatis feruor inſignis in ſanguine toto vbi humor putreſcit, & feruor ille exquiſitè humores permiſcens, obſtat ne poſſit natura ſolum humorem peccantem expellere, qui feruor, vt obſtat naturæ, ſic etiam medicamento expurganti, vt tempore cruditatis in febribus trahere poſſit ſyncerum peccantem humorem, niſi ſupernataret, vt exceſſus illius ſupra reliquos, illum à reliquis ſeparet, & nudum ſecretumque ab aliis, ſupernatantia exponat medicamento trahenti, in quo caſu minorativa expurgatio à nobis tempore cruditatis admittitur, quia trahitur liberè, & ſine turbatione naturæ, & reliquo-

E rum humorum.

De nebuloſa ſuſpenſione vrinarum, multa ſcripſerunt Expoſitores Galenum ſequentes; parum mihi probabilia, ego intelligo idem, quod nubis ſuſpenſa, vt ſuſpenſa ſignificat locum altiorem, quem nubecula in vrina occupare poteſt, hæc enim ſuſpenſa propriiſſimè dicitur, quia altiſſima: & cùm eius colorem non referat Hippocrates, putandum eſt quod fuerit alba, & coctionem aliquam ſignificare, & ſic aduertit Author, quod vrinæ circa iudicium erant ſubtenues, hoc eſt, craſſiores quàm vſque ad octauum; nam vſque ad illum tenues ſemper apparuerunt, vt hinc teneas iudicium diei decimi cum manifeſta ſatis coctione factum fuiſſe, vt etiam ſputa ſubcocta indicarunt, & ſic tam vtile fuiſſe, quod acutiem, & periculum ſubitò eliminauit, vt poſt illud iudicium cronicus, & ſecurus morbus redditus, ſpatium quadrageſimum peteret, vt per

Digitized by Google

A abſceſſum ſtrangurioſum, & tuberculum circa ſedem ſuppuratum prorſus terminaretur: iam enim docui ex mente Galeni, quòd omnis morbus per pares affligens, ſi periculum fugit laborans, eſt quia criſes intempeſtiuas tentando, grandem portionem cauſæ deponit, & poſt illas ſi ſit robuſtus, multo tempore indiget, vt tantam materiam, vt ad motum per pares requiritur, ſuperare totaliter queat, vt Pythioni contigit, qui criſim intempeſtiuam diſtulit vſque ad decimum, quia materia melancholica, non ita moleſtat vt billioſa, & fortaſſis erat Pythion ſenſus obtuſi, vt minùs moleſtaretur, & cùm robuſtiſſimus eſſet, ferre potuit moleſtiam vſque ad manifeſtam coctionem acutioris materiæ decimo expulſam; craſſior verò; & minus torquens longo tempore indiguit, vt ſuperaretur, & ob B craſſitiem duos creauit abſceſſus in inferna regione: nam vt *in aphoriſm. 4. aphor. 44.* dicitur. *Quos febres longæ exercent, iis tubercula, vel labores in articulis fiunt.*

Curatio morbi Pythionis.

CVrationis initium inſinuauit Galenus in expoſitione primi diei, dicendo; oportebat igitur Hippocratem cum hominem animaduerteret in periculo eſſe, ad ſanguinis miſſionem accedere, aut primo die ſi nullum contineret venter cibum inconcoctum, aut omninò alteru, hocque magis quod primo die expoſito ſcripſerit; *Altero die cuncta ſunt exacerbata.* Quæ doctrina ſatis clarè animaduertit, quàm periculoſum ſit C non concocto cibo venam ſecare, quando in morbo tam periculoſum ſe oſtendente in primo inſultu, venam ſecare in primo die condemnat, & in ſecundo auxilium celebrat ſupponendo iam cibum concoctum eſſe. Ex eadem doctrina aliud non parui momenti deduces, nimirum quod in die ſecundo quando omnia exacerbata erant, non recuſat ſectionem venæ, ſed anxiè eam hortatur ob præceps periculum, quod nos docuimus, in hiſtoria Philiſci. Nec dubium eſt, quod dies ſecundus grauiſſimus totus fuerit, narrante hiſtoria, quod tertio eadem aderant, hoc eſt, ſimili tormento, & grauitate torquebatur. Nos addimus, non ſemper ſufficere ſpatium vnius diei ad coquendam ſatietatem, & ſi hoc Medicus iudicet, quia gulæ æger obſecunda- D uerit, non ſolùm in die, aut nocte morbo immediatis, ſed in antecedentibus diebus, non erit ſecutum Galeni præceptum, ſed ſtatim dandum eſt medicamentum lenitiuum, vt breui multitudo crudorum primæ regionis deponatur, & detur breuior occaſio ſecandi venam in morbo tam celeriter periculum pollicente, niſi vomitu, aut clyſteribus huic indicationi ſatisfacere ſine eductorio medicamento poſſimus, quod minus certum, & tutum mihi videtur, in morbo tam impetuoſè plenitudinem pro inſultu ad caput mittente, & non pendebat tranſmiſſio à cruditate ventriculi, & meſerei.

Non docuit Galen. in qua parte erat vena aperienda, & mihi videtur probabilis praxis quorundam ſecantium priùs talum, & per interualla fluentem ſangui- E nem cohibere, & rurſus permittere (vulgo *per pauſas* Græcè per Epaphæreſim) vt maior reuulſio, & cum minori virium diſpendio celebretur, & hoc neceſſarium plus cenſeo, quo minor materia ad cerebrum pulſa fuerit, & maior plenitudo totius, quam diſtrahere ad infera conuenit: & id etiam ſuadet melancholicus ſanguis, & craſſus, liberiùs, & meliùs in aqua calida emanans, vt grauitate natiua deorſum ſe præcipitando, impetu delationis trahat ſecum impetuoſiùs totius plethoram, moleſtantem ſuperna, & paratam iam, & inclinatam vt pellatur ad cerebrum ſummo periculo. Si verò quod iam cerebrum poſſidet, multum ſit, & vigeat, communis vena brachiorum ſecanda eſt, vt ſimul toti mittenti, & capiti affecto ſuccurramus, fietque extractio copioſa, & ſi vires permittant, poſt decem horas reiterabitur; eſt enim generoſi Medici celeri periculo celeriter occurrere. Præſertim in morbis per pares periodicantibus, qui (vt vidimus) ita vrgent vt ante coctionem criſes anticipent, quæ in multa materia periculoſiſſimæ, & difficillimæ ſunt. Cenſeo enim in Pythione varia excrementa fuiſſe, leuiora verò, & acriora ſurſum delata, cerebri, & neruorum ſymptomata creaſſe, & hæc ſudore decimi diei expulſa fuiſſe, ſed manebat craſſiſſima pars, & multa reliquorum ſuccorum in inferiori regione, quæ quadraginta diebus à ſudore afflixit, & abſceſſibus inferioribus fuit iudicata, & hæc copia ſanguinis craſſi educitur vtiliſſimè tali ſectione, & parum iuuatur æger ſecta vena brachiorum, ſtabulatur enim in venis meſerei; non in ſupernis, de qua conſideratione ad praxim non leui, nouiter egi in curatione quartanæ, exponendo præceptum Galeni docentis, quod ſanguis non educatur, ſi exeat ruber, & flauus.

Sectâ venâ, caput rigandum erat oxyrrhodino, & clyſteres attrahentes imperandi, quodlibet genus reuulſionis per duras frictiones crurum, per pedilabia, ligaturas moleſtas fœmorum, & veſicantia tentandum erat, ne malum in cerebrum auctum deſperatum redderetur, ſic frictiones ab humeris deorſum cum aſpero linteo, & calido poſt inunctionem totius dorſi cum oleo anthemidis, & puluere nitri non parum iuuabunt, & ad criticos ſudores idoneè diſponent. Erat etiam oxyrrhodinum collo applicandum, vt *cap. de caſtoreo* Galenus commendat; erat enim materia aſcendens acerrima, & fuliginoſa ſatis, motus conuulſiuos moleſtiſſimos excitans, quæ oxyrrhodino cohibebitur ſatis, in collum & in ſynciput repelletur, & cerebrum muniet: cucurbitæ etiam ſiccæ, & ſcarificatæ in partibus inferioribus, & in medio dorſi vtiliſſimæ erunt, vt tempore conciliandi ſomnum ſaccharum roſaceum Hiſpaniæ in fine menſæ, & cœnæ ſumere, vt aſcenſus vaporum malignorum impediatur, & ſomnus concilietur: hyrudinum mariſcis applicatio magni momenti erit in affectu melancholico, & caput tam aſſiduè tentante.

Quia in quarto die, pauca, mera, & bilioſa aluus deiecit, docuit in huius diei expoſitione purgandum eſſe ſi natura pigrè euacuabat, & euacuabat idonea: quod intelliges ſi euacuatio illa non fuit earum, quas in initio acceſſionum ſolet natura mouere, partem ad focum, & partem ad aluum mittendo, & hâc ſemper minoratur acceſſio, nec indicat medicamentum expurgans, nec malum ſignum eſt, ſed opus optimum, quia illa portio ſi non pelleretur per aluum, pelleretur ad focum, & acceſſionem intenderet. Huius ſortis cenſeo fuiſſe euacuationem Pythionis, quia in omnibus primis diebus acceſſionum per quartos, in quibus initium acceſſionis incidebat, ſemper natura aliquid reiecit, vt primo die ad cerebrum, in quarto per aluum, in ſeptimo os fuit contortum, & in decimo ſudauit, copulando ſudorem criticum cum minori, quem moueret ſi non accederet diſpoſitio ad criſim, vt copulatur ſæpè. Si verò motio diei quarti non fuit acceſſionalis, ſed critica diminuta, æſtimanda erat, & iuuanda, vt docui medicamento ſeligenti, & præcipuè bilis, quæ videbatur melãcholiæ mixta, & primis diebus vires ſuas magis oſtendit, eritque ſecuriſſimum, & optimum ſyrupus regius cum pulpa tamarindorum, & decocto pugini, aut manna in ſero diſſoluta, aut rhabarbari infuſio in eodem ſero cum ſyrupo ſolutiuo roſ. vel decoctum cordiale cum eodem ſyrupo, & diacatholicone aut mechoacana radix in inte, quæ ſi legitima ſit nullum inuenies innocentius & ſecurius medicamentum.

Eſt etiam magni momenti quando cauſa morbi caput inuadit cum motibus conuulſiuis, contemperare mordacitatem ſuccorum, & inclinare inquietos humores ad cutem; ſic enim mirè impeditur eorum aſcenſus,

ſus, & ad cutem tranſlatis magna reuulſio fit; hebetata enim acrimonia, moderatur expultrix, & concuſſio neruorum ceſſat, quietique humores coquuntur faciliùs: acrimoniam mitigat aqua ceraſorum dulcium, & cardui mariæ ſeu lactei, ad cutem transfert aqua bugloſſæ lupulorum, borraginis, & cardui benedicti. Et ſi Gallici morbi ſuſpicio ſit, aliquid ſmilacis aſperæ in decoctis addetur, ſi vera eſt opinio docentium quod frigida ſit, mirè enim ad cutem excrementa inclinat, & ſudorem prouocat, quem validè mouet puluis ſuccini albi in aqua frigida datus. Ignoro quidem cur ſudorifica imperanda non ſint quando tam inclinata ad cerebrum expultrix agnoſcitur, & tam exitiosè; præſertim quando auxiliis malignitatem reprimentibus, & febrem contemperantibus tam ſecuris poſſumus vti, & tam certus eſt eorum effectus, eſtque inſignis, & vniuerſalis reuulſio totius ab internis ad extra, nec eſt neceſſarium dictas potiones calidas dare in febribus acutis, vt moueant ad cutem, & ſudor prouocetur. Frigidæ ſumuntur alacriùs, & ſi ſtatim moderatè ſolùm æger coopertus quieſcat, effectus ſequetur conuocandi ad cutem, quod etiam facit lapis bezoar, cornu cerui, & vtrumque ſuccinum, ſed album validiſſimè, vt decoctum ſeminis milij. Illud dolendum eſt, quod quando impetu maiori natura mittit in cerebrum, non datur occaſio mouentium ſudorem, & inclinantium ad cutem: miſſio enim maior eſt in initio, & augmento acceſſionum quando corpus aſtrictum eſt, vt docuit Galenus, & ſic cutis, & habitus corporis ineptiſſima ad recipiendum, vt ob id validior ſit ad cerebrum expulſio illis temporibus, & ſine fruſtrentur potiones extra mouentes; ergo dandæ ſunt in initio vigoris, & fine, & declinatione, vt vrgentia indicauerit; ante acceſſiones verò ſequendum Tralliani conſilium, cucurbitas imperantis duabus, aut hora ante acceſſionis initium, vt antequam corpus occludatur, trahantur humores mouendi ad cerebrum, ad membra inferiora, & ad cutem. Ego verò, & in ipſa inuaſione cum multa flamma figendas conſulo, & pedes, & crura, & femora calida ſemper eſſe procuro, ne infrigidata, aut tepida repellant intro ſuccos, & excrementa, vt partes internæ onuſtæ magis, cerebrum plus onerent, & aggrauent; & ſi aſcenſus ſit ferox, intra horam reiterandæ ſunt vſque ad principium acceſſionum, & ſcarificandæ in cruribus, aut naribus aliquæ. Eſtque vtiliſſimum hoc auxilium, & celebre, quo aliquos præter ſpem liberauimus, ſoleoque ante horam acceſſionis bis & ter cucurbitas affigere, & oleis laxantibus cum moleſtis frictionibus ad cutem retrahere, & inclinare humores acceſſionem facturos.

De columbarum applicatione plantis pedum antè acceſſiones, vt maligni vapores caput petentes trahantur deorſum, lege Schenkium *lib. 6. de febribus fol. 84.* ex experimentis Dodonei. Potentior, inquit, eſt omnibus relatis columba viuens in duas partes per dorſum diſciſſa, & mox cum ſanguine ſub plantis pedum diligenter ligata, quæ non modo vaporoſos ſpiritus ad caput ferri prohibet, ſed & eò per latus reuocat, atque ſic grauiſſimos dolores capitis ſopit, & deliria ſedat, quod frequentiùs experimentis comperrum: eodem etiam modo exanthemata ad inferiores partes retrahit, ſic vt circa faciem, & caput pauciora, & circa pedes plura proueniant: liganda autem eſt ſub pedibus columba, præcipuè in ipſis exacerbationibus febrium, vel paulò ante, pedibus interim calentibus, atque illic horis ad minus duodecim ſinenda. Deinde adimenda, & in alueum aquæ frigidæ mox abiicienda, ne odore moleſta ſit, & præfertur ad huiuſmodi diuerſionem columba reliquis, vel volucribus, vel etiam animantibus, propter ſingularem & eximiam proprietatem humanæ naturæ gratam, & amicam qua pollere videtur. Ego verò reſolutoriam vim in-

A ſignem in columbis agnoſcens, & plurimæ nitroſæ qualitatis participes eſſe, eſſéque earum ſtercus velut potentialis ignis, vt ſolis calore actuatum ardeat, vt docuit Galenus, calore illo attractorio vtiles eſſe poſſe non recuſo, nec dubito, & vt conſulo pedum calorem vt vtilem, conſulo columbarum auxilium, dummodo campeſtres ſint, non cicuratæ, hæ enim excrementitiæ ſunt, & minus idoneæ attractioni violentiæ tam requiſitæ in aſcenſu impetuoſo ad cerebrum, quia non tam calidæ: nec vſque ad duodecim horas permitto vnicam columbam, ſed nouas applico; calor enim illarum reſoluitur, & ſanguis concreſcens obturat, & corruptus graueolet, peſſimamque proprietatem acquirit, à prauis vaporibus malignè in-

B quinatus.

Dubium eſt, ſi patientibus aſcenſum humorum ad cerebrum, & peruigilibus, liceat dare medicamenta ſomnifera, quia in ſomno ſemper caput repletur, & cùm interiora ardeant magis, & plus grauentur, ſitque corporis ambitus frigidior, & plus conſtipatus, videtur eſſe occaſio maior vt interna mittant ad cerebrum, & delirium, & inflammatio augeantur: vigilia verò ad extra mouet, & interna viſcera euacuat, & attemperat, dicente Hippocrate, manifeſtè vigilans eſt externè calidior, internè frigidior, dormiens è contra. Sed ſi expulſio fit media irritatione, non habet locum obiectio, quia in ſomno indolentia ob ſenſus defectum datur, & ſic ceſſat expulſio, ardetque in peruigilio ce-

C rebrum, & trahit impetuoſiùs, vires labaſcunt, & minùs ſucci emendantur, ſanguis totus redditur acrior, & ſic plus expultricem ſtimulat, ſiccatur cerebrum magis, & ferociùs delirat, augeturque febris: ſomnifera verò mordacitatem, & calorem attemperant, ſuccos inquietè detinent, & iam probabiliſſimum eſt, narcotica ſudorifica ſimul eſſe, & ſimul ad cutem mouere: ſpiritus verò vitales in ſomno inſtaurati, & vigorati omnes, pugnant egregiè contra cauſam morbificam, & ipſam concoquent, & moderantur, vt dubium eſſe nequeat nullum accidens vt peruigilium medicandum, curandumque eſſe; niſi ſit maligna conſtitutio, in qua ſi dormiant ægroti, expergiſcant prauiores, caſus quidem exitioſus; quia vt in aphoriſmo dicitur;

D *in quo morbo ſomnus laborem facit; mortale, ſi verò iuuerit, non mortale.*

Poſt ſudorem iudicatorium decimi diei, narrat Hippocrates quod mutatus morbus acutus in acutos ex decidentia, afflixit quadraginta diebus, & tandem ſolutus fuit ſuppurato, circa ſedem, & alio abceſſu ſtrangurioſo, ex quibus conſtat quàm grandis copia requiratur vt febris per partes moueatur, & vt ante docui, quàm diligens debeat eſſe Medicus in euacuatione totius in primis acceſſionibus morbi, ſi liberare ægrum deſiderat, alioqui ſuffocatus à multitudine intra ſextum, debitum ſoluet, ſi non antea, vt Galenus docuit. Non narrat Hippocrates modum paſſionis quadraginta dierum; verùm ſi duplici abſceſſu

E vt liberaretur, indiguit, ſuſpicor multa & quod Python roboſtiſſimus erat, & craſſorum, ſuccorum ſanguiniſque atrabiliarij, & denſiſſimæ compaginis; & quod non fuit ſatis inanitus à Medicis, aut fuit in victu vehementer culpabilis; hoc vltimum conducit nimis ad diuturnitatem, & terminationem per abſceſſus, ſanguis melancholicus non minus, vt indicat quartanæ prolixitas. Denſitas corporis robuſtiſſimos homines creat, quia non reſoluuntur, & vt non permittunt vtilia reſolui, ſic nec noxia; quò fit vt breui ſuffocati pereant, aut ſi morti reſiſtant ob robur, ſtatim tardiſſimè conualeſcant; de qua diſpoſitione *lib. de aliment. ſect. 1.* ſic ſummus Dictator exarauit. *Raritas corporis ad tranſpirationem, quibus plus aufertur, ſalubrius; quibus minus, morboſius: denſitas corporis ad tranſpirationem, quibus*

minus

A *minus aufertur, morboſum; qui probè perſpirant, imbecilliores & ſaniores, & facilè conualeſcunt; qui malè perſpirant, priùs-quàm ægrotent, robuſtiores ſunt: cùm vero in morbum inciderunt, difficiliùs ſaneſcunt. Hæc autem, & toti, & parti.* En verba vltima, quod diximus, docentia, in cuius loci expoſitione Galenus aduertit, quoſdam ſic à principio ſui ortus tam malè conſtitutos eſſe, vt ſemper ægrotent, neque poſſint valere, etiamſi eis ipſum Apollinem præficias: hæcque non ſolum in toto corpore, ſed etiam in ſingulis particulis viſuntur, in cauſa ſunt excrementa, quæ per habitum non extruduntur. Diuturnos morbos à pituita, & atra bile creari tam certum eſt, vt præceptore non egeat, & Galenus docuit in breui denotatione dogmatum Hippocratis, his verbis; *Fieri autem* (ait) *acutos vt plurimum à bile, &* B *ſanguine & ætate vigente, æſtiuo, & verno tempore: diuturnos verò à pulegmate, & atra bile, & in ſenibus, & hyeme.*

Duplex peccatum in praxi committitur, aut plus quàm deceat, aut minùs euacuando; illud criſes tollit, vt notauit Cardanus, & quia materia deficit, & lapſa virtus ſubitas euacuationes excitare non valet: euacuare verò diminutè, ſi æger non pereat, multùm conducit ad criſes, & morbi diuturnitatem, quam ſi cauſent craſſi humores, fieri nequit ſine tenacibus obſtructionibus, in quibus concoctio, & extenuatio, inciſioque illorum, & reiteratæ expurgationes medela eſt; nunquam enim ſucci tam craſſi coquuntur ſimul, & vt coquuntur debent euacuari ſeligenti pharmaco ſi impedire pericu- C loſos abſceſſus cupimus, vt contigit Pythioni, aut quod ſæpè morbus recidiuet.

Nutat Hippocrates probabile eſſe Pythionem liberatum fuiſſe multitudine vrinarum, & ſic illum exponunt omnes cum Galeno, quod mihi non ſatis probatur, nam periculi fuga fuit in die decima per ſudorem, nec de hac fuga intelligi poteſt Hippocrates, ſed de periculo contracto per perſeuerantiam, & diuturnitatem poſt iudicium ſudoris durantem quadraginta diebus, & huius periculum fugit per coctionem materiæ, ſi vera fuit ſuppuratio abſceſſus circa ſedem, à qua ſtranguirioſa paſſio creari facillimè potuit, nec plus liberatus fuit Pythion multitudine vrinarum, quàm D euacuatione per abſceſſum celebrata. Probabilius inde mihi videtur, quod liberatus fuerit à recidiua ſuppuratione tumoris circa ſedem, cuius aſſidua purgatio deſeruit pro fonticulo, in quem ſenſum dixit Hippocrates omne ſuppurans eſt ſine recidiua, quia criſis ſimul, & abſceſſus eſt, docuit enim Galenus, & præter Iacobum conſentiunt omnes, in vniuerſali declinatione nullum petire poſſe: conſtituit verò illam coctio materiæ morbificæ, criſis verò à coctione ſuccedens euacuat coctam materiam, ſed à periculo primi morbi non liberat, hoc enim eſt lucrum coctionis, liberat verò à recidiua poſſibili, non tamen ſemper eſt neceſſaria criſis, vt liberetur æger omninò & ſecurus permaneat.

HISTORIA

HERMOCRATIS.

A die primo ad ſextum.

Hermocrates qui ad nouum murum habitabat igne eſt correptus; cœpit caput illi lumboſque dolere, hypochondrium molliter intendebatur, lingua initio adusta fuit, ſtatim obſurduit, ſomnum non habuit, ſitibundus non admodum, vrinæ craſſæ, & rubentes, depoſitaque non ſubſidebant; ab alua combuſta, & non pauca exibant, quinto die reddidit tenues vrinas, ſuſpenſionem habebant, nec ſubſidebant. Sub noctem delirauit: die ſexta arcuginoſus euaſit, omnia exacerbata ſunt, mente non conſtabat.

Concordare video Expoſitores omnes, Hermocratem laborare febre magna, ſeu ardente, & id eſſe intelligendum ſemper, quod Hippocrates nomine ignis febrem ſcribit: conueniunt etiam iecur fuiſſe affectum, & id eſſe intelligendum ſemper, quod Hippocrates narrat hypochondrium hoc, vel alio modo præternaturaliter fuiſſe affectum, quoniam cùm iecur ſit pars principalior earum, quæ hypochondrij nomine comprehenduntur, & tactu percipiuntur affectiones earum, quando non determinat partem patientem hypochondriorum, intelligenda eſt nobilior, & ita eſſe indicarunt multa, nam lingua ſtatim exuſta apparuit, & per aluum combuſta, & non pauca deiecit; inſomnis erat, & ſitibundus, licèt non admodum. vrinæ craſſæ, & rubentes, & ictericus color qui die ſexto apparuit, iecur peſſimè affectum eſſe efficaciſſimè ſuadent, ſi morbus iecoris fuit inflammatio propria, hoc eſt cum tumore præter naturam, vt ſola phlogoſis, quæ ſemper & inceſſanter focum putredinis ſeruat: nondum ex dictis accidentibus liquet, etſi negari non poſſit, quod diſtenſio ſubmollis tam conſpicua tactui, magnum indicium fuit tumoris præter naturam, nam focus ſolus putredinis ſine tumore eſſe debet, alioqui in omni putrida febre, quæ pituitoſa non ſit, daretur pulſus durus, quod nullus hactenus docuit, imo oppoſitum ſemper Galenus. Ego probabiliſſimum teneo, vaſa partis cauæ iecoris obſtructa valdè fuiſſe, & oppleta ſanguine bilioſo cum pituita aliqua, ſed pauciſſima, potiùs quam carnem iecoris tumorantem paſſionem pati, quia breuiùs occiſus fuiſſet æger cum tali paſſione, & tam grauibus accidentibus moleſtatus, etſi aliquid eryſipelaceum iecur paſſum fuiſſe probabiliſſimum ſit. Cauam partem affectam fuiſſe indicarunt exeuntia combuſta, & non pauca per aluum; lingua ſtatim exuſta, & ſitis quæuis non magna, & magna non fuit, quia in partibus proximis iecoris parti cauæ, raro non datur crudorum ſenſibilis portio, ſitim magnam impediens, inde ſitis non reſpondet ſemper linguæ exuſtioni, & nigredini, quia vſta fuligo ſeparata à loco illo crudis humectato, linguam afficit, & vrit, in qua cruda excrementa non dantur vſtioni, & ſiccitati obſtantia, vt dentur, in ventriculo, & circa illum: vnde non placet Galenus in expoſitione, dum dicit: *Atqui in tali lingua, febreque tali, ſi abſit ingens ſitis, alterutrum indicat, aut mentem læſam ægri eſſe, aut naturalem ventris facultatem, quâ cibos appetimus, emori;* E non enim ex his ſolis cauſis, ſed ex relata à nobis ſæpè contingit, vt in hiſtoria tradita à nobis in ſignis ardentis febris retulimus. Et quid mirum, ſi tuſſis ſicca (vt dicitur in aphoriſmo) ardentes febres reddit, non ſiticuloſas? Rurſus dubito quomodo hiſtoria narrare poteſt quod Hermocrates non erat multùm ſiticuloſus, ſi non conſtabat mente, nam delirans, non ſolùm non torquetur magna ſiti, ſed omni caret. Hippocrates verò dicit, quod erat æger ſitibundus, ſed non admodum, percipiebat ergo moleſtiam ſitis, quæ non erat admodum magna, & 2. *aphoriſm. text. 6.* ex totali indolentia, dum adeſt cauſa dolendi, mentem ægrotare infert; dicendo; *Quicumque dolentes parte aliqua corporis omnino dolorem non ſentiunt, iis mens ægrotat.* Et quod non ob mentis ægrotationem careret ſiti, ex relatione deducitur, nam in die quintò, in quo vrinas tenues reddidit,

delira

delitauit ſub noctem, habuit verò multò ante linguam exuſtam, ſine ſiti magna, quibus etiam conſtat, non ob mortificationem oris ventriculi magna ſiti caruiſſe, ſed humiditate eiuſdem, vt docui.

Vrinæ primæ fuerunt craſſæ & rubentes, & repoſitæ non ſubſidebant, nam vt rectè Galenus, in affectionibus iecoris nunquam ſunt ſperandæ bonæ: craſſæ erant, & rubentes, craſſæ ob duo, & quia ſanguis calore febrili vt lingua vrebatur, ſeroque aſſumpto craſſeſcebat, & quia pituitæ non leuis portio in venis erat cum ſanguine, & ex feruore vtriuſque humoris turbatur maximè, inde ſerum etaſſum cum rubore apparet, *Non ſubſidere* (inquit Galenus) *cum tanta craſſitie, crudam ſignificat turbationem, multo ſpiritu flatuoſo præditam, vt multum, quo fit, vt capitis dolores his vrinis ſint adiuncti, quod ſpiritum cum calidioribus ſuccis caput petat, à quibus merito intenduntur vigiliæ, & periculum eſt futuri delirij, ſi acrimoniam humores obtineant.* Hæc Galenus, qui planè inter ſubiugales enumerat Hermocratis vrinas, & eſſe de quibus dixit Hippocrates in aphoriſmo ſeptuageſimo libri 4. *Quibus febricitantibus vrinæ ſunt perturbatæ, quales iumentorum, iis dolor capitis, vel adeſt, vel aderit.* Fieri verò Galenus docet, materiâ craſſa, ac denſa à calore agitata; meliùs diceret craſſa, & lenta, hæc enim flatuoſi ſpiritus difficilè diſſolubilis ob lentorem eſt idonea materia, vt exemplo bituminis picis, & reſinæ explicuit, quod verbis celauit. Vnde conſtat humores crudos habuiſſe Hermocratem, & inſignem in vaſis feruorem, & hoc ab initio, & inde ſurdaſtrum, cum dolore capitis, & lumborum ægrotare cœpiſſe, quia copia craſſi, & flatuoſi ſpiritus cum aliqua humorum portione ex tam grandi feruore ſurſum aſcendente, cerebrum, & auditus organa cœpit replere, & obſtruere, & cùm die quinto ex craſſis, & turbidis vrinis fieret in tenues ſubita mutatio, plus ſuccorum in cerebrum tranſmiſſum, delirium excitauit ſub noctem: aſcendit verò plus bilis, quia non ſolùm ob feruorem ſubleuatur, vt priùs, ſed etiam ex commotione critica iam cœpta ad prauam criſim ſexti diei, in qua per ambitum corporis diſſeminante expultrice excrementum biliosum, ictericus apparuit Hermocrates.

Illud verò ignorare non licet, nimirum quod vrinæ ſimiles ſubiugalibus non debent eſſe rubræ; nam iumentorum vrinæ tales non ſunt: ſimilitudo ergo eſſe debet in denſitate, craſſitie, & turbulentia, & in hoc quod repoſitæ non clareſcant, ſed ſemper craſſæ, confuſæ, & omni tranſparentia, & diaphaneitate priuatæ; vrina enim etſi craſſiſſima excernatur, & turbida, ſi poſtea clareſcit, ſubiugalis, non eſt, quod ſignificauit Hippocrates in aphoriſmo dicendo quod ſint perturbatæ quales iumentorum, quæ ſemper ſunt tales in prima apparitione: tales quidem periculoſiſſimæ ſunt cuiuſque coloris appareant, nam rubor non putatur color lethalis, dicunt cum Galeno Expoſitores, quia in prognoſticis docuit Hippocrates eſſe colorem ſalotarem valdè.

Sed nota, ne fallaris, quod de ſubrubra vrina dixit illud, non de rubra: qualis fuit Hermocratis; hæc enim (vt docui) non fit ſine vſtione ſanguinis; nam rubra craſſa, eſt via ad paſſeam, & finitur in nigra, vt ſubrubra fiat à calore moderatiori liquante à ſanguine quod eſt faciliùs liquabile. Eſt verò quod eſt ſeroſius, & minùs coctum ſic authore Galeno, crudiorem (hoc eſt) non exquiſitè coctum ſanguinem innuit; rubra verò iam ſanguinem coctum verti in fuliginem arguit, & ſi vratur plus, paſſeus color aderit, deſcendentibus partibus ſanguinis vſtione iam ſeparatis, & ſero facto craſſiori, & denſiori, minúſque perſpicuo, vt ſic ad nigrum tendat, ad portionem opacitatis, vt nigrum apparet, quod priuatur lumine, teſte Ariſtotele, quia lucidum ſpeciem albedinis ſemper repræſen-

A tat, vt experimento conſtat, vt vmbra nigredinem quia minùs illuminata illa aëris portio: ergo vrinæ ſimiles ſubiugalibus, craſſæ nimis, turbidæ, & confuſæ eſſe debent, & tam confuſæ, vt repoſitæ non ſubſideant, hæ enim rarò non occidunt grauibus affectionibus cerebri, vt docuit Hippocrates 7. *epidem. in hiſtoria famulæ Eualcidæ*, cuius finis ſunt hæc, *nam vrina denſa ac conturbata, certum ſignum ſunt doloris capitis, & conuulſionis ac mortis.* Et cum vrinis rubris, & perturbatis, vt Hermocrates, occiſus fuit Polyphantus, vt dicitur *eodem libro*, in quo illud fuit mirum, quod in morbi initio habuit vrinas tenues, & multas, hypoſtaſes verò denſas, & perturbatas: priùs verò quàm periclitaretur, venerunt rubræ, & perturbatæ æquales iumentorum. B Conſtat verò ex lege præſagiendi, quod vt ſint certum ſignum doloris capitis, conuulſionis, & mortis, debeant originari vt adequato principio, à ſolo morbo febrili, non ab aliis cauſis, aut proprietate indiuiduali, aut affectibus renum, aut veſicæ, nec à critica expulſione co-ctione præſuppoſita ad morbi iudicium.

Dubitat Valleſius in expoſitione Polyphanti, ſi poſſibilis ſit vrinæ tenuitas cum hypoſtaſi denſa, & conturbata, vt in morbi initio illi contigit; nam perturbatio eſt differentia vrinæ totius, plus quàm hypoſtaſis, & perturbatæ vrinæ ſunt oppoſitæ tenuibus, & de hypoſtaſi dicitur impropriiſſimè quod C ſit conturbata. Reſpondet quod in hypoſtaſi poteſt conſiderari perturbatio (etſi non id ſoleant Authores animaduertere) non minus quàm in ipſa vrina; nam eſt hypoſtaſis quædam, etſi craſſa, tamen continuata, & pellucida, eſt tamen alia, quæ conſtat velut exagitatis quibuſdam fæcibus, & turbida, quæ ſignificationem habet ſimilem reliquæ perturbationi; fit verò aliquando vrina tenuis cruda, nec cum naturali bilis portione miſta; continens verò in fundo ſeparatum quoddam craſſum, confuſum, & turbidum, eſtque hoc maioris cruditatis, minoris verò conturbationis, quàm cum tota vrina perturbata eſt; nam vrinæ fuſuram manere tenuem minoris alterationis eſt, creſcente verò agitatione, etiam illa craſſa hypoſtaſis D commiſcetur cum fuſura, quod actum eſt in hoc ægroto; initio enim habuit vrinas tenues cum hypoſtaſi perturbata, deinde venit vrina rubra, totaque perturbata.

Verba quidem obſcura, nec idoneam rationem problematis reddentia, dubium enim erat, quomodo à calore febrili hypoſtaſis conturbabatur, & vrina tenuis appareret; nam ſi conturbatio fiebat à vehementia febris, implicare videbatur quod craſſum, conſtituens hypoſtaſim non permiſceatur cum vrinæ liquore; quæ permixtio eſt cauſa adequata perturbatæ vrinæ & non tenuis: nam Galenus vrinas ſubiugalibus ſimiles, fieri docuit à materia craſſa, & denſa à calore agitata. Non poteſt verò in eodem vaſe ferE uere craſſum, quin ferueat tenue, & craſſo permiſceatur, cineres enim nunquam feruere faciet tota ignis actiuitas, niſi liquori miſceantur, qui ſolus feruens cineres ſubleuat violentiſſimè, & agitatione aſſidua, inæqualique commotione cum liquore, aut aqua permiſcet. Repugnare ergo videtur, quod tam craſſa materia hypoſtaſis intra vaſa à calore ferueat, & non permiſceatur cum liquore, & ſic craſſas, ſeu perturbatas vrinas expelli.

Solutio problematis deduci poteſt ex ipſa hiſtoria; verba ſunt; *Vrinæ tenues, multæ, hypoſtaſes denſæ, & conturbatæ*, quibus inſinuat Hippocrates, liquorem vrinæ exceſſiſſe multùm corporaturam hypoſtaſis, implicabat verò multum liquorem imbibi poſſe, & per minima diuidi cum parua quantitate craſſi excrementi, & ſic craſſum ſtatim deſcendebat, & liquor remanebat tenuis. Eſt noſtra ſolutio, quod vrinæ fuſura,

quia copioſa, non deſcendebat ex eiſdem locis, à quibus materia hypoſtaſis, & ſic implicabat exquiſitè miſceri cum illa, quia non efferueſcebat in eodem loco, ſed liquor in pluribus, hypoſtaſis in pauciſſimis; & ſic, etſi in loco hypoſtaſis ſerum permiſceretur cum illa, non tamen in aliis, à quibus vrina deriuata, quia multa erat, diluebat ſerum cum hypoſtaſi mixtum, & quia excedebat liquor tenuis multis numeris craſſum, erat vrina tenuis, & hypoſtaſis denſa, & turbata.

Eſt alia probabiliſſima ratio; nempe quod materia hypoſtaſis ſit difficillimæ diuiſionis per minima, vt nequeas à quouis calore, aut impetu diuidi, nam ſine diuiſione per minima, non poteſt cum toto liquore confundi, & miſceri, vt tota vrina appareat turbata, & craſſa qualis iumentorum. Sed hæc ratio non eſt pro caſu poſito, quoniam in fine venit vrina rubra, & perturbata, qualis iumenti, & ſic materia hypoſtaſis diuiſibilis erat per minima, & quia febris fuit vehemens multum ſerum reſoluens, & in primis diebus multam copiam ſeri per vrinam natura reiecit, manſit poſtea ſerum proportionatum hypoſtaſi, & per minima dum illa corpora mixta turbatas vrinas, & rubras eiecerunt.

Eſt etiam mihi probabile, in ſuccis, & excrementis putridis, & vitiis dari vim fermentatiuam à qua ferueant, & miſceantur inter ſe, vt atra bilis, & acetum terram fermentant; & viſum eſt deiectiones in vaſe, non ſolùm feruere, ſed ferè per diem durare feruentem, non ſine admiratione omnium, ſicque corpora craſſa miſceri, & turbari, feruere internè, & nihil pati liquorem vrinæ, & erit deſperata affectio.

De ictero ſexti diei.

D*e ſexto delirauit, omnia fuerunt exacerbata, & factus eſt ictericus:* De infœlicitate ſexti diei multa ſcripſerunt Auctores, ſeducti doctrina Hippocratis, & Galeni, & iudicia illo die celebrata difficilia eſſe, 4. *aphoriſm.* docuit Hippocrates, Galenus verò, vt tyrannus iudicare notat, rationem nullam tradendo, & contra illos ſtat authoritas propria, quando Hippocrates 1. *epid. ſect.* 3. *text.* 14. docet, in febribus per pares periodicantibus, eſſe decretorium optimum diem ſextum, taliter, quod ſi aliter iudicentur morbi, ſignificent recidiuam fore, & fieri perniciales; & Galenus in expoſitione huius loci, ſcripſit, prædictos dies bene, & firmiter iudicare, & firmos eſſe morbos iudicatos paribus diebus. Nos verò cenſemus ſextum diem ineptiſſimum ferè ſemper eſſe iudicationibus bonis; nam aut morbus mouetur per pares, aut impares, ſi paribus, eſt cauſa multitudo materiæ, hæc verò cocta eſſe nequit in die ſexto, vt vidimus ex Galeno 3. *de diebus decretoriis*, in hiſtoria Philiſci; & vehementia acceſſionum vrget naturam, vt intra ſex dies iudicium tentet, quia vt ipſe docuit, plurimos occidit, ſi criſis intra illos dies non fiat, vt verè dicas, ob tam grande irritamentum, & in materia cruda criſim tentatam eſſe: criſis verò multæ materiæ, & crudæ, & in die in quo à motu lunæ nullum auxilium ſuſcipit natura, nequit non eſſe iudicium difficile. Si verò per impares morbus moueatur, eſt periculoſiſſimum iudicium illius diei, quia non fit adiuta natura à motu lunæ, quia in die ſexto nullum aſpectum celebrat: fit ergo iudicium ob intolerabile irritamentum, & hoc non propter multitudinem, quia alioqui moueretur per pares; ergo propter ſolam prauitatem materiæ, quia in die pari ſi morbus mouetur per impares, non datur acceſſio, ſed leuiſſima pars eius, in qua natura minùs moleſtatur, quàm in primis tribus temporibus: ergo nec à moleſtia propter multitudinem, nec propter vehementiorem acceſſionis partem, nec auxiliata ab aſpectu; ergo duæ tantùm cauſæ ſuperſunt vt criſis in ſexto tentetur, prauitas nempe maior materiæ, quàm die quinto dabatur, aut retentricis debilitas: vtrumque verò potuit acquiri vehementia acceſſionis quinti diei, aut quia malignius materia corrupta fuit, aut quia retentrix plus debilitata.

In Hermocrate omnia fuerunt exacerbata ſexto die, vnde & prauitas, & incrementum acceſſionis potuerunt moleſtare expultricem, vt tale iudicium tentaret. Copia etiam bilis quotidie augebatur, quia iecoris phlogoſis aſſiduè creſcebat in morbo lethali: hæc icterica paſſio die ſexto creata vituperatur ab Hippocrate, non quia ſexto, ſed quia ante ſeptimum B aduenit, vt conſtet deteriorem eſſe, in quarto, aut quinto, aut aliis primis diebus; ſic habetur 4. *aphoriſm. text.* 62. *Quibus in febribus morbus regius ante ſeptimum diem accidit, malum.* Ratio Galeni eſt, quia ictericus ante ſeptimum fit, aut propter iecoris inflammationem, aut obſtructionem, aut ſcirrhum; iudicatque impoſſibile, quod ante ſeptimum poſſit bilis iudicatoriè excerni, ſed impoſſibilitatis nullam rationem tradit. Certum mihi apparet, morbum regium ante ſeptimum creatum ſignificare bilis multitudinem, & craſſitiem multam fuiſſe ſignificat abſceſſus vniuerſalis totius ambitus: craſſitiem arguit, quod à ſanguine ſeparata bilis, fuit tota repoſita in cute; totam intellige, quæ ſeparata fuit, non totam C quæ aderat, nam ſic eſſet malum: huic verò copiæ, copulata craſſities, difficillimam concoctionem cauſat, indeque intra ſex dies ſuperari repugnat, & minus ſi ante ſextum creetur. Eſt verò peſſimum ſignum in morbis acutis multam & craſſam eſſe materiam, quia celeri motu periculum machinatur; multa verò & craſſa cauſa implicat celeriter coqui. Eſt verò intelligenda doctrina Hippocratis, ſi ſola icterica paſſio contingat, non ſolùm quòd ſit mala, ſed ſatis periculoſa, quia nunquam iudicat benè, ſed conſortio aliarum euacuationum indiget, ſi euaſurus eſt æger, vt docuit 1. *epid. ſect.* 2. *text.* 65. dicendo; *Erant qui ſexto die morbo regio afficerentur, ſed iis purgatio profuit per veſicam, vel aluus turbatus, vel larga ſan-* D *guinis eruptio*; vt Heraclides, cui per nares ſanguis erupit, aluuſque fuit turbatus, & per veſicam eſt purgatus, vigeſimoque die iudicatus eſt, longè aliter ac Phanagoreum ſeruus, cui cum nihil horum eueniſſet, periit.

Ex qua hiſtoria ratione à nobis adducta multitudinis materiæ ſignificatæ, icterícia ſexti diei veriſſima apparet, quando Heraclides, etſi per tot vias excrementa reieciſſet, non potuit ante vigeſimum integrè iudicari, & tantæ efficaciæ eſt alterius euacuationis ſocietas, quod etiamſi ante ſeptimum accidat ictericia, poſſit eſſe iudicatio ſalubris. Quam ſocietatem propoſuit Hippocrates vt neceſſariam ad ſecuritatem, 4. E *de victu acutorum text.* 81. dicendo; *In biliosa febre morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem enatus, morbum ſoluit; ſi verò abſque rigore præter temporis occaſionem ſuperuenerit, pernicioſum:* Quem locum exponens Galenus dixit nihil, videtur autem Hippocrates explicare aphoriſmum ſexageſimum ſecundum libri quarti, nam cùm ibi abſolutè damnaſſet morbum regium ante ſeptimum, modò dicit, vtilem eſſe poſſe, ſi cum illo ſuperueniat rigor in febribus ardentibus, vt teneas quanto auxilio vt non ſit pernicioſus morbus regius, indigeat, cùm rigor ſolus ſoleat eſſe ſufficiens ad perfectum iudicium febris ardentis, vt docuit ipſe *aphoriſm.* 58 *lib.* 4. dicendo, *Febre ardenti laboranti; rigore ſuperueniente ſolutio fit.* Et cùm ſit tam frequens rigori ſuperuenire ſudores, diarrheas, aut biliosos vomitus, vt ſalubris ſit criſis, has euacuationes in rigore incluſas

ſas deſiderat Hippocrates, vt morbus regius ante ſe-
ptimum creatus exitialis non ſit, vt teneas etiam tepi-
de ſcripſiſſe in aphoriſmo præſagium, dicendo, eſſe ma-
lum, ſi ſulus ante ſeptimum contingat, cum ſit perni-
cioſum, ſi præter occaſiones eueniat. Eſt vero vna ex
prauis ante ſeptimum apparere, ob rationem à nobis
allatam, vt ſententia quarti libri de victus ratione
coincidat cum hiſtoria ſecundæ ſectionis lib. primi
epidemion, docente, regium morbum cum aliis eua-
cuationibus ſalubrem eſſe poſſe, ſine aliis verò ante
ſeptimum eſſe pernicioſum, & vt habet alia verſio,
peſtiferum.

Multa de morbo regio examinare huius loci non
eſt, & in particularibus quæſtionibus exagitarunt
Authores; illud verò teſtari debeo, me iam ſemel vi-
diſſe in primo inſultu febris malignæ ictericum ſu-
bitò factum, non ex bile ex chylo genita, ſed iudicium
noſtrum fuit ſanguinem ſecundùm partes tenues in
bilem per putredinem conuerſum fuiſſe, vt Galenus
docuit, & cùm ſocius noſter in quinto periclitaturum
fuiſſe præſagiret, liber noſtra opera euaſit. Spem ſa-
lutis in expurgatione ſtatim imperata collocauimus,
fuitque tam fœlix, vt in quinto iam extra periculum
erat, ad quod auxilium me mouit partim vniuerſalis
corruptio ſanguinis, quæ per ſupernatantiam bilis
præternaturalis ictericum ſubitò reddidit, tum etiam,
quia ventri, & veneri obſecundabat, inquinabatur-
que prima regio crudiratibus lurconi tam debitis, &
corruptela earum turpitudini annexa, & ſi medelæ
initium ſecti venà celebraretur, certa pernicies eſſet.
Ne tamen à memoria excidat terminatio febrium ar-
dentium morbo regio, & aliis euacuationibus ei an-
nexis, fuerunt omnes tentatæ in morbu crudo, alioqui
iam morbus regius poſſet ante ſeptimum eſſe ſalubris,
ſi ante illum coctio ſuccorum eſſet poſſibilis, vbi eſt
ictericia, quod Hippocrates, & Galenus apertè negant,
deduciturque ex experimento ibi tradito, ſi periclita-
bantur, qui ſolo morbo regio læſi, aliis euacuationi-
bus caruerunt: non verò mortui eſſent, ſi coctio mate-
riæ præceſſerat quando morbus regius apparuit, quo-
niam apparebat in occaſione temporis, vt petebat
Hippocrates 4 *acutorum*, vt eſſet ſalubris, & indè de-
duces euacuationes materiæ antecedentis à natura
tentatas, ſalubres eſſe non dubiè, & nunquam vt cau-
ſa eſſe malas, licèt ſignificent copiam materiæ, & ob
illam periculum, niſi ſit robuſtus æger, longitudinem
morbi, aut multam euacuationem ſuſtinens; nam ſine
his, aut periculoſis abſceſſibus, non ſuperatur multa
materia, vt hinc colligas robuſtiſſimos fuiſſe, qui mor-
bo regio, & relatis euacuationibus ab Hippocrate
periculum mortis fugerunt; nam ſi tales non eſſent, in
ipſa tumultuoſa criſi animam agerent.

A die ſeptimo ad decimum quartum.

*Hic ſeptimo grauiter ſe habuit, vrina tenues, ſimi-
les proximis diebus; eodem modo circa vndecimum
omnia illi viſa ſunt remiſſa, coma cœpit, vrina craſſiores,
ſubrubra, infra tenues, non ſubſidebant, aliquantulum
mente conſtabat: quatuordecimo die à febre erat liber,
non ſudauit, dormiuit, omninò mente conſtabat, vrina ea-
dem.*

Si morbus regius ſolus ſolutio morbi eſſe non po-
teſt, neceſſe erat die ſeptimo, & ſequentibus vſque ad
vndecimum grauiter laborare; quia coctio nulla
præceſſit, & bilis ſegregata à ſanguine plus non dubie
quàm illi contemperata cruciat, vt lib. de veteri me-
dicina, notat Hippocrates, ob eius defectum, & per-
ſeuerante putredine mixtionem diſſoluente ſuccorum
perſeuerauit in vrinis tenuitas, & mirum ſatis, quod

A tenuiores non eſſent, & decoloratiores; præſertim
quando non potuit non eſſe magnus defectus bilis
in vaſis, in quibus defecit tanta quantitas bilis po-
tentis totum corporis ambitum ictericum delineare:
ſic patiebatur vſque ad vndecimum, in quo omnia
remiſſa videbantur, & cœpit comatoſus fieri cum
vrinis craſſioribus, ſubrubris, infra tenuibus, non ſub-
ſidentibus, & aliquantulum mente conſtabat, &, vt
tranſtulit Valleſius, *reſipiſcebat tranquillè*, hoc eſt lo-
quebatur ſecundùm rationem ſubmiſſa voce ſine fu-
rore, & motu, & ſine querelis. Ego verò verſionem
Galeni veriorem cenſeo, nam delirantes cum coma-
te ſemper delirant tepidè, & ipſe ſomnus eſt occaſio
delirandi, vnde quando vigilant, & attentè concipiunt
B propoſita, reſpondent idoneè velut ſi non delira-
rent: mox verò comate oppreſſi delirant, quia mi-
nùs attenti obiectis propoſitis, internè conſentiunt
phantaſiæ proponenti ſpectra diuerſa, & iudicant
reuera eſſe quod phantaſticè ſolum propoſitum eſt;
expergefacti verò diſcurrunt benè circa obiecta pro-
poſita, quia magis attendunt; id verò aliquantolum
ſolùm durat, quia ſtatim à ſopore vincuntur, & dor-
mientes delirant, vt nos etiam dum benè valemus
decipimur dormientes, & nullo modo, ſi vigila-
mus.

Eſt dubium magnum de remiſſione accidentium in
die vndecima ſine euacuatione aliqua cauſæ morbifi-
cæ, & ſine coctione materiæ, & hoc in morbu lethali;
nec minor diſcordia de cauſa comatis vndecima die
C incipientis. Galenus inſignem cerebri refrigeratio-
nem, aut imbecillitatem facultatis accuſat, refrige-
rium verò non à ſuccis pituitoſis poſſibile cenſet in
morbo à prima inuaſione calido, & ſicco, & igneas
diſpoſitiones oſtendente tam firmas: refrigerium ergo
in doctrina Galeni ortum habuit à caloris extinctio-
ne, quæ ſemper fuit exitioſa: idem ſenſit Valleſius, di-
cendo, hic non erat veriſimile cum tam multis ſignis
morbi merè biliosi, repente pituitam cœpiſſe abun-
dare, ſed potiùs languore naturalis caloris, & debilita-
te facultatis, hominem iam hic non potuiſſe vigilare,
quæ doctrina à Mercuriali, & Phrigio non admittitur,
& opinantur pituitam fuiſſe cauſam illius comatis, &
diuersè philoſophantur. Putat Mercurialis liquari po-
D tuiſſe pituitam in cerebro, & irrigato obſtrui, & ma-
defieri, ſicque ſoporem cauſari, & etiam probabile cen-
ſet, paſſionem Hermocratis mixtam fuiſſe ex pituita,
& bile, quod indicarunt vrinæ in initio morbi craſſæ &
rubræ, & ob craſſitiem non ſubſidentes, nec obſtat per-
uigilium relatum ab Hippocrate; nam bilis excede-
bat pituitam, & cùm ambo humores putreſcerent, ca-
lore, & vellicatione vigil reddebatur, & cùm bilis per
corporis ambitum diſſeminata ictericia eſſet, permanſit
pituita intra vaſa, ſuperior bile, & tandem ſoporem
excitauit, quem antea non poterat, eſtque conſonum
doctrinæ Galeni, largum, & profundum ſomnum op-
primere, quos priùs ſuperflua vigilia diſſipauerat, vt
E ex hac ſola cauſa Carum fieri poſſe quarto de locis te-
ſtetur: & vtriuſque humoris miſcellam ſuadet morbi
longitudo ſub tanta acutie, quæ ſi à ſola bile pende-
ret, citiùs multò occidiſſet Hermocratem, videbatur-
que impoſſibile ſi ſopor ob extinctionem caloris vi-
talis excitaretur, apparere vrinas eo die in quo coma
cepit craſſas, & ſubrubras proprietates extincto
calori penitus oppoſitas; multo minùs die illo ad
mentem tranquillè rediret, nam extinctio caloris co-
ma præ debilitate excitans, eſt efficaciſſima delirandi
cauſa, vt ipſe Galenus docuit 3. *aphoriſm. text.* 9.
& nos monſtrauimus proprio tractatu, ob ſo-
lam debilitatem mentem deprauari, contra magi-
ſtrum noſtrum Garciam, eſtque expreſſa doctrina
Hippocratis *libro de virginum morbis*, iis verbis; *Cùm
igitur hæc repleta fuerint, cor fatuum fit, deindè ex*

fatuitate torpedo, poſtea ex torpedine delirium apprehendit. A Clariùs dici non potuit, cum torpedo debilitatem rigoroſè ſignificet, & exemplo dormientium quando decipiuntur inſomniis tam euidenter prubatur, vt alio argumento opus non ſit, & quæ opinionem Galeni vrgent in ſequentibus diebus audies.

A decimo quarto ad vigeſimum diem.

Quatuor decimo die à febre erat liber, non ſudauit, dormiuit, omninò mente conſtabat, vrina eadem: circa diem ſeptimum decimum rediit, in ſequentibus diebus incaluit, febris erat acuta, vrinæ tenues, iterum vigeſimo die eſt indicatus, à febre liber, non ſudauit. B

Fallaciſſima morbi conditio, quæ bona in die tam celebri euenientia, & in quo firmiſſima eſſe conſueuerunt, tam caduca, & ficulnea reddidit; quis non putaret quod dormire, & omninò mente conſtare, & penitus deficere febrem in die tam celebri, ſecuritatem ſecum non adducerent? Galenus reſpondet, hos ſtatus vulgus ignorate Medicorum, cùm alleuatio illa non ex naturæ victoria, ſed quia victa, contingat; ignorat enim quod quaodo natura eneeatur, ſolet dari alleuatio omnium, contingit verò quando mori incipit, & calur natiuus extinguitur, non ſecus ac partea, quæ defluxione mala in tumorem aſſurgunt, vbi natura præ infirmitate nequaquam attingit humoris coctionem C qui excitauit tumorem; nam cùm pus generatur, dolores fiunt, & febres, quòd natiuus calor humores tumoris authores immutet: quare quando hic omnino à concoquendo abſtinet per imbecillitatem, nec laborant, nec febricitant niſi perparum, ideò fit, vt in iis, quꝰ ſuppurarunt, excreto pura pats in quam fluxio impegit, ſalua ſit, at vbi ſuppuratio, & manifeſtus dolor, & febris abeſt, putreſcit pars, vt eam cogamur ſolidam aliquando præcidere. Huic igitur non diſſimile eſt quod iis accidit, qui ſine ſignis, & ſine ratione explicatꝰ ſunt febre, poſt ſigna lethalia. In hoc caſu fuiſſe Hermocratem, coma quod die vndecimo arripuit, arguebat; ſiquidem vnà cum ardente febre, & ſuccum habente mordacem, acremque adiunctum, ſi quis ſymptomate teneatur, humidos, & frigidos humores atque D non mordaces comitanee, non eſſe profligatum incommodum uſtendit, cùm nihil acciderit decretorij, ſed ſuffocari, & extingni natiuum calorem. Hæc Galenus.

Quæ doct ina varia ſatis videtur, nam vltimis verbis inſinuat apertè, coma Hermocratis diei vndecimi creatum fuiſſe à ſuccis frigidis, & humidis, & non mordacibus, quod in expoſitione diei vndecimi negauir, & meritò mod nauit ſententiam priorem, quando ſi coma diei vndecimi ab extinctione natiui caloris penderet, & in morbo deteriùs ſemper procedente, & exitioſè, implicabat in die vigeſimo, & decimo quarto, febrem tam clarè intermittere, ægrum E dormire, & mente conſtare. Et loquendi modus Hippocratis in die vigeſimo, refragatur expoſitioni Galeni; *vigeſimo die* (inquit) *indicatus eſt, à febre liber, non ſudauit.* Iudicium ergo fuit; & non defecit febris, quia calor extinctus operari non poterat, ſed quia non erat materia ſufficiens creationi febris, & ſic intermiſit donec congeſta & putrida eſſet noua portio pro nouo reditu febris, & ſicut non febricitabat, non delirabat, & dormiebat: & quando viſum eſt in tanta extinctione caloris natiui, vt ab vndecimi comare à Galeno, & Valleſio æſtimatur adeſſe, & duraſſe vſque ad vigeſimum ſeptimum, non ſuperuenire ſyncopales ſudores, aut extremorum frigiditatem adeſſe, continuatéque ſymptomata caloti extincto debita; ſi extinctio illa ab vndecimo vſque ad obitum fuit continuata, febris verò, & deliria iam deficiebant, iam A reuertebantur, iam dormiebat, iam vigilabat, iam comare videbatur oppreſſus, & quod mirabilius, & contra Galenum videtur, quod in diebus iudicatoriꝭs liberabatur à febre, & in contemplabilibus redibat, nam vndecimo habuit meliùs circa omnia, quatuordecimo erat ſine febre, dormiuit, mente conſtabat, & circa ſeptimum decimum rediit febris, & acutè, ſimúlque delirauit, & vigeſimo indicatus fuit, & erat liber à febre, à vigeſimo quarto rurſus incaluit, & potuit natura, liquida, & multa deiicere per aluum, & acutè febricitando obiit vigeſimo ſeptimo. Quæ omnia magnam concertationem inter naturam, & morbum non dubiè arguebant, vt ratio Valleſij mihi non probetur, ideò nimirum tot dies ſub tam acuto morbo duraſſe Hermocratem, quia languore potiùs virtutis, quàm morbi grauitate occiſus fuit. Nec Galenus placet in ceſſationem actiuitatis caloris natiuꝭ reducens febris intermiſſionem diei quartuordecimi, & vigeſimi, ſi poſt illos dies acutè febricitauit, & tam intensè, vt lingua combuſta appareret: contrarium clariùs colligitur ex accidentibus tam grauibus, & exitioſis vſque ad obitum, inſignem luctam inter naturam, & morbum oſtendentibus, vt credendum ſit, robuſtiſſimum Hermocratem fuiſſe, corde præſertim expellente prauas, & aduſtas fuligines ex iecoris vſtione creatas. Nemo verò vita defungitur, quovſque vitali cordis pulſatione penitus mortua quieſcat, C nam homini, & cordi quies pulſus mors eſt, vt millies Galenus notat.

Hinc cenſeo in die quatuordecimo, & vigeſimo ſine febre reuerà fuiſſe, qua coe, & totum corpus auxilio lunæ roborata, quicquid eleuabatur ex putredinia foco, ſtatim expellebant, vt non remaneret ſtabilis quantitas fuliginum ad febrem totius creandam; nam in foco in mea opinione, partialis febris deficit nunquam, & ab illa diſponitur ſemper noua materia, aut creatur præter naturam ad nouas repetitiones, & paroxiſmos, & poſt ſemel expurgatam omnino per occultam tranſpirationem, quod ex fetuore putredinis vſtum eleuatur, non redit alia noua febris afflictio, quovſque ſufficiens materia in foco, & parte mittente, pro noua repetitione diſponatur, & accumuletur D de nouo, vt iſtæ intermiſſiones in febribus ex propria idea continuis, interdum oriantur à maiori, & celeriori tranſpiratione quàm ſit accumulatio, aut corruptio in foco, & parte mittente, nouæ materiæ, pro continuatione acceſſionis, & febris. Contingit aliquando in febribus vſtiuis aduri locum obſtructionis, & humores obſtruentes atrabiliarios reddi, malignoſque fieri, non ita celeri alteratione humorum fluentium ad focum, vt tenacitate, & reſiſtentia recipiendi coctionem à natura; vſta enim, & atrabiliaria excrementa ob defectum humoris incoctilia redduntur, & quò plus detinentur, redduntur maligniora, corroſiua, & exedentia, calidum venenum æmulantia, hæc calore E actiuo carent, quia intensè calida non ſunt; ſunt verò ſicciſſima, & craſſa, & denſa, ob humiditatis defectum, vt lateres excocti; & inde irreſolubilia, nec multùm effumant, nec actiuitas eorum ad diſtantes humores ſe extendit, ſed proximos ſolùm alterat; ſic tardant in collectione, aut accumulatione quantitatis ſufficientis ad creationem noui paroxyſmi, ſicque ſolet intermittere febris quando focus putredinis velut cancroſus redditus, non corrumpit, aut vrit humores pro noua acceſſione tam celeriter, vt reſoluitur, quod eleuatum fuit in immediata acceſſione, contingitque præcipuè quando focus ille diſtat à corde, & corrumpit, quod trahitur pro nutritione partium, potius quàm quod mittitur à toto, quando ſi totum affatim mitteret ad focum, etſi hic nimis actiuus non eſſet excitaretur febris ab accumulatione celeri humorum

missæ

miſſorum, qui non ita putreſcerent ab alteratione humorum atrabiliariorum, quàm ab obſtructione de nouo in illo loco, à celeri, & copioſa transmiſſione creata, & non ventilata, quia ad locum ſatis calidum mittuntur in ſe, licèt non actiuum ad diſtans, vt ferrum candens proxima ſolum vrit, quia inexhalabile. Inde intermiſſio ab hac cauſa orta ſecuta non eſt, ſed maligna, vt ſignum, & ſi cancroſa ſit diſpoſitio, ſicciſſima lingua, & aſpera ad nigritiem tendens cum remiſſo calore, illam internè hoſpitari declarat; quinimò, & in acceſſionibus ipſis, aſperior, inæqualior, & ſiccior lingua, quàm calori febrili debeatur ſe oſtendit, quia fuligo ſicciſſima eſt, & fermentant potiùs quàm calida, in quo euentu imperiti paſſim decipiuntur à calore intenſiſſimo, linguæ ſymptomata creari putantes, & exceſſiuè infrigidantia imperando, & ſi ad præſens moderari videantur, paulò poſt fatigant, vt antea, quia craſſa, & atrabiliaria excrementa frigore nimio denſata irreſolubilia magis redduntur, creſcit obſtructio, & omnia mutantur in peius. Remedium eſt largior potus, non multum frigidus, ſed humiditate mulcebri, & vt ſic dicam mucilaginoſa conſtans, cui permiſtum ſit aliquod diſſecans, & diuidens in partes minores illud lateritium, & terreum, & ob id irreſolubile; hæc enim diutiùs detinentur in loco cancroſo, & illa mucilagine emolliuntur, vt diuidi, & reſolui ſimul poſſint, acrimoniaque eorum, & virtus malignè fermentans, coërcetur & cicuratur, nam frigida aquea inefficaciſſima ſunt, reſoluuntur enim faciliimè, & in vapores verſa leuitate euolant.

In hunc vſum paratur decoctum ex radicibus vtriuſque bugloſſæ, lupulorum, hordei excorticati, & foliorum oxalydis, floribus nimphæ, & radice filicis, & liquiritiæ recentis, & clarificato optimè, & aromatiſato puluere ſantalorum, additur idonea quantitas ſyrupi violacei ſuo colore ſaturari (alioqui parum prodeſt) & borraginis, & de acore citri, cum guttulia aceti albi diſtillati, aut oleo vitrioli, aut loco ſyruporum; emulſio ſeminum frigidorum eſt mirabilis cum lacte amyg. dulcium, de qua indicatione latiùs in cura huius ægri agemus.

Finis Hiſtoriæ.

Perpetuà à cibo abhorrebat, ammirà mente conſtabat, loqui non valebat, lingua inaruit, non ſitiebat, obdormiebat aliquantiſper, comatoſus: circa diem vigeſimum quartum incaluit, aluus lubricus cum fluxione tenui, & multa; proximis diebus acuta febris, lingua combuſta eſt, vigeſima ſeptima defunctus eſt, perpetuà obſurduit, vrina aut craſſa & rubentes, non ſubſidentes, aut tenues decolores, ſuſpenſionem habentes, guſtare non poterat.

Cibi abominationem, non ſitire, loqui non poſſe obdormire, comatoſum eſſe, ad caloris natiui extinctionem Galenus, vt ſolet, reduxit, & ventriculi mortificationem: nam in ſqualido morbo non ſitire, ſi ob delirium non veniat, extinctio virtutis eſt cauſa, & delirium cauſa non fuit, quia omninò mente conſtabat. Ego verò non cenſeo idem eſſe non appetere cibos, & eos abominari, abominatio enim eſt odium eorum, quod non ſolùm ſequitur ablatam actionem appetentis virtutis, ſed actionem prauam appetitus, vt perniciosum ſequentis cibum aſſumere; & æſtimatiua ſic cenſet, & imperat, & hoc nullo modo ex mortificatione creatur, ſed ex prauitate excrementorum ventriculum, & os eius præſertim tam malignè alterantium, vt ſola memoria cibi aſſumendi, anxietates, & intolerabiles nauſeas ſtatim excitet, vt quotidie experimur. Eſt verò occaſiu, memoria, qua triſtantur; triſtitia verò commouet illos vt totum corpus, moti verò, & inquieti lædunt de nouo: ſic abominatio excitatur. Triſtantur verò memoria, quia dum conati fuerunt cibos ingerere ad vitam ſeruandam, in ipſa deglutione agitatis malignis excrementis, vaporibus tetris repletur ventriculus, cor compatitur, & ſic cibos abominatur, velut ſi tunc cibos fœtidos deglutiret: per exemplum, Galenus 3. *epid. comm.* 3. *text.* 58. docet, quod in peſte ſui temporis tanta erat ciborum auerſio, & abominatio, quod multi dicebant ſe velle priùs mori, quam comedere; & qui vim ſibi afferentes, comedebant, omnes ferè liberati fuerunt: non eſt ergo ſignum mortui ventriculi cibi abominatio, ſed praua, & maligna ſuccorum corruptela circa ventriculum, & in eius ore ſtabulantium, quorum commotio in deglutione ciborum, tam abominabilia, & exitioſa erat ægrotis, vt ferè omnes mori potiùs, quàm comedere libenter eligerant. Qui verò viriliter comederunt, mortem tiſmentes magis, quàm commotionem relatam, effugerunt periculum, vt conſtet cum tanta ciborum auerſiona, conſtantem fuiſſe concoctionem ventriculi, alioqui non roborarentur, & viuerent: & vt alibi docui, alimentum erat huius peſtis antidotum, & alexipharmacum, obtundebatur enim & impediebatur operatio humoris benefici alimenti mixtione, & illo robuſtior natura reddita venenum concoxit, & fæcum permixtione per aluum trudebat. Nec mirum quòd ipſa alui excrementa eſſent antipharmaca illius veneni, ſi fuit alia peſtis, quæ potu vrinæ curabatur, nam in excrementis miras dotes, & ſingulares virtutes includi ſolus ambiget, qui aut oſcitanter, aut nunquam graues Authores legit. Sic Hermocrates cibos abominabatur ſine ventriculi morte, quia ſic patiebatur conſentiendo cum iecoris cana parte, malignè cibos, & excrementa corrumpente; nam vt Galenus loco citato docuit, tanta ciborum auerſio in peſte illa maximè torſit eos, qui vitio ventris laborabant.

Non ſitire in acuta febre, ex multis pendere poteſt, & cùm Hermocrates à principio morbi non ſitiret ad proportionem febris & linguæ adultæ, non potuit defectus ſitis à mortificatione ventriculi creari, ſed aut à craſſa, & lenta pituita, vel ſuccis crudis, qui liquabantur, & non reſoluebantur, vt nos experti ſumus, aut à colliquatione toride, & pinguis ſubſtantiæ ventriculi, & partium circumiacentium, quæ imbibita in ore eius, ſuctionem impediebat, ſine qua ſitis non datur: contingit etiam hoc quando obſtructio oris ventriculi à melancholia viſta creatur, quæ etſi ſiccando ſitim magnam excitare deberet, denſando tamen ſiccitate illa, & non minùs aſtrictione quà pollet, & pondere, ſenſum tollit, & inde ſitim, & famem; cauſa probabiliſſima, & ſatis à Medicis tradita obliuioni. Non minùs fame, & ſiti priuantur in febribus malignis, qui laborant ſorditie maligna in ventriculo, & madida ſatis, quam ego vdam appellare ſoleo, & mucoſam, quæ ita madidam ſubſtantiam neruorum, & carnis reddit, vt nullus ſuccus cum tanta mucoſitate poſſibilis ſit, & eius remedium, ſunt acida, acetum diſtillatum, & oleum vitrioli, ſuccus agreſtæ, citoneorum, & oxalydis folia in acetariis. Quod ſi venenoſa qualitas ſit ſpiritui vitali oppoſita, ſine quo omnis actio perit, periculoſiſſimus excitatur famis & ſitis defectus, & hi ſunt, quibus mortis deformitas pulchrior quàm cibi deglutio ſe oſtendit. Omitto non implicare per corruptionem certam, excrementa creari, quæ etſi calida ſint, ſunt nihilominus narcotica, vt abſynthium, ſtyrax, & aloës, anethum, & aqua vitæ, in quæ ſi Galenus reduceret Hermocratis coma, probabilius fortaſſis loqueretur, quàm in extinctionem caloris, & tam inſignem virtutis effæminationē, vt ad vigilandi impo-

tentiam requiritur, & impoſſibilem Hermocrati, à die vndecimo vſque ad vigeſimum ſeptimum anguſtiis mortis reſiſtenti.

Loquelæ carentia in pluribus ægrotis viſitur, quando mens conſtat, & vitalis facultas nondum eſt inſigniter lapſa. Galenus vt ſolet debilitatem ob extinctionem caloris accuſat; ego verò, etſi illam negare non poſſim, non tamen tantam eſſe cenſeo, vt illa ſola ſufficiat; videmus enim quotidie, & nihil frequentius quàm in extremo periculo loqui ægrotantes. Cenſeo in Hermocrate conuulſoriam affectionem ob vſtionem ſiccatoriam in lingua, & faucibus fuiſſe, & probabiliſſimè dices affectos fuiſſe neruos tertij, & ſexti paris, aut partem cerebri à qua originantur, ſicque loquela impeditur, quia paralytici erant ob defectum influxus; nam hic æger à primo morbi inſultu capitis læſionem manifeſtam habuit, & ſurdaſtet ab initio, delirauit multum, obſtructaque parte à qua nerui illi originantur, obmutuit Hermocratea, aut læſis neruis recurrentibus, quod ſæpè vidimus in inſultibus febrium cum hyſtericis accidentibus, conſtabat enim mens, & omnia intelligebat, reſpondebat per ſigna, ſicque per decem horas, & amplius multò permanebat, donec ſubitò in acceſſionum remiſſione loquela reſtituebatur, & redeunte acceſſione, muta reddebatur, ſic aliquot diebus affecta non ſine magno labore conſultantium fuit liberata, non enim hoc ſolo ſymptomate premebatur, ſed dimidia pars corporis paralytica erat, & cum hoc etiam epileptica ſatis; moderata verò epilepſia fuit in mutitatem permutata, & tandem ab omnibus malis libera euaſit.

Circa vigeſimum quartum incaluit, in quo vt in vigeſimo, & decimo quarto liber eſſe deberet, at non ita euenit, quia iam cor à tanto malo, & diuturno delaſſatum, non potuit reiicere à ſe excrementa putrida, & vſta à foco eleuata, perſeuerantéque febre acuta cum inſigni linguæ deuſtione, & alui fluxione tenui & multa, debitum vigeſimo ſeptimo ſoluit. In huius loci expoſitione clarè Galenus varius, & inconſtans concipitur; admittit enim febrem acutam ex putredine ortam quando æger debilior non dubiè erat, & calor innatus plus extinctus, quia morti propinquior, vt conſtet defectum febris in decima quarta, & vigeſima, non eueniſſe propter extinctionem caloris: ſed vt docui, hæc tam ſiniſtra videtur Cardano expoſitio Galeni, vt fatuum ſit docere, quod decimaquarta caruerit febre ob calorem extinctum, & vigeſima ſeptima acutie febris fuiſſet defunctus: ex quo etiam deducitur fatuam eſſe ſententiam Phriglj dicentis, nec fortaſſe cum grauibus ſymptomatibus tantoperè vitam produxiſſet, niſi firmiſſimas habuiſſet vires: manifeſta quidē contradictio, affirmando in tota expoſitione tanta ſymptomata ob extinctionem caloris vitalis contigiſſe, cum cuius extinctione nulla facultas conſtare poteſt, ſed omnes deliquium patiuntur, quia omnes vitali facultate indigent, & cum illa pereunt. Nec minus videtur difficilis doctrina Galeni *textu undecimo*, quæ ſic habet; *Vndè iuuenem liquet, & validâ fuiſſe naturâ, quo factum eſt vt morbo reſiſteret paulatim marceſcens, eſt enim coniectari ex omnibus, quæ homini acciderunt, quem vocant Medici iuniores marcorem torridum fuiſſe.* Certè intelligi nequit, quod paulatim marceſcat, qui in vigeſimo ſeptimo acuta febre animam egit; fuit ergo robuſtiſſimus, quia febri colliqoanti, & vſtiuæ tantoperè reſiſtere potuit, & ob vigorem, vt docui decimoquarto, & vigeſimo, ſe liberauit à febre, eſſetque ineptiſſima Hippocratis loquutio quòd die vigeſimo iudicatus iterum eſſet, ſi febris carentia ob caloris vitalis extinctionem contigiſſet, & illam cœpiſſet experiri vndecima die, in qua omnia paruere remiſſa.

De liquidis, & multis deiectionibus, quibus fuit cum aliis occiſus die vigeſima ſeptima, magna mihi dubitatio eſt, in febre vſturia, cum lingua torrida, & in morbo, in quo ob nimiam vſtionem non inuenit Galenus cauſam comatis ſuporoſi, & fuit coactus remiſſionem omnium, & comatis in debilitatem, & extinctionem natiui caloris reducere; dubito ego ex qua materia tanta copia liquidarum deiectionum creari potuit, in ægro non comedente, nec bibente, & vſto tanto tempore. Duplex cauſa probabilis eſt, prima quod æger cogebatur bibere etiamſi non ſitiret, & id debebant Medici ſollicitè imperare, vt ego facere ſoleo, in febribus vſtiuis ſine appetitu potionis, præcauendo corruptionem malignam, & tabidam colliqueſcentiam, & ſi ſic factum fuit, vt debebat fieri, cùm eſſet iecur tumidum, & obſtructum, & ſimul meſereum, non diſtribuebatur potus per ſecundam regionem, ſed in prima accumulatus illas deiectiones in morti iam proximo cauſauit, quo tempore communiſſimum eſt mortua iam retentrice ventris inferioris excrementa vel inuitè fluere: requiritur enim magna virtus, vt muſculus inteſtini recti vltimam partem claudens, excrementa primæ regionis detinere poſſit; & quod de potione doceo, de omni alio cibo liquido tene, non enim coquebatur, nec diſtribuebatur, ſed accumulatus ſitum contrahebat, & tandem corruptus, & iam non retentus, per ſeceſſum fuit expulſus à parte. Hic attende, quod ſi vera eſt Medicorum doctrina, quod viſcus inflammatum trahit ad ſe ſanguinem, & ſpiritus, eo ipſo deprauatur illius retentio, non permittens diſtribui, quod trahitur, & quod per viſcus inflammatum debet percolari multò minus; nam partes reliquæ vitali calore orbatæ trahere nequeunt, ſicque viſcus tam violenter trahens, & vt auariſſimum nihil mittens, obruitur, & ſuffocatur multitudine attracta, donec iam moribundum ſine fructu reſtituat, quod furauit, quæ deiectionea liquidæ, crudæ, quia corruptæ, ſolent abundè à morituris effluere, nec minùs probabile mihi eſt, deiectiones illas colliquatiuas fuiſſe ab æſtuante iecure, & ab illis periclitatus eſt Hermocrates, ſi Galeno credendum, qui torrido maraſmo laboraſſe docuit, & id timebis ſemper, quod in febre vſtoria vrinam rubram, & craſſam, & non ſubſidentem videas, & rurſus tenuem, & crudam, vt huic contigit: nam illa ſanguinem vri aut iecoris carnem tenuem liquari ſignificat, ſic minus, quod iam eſt ferè vltimum alimentum illius; tenuis verò eſt quando liquationem ſignificat in vſtoria febre, quia calor vſtiuus, habet vim medicamenti diuretici, & antequam craſſiorem partem ſanguinis vrat, liquat plurimum ſerum, quod non ſine aliquali moleſtia frequentius quàm per naturam mingitur, & ob copiam reddit vrinam tenuem, & decolorem, quam expulſionem ſæpè in morbis exitioſis inuenies: agnoſces verò periculum, ſi in morbo crudo vrinam in copia maiori, & cum mordicatione expolſam, & tenuem ſine ſedimento videas, aut pauciſſimo, & crudo: certior verò eris, ſi vt docuit Hippocrates, aliquid pingue ſupernatet, quod cum tenuitate vrinæ pernicioſum erit, ſignificat enim ſuccorum ingentem diſſolutionem, per malignam putredinem, & eſt ſignum concoctiuni contrarium, & inde mortale. Si verò cum calore vſtiuo talis vrina appareat, calor acerrimus habet vim, (vt nuper docebam) medicamenti propriè diuretici, & vt hoc priùs liquat ſanguinem, & vrinam auget, poſtea verò illam denſat, & cogit, ſi calor acerrimus operatur, & ſi cum vrinis frequentioribus, & tenuioribus non anticipet mortem, permutat vrinam in craſſam, & rubram, aut flauam intenſè, vſta iam craſſiori ſanguinis parte, & vſtione dura, redditur paſſea, & tandem virideſcit, & nigricat.

Nec licet omittere, quæ de vrinis perturbaris, & non ſubſidentibus Cardanus ſcripſit. Tria (inquit) ſunt genera vrinarum conturbatarum, quæ non ſubſident, vnum quod remanet vt mingitur, vt in vera peſtilentia; ſecundum, quod glomeratur in rotundum, & eſt turbulentum, quaſi ſparſus ſit in eum puluis; tertium, quod reſidet vt materia craſſa: omnia hæc vaporibus conſtant, ideo deferri materiam ad caput, aut moueri ſaltem multitudinem vaporum ſignificant, cùm enim materia à calore naturali ſubacta eſt, efficit ſedimentum: ſi non ſit ſubacta, nec à calore diuidatur, poſt tempus in fundo matulæ reſidet: ſi calor violenter in illam egerit, & tenuis fuerit, nullum contentum, aut exile ac paucum relinquitur in vrinas ſi pulueruléntum, vbique exultus, ac caliginoſur, & terreur vapor per vrinam ſparſus agitur; ſi vis naturalir caloris aliqua viget in corpore, reuoluitur in globum & ſupernatat; ſi prorſus deſcendit, pauciores euaduot, nam magis terreua humor eſt, qui putruit.

Curatio morbi Hermocratis.

INcepiſſe cum homorum turgentia morbum Hermocratis putaoit Cardanus, & quia illam Galenus non agnouit, illum ſugillat, quia nihil rerum difficilium tetigit. Vidit Cardanus feſtucam Galeni, & trabem ſuæ doctrinæ nun conſiderauit, admiſit enim inflammationem in iecore, & conſulit expurgationem fortioribus medicamentis, peccatum quidem in praxi turpiſſimum, vt Galenus docuit, & docuerunt omnes, quid enim abſurdius, quàm hepate inflammato, & turgido expurgare, ſi per illud ad aluum transmittenda ſunt excrementa? Eſt enim vt turgens occluſum, & quicquid per illud deriuandum erat ad ventrem, impingitur ferociùs in iecur, & germinatur apoſtema, quo facto lypiticus, & deſperatus æger redditur, & hoc doceo etiam admiſſa turgentia, quam ſolus Cardanus agnouit, & nullus Expoſitorum ſomniauit, imò omnia ſigna in morbi initio ſic expurgationem fortioribus medicamentis dehortabantur, vt ſolus delirus illam proponeret, nondum exequeretur. Calumniat Cardanus medentes Hermocratem, quòd ob ſiniſtram medelam perierit, & foret probabiliſſimum, quod ſi vt ille docet, incepta fuiſſet curatio, non attingeret diem ſeptimum; ſed (vt docui) lypiricus breui debitum ſolueret, quid enim abſurdius quam in acuta febra cum capitis dolore, & lumborum, & lingua aduſta, & hypochondrij dextri tenſione ſubmolli incipiente, imperare ſtatim medicamentum expurgans, & ex fortioribus, trahent neceſſariò copiam inſignem excrementorum ad loca inflammata, & obſtructa, & minimè peruia, à qua poſſibile eſſet breui ſuffocari, vt docui. Huc transferes doctrinam Hippocratis, & Galeni 4. *de victus ratione in acutis, text.* 21. *&* 22. Cardani placito tam oppoſitam vt explicari non poſſit ſine violentia à Cardano.

Colliquantis febris magnum initium habuit, quæ Hermocratem prehendit, ſicque Galenus torrido maraſmo affectum fuiſſe docuit *textu vndecimo*, & nos putauimus aliquid eryſipelaceum iecur habuiſſe, cum inflammatione partis cauæ, aut in ea ſtabulabatur focus putredinis, ſi quæ per aluum combuſta excernebantur, & non pauca, contigit à morbi initio, & non ob prauitatem eduliorum, vt ſolet, magnum erat indicium iecoris æſtuantis, & hæc nullo modo ſectionem venæ dehortabantur, verùm ante illam acria, quæ ad ventrem fluxerunt, detergenda, & diluenda breuiter erant clyſtere attemperante, & abſterſorio, & hordei lacte, oleo violaceo, ſaccharo, & oui vitello, aut danda erat potio ex ſero lactis cum tamarindorum pulpa, aut ſyrupus regius, cum decocto tamarindorum; hæc enim non trahunt ex toto per iecur, ſed illud contemperando, meſereum, & cauam partem fœliciſſimè mundant, vt ſecurè ſectio venæ imperetur, non quia cenſeam ſectâ venâ trahi ſitus, quæ venter continebat, vt vulgus communiter cenſet, ignorans gratiâ vacui non trahi, niſi quæ corpori prius moto ſunt immediata; non ſunt verò contigua excrementa primæ regionis ſanguini per venas educto. Aliæ ſunt rationes huius præcepti, & à nobis traditæ in cura cardialgiæ. Attende, quod ſi illa combuſta, & non pauca, erant ſolùm fæcalia excrementa, vt in lurconibus quotidiè experimur, ſolus clyſter ſufficiet; ſi verò biliosa, & corrupta, viſâque appareant, potio vtiliſſima erit; quia corruptio incipit in partibus, & excrementis cauæ iecoris proximis, quas clyſter niſi ex accidenti educere nequit; potio verò per ſe, & citiùs.

Sectio venæ baſilicæ dextræ ſemper exequenda erat, ſi inflammatio, aut eryſipelas iecur fatigabat, dubitabis meritò cùr ſecatur baſilica in inflammatione partis cauæ, ſi hæc cum vena caua communionem non habet, niſi occultam, & ſi habet manifeſtam, non licet ad interiora viſcera retrahere quæ cauam partem iecoris tam peſſimè afficiunt, vt mortalem febrem ob corruptionem malignam cauſent; videtur enim impoſſibile, quod per fluxionem ex vena caua inflammetur pars caua ſine gibba: imò hæc prius non dubiè inflammari debet. Solutio videtur eſſe ita debere fieri, ne incendio iecoris trahatur ex vena caua copia ſanguinis inflammationem fouentis. Conſtat verò eſſe ſecandam venam eodem die non ſemel ſolùm, ſed bis, ſi virtus conſtet, nam ſi morbus incipit, qui mortalis erit, ſi increſcat, tota mortis præcautio conſiſtit in impedimento incrementi, & ſic totum breuiſſimè inaniendum eſt, vt non ſit quod mittatur, nec quod ab incendio trahatur, ſicque meritò conſulunt omnes venam ſaluatellam poſt alias ſecare, non ſolùm quia plus iecur deonerat, ſed etiam quia ad diſtantiam maiorem fluxuros humores retrahit.

Iecoris incendium iam inanito corpore omni ingenio mitigandum eſt, cùm doceant omnes validiſſimè trahere, & prorirare fluxiones: frigida ergo, & reprimentia conueniunt, ſed frigida magis, quàm aſtringentia, hæc enim iecur indurant, ad quod eſt paratiſſimum ob lutoſam naturam à Galeno 13. *method. capite* 16. animaduerſam, & etiam quia arctiſſimis venis ornatur, & ſit ſubſtantiæ compactæ, & aſtrictæ, ob quæ impinguntur tenaciſſimè humores, ſi nimis aſtringentibus denſetur; frigida verò, etſi intenſa ſint remittuntur ab interno incendio, ſicque in debita temperie iecur conſtituitur: aſtringentia verò carent contrario contra illa pugnante, & ſic lædunt nimis ſi nimis aſtringant, & vt verum fatear, aſtringentia extrinſeca parum proficiunt cauæ iecoris, imò impoſſibile eſt illam firmare, vt repugnat totum iecur penetrare, & muſculos ante poſitos, vt probabiliùs videatur læſura aſtringentia extrinſeca, repellendo interiùs, quæ externæ regionis ſunt, intrinſeca verò non carent ſuſpicione, quia aluum detinent, & impediunt reſudationem ichorum malignorum ex inflammatione reſudantium, ad quorum eductionem laxantibus aluum vtuntur Medici, vt Mercurialis & alij, attemperare verò incendium, inexcuſabile eſt, vt conſtat: quinimò cenſeo, quod ſi Medicus agnoſcat verum eryſipelas iecur afficere, debeat ſtatim à miſſo ſanguine calorem iecoris extinguere omni ingenio, alioqui corruptio maligna, & colliquatio ſuperueniens cum intolerabili incendio, implacabili ſiti, peruigilio, & delirio, & colliquatio non ſolius pinguedinis, & carnis tenuioris dabitur, ſed ſubſtantiæ ipſius iecoris, quod præ cæteris partibus patitur plus, vt totius mali domicilium, & putredinis focus; & hoc aſt, quod

Princeps Auicenna conſuluit in cura Cauſonis, permutare nimirum ardentem febrem in frigidam potu copioſo aquæ gelidæ, ne æger ſuffocaretur, aut colliquatus torrido marcore periret, aut hecticus diuturnus fieret. & fuit doctrina Galeni docentis, meliùs eſſe incrudare phlegmonem, quàm ſinere ægrotum in hecticam labi, quod clariſſimè docuit *lib.9. capite 5. method.* in curatione eryſipelatis interni, in quo ad dandum potum copioſum aquæ gelidæ, coctionem nullo modo ſperat: verba ſunt. *Porro eryſipelas quod verum eryſipelas ſit, non aliter ſanaueris; at ſi miſtum cum phlegmone ſit, in hoc concoctionis ſpectanda ſunt nota.* Tùm *decimo methodi capite 5.* in prima acceſſione, duas heminas frigidæ dedit, & poſt cibum circiter heminam, & febris euanuit.

Ex qua doctrina elicies, quod in vſtiuis febribus, & colliquationem machinantibus, & in eryſipelatibus internis, ſtatim attemperandum eſt corpus, & viſcus affectum, vſta enim non coquuntur coctione ſuppuratoria, ob ſiccitatis exceſſum, ſed attemperatio, & euacuatio remedia idonea ſunt; & attemperatio ſecurior, quia hæc vires coctionis æmulatur, reducendo ad benignum humorem, peſſimum erodentem, & corrumpentem partes, quas ſyncerus, & vſtus poſſidet, & vt intus ſumitur aqua actu frigida, ſic quæ ſupra locum eryſipelatum extus applicantur ad extinguendum incendium actu frigida applicanda ſunt, etiamſi iecori, aut ventriculo ſint neceſſaria; nam in vrgente incendio, non eſt intelligendum Galeni præceptum, quod actu calida topica auxilia applicanda ſint; timeo enim, ne calore actuali remedij, & interno corrumpatur pars æſtuans, & ſic Galenus *lib. de marcore, cap.8.* actu frigidum applicandum eſſe ſuum auxilium conſulit, ex ſucco omphacij cum portulacis in pilam contuſo, & in vas expreſſo, quod aquæ infrigidatæ niue applicitum laudat cum modico albæ farinæ hordei inſperſo, & vbi tepeſcit renouare iubet, ne calore accepto à parte eryſipelata inutile fiat, quo loco docet aquam frigidiſſimam agoniſticè dandam eſſe ante coctionem, ſi æger frigidæ potioni aſſuetus ſit, & ſitim tolerare non poſſit; colligena ex ſitis intolerantia calorem ſiccantem, & colliquatiuum eſſe mitigandum ſtatim ſi mortem præcauere, aut caſum in hecticam cupimus: Quia verò æger deſiderio potandi frigidam, ſitim exaggerare poteſt, quando tanta non eſt, aut ab alia cauſa poteſt obſcurari, etiamſi calor colliquatiuus ſit, alia ſigna vrentem calorem oſtendentia contemplanda ſunt, in pulſu, reſpiratione, vrina, lingua, & excrementis combuſtis, & liquata carne, aut pinguedine, aut ſpumoſis ob fetuorem deiectionibus, ne ſuſpendatur auxilium, in quo tota ſalutis ſpes collocatur, aut ob exaggerationem ſitis, detur ante tempus.

Quod de conſuetudine bibendi frigidam Galenus requirit, vt ſine periculo in morbo tam vrgenti imperetur; dubium eſt ſi neganda ſit, etiamſi eryſipelas internum fatiget cum intolerabili ſiti, non aſſuetis frigidam bibere: videtur quod non, quando alia infinita remedia imperamus, & morbo æqualia, quæ nunquam ægri guſtarunt, nec habuerunt vſum eorum. Non ergo videtur neganda potio frigidæ, ſi eryſipelas internum fatiget, tot pericula machinans, & tam cito. Solutio ex Galeno accipienda eſt *lib. de conſuetudinibus c.4.* vbi docet, quid in hoc caſu operandum ſit, exemplo Ariſtotelis Mitylenæi, ad quem te remitto, vt ex fonte exhauriàs, & ne ignores vim conſuetudinis in ordine ad omnia; quod argumentum non laconicè, vt ſolet Hippocrates, ſed diffusè ſatis per multos aphoriſmos ſcripſit, *ſect.8 lib.6 de vulgaribus morbis.*

Si ſemper ſit ſecunda vena interna brachij dextri, inquites, ſi inflammatio occupabat ſolùm cauam iecoris partem, & nullo modo gibbam; videtur enim impoſſibile euacuari per illam ſectionem, quod cauam

A partem obſedit, & cum ſummo periculo retrahi ad gibbam, & venam cauam humorem tam prauum, vt antea docui, inquinabit enim iecur totum, & maſſam ſanguinariam, ob quod mihi videtur non eſſe ſemper ſecandam venam brachij, ſed in talo dextro. poſtquam totum ſectione ſuperna inanitum perfectè fuit ad impediendum affluxum, eruntque in hoc caſu magni momenti hyrudines mariſcis affixæ, euacuant enim mirificè regionem inferiorem, & venas meſerei, quas ſouere, aut creare inflammationem partis cauæ, probabiliſſimum eſt, præſertim quando ex ſuppreſſa euacuatione conſueta, creata fuit inflammatio cauæ partis, decetque non ſemel ſolum, ſed bis, & ter hyrudines reiterare. Attende quod ſi euacuatio conſueta inferior ſoppreſſa, fuerit occaſio inflammationis cauæ partis, B ſecurius eſt ſecare priùs venas inferiores, & prius cruris ſiniſtri, ne totius plethora ad iecur trahatur, & copioſa erit ſectio illa, & magni momenti ad præcauendum incrementum phlegmonis, nec in hoc caſu cucurbita ſcatificata ſupra regionem iecoris vtilis cenſetur, ob impoſſibilitatem tractionis, ſed conandum eſt medicamentis expurgantibus alimento permiſtis, (ne trahant ex toto) extrahere impactum humorem in parte caua, & conſuluit doctiſſimè Galenus; ad quod imperandum coctio ſperanda non eſt, ſed euacuato corpore, ſecuriſſimè, & ſalubriter imperatur, vt periculoſiſſimè in iecore detineri permittitur; hoc enim æſtuoſum, & flagrans, vrit, & corrumpit malignè C quidquid continet, quando humores meſerei plus ab illo diſtantes colliquat, corrumpit, & in ineffabiles corruptelas tranſmutat, vt Galenus docuit, *5. de locis, cap. vltim.* de morbo regio, quod periculum monet te, vt deobſtruas, detergas, & incidas breuiſſimè poſt inanitionem totius, excrementa in iecore impacta, & leuioribus, reiteratis tamen expurgationibus, inciſa, attenuata, & deterſa excrementa à iecore abſtrahas, ſi ſaluandus eſt æger; nam ſi æſtuans iecur colliquat ſeipſum, vt Galenus notat, quam coctionem in excrementis ſperas vt purges?

Erit ergo idonea præparatio ſyrupo acetoſo ſimplici, de ſucco oxalydis, de acido citri & cichoriæ, cum decocto radicum graminis rumicis filicis, fragariæ, & D eupatorij, quod clarificatum, & ſantalis aromaticatum ſummè proficiet, bis, & ter per diem reiteratum, cui ſi abſynthij viridis coma addideris, vtiliùs reddetur iecori, & ventriculo; expurgatio verò leuiſſima, & ſecuriſſima fiet, manna in iure pulli ſoluto, aut ſyrupo regio cum ſero lactis, aut decocto tamarindorum, & cordialium, ſyrupo violaceo ex nouem infuſionibus. Mercurialem conſulit Vega noſter, nec inutilia erunt pruna, cum ſena parata, aut drachma radicis mechoacan in iure propinata; nam ſi legitima ſit, nullum medicamentum innocentius, & ſecurius imperari poteſt: epithymum cum priſana propinat Galenus, quod expurgando, mirè deobſtruit; nec te detineant, vt ſic iecur expurges, non pauca, & combuſta, quæ Hermocrates E ſponte eiiciebat, nam hæc non erat morbi materia, ſed quæ iecur incenſum à meſereo colliquabat, & vrebat, cum alimenti fæcibus; decoctum tamarindorum, aut pulpa ſummè proficient cum ſyrupo regio, aut ſero, quibus attemperationis gratiâ, & ſollicitandi aluum in attemperantibus potionibus frequenter vtendum eſt. Nec mihi omninò placet praxis Galeni, mel in clyſteribus cum oleo, & aqua imperans in iecore inflammato; ſecurius eſt ex hordei lacte cum oleo violaceo & ſaccharo, clyſteres parare, tepidos non calidos immittendos, ne primo occurſu iecur inflamment, & lædant, aut moleſtatâ naturâ ab æſtuante iecore, & calore ænemaris, citius illud quàm operetur, extus extrudat.

Surditatem ictericamque affectionem tentat Phrigius, in tam acuto, & pernicioſo malo curare, imperarque

quę aliqua auxilia ſuſpecta ſatis,& tot auxiliis ægrum onerat, vt illa ſola periculum poſſint augere; nam ſi Galenus docuit nullum remedium, (etſi vt decet applicatum) carere aliquo damnu, neceſſe eſt in numeroſa auxiliorum applicatione, inſignem noxam includi,& virtutem effœminari, præſertim ſunt pernicioſa tam protero è cibos abominantibus, quandu ſolus odor ingratus, nauſeam mouet, & vitales ſpiritus vapor ille graueolens inquinat, debilitat cor,& cerebrum grauat. In morbo itaque tam fallaci, & acuto, contemnenda ſunt omnia carentia periculo,& perículoſo morbo ſollicitè occurrendum, cùm experiamur quotidie, ægros in acutis paſſionibus periclitari ſemper, quia morbus virtutem deſtruit antequam remedia ſufficientia poſſint applicari; eſtque execrandus error, auxiliis non neceſſariis vires exoluere, quas in curatione acutorum robuſtas deſideramus, vt magna auxilia ſine quibus ignotant ſuperari, queant ſuſtinere. Sit exemplum Hermocrates, qui à primo morbi inſultu inſomnis fuit, & poſt diem vndecimum cœpit laborare comate, cui ego ſolùm non reſiſterem, ſed libenter dormire permitterem, vt virtus tot laboribus,& peruigilio exoluta inſtauraretur. Triuialis quidem eſſet Medicus, qui caro poſt ſuperfluas vigilias, vt Galenus putat, auxilus reſiſtere tentaret, cum eſſet remedium peruigilij præteriti, humectaretque à peruigilio, ſiccata, vires reſarciret, & faciem Hippocratis in naturalem mutaret, & cadaueri ſimilem, colorém pulcherrimum reſtitueret: ſic ſi carus præceſſiſſet,& poſtea per duos dies peruigilio teneretur, nullum auxilium ſomnum concilians methodicè impetraretur, ne carus rediret, ſed cibo ſolo idoneo, & quiete tegendus erat.

Cum à decimoquarto ad decimumſeptimum ſine febre videretur, & recidiua tam certa putaretur, ob iam dicta, dubium eſt, quid illis diebus operandum eſſet. Phrigius putat dandum fore aliquod medicamentũ euacuans, vt deonerata natura, pateretur minus in recidiua, & poſt, dat medicamenta deobſtruentia, & ſimul alexipharmaca impetat,& hyrudines, vt nos præcepimus temerarium mihi videtur expurgandi præceptum in morbo tam calido, & ſicco, vt ab initio lingua exuſta, peruigilium, combuſta per venerem expulſa oſtenderunt, & non minùs periculum ob iecoris incendium, & affectum eryſipelaceum, aut inflammatorium, quem omnes Expoſitores concordes admittunt: reliqua auxilia methodicè proponuntur, hyrudines præcipuè, & quæ non ſegniter deobſtruant, & attemperent, quorum inuentio non eſt facilis, eſt tamen mihi commune decoctum radicum rumicis, graminis filicis, condrilæ, oxalydis, & fragorum cum modico hordei, quod clarificatum,& ſantalis aromaticatum, cum ſyrupo de acido citro: & ſi fluxio mordacium ſit, aut colliquatio maligna, vt in iis affectibus ſolet, decocto relato addi centinodiæ ramuſculos, & radicem pentaphili, cum lact: margaritarum, aut puluere electarij de gemmis ſine ſpeciebus, dummodo obſtructio hepatis magna non detur, quam lapidum puluis ſemper geminat,& vt dicebat Cardanus, cementum tophaceum creat,& in Hermocrate obſtructione inſigni partis cauæ iecoris, affectum grauiter fuiſſe, probabilius mihi videtur, quàm quod tumore inflammatorio opprimeretur. Certè ſi Expoſitores huius hiſtoriæ non oſcitanter legas, concipies clarè varietatem inſignem in eorum diſcurſu, vt tortura potius ingeniorum, quàm certa doctrina videatur,& Galenus perturbationis omnium non leuem anſam dedit, coma illud diei vndecimi interpretando; quod ſi morboſum non cenſeas, non errabis, cum ab illo expergefactus æger, à febre liber apparuit. Die decimaquarta dormiebat,& non delirabat, vt ab illo comate tot bona euenientia, plurima excrementa concocta fuiſſe veriùs cenſeas, & per occultam tranſpirationem criſim occul-

A tam habuiſſe, quæ commoda à morboſo comate alieniſſima ſunt, & impoſſibilia, ſi à cerebri refrigerio ob extinctionem natiui caloris originarium fuiſſet, vt Galenus cenſet. Vocatum ergo fuit coma, quia profundè dormiebat, vt ſolent, quibus poſt multam fatigationem, labores,& ſuperfluam vigiliam natura ſe colligit, & ſomnum conciliat,& quia decimaquarta erat ſomni ratione inſtaurata natura,& minus profundè quàm antea dormiebat, non comate ſed ſomno minus profundè quieſcebat, dormire dixit Hippocrates, non laborare comate.

B
HISTORIA HABITANTIS in horto Dealcis.

A die primo vſque ad octauum.

Qui decumbebat in horto Dealcis, capitis grauitatem, & tempus dexterum doloroſum habuit tempore multo; cum occaſione verò, febris magna corripuit, decubuit; ſecunda ex ſiniſtra paucus, ſyncerus effluebat ſanguis, ab aluo autem ſtercora honeſtè prodierunt, vrina
C *tenues, varia, eneorema habentes minutum inſtar farinæ ſemen genitale referentis: tertia, febris acuta, deiectiones nigra, tenues, ſpumoſa; quæ in retrimentis ſubſidebant, liuida erant, nonnihil veterno tenebatur, ægrè deſurgebat, in vrinis quod ſubſidebat, liuidum erat: quarto vomuit biliosa, flaua, pauca, poſtea virulenta, de ſiniſtra aliquantulum fluxit meri ſanguinis, aluus iſdem, & item vrinæ quoque, ſudauit circa caput, & auriculas; lien intumuit, fæmur è directo doluit, hypochondrium dextrum molliter conten-*
D *debatur, nocte non dormiuit, delirauit aliquantulum, quinto deiectiones plures nigra, ſpumoſa; in his, nigra ſubſidebant, nocte nihil dormiuit, delirauit: ſexto die retrimenta nigra, pinguia, ſpumoſa, viſcoſa, graueolentia, dormiuit, mente melius conſtabat: ſeptimo, lingua arida, ſitibundus erat, non dormiuit, delirauit, vrina tenues non boni coloris, octauo retrimenta nigra pauca, compacta, dormiuit, mente fuit compos, non erat admodum ſitibundus.*

E OLITROA non dubiè erat hic æger, munus quidem grauiſſimis morbis paratiſſimum; exponuntur enim inſolationibus; frigoribus, humiditate ſemper madeſcunt ob frequentem arearum irrigationem, quis & hortus ſemper abundat; periculoſiſſima quidem diſpoſitio, quia ad cadendum in febres paratiſſima, quod periculum eſus leguminum ſemper ampliauit, praua, & multa excrementa relinquens, quia pauciſſimum vtile, multum verò inutile continent. Idem de fructibus tene, vt de omnibus Galenus docuit, proprio libro de cibis boni, & mali ſucci. Verum ſi portentum in hiſtoria propoſitum teneas, multis,& optimis cibis vſum fuiſſe hunc ægrotum cenſebis, & meritò, quia ſolus ille, qui gigantis robore firmaretur, tam pernicioſum morbum

& tam lethalibus ſignis implicatum ſuperare potuiſſet, quod robur ab eſu fructuum, & leguminum alieniſſimum eſt; & impoſſibile, mero deditos eſſe olitores, vt remedio ſui muneris communiſſimum eſt, & habitatio peſſima, & periculoſa; & ſic non eſt extra rationem tam graui morbo affectum fuiſſe.

Plenitudinem partialem, & magnam in capite habuit non ſolùm totum caput opprimentem, ſed grauiùs partem dextram, vt verè diceres hæmicrancam eſſe dolori totius cerebri implicitam, eſtque probabiliſſimum laſſitudine vniuerſali cum dolore capitis ante quam febriret laboraſſe, vt multitudo excrementorum, variegatio, & diuturnitas oſtenderunt. Verùm quia moleſtia cerebri laſſitudinem totius ſuperabat, de ſolo dolore capitis fortaſſe queribundus erat, aut ille totius laſſitudinem vehementer crucians celabat, quia vt in aphoriſmo dicitur, duobus doloribus ſimul, non eundem locum infeſtantibus, vehementior minorem obſcurat. Erat ergo paratiſſimus ob dicta ad incidendum in morbos ſi verus eſt aphoriſmus, quod ſpontaneæ laſſitudines morbos prænunciant, quorum præcautio per euacuationem, ante quam ſucci putreſcant, aut exitioſè in partem aliquam internam decumbant, exequenda eſt. Incidit ergo in vehementem febrem ex leui occaſione ob negligentiam referendi medico laſſitudinem, & capitis dolores tam exitiale malum machinantes; & mirum fuit phreniticum non perire, cum tam moleſto capitis dolore, aut apoplectica, aut conuulſoria affectione, quia in *aphoriſm*. 33. *ſect*. 4. dicitur, & ſi ante morbum aliqua pars doluerit, ibi morbus firmatur.

Febris hæc acuta per impares mouebatur, & cùm grauiùs tertia die affligeret, habuit ſigna praua, deiectiones nempe nigras, tenues, ſpumoſas, & quæ in excrementis ſubſidebant, erant liuida; cœpitque veterno teneri; & quod in vrinis ſubſidebat, erat liuidum etiam, & ſubuiſcidum: hæ nigræ deiectiones non erant ob ſanguinis aduſtionem, vt ex tenuitate conſtat, nigra enim, & vſta, craſſa ſunt, & ſine ſpuma; eſt enim conſumptus flatus quando niger color vſtione contrahitur: fuerunt ergo nigræ euacuato melancholico ſucco, & tenues, quia dilutæ excremento ſeroſo pituitæ, quæ ſimul excreta fuit, ſine qua, ſpuma nunquam creatur; indiget enim flatu multo à lentore pituitæ oppreſſo, nec potente lentorem totaliter rumpere, vt euolet, & ſpumam non generet: hæc eadem pituitæ cum atro ſucco permixtio liuidam ſubſidentiam in recrimentis creauit; niger enim color ab albo dilutus, aut pituitæ ſero, remittitur neceſſariò, & liuidus redditur, quod planè indicarunt veternus, & ſubuiſciditas ſubſidentium in vrina: vtrumque enim crudos ſuccos permixtos eſſe ſignificant, & liuorem cauſare; nam liuidus color ab extinctione natus deſperatus eſt, implicaretque à principio morbi eueniens tam diuturnum, & tam grauem morbum ſuperari permittere, nec ſemper cenſeo hos pernicioſos colores ex cauſis adductis communiter originari, ſed determinatis excrementis debitos, ob peculiarem ciborum proprietatem, quando in corpore corrumpuntur. Sic cenſeo dictas deiectiones, & vrinas in bonum terminari poſſe, euacuata materia antecedente, quæ ſi intus maneret, fouere acceſſiones debebat, & longiores, & plures.

Præſagium ex ſanguine mero per nares die ſecunda expulſo, non eſt tam lethale, vt Expoſitores cenſent, non enim ſtillæ fuit, ſed manaſſe modicum Hippocrates refert; manaſſe verò, continuam fluxionem propriè ſignificat; vituperatur verò à Valleſio, quod modica eſſet, & quia ex ſiniſtro latere: hoc vltimum non admitto, aliud enim eſt quod eſſet ſalubrius, aliud ſi ſit vtile; quod eſſet ſalubrius ex dextera nare effluxiſſe, quia hæmicranea latus dextrum torquebat, extra

A dubium eſt. Verùm cum totum caput eſſet afflictum, vtilis fuit euacuatio ex ſiniſtra; & ſi non erat ſufficiens ad deonerandum totum cerebrum, potuit tamen eſſe vtiliſſima pro leuatione ſiniſtræ partis, quî per condolentiam vehementis doloris partis dextræ, moderata quantitas excedens ad dolorem ſenſibilem ſufficiebat, & illam expellendo, potuit ſenſibiliter iuuare, & prodeſſe; latus verò dextrum erat vehementer oppreſſum, & non potuit natura ſarcinam mouere, & pellere aliquid illius, robuſtiſſimum enim hunc ægrotum omnes Expoſitores fatentur; non ergo fluxio fuit modica ob debilitatem, ſed quia illud modicum fuit ſatis ad auferendam moleſtiam expultricem cogentem ad actum, & ſic ceſſauit expulſio.

B Nec video cur ſemper ſit accuſanda debilitata expultrix, quamvis modicum pellat, cùm ſint aliæ cauſæ expulſionis modicæ: non enim ſemper craſſities, & lentor ſanguinis expulſi per oſculum venarum apertum, permittunt multum expelli, quia vena parua eſt, aut durior, & quod grauat partem, poteſt eſſe paucum in mole, ſed qualitate irritans ſatis, vt expultrix operetur, & ſi ſanguis ſit craſſus, & fibroſus, poteſt à frigore ambientis in oſculo aperto concreſcere, ſicque obturando exitum alterius impedire, eſt enim ſanguis propria naturà obturans, & fibroſus, quæ omnia ad certitudinem præſagij adamuſſim contemplanda ſunt, niſi velimus errare, & præſertim modus viuendi ægrotorum ſollicitè inquirendus eſt, non ſolùm ad certiùs præſagiendum ſed ad idoneam medelam: per exemplum, ſi C febricitans rectam ſeruabat rationem victus in omnibus, & alimentis optimi ſucci veſcebatur, & moderatè, peſſimam ſignificationem, quæ ſint nimis præternaturalia oſtentant; totumque prauum ab interno vitio creari credes, & cauſam tam prauæ diſpoſitionis interiùs inueſtigabis, & partem tam inſigniter læſam, deduceſque minus expurgatione indigere, quia ratio victus creandæ cacochimiæ nunquam conduxit. Si verò olitor fuerit, lurco, aut prauis cibis, leguminibus, & fructibus obſecundans, & veneri, cacochimum eſſe credes, & minus ſanguinis eſſe extrahendum, purgandum plus, & optimo victu reficiendum, & contemperandum, minùſque te fatigabunt praua accidentia, quia pendent ab extrinſeca cauſa, ſed hoc periculoſius eſt D ob aliam rationem, nimirum, quia materiam creandis ſpiritibus minùs idoneam continent. Verùm quia alimenta in morbo imperata ſalubriora ſunt, & creationi ſpirituum aptiſſima, quando robur ab illis lucrantur, & immutantur ſaluberrimè, & multùm, quia à non aſſuetis, & optimis, quæ immutatio in rectè viuentibus leuiſſima eſt, quia aſſueta: longiùs hoc explicui, quia magni momenti, quorum ſollicita indagatio, non leuem opinionem apud vulgus mihi conciliauit, certiùs præſagiendo, ſecuriùs medendo, quia cauſæ morborum ignorari nequeunt, & minus multò curationis certa idea. Sic opinor in hoc ægrotante plurima ex ſignis tam prauis, quæ omnes interpretes terruerunt, non fuiſſe ex E tam prauis cauſis creata, vt communiter Medici docent, ſicque potuiſſe tantum morbum ſuperare præter omnium ſpem.

Quartò die fluxit rurſus parum de ſiniſtra nare; erat verò ſanguis merus, vt in die ſecundo: per merum intelligitur craſſus, & niger à Valleſio, quia putat merum eſſe ob aduſtionem conſumentem totum ſerum, à qua neceſſariò nigricare debet. Non video cur per merum ſanguinem intelligere debeamus nigrum, & craſſum, ſed impermiſtum cum aliis rebus extraneis; & merus propriè dicitur qui ſolus excernitur. Si verò craſſus, niger intelligendus ſit, quia vſtus, eueniet quod dixi, nimirum non poſſe eſſe copioſam euacuationem, quia craſſities ipſa obſtat multæ euacuationi; & præcipuè quando per oſcula venarum minorum, (vt in naribus ſunt) expulſio tentatur; & aëri denudata exponuntur.

nuntur. Lienis eleuatio huius diei præcedere ſolet euacuationem ſanguinis per nares, & quando vtrumque hypochondrium eleuatur ſimiliter: ex quo textum difficilem Hippocratis intelligetis 2. *epid. ſect. 5. text. 9.* in cuius fine reliquit ſcriptum; *Si autem deliret, caput irrigare, niſi hypochondria eleuata ſint*; nam eorum eleuatio, eſt futuri fluxus ſanguinis narium communiſſimum ſignum, & iam inſtantis, & quia à poſitione oxyrrhodini poteſt impediri, prohibet capitis irrigationem, ſi ſint eleuata hypochondria: per eleuationem verò quod ſint ſurſum retracta, Valleſius exponit; nos verò eleuationem ad extra etiam intelligimus; nam vtrumque contingit, quando per vaſa eorum viſcerum expellit noxia facultas; replentur enim in tranſitu, & diſtenta, elataque exteriùs apparent. Per lienem etiam tranſiſſe humorem femur cruciantem probabiliſſimum eſt, & inde intumuiſſe. Idem cenſeo de dextro hypochondrio molliter contento, aut tumido, quia per illud deriuabantur deiectiones nigræ, tenues, ſpumoſæ, & liuidæ, vt in die tertia.

Sudor capitis, & clauicularum vtilis eſſe potuit, quia caput grauatum deonerauit, eratque ibi morbus ante febris inuaſionem, doluit quidem vehementer latus dextrum, & totum caput remiſſiùs ante febrem. Quintus dies funeſtus debebat eſſe, ſi deiectiones plures, nigræ, ſpumoſæ, cum nigra ſubſidentia, peruigilio, & delirio à cauſis tam exitioſis, vt turba Medicorum ſuadet, crearentur. Idem de ſexto die cenſebis, pinguia enim, & ſpumoſa, nigráque recrementa non ex ebullitione orta fuere, ſed flatibus pituitæ lentæ permiſtis, & calore feruentibus ſpuma fuit genita; ſæpè verò pituita lenta, & alba, & læuigata nimis, pinguedinem excrementis permiſtam delineat, & ſimul (quod certius eſt) humores diarrhœam cauſantes, aliquid pingue ex inteſtinis abraſerunt, vt fieri ſolet initio dyſenteriæ; quod ita fuiſſe, melior ſtatus poſt has euacuationes confirmat, quia æger dormiuit, & mente meliùs conſtabat. Idem in die octauo videbis, in quo recrementa nigra, pauca compacta eiecit, dormiuit, mente conſtitit, & non fuit admodum ſitibundus, compacta excrementa coctionem ſignificant incepiſſe; nam vt in prognoſtico dicitur, craſſeſcere oportet deiectiones morbo eunte in iudicationem, vt inferiùs leges.

In expoſitione octaui diei per compendium hæc ſcripta reliquit Galenus. *Hactenus omnia ſymptomata videntur illi fuiſſe fallacia*; dixiſſet meliùs, ægroto fuiſſe debilia, Medicis verò fallacia, quia æger ſuperari, & occidi non potuit, quia non debuit: Medici verò quomodo non occideretur, mirati fuerunt, cum tam horrendis, & tantis accidentibus, & tanto tempore moleſtantibus: decepti verò fuerunt, quia putabant ex perniciosis cauſis, & malignis creari; & non erat rectum iudicium, quia nigra expulſa, & ſpumoſa, & leuia cum phantaſia pinguedinis, non originabantur à cauſis prauis, ſed nigra erant melancholica ſine vſtione, ſpumoſa, non ob incendium colliquans, ſed cauſis à me relatis pinguia, phantaſtica erant, non pinguia reuerà, quia pituita liquata, læuigata, excrementis, & flatibus admixta pinguedinem æmulatur, & ſæpè fallit in alui excrementis, quod in vrina non poteſt; in excrementis enim cum omnibus miſcetur per minima, & vt ſunt in omni regione, ſic in ſuperiori apparet velut pinguedo, in lotio verò repugnat ſuperiora petere, pituitam liquatam, ſed ſemper deſcendit, ſedimentum exprimens, in hac, aut illa regione, vt crudius eſt, aut flatulentius, vel non.

Multos fuiſſe liberatos cùm vrinis nigris, multæ hiſtoriæ epidemicæ confirmant, & paſſim experimur; quod non ignorans Auicenna *fen. 1. libro 4. capite 85.* exarauit. *Scias quod non verificatur iudicium de morte ob nigredinem coloris in vrina, in acutis ægritudinibus, licet*

A *in ſeipſo ſit ſignum malum, quamuis aſſocientur ei alia ſigna mala, interiora, quod vides fortem virtutem, & potentem facere euacuationes diuerſas*, quod huic ægrotanti contigit cum deiectionibus nigris tantas euacuationes tentando. Ego verò quando deiectiones, & alia excrementa imaginem prauitatis delineant in acutis, & virtus conſtat ſatis, infero ſtatim, quod hæc excreta malignitatem exprimant, non ſunt tamen maligna: nam ſi talia eſſent, non eſſet virtus tam firma; & alias cauſas inueſtigo, timeóque minus. Interim tamen dictum Principis tenaciter tene, nimirum quod quando ſigna mala vrinæ nigræ aſſociantur, vt æger mortem effugiat, deſiderat quod faciat euacuaB tiones diuerſas, hoc eſt, per omnes regiones, deiiciendo per aluum, mouendo per vrinas, per vomitum, per ſudores, vt hic olitor exequutus, & euaſit; vt putes ſymptomaticas euacuationes vtiliſſimas eſſe, ſi virtus conſtet, & præcipuè ſi ſit paſſio acuta, & à multa materia pendens; nam hæc longum tempus, vt coquatur requirit, quod acutæ affectiones rarò concedunt; ſunt enim indicij celeris, & nulla maior, & ſecurior ſollicitudo naturæ, quia ſemper turgere, non turgentia propriiſſimà, quæ non euacuat, moleſtiſſima ſimul, & periculoſa eſt, ſed quod cæca expellens per totum, cloacas ignorat, & hallucinata vias euacuationum naturalium non reperit, inuentas iam materiam tam malignam iaciat per illas; nunquam C enim rationem à priori inueni, in qua mens tranquillè quieſcat, cur materia maligna retineri à natura debeat, vt coquatur, & non ſit ſecurius ſtatim illam extra corpus reiicere, loquor vt cauſa; nam vt ſignum ſemper innuit irritamentum naturæ, quod quando quieta eſt, non videtur eſſe, & inde eſſe benigniorem: verum cùm conſtet, per ſigna cauſæ prauitas, & quod quieta maneat, timeo naturæ iacturam, ob quam non expellit, & ſic conſultiſſimè Auicenna multas euacuationes in acutis deſiderat, niſi peſtilens ſit cauſa febris, de quo inferiùs ſurſus incidet ſermo.

D

A die nono ad decimumquartum.

NOno ſuperriguit, febris acuta, ſudauit, infrixit, delirauit, dexter oculus diſtortus erat, lingua arida, ſitibundus, inſomnis: decimo eadem; vndecimo omninò mente conſtabat, à febre erat liber, ſudauit, vrinæ tenues erant circa iudicium, duos dies fuit ſine febre; redit quatuordecimo, nocte non dormiuit, prorſus delirabat.

Iudicium partiale fuit hoc, ideſt, portiones materiæ diuerſas, per modos diuerſos expellendi propulſauit, & ob minorationem materiæ duobus diebus febris omninò euanuit. Vna euacuatio fuit rigor, febrium ardentium occiſor, vt dicitur *aphoriſmo 58.* quartæ particulæ, *à febre ardente habito, rigore ſuperueniente, ſolutio fit.* E Eſt verò frequentiſſimum à rigore ſudare, & fuit ſecunda euacuatio ſudor: à ſudore refrigeratus rurſus fuit, & delirus, & ſtrabo, ſymptomata quidem perturbationi criticæ annexa, quando caput neruorum origo, à prauis vaporibus irritatum, conuulſoriè mouetur; ſic enim oculi, vt in epilepſiis conuelluntur, & diſtorti apparent, delirat æger, & inſomnis eſt, lingua areſcit vſtis exhalationibus imbuta; quod accidens ſine ſiti inuenies nunquam, niſi in iam morituris, aut vbi humida diſtillatio ſitim moderatur, delirium etiam ſitim obſcurat; & cùm hic æger ſitibundus prædicatur, erat non dubiè iam ſedatum delirium, quando potum appetebat, aut ſitiebat priùs quàm deliraret.

Sedata critica turbatione, & partim euacuata materia, rigore, ſudore, & inſenſibiliter, reiteratóque ſudore, vndecimo die febris euanuit, mentem recupera-

uit;

uit; erant tamen vrinæ tenues circa iudicium,& incoctæ,ob quod implicabat morbum omnino iudicatum fuiſſe, & ſic, etſi duos dies ſine febre lucratus eſſet, rediit decima quarta cum peruigilio, & delirio, vt diebus antecedentibus; permanebat enim eadem radix morbi, & ſic ſimili acutie, periculo, & ſymptomatibus cruciabatur.

A die decimoquinto ad decimumoctauum

QVinto decimo vrina turbata, cuiuſmodi ex his, quæ ſubſederunt, fit, vbi agitantur; febris acuta, prorſus delirauit, non dormiuit, & tibiæ dolebant, aluo ſubiectus balanus reddidit nigra ſtercora: ſextodecimo vrinæ tenues, quibus inerat nubiloſa ſuſpenſio; delirauit ſeptimodecimo, manè extremæ partes refrigeſcebant, tooperiebatur, acuta febris, toto corpore ſudauit, alleuatus eſt, meliùs ſapiebat, non tamen febre liber, ſitibundus, vomuit bilioſa, flaua, pauca, venter ſtercora deiecit, paulò mox nigra, pauca, tenuia, vrinæ tenues, non boni coloris: octauodecimo mens illi lababat, comatoſus, vnde vigeſimo in eodem erat ſtatu.

Turbatio vrinæ huius diei critica magis mihi videtur, quàm ex feruore pendere, vt putat Phrigius, moueor,quia illo die genua, & tibiæ doluerunt, tentante naturâ in partibus illis abſceſſum creare, & bonum Galenus iudicat; quia ad partes infernas, & ignobiles excrementa pelluntur. Eſt verò communiſſimum ſin minus ſatis conſonum, pellere per vrinas portionem certam humorum,quando per decubitum in partes inferiores ægrum liberare natura procurat, & ob id aluus inferior vt excrementa deponeret, indiguit balano,ſiccatur enim,quando per lotium humores pelluntur; nam quod in aphoriſmo dicitur *mictio plurima noctu contingens,paruam ſignificat deiectionem*,in quouis tempore eſt verum,& ita fuiſſe deducitur,quia perſeuerante ſimili feritate,& oppreſſione morbi, ſimilique agitationis cauſa, fuerunt vrinæ die ſequenti tenues,quia per vrinam ceſſauit expulſio,& vſque ad decimamſeptimam tales apparuerunt.

Nubiloſa ſuſpenſio diei decimi ſexti, bona non dubiè fuit, & morbi augmentum vniuerſale incepiſſe ſignificabat, in quo ſolet natura præ acutie morbi irritata, criſim intempeſtiuam tentare; ſicque decimoſeptimo die ſudore illo ægrum alleuiauit, etſi non penitus febris defecit, criticúſque etiam partim fuit vomitus bilioſus,& flauus; præceſſit verò relatas euacuationes frigiditas illa partium extremarum, non quidem orta ex peſſima cauſa, vt ſolet in acutis, ſed ex collectione interna vitalis ſpiritus ad debellandam morbi cauſam, & celebrandas expulſiones relatas: accidens quidem communiſſimum, & familiare naturæ, quando, aut ſudore, aut vomitu morbum tentat finire,& ſenſibilius, quando medio rigore: ſopor verò ille ortus fuit ex nimio labore, vt occaſione, quo coactus fuit vigilare nimis: ſolet verò natura profundè dormire poſt laborem immodicum vigilare nimis cogentem, vt Galenus hoc non ignorans, ſpeciem cari poſt ſuperfluas vigilias ſuccedere docuerit, intenditurque ſomni profunditas, ſi in illo labore calidus nimis humor expulſus fuerit, quia pituita (deficiente bile) operatur validiùs, & ad dormiendum profundiùs inclinat: recuperata verò natura ſopore illo, à quo vix expergefieri æger poterat, cœpit die vigeſimo naturaliùs dormire, hoc eſt non tam profundè, vt in præcedenti tempore. Singularis videbitur expoſitio noſtra; moueor verò ex aliis ſymptomatibus in hac hiſtoria relatis, quæ non ex peſſima cauſa, vt in aliis acutis paſſionibus euenerunt, & ſic effugere periculum mortis potuit hic æger,nec ſopor tam grauis ab obſtructione cerebri, à pituitoſo humore creari totaliter potuit; non enim liberaretur tam breuiter, nec illi ſuccederet ſomnus tam naturalis, vt fuit in die vigeſimo cum mentis conſtantia, & huius veritatis probabilitas non leuis eſt,quod poſt totum morbi diſcurſum ſomni violenti mentio non fit.

A die vigeſimo vſque ad finem hiſtoriæ.

VIgeſimo dormiuit, planè mente conſtabat, ſudauit, liber erat à febre, non ſitiebat: vigeſimoprimo parum delirauit, nonnihil ſitiebat, hypochondrium dolebat, & ad vmbilicum perpetua erat palpitatio: vigeſimo quarto, vrinæ habebant ſubſidentiam, prorſus mentis erat compos: vigeſimoſeptimo dextra coxa dolebat, vrinæ tenues, in quibus ſubſidentia erant, cætera mitiſſima habebat: circa vigeſimum nonum oculus doluit, vrinæ tenues: quadrageſimo aluus pituitoſa, alba, ſubcrebra deiecit, multum toto corpore ſudauit, abſolutè eſt iudicatus.

Symptomata vigeſimi aperriſſimè oſtendunt ſomnum dictum antecedentium fuiſſe, qualem diximus, quomodo enim tam fœlix, & iudicatorius ſuccederet immediatè poſt morboſum ſoporem, à pituita obſtruente tam grauiter cerebrum, niſi velis quod agitatio, talis ſomni cauſa fuerit, hoc eſt non turbulenta, qua ſe natura ad criſim vigeſimi celebrandam præparabat, & vaporibus ex commotione cerebrum petentibus ſoporem excitaſſe, mouebatur enim ſudoris materia iam cœpta emendari, & concocta, ſicque ſomnum profundiorem naturali ægrum oppreſſiſſe, ceſſaturum tamen ſedata perturbatione, & celebrato iudicio, à quo quietus, ſomno naturali dormiebat die vigeſimo, erat enim natura in hoc morbo ſtimulata ſemper ad mouendas criſes, & varios abceſſus, & ſic perturbationibus modò delirabat, modò vigilabat, modò dormiebat, modò hypochondrium dolebat, & arteria ſub vmbilico vehementer pulſabat,quem motum palpitationem vocare conſueuit Hippocrates, & vigeſimo ſeptimo coxæ dextræ dolor ſeptum fatigauit,& vigeſimo nono oculi dextri moleſtia illum afflixit, & tandem quadrageſimo diarrhœa pituitoſa, & ſudor totius morbum tam faſtidioſum, & timore plenum perfectè iudicarunt.

Ex quibus deduces inquitudinem naturæ toto tempore morbi perſeuerantem, & inceſſans capultricis irritamentum,quo ſemper natura velut turgens ad expellendum paratiſſima obligatáque erat,ſicque tot expulſiones,& tam diuerſas tentauit, vnumque à nobis ſolùm notatum aduertes, nimirum eſſe impoſſibilem coctionem humorum in tam aſſiduo eorum irritamento,quia nunquam quieti permanent, ſed aut inſenſibiliter, aut ſenſibiliter inceſſanter mouentur, ſicque incoctiles permanent,quia non coquitur, quod quietum non detinetur, & hoc eſt longitudinis morbi principaliſſima cauſa, ob quam 4. *de victus ratione*, docuit Hippocrates,quod expurgatio in principio morborum maturationem remoratur,aut tollit, & ſic in longum tempus morbum protrahit, & hactenus ibi expoſitor docet,expurgationes in principio ſolutionibus,& concoctionibus aduerſari, quod etiam præceperat Hippocrates *7.epid.text.60.* iis verbis; *Ob hoc autem non purgandum in principiis, quod ſponte in diuturnis his, an diuturna periculoſa?* Quod in hoc ægroto expertum eſt, habuit enim plurimas criſes, & ſemper cùm vrinarum cruditate,aut coctione obſcuriſſima,morbúſque vſque ad quadrageſimum afflixit,qui terminus eſt acutorum ex decidentia.

Aliud etiam notabitis circa ſymptomaticas euaquationes conſideratione dignum, eſſe quaſdam maligniſſimas,alias verò ſalubres, malignæ ſunt quando humores

mores agitati vt euacuentur, viſcera, cor, & cerebrum A praui, & malignis vapotibus repleor, ſpiritus inquinant, & deſinunt, & hi humores, etſi maligni, ſecuriores, id eſt, minùs pernicioſi ſunt, ſi quieti intra corpus maneant, de quibus eſt verum Principis dictum, *Multa mota nocent, quæ ſi non mouerentur non nocerent*; hoc eſt, non eſſent tam noxij, vt ſunt agitati; at in iis ſi à natura pellantur, non licet eorum euacuationem lentam permittere, quia cum ſemper ſint agitati, aſſidua euaporatione maligna, & nimis protracta ob lentam agitationem, continenter viſcera contaminant, & cor, & vim vitalem violenter effœminant, vt deliquium, aut ſyncope non longè abſint, adſint verò ſemper debiles pulſus, parui, & inæquales, & id de- B monſtrabit clariſſimè initium faciei Hippocraticæ, non ſine anxietudine infirmi, neſcientis narrare quid ſentiat, in quo caſu, ſi natura pigrè reiiciat tam prauam materiam, accelerabitur à Medico ſtatim pharmaco idoneo expurgante, & roborante ſimul, cui admixtum ſit cardiacum auxilium, & odoriferum, vt ſpiritibus creandi, detur ſimul materia, & vnà firmetur cor, & bonis odoribus ſemper ſuccurres, vt breui creentur de nouo in reſtaurationem ſpirituum à retra euaporatione peremtium: mox vero leui aſtrictione reliquos humores in quiete detinebis, ſic mouebuntur minùs, & exhalatio maligna moderabitur, non ſolùm ob quietem, ſed quia aſtricti humores ineuaporabiles fiunt, vniti, & denſati in ſeſe, erunt vero auxilia acida, C ſiccantia, & aſtringentia leniter, nam commotio eorum, & euaporatio habent rationem vrgentium, quibus occurrendum; ſicut etiam ſi aſtringentia putrida febris recuſet. Danda verò ſunt ob aliquod accidens; vt 1. *de victus ratione* text. 18. Galenus conſulit. Hoc infortunium contingit, quando humores vim veneni putrefacientis acquiſierunt putredine, & tam validam, quod vapor eorum actiuus ita ſit, vt quicquid contingit, corrumpat, & exitioſè diſponat, eſtque paruus in mole, magnus verò in operando, vt de aurâ venenata Galenus loquitur; eſt in hoc caſu optimum expurgans decoctum tamarindorum cum ſyrupo roſ. Hiſpanicatum ex pluribus infuſionibus, & diacatholicone. D

Verùm ſi diarrhœa ſymptomatica in commotione non lædat, vt iam ſalata, & euacuetur materia morbi ſine inſigni virtutis læſione, permittenda eſt, ſi naturæ ſufficienter euacuet, ſi non, iuuanda erit; nunquam in aſtringentibus eâ vtendum, nec detinenda. Iam verò alibi dixi, quod ſi euacuetur materia morbi antecedens, quæ nondum computruit, non eſt vocanda euacuatio illa in rigore ſymptomatica, quia eſt opus naturæ perfectiſſimum, nihilque contra naturam incldit, nec euacuatur materia cruda, quia nondum putredinem concepit, & ſic retineri non eget, vt emendetur, & coquatur, & tales euacuationes ſalubres ferè ſemper ſunt, quia in commotione non lædunt, & materia, quæ morbum conſeruatura erat, & E mittenda ad focum, expellitur, & morbus ſic redditur ſecurior. Hinc prouenit, quod in peſtilenti conſtitutione, fluxus alui rarò non ſit lethiferus ob peſtilentes vapores ex commotione eleuatos, corpus totum contaminantes, de quibus Hippocrates 3. *epid. ſect.* 3. *text.* 57. ſcripſit vnoque verbo; *Qui longis morbis, vel acutis tenebantur, ventris vitio omnes præcipuè mortui ſunt; multos namque venter ſuſtulit*: quod etiam Galenus expertus fuit in peſte illa longiſſima; *Ex his* (inquit) *quæ per aluum vacuantur, omnes propè perimunt, &c.*

Curatio habitantis in horto Dealcis.

Concordes video Mercurialem, & Phrigium ad ſecandam venam; nam hic æger etſi non febricitaret, tali auxilio indigebat. Ob ſolam capitis grauitatem, & hæmicraneam, ſecat venam internam Phrigius, praxis non imitanda in tanto dolore capitis, ſed ſecanda communis, vt caput deoneratum minùs doleat, & ſic minus trahat ad ſe, & ventiletur quod illud replet, & grauat; nunquam enim partes principes vt onerentur licet permittere, turpiter enim errauit Preimetoſius Luſitanus, docendo non conferre magis ſecare in brachiis vnam quàm aliam: ignorat enim communionem, & rectitudinem vaſorum capillariorum cum maioribus, & etiam oſcula vaſorum, & carnis ſe communicantia ſecundùm rectum; & emanatio ſanguinis per narem ſiniſtram, deonerandum eſſe caput planè oſtendebat.

Ego verò cum Cardano cenſeo inſignem corruptionem huius ægrum habuiſſe in venis meſerei, & in ea regione focum putredinis fuiſſe, ex parte partis mittentis, & fuiſſe ſecuriùs regionem primam ante ſectionem venæ leniente idoneo mundare; erat enim lubrici ventris, & nigræ deiectiones diei tertij inquietudinem naturæ ad expellendum innuebant. Eſſetque ſecurius non dubiè aluum ſollicitare, & materiam tam prauam minuere in ægro tam paratiſſimo euacuationi per aluum. Magna quidem conditio, vt leui medicamento ſine torminibus fœlix purgatio ſperetur, quod ſuadebant vomitus diei quarti, & deiectiones ſimiles, & fluxus ſanguinis per nares cum ſudoribus; quatuor enim euacuationes quarti diei ſarcinam excrementorum, & turgentem naturam oſtendebant, & in omnibus ab excrementis multis oppreſſam fuiſſe, quando per aluum, vomitum, nares, & ſudando, onus tam moleſtum deponere fuit coacta. Eſt verò pernicioſa praxis venam ſecare, quando excrementa primæ regionis fatigant, ſuntque conditio ſine qua non, auferenda prius quàm vena aperiatur. Lienis etiam tumor, dolor fœmoris è directo, & hypochondrij dextri contenſio mollis, motionem excrementorum ad ſedem infernam ſignificabant; ſubito enim quarto die omnia euenerunt, nec potuit natura tantam ſarcinam quantam commouit reiicere extra corpus, ſicque doluit crus, & lien, & iecur eleuata apparebant, vt ſolent quando natura criſim procurat, eſtque ſignum motionis iam cœptæ, hypochondriorum eleuatio ſubmollis, aut ventris murmuratio; cum hac enim expurgare præcipit 4. *de victus ratione*: & cum ventris eleuatione 7. *epidemion*, in hiſtoria filij Pythionis; & 2. *epid. ſectione* 5. *textu* 9. etiamſi æger deliret, non admittit oxyrrhodinum in capite ſi hypochondria ſint eleuata: per eleuationem verò non ſolùm intelligo (vt Valleſius) quod ſint ſurſum tracta, ſeu retracta, ſed etiam intumeſcentiam ſubmollem, indicium certum commotionis ſuccorum, vt euacuentur per ſedem.

Et ſi quæ euenerunt per totum morbi diſcurſum, conſideres, inuenies naturam inclinatam ſemper ad expellendum per ſedem infernam, & ad ſudores ciendos, quibus euacuationibus in quadrageſimo morbum extirpauit. Neque ignores ſectionem venæ retractione ad ſupera, obſtare nimis euacuationi per aluum, & quando caput tentari cœpit, & natura ventrem reiteratis euacuationibus ſollicitat, magno periculo brachiorum vena ſecatur, quia naturæ iam inclinatæ ad mittendum in cerebrum, calcaria irritantia vt ferociùs, & violenter ad ſupera pellat, ſunt ſectiones brachiorum, quibus iuuatur natura vt ſurſum determinetur, & impediatur euacuatio per ſedem. Vidi iam in

in alui fluxu cum torminibus,& febre acuta venam ſe- A
care ob vrgentiam febris, & terminum, & retracto
impero naturæ,per aluum excrementa pellente, pleu-
ritidem ſuperuenire cum magno ægri periculo; quid
ergo ſperandum, ſi iam natura ad expellendum ad ce-
rebrum inclinata erat, niſi ventura phrenitis, & exi-
tialis,ſi quod per ſedem pellebat, retrogrado impetu
reiiciat ad ſupera?

Erat ergo in hoc ægroto ſollicitandus venter re-
petitis lenioribus expurgationibus, & attemperanti-
bus ſimul, vt natura etiam operabatur per interualla,
deiectiones reiterando,in morbo tam moleſto, & diu-
turno, ſine quibus non dubiè debitum ſolueret; nam
natura tam lancinata excrementorum moleſtia, ſi ex-
tra corpus non pelleret, pelleret neceſſariò ad partes
internas, quas non reſiſtentes inueniret, & mortalem B
humorum decubitum internè molita acceſſionibus
inſolentibus crebrò reiteratis, & firmata phrenitide,
breui conuulſus periclitaretur æger. Sollicitus ergo
Medicus eſſe debet, vt operi, & inclinationi naturæ
rectè operanti contrariis auxiliis non opponat; quod
præcipuè ſcribo Medicis neſcientibus ab auxiliis
quieſcere quando natura ſponte euacuans,morbum in
melius ſtatim non mutat: velut ſi Medici ſuis reme-
diis morbi vehementiam ſtatim moderarentur,& hoc
in acutis præcipuè obſeruandum eſt, quia eſt eorum
conſtitutio breuior,& irritatio, & moleſtia cauſonum
& ſymptomatum inceſſans eſt, vt ſi ſemel incipiat ex-
pellere, rarò non operetur expultrix, vt in hoc ægro-
tante videmus, quia die ſecundo expellere incepit, & C
vſque ad quadrageſimum perſeuerauit expulſio per
diuerſas regiones. Erat ergo ſollicitandus aluus de-
tergentibus,& anodinis clyſteribus, & attemperanti-
bus; & ſi natura tam inclinata ad expellendum per
aluum, pigrè moueret, iuuanda eſt, aut ſero lactis
cum medulla caſiæ fiſtolæ, aut lacte hordei cum pul-
pa tamarindorum, quod eſt ſingulare remedium in fe-
bre maligna, quando natura euacuat lentè, & eua-
cuat quod conuenit; tuncque oxyrrhodino caput ne
recipiat, defendes, vt tota medela huius tam moleſti
mali in ſollicitudine perſeuerantis, diarrhœa, capitis
defenſione, attemperatione febris, inteſtinorum lo-
tione,& idoneo victu conſiſtat; ſemper tamen fugies D
aluum mouere expurgante medicamento in die de-
cretorio,ne præcipitetur natura, vt timuit Hippocra-
tes, & conſuluit tentandum non eſſe: & quàm con-
tinua fuerit moleſtia naturæ in hoc malo deduces fa-
cilè, quia non ſolùm in diebus iudicatoriis, ſed inter-
mediis expulſiones tentabat.

Iecoris, & lienis eleuationes ſi erant ſubmolles,
nec doloroſæ, non indigebant remedio, eleuabantur
enim ob humorum tranſitum per eas regiones, vnde
repellentia ſecura eſſe non poterant,ne detinerent in-
ternè, quæ natura tam ſagax exteriùs pellebat: nec
leues dolores demulcendi ſunt anodinis,ne laxatis viſ-
ceribus inflammentur. Sitis mitigabitur communibus
potionibus, & ſomni conciliatio inexcuſabilis erat, E
in quibus diebus peruigilio premebatur, vt expergefa-
ciendus æger quando comate ſoporabatur. Verùm ſi
eleuatio hypochondriorum cum tenſione, & dolore
moleſtabat, obſtructa eſſe declarabat, cui malo oc-
currendum erat,deobſtruentibus, laxantibus, & robo-
rantibus ſimul, nihil enim ad morbi longitudinem
plus conducit,quàm obſtructio illorum, eo quod con-
coctio vitiat maximè, & ſemper excrementa creantur
ex cibis malum aſſiduè fouentia, & in hoc caſu inſig-
nem vtilitatem afferunt hirudines mariſcis affixæ, &
ſectio ſaluatellarum ſecundum rectum facta: & ſi do-
lor adhuc perſeueret, & tenſio, cucurbitulæ ſcarifica-
tæ ſupra viſcus moleſtans tenſum, & dolens ſtrenuè
conferunt, præſertim ſi à ſaluatellæ ſectione ſollicitè
foueant partes tenſæ,& dolentes,vt emollita cauſa ob-
ſtruens ſcarificatione, facilius eradicetur, & in acutis
hæc remedia exequenda neceſſario ſunt, præſertim
quando aliquid inflammatorium viſcera obſidet: &
cauendum ne vulnuſcula primæ ſcarificationis clau-
dantur,vt virus ſemper ſpiret,& eodem die reiterandæ
ſunt cucurbitæ ſupra vulnuſcula prima, vt virus ex in-
timis attractum,& vlcera replens,extrahatur,& aliud
ex profundis ſuccedat, vt docuit Aetius. Ego addo
vtiliſſimum eſſe, ne claudantur, ſed ſeruentur recluſa,
deſeruiantque pro fonte virus aſſiduè euomente, eſt
enim acutorum cauſa ferè ſemper maligna, putrefa-
cientis veneni æmula, non ſolùm ſanguinem ſibi im-
mediatum inficiens, ſed & ipſam viſceris ſubſtan-
tiam corrumpens, & in viſcere non ventilata, ſed
aſſata calore, atrabiliaria fit, & cancroſa, & irreme-
diabilis,niſi remediis relatis extrahatur, cicuretur, &
vlcuſculis apertis manentibus ſpiret, educatur, diffle-
turque,& ſic æger liberetur.

Ne tamen teneas,me ex toto in hoc ægroto venæ
ſectionem dehortari, ſed cautum te reddo, ne impe-
tus naturæ oblitus, quo per ſeceſſum finire morbum
tentabat, & tam aſſiduè, miſſo ſanguine copioſè, vt
moris eſt, his temporibus tam idoneæ iudicationi ob-
ſtes proteruus: non enim in omnibus diebus apparuis
naturæ impetus actu expellens, in quibus ſectio venæ
celebrari poterat; à qua inferiores partes aſſiduè fri-
candæ ſunt,vt deorſum inclinetur natura,vt cupiebat,
& in ipſa ſectione cucurbitulis infernis partibus fir-
matis idem præſtabis, aut ligaturis doloroſis, vt fieri
ſolet, & glandibus à ſectione, ſi opus ſit,aut clyſtere
idoneo; tot enim conſiderationes acuti morbi requi-
runt, ſi domandi ſunt:per exemplum fuit hic æger ſine
febre à duodecima ad quatuordecimam, & ſecundum
leges medicas recidiua inexcuſabilis erat, in quibus
diebus erat quieta natura, & ſigna coctionis non ade-
rant, tunc ſecuriſſimè vena ſecari poterat, quia mor-
bus erat in principio vniuerſali, in quo tale auxilium
imperandum eſt, & expulſio per aluum defecit, ſic-
que pluries in acutis paſſionibus occaſionem arripi-
mas ad imperandum certum auxilium, quod in alio
die fieri non liceret ob aliquod ſymptoma impediens.
Quo conſilio quando natura mouet par aluum, &
mouet tepidè,& paucum,febris tamen vrget, ſangui-
nem mittimus,vt poſtulat febris. Verùm ſi non mo-
ueat tam ſegniter, & fluxum in diebus ferè omnibus
reiteret, aut per dies decretorios, cautiùs ſecabitur
vena ſi febris vrgeat, & in præſenti infirmo ſecuriùs
fortaſſe erit venam in talo ſecare, ſi non ſit pars ſu-
perior ita læſa vt ſectionem brachiorum requirat; ſic
enim inclinatio naturæ pellendi deorſum non impe-
dietur,& euacuabitur totum, vt per ſudores (vt fecit)
poſſit liberiùs criſes perficere. Sic die decimaquinta
in qua genua, & tibiæ dolore moleſtabantur, & abſ-
ceſſum in illis partibus creari ſignificabat, fouendæ
erant illæ partes oleo irino rutaceo, & amygd. dul-
cium,vt pars laxata reciperet faciliùs, quod,& cucur-
bitis illis partibus hærentibus tractione ſua auxiliare-
tur naturæ pigrè mittenti ad partes dolentes: & ſi
morbus periculoſus eſſet, & caput pateretur, ſynapiſ-
mata genubus,& ſuris affixa conuenient,vt conuocatâ
materiâ augeretur abſceſſus,& caput, viſceráque libe-
rarentur. Hippocrates verò glande ſola ſuccurrit, eſ-
ſet verò optimum auxilium leniens medicamentum,
vt natura deorſum inclinata partem materiæ extra
reiiceret, aut clyſtere expurgante idem exequendum
erat,ſi lenienti non eſſet locus ob aliam cauſam; illud
enim conueniebat, non ſolùm vt motus naturæ
deorſum iuuaretur, ſed etiam vt motio per vrinam
eo die à natura tentata, cùm omnia expurgantia
nonnihil etiam per lotium deriuent, vt experimen-
tum docet.

Palpitatio circa vmbilicum fouenda erat decocto
emol

emolliente reſoluente, & attemperante; ſubito enim die vigeſimaprima apparuit, & probabiliſſimè creata fuit ab obſtructione illius regionis cum incendio, ob defectum ventilationis; nam cùm natura ſemper expulſionem per ſedem, & abſceſſum in partibus infernis appeteret, inculcati humores in tranſitu in locis articulæ proximis, liberum motum illius magnæ articulæ impediebant, & ab eis calefacta ſentiebatur violentus motus illius, quem vocat palpitationem, de qua in prognoſticis præſagauit, tumultum, aut delirium portendere, & ſi oculi crebrò cum illa moueantur, maniam timet Hippocrates. Verùm hic æger ab ea palpitatione non delirauit amplius, quia non ab affectu inflammatorio, ſed obſtructione, flatibus, & calore creabatur, & iam coctiones naturæ celebrabantur, & neceſſe mitigatio ſymptomatum ventura erat, & cum Hippocrates narret, vſque ad finem duraſſe, vtiliſſima fuiſſet hyrudinum reiteratio, vt calor dextri hypochondrij, & motus violentus articulæ ſedarentur, & clyſteres expurgantes magni momenti fuiſſent, quia à vigeſimaprima vſque ad quadrageſimam oblita fuit natura expulſionis per aluum, erántque vtilia ſerapia deobſtruentia à vigeſimaprima vſque ad finem, & cutis rarefacienda, quia ſudoribus, & deiectione morbum iudicandum eſſe ſemper ſignificauit, prædicauítque natura, ob quod ſyrupi deobſtruentes diluendi erant aquis cardui benedicti, & bugloſſæ, & florum anthemidis, quæ febrifuga etiam vocatur, febres enim eradicare ſolet.

Dolor coxæ dextræ in die tam celebri, & cum ſedimento vrina, abſceſſus iudicatorij erat ſignum, à quo ibi bona relata euenerunt, erant enim omnia placidiſſima, quæ clarè oſtendebant dolorem coxæ acerbum non fuiſſe, talis enim nihil admitteret placidum, ſempérque cocta materia placidiores abſceſſus, & diarrhœas excitat. Fuerunt verò ſemper tenues vrinæ, quia & per illas finire morbum natura tentauit, & plus ſeri pellens, tenues reddidit: nam cum ſedimento optimo vrinæ tenuitas à tali cauſa creatur, fuitque abſceſſus ille iuxta aphoriſmum dicentem, quos febres longè exercent his tubercula, vel labores in articulis fiunt: contingunt verò quibus minùs quàm par erat euacuatum fuit corpus, ſiue ob debilem virtutem plus euacuari non permittentem, ſiue quia plus cibi ſumpſerunt, vt dicitur *aphoriſmo 45.* iis verbis: *Quibus tubercula ad articulos aut dolores ex febribus longis fiunt, hi pluribus cibis vtuntur.* Conſtat verò replentia in tali abſceſſu pernicioſa fore, & quia iudicatorius, & ob ſitum loci affecti; profundus enim cùm ſit, repellunt ad locum dolentem excrementa, & humores regionis externæ, & cùm dolor illa alliciat ad ſe, trahuntur intus velociſſimè, quæ ab externis intus tunc repelluntur. Anodina igitur conueniunt dolorem mitigantia, & ſi augere abſceſſum ob mali grauitatem erat opus, attractoria miſcenda erant, firmandæque cucurbitæ ſupra locum dolentem, & rurſus leniendus erat, & ſi his non obſtantibus, dolor non cicuretur, ſed torqueat ſatis, ſecanda vena erat in crure coxæ dolentis, ſcarificandus locus profundè, & ſuperponendum emplaſtrum paratum ex diachilon è gummato Guilienſerben cum pulueribus caſtorei, & chamæpiteos. Celebre eſt oleum oſſium humanorum ad mitigandos, obſcurandóſque dolores articulorum, ſic parabis: Accipe oſſa humana magna, fruſtilatim incide, & igniantur donec excandeſcant, & ſubito extingue in oleo communi vetuſto, & dulciſſimo, quibus contuſis diſtillat oleum mirabile pro ſedatione dolorum. Quod ſi Gallicus æger fuerit, mirè domatur, miteſcítque cruciatus vnguento ex mercurio, & etiamſi Gallicus non fuerit, optima etiam ſunt folia viridia nicotianæ contuſa, dolenti loco applicata, illuſtréque auxilium eſt pro articulorum do-

lore, ſumere decoctum radicum lappæ maioris, ſeu bardanæ, quam perſonatum vocant, vt ex Foreſto refert Sennertus; reſoluit, ſiccat, diſcutit, lotium, & ſudorem prouocat, quo auxilio arthritis deſperata perfectiſſimè euanuit, mucoſis multis per lotium expulſis: & ſi frigida auris fuerit, vltima ſanatione euulat, ſi dolentes articuli oleo in quo viperæ coquantur, illiniantur, authore Auicenna *fen. 22. lib. 3. tract. vlt. capite 21.* nec minus confert oleum ceræ.

HISTOR. PHILISTES:

In thaſo Philiſtes capite dolebat tempore multo, & aliquando etiam ſubſoporatus decubuit; ex potationibus verò febribus continuis factis dolor exacerbatus eſt: nocte ſupercalefactus eſt primùm: prima die vomuit biliosa pauca, flaua primùm, poſtea æruginoſa multa, ab aluo autem ſtercora prodierunt nocte moleſtè: ſecunda, ſurditas, febris acuta, hypochondrium dextrum contentum eſt, & intro inclinabat; vrinæ tenues, pellucidæ ſuſpenſiones habebant paruas, genituræ ſimiles, circa meridiem inſaniit; tertio die grauiter ſe habuit; quartò conuulſiones, omnia ſunt irritata; quinto manè extinctus eſt.

SI vini proprietates calleas, duobus excrementis corpus replere vino obſecundantes inuenies, calidis nimium, & frigidis; etiamſi merum bibatur; conſtat quidem vinum partibus vinoſis, & inflammabilibus, & multa aqua; illis morbos calidos, aquâ verò frigidos creat, & quia partes vinoſæ inflammantur ſtatim ab actuatione, & reſoluuntur faciliùs, corpus priùs calefacit, & poſtea infrigidat, manente parte aquoſa, quæ in ipſo inflammabiles nimis excedit; id experimentum docet ſi vinum merum, & generoſum per lapideum mortarium permittas percolari, totum enim quod percolatur aqua ferè eſt, & albicans emortuo ferè iam odore vini, & calore, & colore, etiamſi flauiſſimum vinum ſit, quod mortarium ſuſcepit; pars enim vinoſa quæ cocta craſſior eſt, eſt in ipſo mortario imbibita, non cadit cum aquoſa, & hæc in magna copia reſudat; alteriùs verò pauciſſimum. Hoc didici cupidus inueniendi vinum, quod oligophoro Antiquorum reſponderet, vt dari poſſit in morbis vinum dehortantibus; virium verò effœminatio illud expoſceret. Præter hanc partem aqueam cruditatum authorem, creat etiam illas potus immodicus vini, quia alimentum ſupernatans cum tanto liquore nunquam vt decet detinetur, nec ventriculo agglutinatur, & hæret quietum, ſicque peſſimè coquitur, & crudum diſtribuitur, quod peccatum per omnes regiones corporis conſeruat, & non agglutinatum ob defectum lentoris, non coquitur benè: & inde carnes laxæ, molles, & minus firmæ creatæ cum excrementis crudis intra illas imbibitis, inflatæ, & tumidæ apparent, incipitque cachexia totius ſine colore viuido, & florido: & rurſus vinum narcoticum ad ſomnum ſtatim inclinans, ne dicam cogens, vt experientia docet, oh quam facilè dementant merum bibentes, ſopor enim calori agitanti, & mouenti ſpiritus, & phantaſiam, magna occaſio delirandi eſt, imò nulla maior, vt dormientes tam promptè per inſomnia decipiuntur, quia dormiunt partim, & partim phantaſia tunc non ligata, ſpectra varia

proponit dormienti, reuerà eſſe iudicanti, quæ phan- A
taſtica ſunt, neſciens diſtinguere obiecta imaginata ſolùm, à realibus obiectis, ex qua falſa conceptione, tot errores fingunt, & ſequuntur dormientes. Vinum ergo quia calidum iam actuatum eſt, ſpiritus turbat, & agitat, ſicque ſpecies phantaſie diuerſas proponit, & quia vt narcoticum ſenſus internos ſuſpendit, & hebetat, & ad ſomnum inclinat, mentem deprauat tam facilè, vt in dormientibus euenit.

Philiſtes ergo thuriſomenus erat, & mero dementatus profundiùs dormiebat ſoporatus, & caroticus cruciatus primus aſſiduis capitis doloribus, ex qua occaſione exitioſè febricitare cœpit, vomendo die prima, biliosa pauca, flaua primùm, poſt æruginoſa, & multa: exierunt itaque priùs flaua, poſtea æruginoſa, & mul- B
ta, quia illa leuiora cum eſſent, ſupernatabant, æruginoſa vero imum locum petebant, quia vſta magis, & craſſiura, & inde flaua bilioſa, quia leuiora, exierunt priùs. Vltimo verò æruginoſa, & hæc ex deprauatis humoribus febrem creandam eſſe innuebant, & ob id exitioſè; ſemper enim mero indulgentes, acria, piperatáque alimenta abſorbent, vt bibant auidiùs & magis, ſicque flauiſſima, & tandem æruginoſa excrementa creant, quæ tam perniciosa ſunt ex ſe, vt non defuerint putantes à talibus æruginoſis ſuccis febrem creari non poſſe, quia natura vt tam maligna, & venefica antequam putreſcant è corpore pellit. Vtinam ſic contingeret. Nox fuit moleſtiſſima, vt eſt ſemper in prima acceſſione quando per pares febris mouetur, quia in tam extenſis acceſſionibus, vt dantur in mo- C
rtis per pares, grande incrementum febris noctem primam occupat, & ſi dolebat caput non potuit non eſſe moleſta.

Et quia ante morbum febrilem ad mittendum in caput erat tam aſſueta natura, hanc prauitatem die ſecunda continuans, ſurdaſter fuit factus, bile ſuperna petente, quod vrinæ indicarunt, diaphanæ & tenues, & ob id in meridie maniacè delirare cœpit, cum retractione ad intra dextri hypochondrij, quod euenire ſolet, quando natura deprauatè operans, mittit excrementa in cerebrum, venæ enim repletæ dum ſucci ſurſum mouentur diſtrictæ, longitudinem contrahunt, ſecúmque ferunt earum originem, iecur ſcilicet, D
& ſic intus retrahitur ſimul, & ſurſum. Vrinæ tenues, & diaphanæ in morbo tam bilioſo, & acuto pernicioſæ ſunt, & mortales, ſunt enim aquoſæ, de quibus Princeps dicebat, *& nullus phreneticorum viſus eſt, cuius vrina ſit ſicut aqua, qui euaſerit*, eas enim damnauit Hippocrates 4. *aphoriſmorum* 70. dicendo, *quibus vrina alba, & perſpicua, mala, præſertim ſi in delirantibus appareant*: vbi Galenus dixit, *nullum phreneticum cum tali vrina liberatum vidiſſe*, ex quo Auicenna ſuum præſagium tranſtulit.

In die tertia moleſtus ſolùm fuit, hoc eſt non habuit aliquid graue de nouo referendum, éſtque in E
motu per pares conſeutaneum, vt dies impares ſint minùs moleſti, quia in diebus paribus datur ſemper vigor ſummus acceſſionum ægros vehementer fatigans, non ſolùm quia intenſior eſt calor, ſed quia per totum diem antecedentem continuò febris increuit, ſicque ſummus vigor ægro per diem integrum fatigato ſuperueniens, moleſtiſſimus eſſe debet, vt authore Galeno in prima acceſſione occidantur in die ſecundo, & ſic in hoc ægroto dies quartus fuit moleſtiſſimus, omnia enim exacerbata fuerunt, & conuulſionibus nimiis patiente iam cerebro in ingreſſu quinti diei debitum ſoluit.

Curatio morbi Philiſtes.

ID habent grauiſſimum febres moræ per pares quando in primo quaternario iudicandæ ſunt, quod locum idoneum auxiliis maioribus negent; dies enim ſecundus ægros vehementer fatigat, ſi in illo ſummus vigor primæ acceſſionis neceſſariò futurus eſt, vt ſit inde neceſſarium ſpetare finem ſecundi diei, & initium tertij, in quibus acceſſio prima declinat, vt in illo tempore auxilium magnum imperari debeat, & hoc non ſine formidine caſus virtutis præcipitetur; nam ſub tam longa, & moleſta acceſſione duos ferè dies occupante, aſſiduè creſcendo, quis non horreſcet maiora auxilia conſulere, & in hoc caſu præcipuè ob vomitus leuiores bilis flauæ, copioſos verò æruginoſæ bilis, qui periculum inſigne, & breuiſſimum publicabant: deprauata quidem humorum conditio periculum grande, breui verò venturum motus per pares portendebat, nam ſi in tali motu Galenus docuit diem ſecundum interdum occidere, timeri meritò potuit in Philiſte, & fortaſſis ita eueniſſet, ſi tam pernicioſos humores in prima acceſſione natura non excreuiſſet, tenebatúrque Medicus nullum magnum auxilium conſulere antequam periculum tam certum prædiceret, ne auxiliis imputetur infœlix ſucceſſus, & ferè inexcuſabilis mors: vt eſt reuerà in morbo à tanta copia æruginoſi humoris creato, vt moueri febrem per pares obliget, quem tam inſolentem agnoſcens natura, velut à veneno lancinata, tanto vomitu à ſe eliminare curauit, & tam turbata iam imminente periculo, quod errando viam expulſioni commodiorem per os reiecit tantum, & tam virulentum humorem cum ſummo periculo anxietatis, & læſionis oris ventriculi, quod exitialiter afficitur in tranſitu humoris tam praui.

Galenus t. *ad Glauconem*, in hoc deſperato caſu venam ſecare dehortatur, ob offenſam oris ventriculi, nec illam admittit, antequam æger meliùs ſe habeat, & os ventriculi firmatum iam ſit. Mercurialis, hominis tam culpatæ vitæ crudirates primæ regionis conſiderans, leniens expurgans, ad eas exturbandas ante venæ ſectionem conſulit. Phrigius verò aluum nimis turbatam fuiſſe tranſtulit, ſed malè, & ſic ſupponendo primam regionem ſatis mundatam eſſe, venam ſecat, non ſemel, ſed bis eodem die, periculum tam breue conſiderans. Ego verò nunquam cenſeo, æruginoſos ſuccos in tanta copia in regione ſecunda cum ſanguine dari poſſe, ſed in prima ſtabulari in iis qui mero, & ingluuiei obſecundant, vt Philiſtes: ſed tam inſignem corruptionem in meſereo, & prima regione celebrari, imò tam alienam à natura iudico, quòd ob diſſimilitudinem non trahatur à partibus, ſed totum meſereum, & primam regionem grauando, quod ventriculus, & vaſa lactea idoneè concoquere non potuerunt ob copiam, ibi inculcata excrementa varias corruptiones acquirunt, & interdum vires veneni, ſicque variegata, & indicibili modo prauè corrupta expelluntur, in ipſa expulſione ſæpè tam grauiter offendentia, vt in deliquia, aut ſyncopales anguſtias ſummo periculo incidant ægri. Celebris eſt Hippocratis doctrina *libro de medicamentis purgantibus*, docet enim quod cibi quibus quotidie nutrimur ſunt etiam medicamenta, & ob corruptionem non minùs, quàm ab expurgantibus corpora commoueri, & inaniri; *Si temerè* (inquit) *& negligenter exhibeantur, temerè homines turbant, & quodammodo morbos inducunt*: & in ſecunda regione non eſſe indicarunt vrinæ tenues, & diaphanæ, ab æruginoſis humoribus alieniſſimæ. ſi in vaſis maioribus humores tam aduſti habitarent, à quibus vrina decidit, crede mihi huius doctrinæ ignorantiam infinitorum eſſe

miſe

miſerabilem cladem, ſecando enim venam quando in meſereo, & prima regione excrementorum venenoſa ſaburra ſtabulabatur, febres maligniores fiunt non ſolùm quia intus, & ad ſecundam regionem, quæ in prima regione corrupta erant, trahebantur, quod mihi non probatur, ſed præcipuè, ob commotionem inutilem maligniorum, ad quam deliquia, & ſyncopes neceſſariò ſuccedunt, & quod deterius eſt, debilitata, natura ad correctionem, & emendationem tam prauæ cacochimiæ, debiliſſima, & impotens redditur. Inutilem commotionem dixi, pernicioſam dicerem melius comparatam commotioni à medicamento expurgante ortam: in hac quidem educuntur, etſi commoueantur, vnde ſpetatur vtilitas maior. At ſecando venam, ſine eductione malignorum, commotio periculoſiſſima fit, æger effœminatur, & corruptorum prauitas inde creſcit, quia inimicus eius (robur nempe naturæ) minuitur. Innumera exempla huius infortunij narrare poſſem, vnum tamen quod pro multis æſtimandum eſt, iam tibi refero.

Illuſtriſſima Comitiſſa de Fuenſalida in menſe octano geſtationis vteri maligna febre opprimebatur in medio menſis Augusti, anxietatibus malignis cum leui diarrhœa inceſſanter cruciabatur, & mirabilius erat, quod ab aſſumpto alimento ſic creſcebat anxietas, quod non alimentum, ſed merum venenum deuoratum fuiſſe iurares: moderata illa diarrhœa ſatis variegata erat, & tota nullum humorem naturalem declarabat, ſed excrementa cœnoſa fœtidiſſima, liuida, glutinoſa, æruginoſa, plumbea, punicea euacuabantur: diſcordes erant Medici in remediorum executione, quidam venæ ſectionem, alij expurgationem, alij clyſteres abſterſorios, & attemperantes conſulebant; vocatus vt diſcordiam dirimerem, & ſententiam pedariam diuulgarem, clyſteres idoneos eſſe, ſed pro moderatione tanti mali, auxilium leuiſſimum dixi; ſectionem venæ exploſi, quoniam tam variegata & maligna excrementa in regione ſecunda creata fuiſſe, impoſſibile erat, nec vitam cum illis ſanguini admiſtis ſeruari opinabile erat, nec virtus ad auxilia maiora conſtaret, vt reuerà conſtabat. Erat etiam cum dictis excrementis maligna flatulentia, quæ à prandio ita moleſtabat, vt docui, velut ſi venenum deuoraſſet, ob quam, venæ ſectionem recuſaui, & ob allatam rationem loci in quo materia morbi, & flatulenta ſita erat; putabant enim priùs medentes tormina ventris, & oris ventriculi ab acrimonia excrementorum pendere, ita vt non ſolùm clyſteres potentià frigidos, ſed & actu infrigidatos iniicere imperarint, à quibus non dubiè deteriùs ſe habuit.

Decreui igitur vt vitium primæ regionis expurgaretur pharmaco roborante ſimul, & eductorio, admixtis diſcutientibus ob flatulentiam, quo meliùs ſe habuit. Verum perſeuerabant acceſſiones, & anxietates redierunt, vt cogerent nos vt ſecundo expurgaretur, quo facto moderata fuit diarrhœa maligna, perſeuerabant nihilominus febriles acceſſiones non cum anxietatibus, vt antea, ſed cum reſpiratione difficillima, & magna vi elicita, quoniam in illarum principio ſeptum tranſuerſum tam violenter à flatibus diſtendebatur, vt ſine magno facultatis conatu, vſui ſatisfacere non poterat; & ob conſenſum tam facilem cerebri cum ſepto per quinque aut ſex horas delirabat, in quibus carminantibus inunctionibus ventris totius, cucurbitulis cruribus affixis, etſi vtero geſtaret, ob vrgentiam vtebamur, ſed iis tariùs: per os etiam cordialia, & flatuum diſcuſſoria ſumebat, & clyſteres einſdem virtutis iniiciebantur: donec tam difficilia reſpiratio, & delirium ſedarentur, moleſtarunt acceſſiones, etſi leuiores vſque ad diem legitimum partus, in quo dicebat ſe fœtum excluſuram, quia in omnibus geſtationibus ſemper in die immediato complemento nouem menſium erat infallibilis partus, & ita euenit: Verùm quia in aliis partubus maligna, & periculoſiſſima diarrhœà ſemper ferè periclitabatur, & febres, vt dixi perſeuerabant, & meritò timebamus ne maligniores ob partus commotionem fierent, conſului, vt ante quartum diem legitimi partus rurſus expurgetur ad præcautionem diarrhœæ malignæ, & maioris prauitatis febrium, & fœliciter expurgata, fœtum in die aſſignato fœliciſſimè viuum excluſit, & diarrhœa omninò euanuit, febres tamen vt anteà cum difficultate reſpirandi, ſed minori moleſtarunt, & idoneis auxiliis extirpatæ, tantum periculum ſine aborſu effugit.

Ne cenſor aliquis tam crebras expurgationes in vtero gerente ab octauo menſe vſque ad partum legitimum, & in tam æſtuante tempore condemnet, ſciat quod infirma, etſi in vteri geſtationibus aliis grauiſſimis morbis oppreſſa fuiſſet, nunquam abortum commiſit, erat enim validiſſimi, & ſaniſſimi vteri, cacochimia verò tam maligna, vt propoſui, & quæ aluus pellebat, toto genere præter naturam, & prauiſſima erant, quorum peſtilens corruptela in meſereo, & ventre inferiore machinabatur, ſunt enim excrementa quædam ſemel putrida, & corrupta tam valida ad inficiendum omnia quæ contingunt, vt more veneni putrefacientis celerrimè illa corrumpant, etſi alimenta inculpata ſumantur, vt infirma relata nullum peccatum in victus ratione commiſerat, & hoc fuit quod me mouit ad expurgandum tam crebrò, etſi geſtaret vtero, nec aliter liberari poterat. Ob id publicè docuimus in prælectionibus de mulierum affectibus, periculoſiſſimam eſſe Galeni doctrinam 4. *aphoriſm. commentar.* 1. quod ſolùm gerentes vtero purgare liceat quando turget materia, & non aliter, etſi purgari indigeant: doctrina quidem temeraria, & ſine ratione prolata, nec Hippocrates illud docuit; ſed tradit vniuerſaliorem doctrinam, vt in plurimum ſeruandam, & conſulendo quod iuniores, & ſeniores fœtus cauere oporteat, non negauit prorſus in illis menſibus purgationem, ſed aborſus periculum certiùs expoſuit, vt maiori cautela, & publicato periculo expurgatio imperetur, ante quartum, & poſt ſeptimum. Eſſet quidem (vt docui) temerarium, ſi octauo, aut nono menſe in graui morbo materia turgeret, non medicari ſtatim, & hoc peccatum grauius eſſet, ſi morbus ſectionem venæ dehortaretur, vt in infirma relata; quo enim auxilio tanta morbi crudelitas domanda erat, & eliminandum periculum tam certum? vt inde teneas, quod præceptum Hippocratis expurgandi in gerentibus vtero turgentem materiam, ſecurius eſt ſi non turgeat, dummodo iuxta aluum habitet, vt in ventriculo, meſereo, inteſtinis, & iecoris caua parte; nam eductioni extra corpus paratiſſima eſt, & leuiori pharmaco cedit, quia breuior via, & pharmaco eſt humor euacuandus vicinus, conditio magna vt operetur ſecuriùs, & certiùs; materia verò turgens diſtat plus non dubiè, & quia actu mouetur motu erroneo, & cæco, ignorante naturà vias euacuationi deſtinatas, reſiſtit impulſu cæco tractioni medicamenti, quia per vias multò diuerſas illud diſtribuere cœpit, vt contra naturæ inclinationem, & præcipitium iam cœptum, teneatur pharmacum operari, & ſuperare contrarium impulſum. In caſu verò à nobis relato inclinatio naturæ motui pharmaci auxiliabatur, ſecuta, & laudanda conditio, vt expurgatio fœliciſſima eſſet, & reiterari ſecurè liceret, vt præſens periculum fugeret, & à partu timendum præcaueremus; nam in partu immediato parum abfuit, vt diarrhœà malignà debitum ſolueret cum ſummo periculo incidendi in hecticam febrem.

Redeuntes ergo ad Philiſtem, cùm in primo die

morbi, flaoa, pauca, ſed æruginoſa multa euomuiſſet, vomitus ipſi declarabant ex præternaturalibus ſuccis febrem pendere, & deprauatis omninò, eſséque incoctiles. naturam velut turgentem eſſe à prauitate excrementorum inceſſanter moleſtatam, planè oſtendebatur; nam in die ſecundo ad meridiem inſaniuit, præcedente ſurditate cum iecoris retractione tam ſenſibili, quæ prauam, & erroneam inclinationem mittendi in cerebrum oſtendebant, & talem fuiſſe indicarunt conuulſiones quarti diei, & omnium ſymptomatum atrocitas maior, à quibus diſſipata facultate vitali ad finem quarti diei, & ingreſſum quinti defunctus fuit. Vnde intelliges naturæ inquietudinem aſſiduam, eſséque expultricem perpetuò moleſtatam, ſurſum ſimul, & per vomitum excrementa trudentem, & ſurſum expulſa fuiſſe, quæ tam celeris mortis occaſio fuerunt, quæ ſi per vomitum extra eiicerentur, aut plus viueret, aut fortè ſi robuſtus erat, liberaretur. Colliges ſecundò, quod ad expurgandum ſtatim, erat tam parata cauſa morbi, & natura in caſu hiſtoriæ, ſicut quando turgentia propriiſſima datur, quia natura nihil retinebat, ſed in inquietudine expultricis, expergefacta, per partes diuerſas irritantia pellere ſatagebat: inuenit ex crapulis cerebrum debile, & ante morbum erat aſſueta tranſmittere ad illud ſuperflua excrementa, & in morbo erroneam conſuetudinem ſeruando, cerebrum tot excrementis onerauit, vt in ſecundæ acceſſionis fine conuulſus debitum ſolueret. Nollum ergo auxilium proportionatum videbatur, niſi deiectio copioſa excrementorum tam deprauatorum per aluum, vt cerebrum liberaretur, & irritatio tam inſolens, deprauatáque conſuetudo naturæ ad aluum inclinata à medicamento trahente ceſſaret, aut ſaltem moderata, reiterationi auxiliorum locum donaret, vt liberari poſſet infirmus. Rectè itaque Gentilis docuit, quod interdum tam turgens eſt natura, quando non pellit, ſicut ſi expelleret, ſi non pellit quando effœminata, aut ob aliud impediens non poteſt, aut moleſtiâ impeditur; ſunt tamen tam praua excrementa, vt ſi impedita non eſſet, aut poſſet, non retineret illa, ſed violentiſſimè truderet, vt Philiſti euenit. Gentilis doctrina eſt, quod deprauata excrementa, & toto genere præter naturam, ſemper naturam reddunt turgentem, quamuis non pellat, quia vt incoctilia non detinat illa, ſed quieta apparent, quia non poteſt pellere ob dictas rationes, & ſic dato pharmaco, fœlices expurgationes ſuccedunt, quia natura non retinet, & à medicamento expergefacta, & adiota expellit maligna, quæ antea non poterat.

Conſtat ex dictis Philiſtem exporgandum fuiſſe in primo morbi inſultu, ſi morbus remediabilis eſſet, erat enim natura tota inclinata ad pellendum, nihil retinebat, ſed multa per vomitum trudit, multa verò in cerebrum pellit, à quibus tam breuiter conuulſus animam egit: occaſio expurgationis præceps ſatis erat, erat verò in fine diei ſecundi, in quo declinauit acceſſio primi diei, quia per pares mouebatur, aut in initio diei tertij, antequam ſecunda acceſſio repeteret, erat verò dandum medicamentum non leuiter expurgans, quia ſola euacuatio abundans potuit morbum in fine quarti diei, & in initio quinti occiſurum, & eius exitium reprimere, & in hoc tam accelerato morbo, in quo per vomitum etiam ſe liberare natura tentabat, dandum erat pharmacum in pauca quantitate multùm educens: multùm quin aliter moderari morbus non poterat. quia peracutus extremè, & à multa materia pendens, inexcuſabili quidem in homine vinolento, & lurcone, omnis enim temulentus rarò lurco non eſt; nam alimentum ipſum, potus deſiderium cui indeſinenter obſecundant auidè excitat, non enim comedunt,

A vt cibo egentes, ſed vt potus deſiderium ſuſcitetur, vt bibant frequenter. In pauca verò quantitate dandum erat pharmacum, ne vomitu pelleretur, ad quem inclinata natura conſtabat vomitibus primi diei. In deſperatis morbis vtiliſſima ſunt expurgantia chimica in tam exigua quantitate multum euacuantia, nam authore Hippocrate extremis morbis extrema remedia optima, ſola enim extrema ad committendum duellum cum tam horribili hoſte ad illum ſuperandum, aut moderandum, eſſe poſſunt æqualia, fuiſſetque optima præparatio, in fine vigoris primæ acceſſionis largiorem potum ſeri lactis cum pulpa tamarindorum conſolere, & elyſterem expurgantem, & pro cœna, aut prandio, ius ſolum, & ouorum vitella, vt aluus obe-

B diens plus redderetur, nec morbi acuties aliud alimentum amabat, niſi lac hordei ſecutiùs, & maliùs putares; hæc enim præterquam quod vt benè expurgetur, præparant, non remorantur tempus ad dandum pharmacum, vbi tam breue ob morbi acutiem auxiliis magnis conceditur.

Euacuata prima regione, ſecurius erat venam ſecare, ſed quæ, non leuis cenſura; ego quidem dum capiti timetur, & cacochimia in meſereo viget ſanguini mixta, venas infernas ſecandas eſſe cenſeo, ſic reuulſio mirabilis fit, ad diſtantiſſima capitis, & euacuatur multum à parte mittente, & putredinis foco, ſangoiſque extrahetur cum intermiſſio-

C nibus, vt reuulſio maior cum minori virium diſpendio fiat, vulgò per pauſas; & veſicantia cruribus affigerem, cucurbitas infernis cum ſcarificatione imperandas eſſe nemo ambiget, & ſi locus daretur hirudinum applicationi, vtiliſſimum cenſeo, futuram enim phrenitidem, & conuulſorias paſſiones, & aſcenſum excrementorum in cerebrum mitè præcauent: caput oxyrrhodino muniendum, & tota ſpina oleo violaceo, & amygdalino recentiſſimis inungenda; renes etiam vnguento cucurbitæ, & refrigerante cum ſucco limonis, aut agreſtæ; nec capiti ſolo, ſed collo oxyrrhodinum applicandum erat, vt *capite de caſtoreo*, Galenus docet: potus largiores, attempe-

D rantes, & mordacitatem humorum retundentes inexcuſabiles erant, ex aquis ceraſorum dulcium, bugloſſæ, lupulorum, cichoriæ, violarum, & oxalydis cum ſyrupo de acido citri, & violaceo, & granatorum, & puluere margaritarum; & ſi lingoa arida, & aſpera appareret, potum copioſum gelidæ imperarem, etiamſi coctio nulla appareret: nam morbi vrgentia, & acuties ſic operari indicant, & multùm à tali potu ſperare deberemus, ſi omnia ſymptomata vſtionem, vt, vomitus æruginoſi, iudicabant; euacuationes enim potum gelidæ comitantes aſcenſui humorum ad cerebrum, delirio, & conuulſionibus directè opponuntur, nam & ſudor, & vomitus, & diarrhæa magis efficaciter cerebrum liberant per tam diuerſas regiones excrementa mouentes, & potu

E illo calor, & acrimonia, à quibus turgens natura cogitur, cicurantur, ſicque irritata minus, dormiet expultrix, & quieſcet in cerebrum lethalis tranſmiſſio, quæ irremediabilis eſt ſi deliranti priùs conuulſiones ſuperueniant.

Medelæ ſorditatis in tam acuto, & lethalifero morbo non memotor, ne ridiculus ſim, vt Phrigius, plurima, & ſatis calidis auxilia conſulens in morbo, delirio, & conuulſionibus occiſore, propter inſolentem raptum humorum ad caput: meliùs fuiſſet docere, qua methodo, & ratiocinatione tantæ breuitati periculi, & mortis deberet Medicus occurrere; quod tam periculoſum cenſeo, vt erat morbus, ob cuius ignorantiam erit Medicus tam lethalis, vt ille. Quid ſentiam tene, nunquam medelam teneres antequam

modum

modum viuendi adamuſſum inueſtiges, circa omnia A
ad victus rationem pertinentia, nam huius rei cognitio aperiet tibi multa, vt ſecuriùs cures, ſi non ignores læſionem, & damna cuicumque peccato debita, reſpectu partium quas quodlibet peccatum offendere debet, & ſimiliter in ordine ad excrementa à tali culpa creanda, in copia, & ſpecie: ſollicitè etiam ſymptomata initium morbi comitantia attende, & modum inuadendi primæ acceſſionis. Sit exemplum Philiſtes lurco, & mero obſecundans, & quod ante morbum, capitis debilis erat, & natura excrementa redundantia ob culpabilem vitam, ſæpè reiicit in caput, & doloribus, & ſopore opprimebatur; fuit etiam acceſſio prima terribilis vomitibus excrementorum prauæ naturæ, dolore capitis atroce, & per totum B
primum diem inceſſanter creſcebat, ex quo, aut continentem febrem, aut quæ per pares moueretur ſperabis; ſed excrementorum ſpecies à continente febre alieniſſima erat, quia æruginoſa euomuit, & flaua; continens verò à ſanguinis copia creatur; ergo longitudo primæ acceſſionis diem ſecundum attingens, à grandi copia excrementorum prauorum febrem, & malignam creari publicabat. Caput debiliſſimum erat, & die primo grauiter doluit; erat quia natura ante morbum deprauata, & erronea tranſmiſſione iam aſſueta erat mittendi in cerebrum; timendum ergo erat capiti, vt contigit, ſi delirus, & conuulſiuus periit; & docuit Hippocrates, quod ſi ante morbum aliqua pars doluerit, ibi morbus firmatur; duplex inde ſollicitudo, animæ, nempe, & C
corporis, & periculum tam imminens ſtatim præſagabis, ſicque medelam (vt docui) incipies, & vt docuit Hippocrates, incolpabilis eris, & vulgo mirabilis, lege illum 5. *epid. textu 92.* vbi inuenies exemplum illuſtre accelerationis remediorum in Thycho, qui à catapulta percuſſus tertio die obiit; credendo quod in morborum medela rectè inſtituta, eueniunt monſtra vt in natura, nullúſque morbus tam deſperatus ſemper eſt, vt aliquando vinci non poſſit, vincetur verò, ſi æqualibus remediis, & æquali celeritatè, vt ille occidere tentat, occurras periculo mortis. Exempla ſunt mirabilia in liberatis à fortibus apoplexiis, contra doctrinam Hippocratis, docentis, eſſe impoſſibilem earum medelam: & quod mirabilius eſt ab D
ipſa ſola natura, quæ iam à morbo victa putabatur, feretro tradita, aut ſarcophago, libitinam dilacerans, à feretro ſurgens, & interdum ſarcophagum frangens, ipſaque reuiuiſcens, velut de nouo animata, præſentes exanimes præ terrore reddens, Medici errorem, veſpillonis ictus, libitinarij preſſionem, tumuli horrendum aſpectum ſuperaſſe publicat.

CHERIONIS HISTORIA. E

A primo die ad octauum.

Cherionem qui decumbebat iuxta Demenetum, ex potu, ignis corripuit; ſtatim autem capitis grauitas doloroſa, non dormiuit, aluus turbatus tenuibus ſubbilioſis; tertiâ febris acuta, capitis tremor, maximè autem labij inferni, paulò ante, poſt rigor, conuulſiones, omnino delirauit, noctem difficulter tulit; quartâ per quietem, parum dormiuit, delirauit; quintâ laborioſè omnia exacerbata ſunt, delirium, difficulter tulit noctem, non dormiuit, ſextâ per eadem; ſeptimâ ſuperriguit, febris acuta, ſudauit per totum, iudicatus eſt: huic perpetuò ab aluo deiectiones bilioſa, exigua, ſyncera, vrina tenues, boni coloris, appendiculum nebuloſum habentes, circa octauam minxit melioris coloris vrinas, habentes hypoſtaſim albam, exiguam, reſipiſcebat, febre vacans intermiſit.

PECCAVIT Cherion vt Philiſtes, & incidit ex multa potatione in febrem acutam, vt ille, ſed non æquali periculo, fortè, etſi bibiſſet multum, non tamen tam merum, & hoc deiectiones indicarunt tenues, & ſubbilioſæ, tales quidem factæ ob multum ſerum, à quo diluta bilis, ſubbilioſa apparuit. Eſt etiam vinorum magna differentia in calore, antiquitate, & vuarum temperie, ex quibus fuit expreſſum; nam qui olygophorum biberet. etſi multum, nunquam vſtione læderetur, ſed cruditatibus potiùs, cum vrinis tenuibus, crudis, & ſubbilioſis, aut ad aquoſas plus accidentibus: liber ergo Cherion euaſit, quia non à flaua bile, nec à maligna, & æruginoſa. vt Philiſtes, ægrotauit, ſed à bile ſeroſa ſatis, & remiſſi coloris, ſicque acutorum ſimplicium legitimum terminum attingens, vigeſimo fuit integrè iudicatus, Philiſtes verò in quinti ingreſſu animam egit. Verum, etſi à tam ſeroſa bile ægrotare cœpit, non potuit toto morbo, talis apparere, quia febris, inedia, parſimonia potus, & hic (vt par erat) minor multò quam aſſueuerat, etſi aqua eſſet, peruigilium, & inquietudo à prauis febribus inexcuſabilis, grandem ſeri conſumptionem abſumendo, bilem dilutam antea copiâ ſeri, ad flauam permutant, & ſic die decimaſexta flauam bilem, & multam euomuit; fuit vtriuſque ægroti multa materia, non potuit tamen Cherionis febris moueri per pares, quia per aluum materiæ antecedentis multùm excreuit, & tam diluta bilis reſoluitur facilè ob ſeri abundantiam. Excretio per aluum vt minùs ad focum moueatur, cauſa eſt, & ſic cum minori copia ad focum tranſmiſſa, & hæc reſolubilior, implicabat acceſſiones tam extenſas creare, vt ad motum per pares requiritur: bilis verò æruginoſa craſſiſſima eſt, & ſuo modo terrea ob ſeri conſumptionem, & inde difficillimæ reſolutionis, taliáque ſunt corpora bile tali onuſta, ob ſiccam intemperiem illa denſantem, & cùm tam maligna ſit, & ſua acrimonia ſentientes partes, & totum aſſiduè lancinet, moleſtia illa corpus totum contrahere cogit, ſicque ob tot cauſas aſtrictum, difflari idoneè non poteſt, longiſſimæque acceſſiones redduntur, & cum ſummo periculo decumbendi excrementa in partes internas, quia corpus aſtrictum reſolutioni, & expulſioni obſtans admittere intro cogitur reſoluenda, & foras trudenda, & ob id Philiſtes delirus, & conuulſiuus obiit, Cherion verò deiectionibus, vomitibus, rigoribus, & ſudoribus reiteratis non occubuit, vt ille.

Si caput dolebat cum magna grauitate, & aluus turbata erat bilioſis deiectionibus, exiguis, & ſynceris, dormire impoſſibile erat, dolor enim ille magnus erat, ſi modum loquendi narrationis attendas; videtur enim cum exaggeratione Hippocrates loquutus, dicendo, ſtatim autem capitis grauitas doloroſa. Deiectiones bilioſæ, & exiguæ cum ſynceritate, & perpetuò moleſtantes, vt narrat Hippocrates, vituperantur ab illo 1. *prognoſt.* vt turbatoriæ ſomni, dicendo, ſi liquida ſit, confert nec ſtridere, nec minuratim, & crebrò excerni, laborans enim deiiciendi cupiditate peruigilio corripietur. Miror Valleſiû, quod

dubitet, cur non dormiuit Cherion, ſi febricitauit ex vino? velut ſi vinum in bilem mutatum iam noo fuiſſet,& bilis febrem generans, putrida non ſit, & inde turbatoria ſomni,calore,ſiccitate,& acrimonia. Vinum quidem narcoticum eſt, dum ſub forma vioi ſeruatur, aut in vapores ſuaues conuerſum, non iam mutatum in bilem, & multo minus corruptum putredine; & quid prohibet calorem febrilem acutum, quidquid vaporoſum ſuaue eleuatur ex vino,ſomnúmque conci iaturum reſoluere penitus, & peruigilium cauſare? Vinum ergo non vrit bilem, nec poteſt, ſed in illam conuertitur, nec in illam mutatum narcoticum eſt, vt docui. Nec placet dum putat Cherionem non obliſſe, quia cerebrum eius robuſtius erat cerebro Philiſtes; ſimilia enim ſymptomata cerebri expertus fuit Cherion, ne dicam maiora, nam capitis grauitas fuit doloroſa, non dormiuit, tremuit etiam, & ſimul labium infernum, quæ Philiſtes non agnouit, & omnino delirauit, vt hic,cum ſummo peruigilio; ſecuritas itaque ex bonitate ſucci manauit, erat enim bilioſus, dilutus multo ſero, vt notauimus; alterius verò infirmi æruginoſa erat, & vt tranſtulit Phrigius, virulenta vomitio, quæ nihil magis ignorat quam morbos ſalubres creare. Sit exemplum phreneticus, qui æruginoſa eiiciens, tertia de feretro fuit traditus.

Symptomata omnia vſque ad ſeptimam diem genus neruoſum non leuiter pati oſtenderunt, & tremor labij, & capitis,& rigor tertij diei, decretoria mihi videntur magis, quàm maligna, fuerunt tamen ſine ſenſibili euacuatione, vt ſæpè ſolet contingere; ſemper enim vſque ad ſeptimum moleſtarunt, in quo cum rigore maiori quàm antea, & ſudore vniuerſali iudicatus fuit Cherion, & febris intermiſit. Intermiſſio vt reor orta fuit, quia diarrhœa bilioſa magnam copiam materiæ antecedentis euacuauerat, & rigor & ſudor diei ſeptimi non ſolùm materiam illius acceſſionis,ſed cinericij remanſuri poſt illam, à quo alterius acceſſionis breuior repetitio ſemper fouetur: & inde minùs materiæ ad focum mittendæ, & putrefacientis cauſæ minoritas, acceſſionem venturam vſque ad nonum retardarunt. Ob hæc Lemoſius docuit,ſemper eſſe vtile in febribus,quarum acceſſiones ſudore finiuntur,aliquo auxilio ſudorem augere,vt minùs cinericij ad reiterationem nouæ acceſſionis remaneat, ſicque conſtitutio febrium mirè contrahitur: mouet verò ille ſudorem decocto milij in vino albo, dato incipiente ſudore. Celebris eſt doctrina Galeni, pituitoſum humorem (etſi ſit frigidiſſimus omnium) quotidie repetere, quia cinericium multum derelinquit, & ideò impurior eſt eius intermiſſio, & alterius acceſſionis maturius principium. Octaua die, quia natura temperatior erat, & cauſa febris minor, bonitatem diei oſtendit etiam lotium, apparuit enim melioris coloris, & habuit hypoſtaſim albam, etſi exiguam; ſignum manifeſtæ coctionis elaboratæ tempore intermiſſionis febris, quæ quia intermiſit ſine perfecta totius materiæ coctione, rediit die nona, quia per impares mouebatur: indéque intelliges duo, & periculum recidiuæ ob coctionis defectum, & quod ſeptimus dies indicat vt Rex benigniſſimus, non vt Tyrannus, vt ſextus, & ſic intermiſit febris, quando ob defectum coctionis potuit eſſe peſſima criſis, & cum magno periculo ob grauitatem ſymptomatum.

A die nona vſque ad finem.

Nona rediit; quatuordecima autem febris acuta; ſudauit, decimaſexta vomuit bilioſa flaua, ſatis multa; decimaſeptima ſuperriguit, febris acuta, ſudauit ſine febre, indicatus eſt; vrina poſt recidiuam, & indicationem melioris coloris, ſubſidentiam habentes, neque delirauit in A *recidiua: decima octaua incaleſcebat, parum inſuper ſitiebat, vrina tenues ad pendiculum nebuloſum, parum delirauit: circa decimam nonam à febre liber, circa ceruicem habebat dolorem, vrinis ſubſidentia, perfectè indicatus eſt vigeſima.*

Notat Valleſius vim dierum criticorum, nam in omnibus ferè criſes tentauit. Ego aduerto non ſolùm in illis, ſed ferè in omnibus poſt ſeptimum, & præcipuè à quatuordecimo,in quo ſudauit ſine rigore,& decimaſexta vomuit bilioſa flaua,ſatis multa, & decima ſeptima à rigore ruſus ſudauit, & febris euanuit, & meo videri,calor decimi octaui,& ſitis ſenſibilior,non tam fuit acceſſio, quàm commotio ſuccorum, vt per vrinam deriuantur; vt tenuitas vrinarum illius diei, B non nouæ cruditati, ſed multitudini imputanda eſt, quæ ſemper tenuior apparet, quando criſis per illam tentatur, ob multitudinem ſeri cum excrementis expulſi,& hoc deducitur facilè, quia ſine alia euacuatione ſenſibili liber erat à febre die ſequenti, & materia morbi ſemper ſero abundauit,à quo tot ſudores,& vrinæ multitudo ſuperuenire poſſunt: Familiariſſimæ euacuationes,vt optimæ ſunt, & litterarum expoſitio, id ita eueniſſe declarat: ſi ſignificabant eſſe probabile, quod liberatus fuit propter vrinarum multitudinem; cœpit verò multitudo à decimaoctaua vſque ad vigeſimum, in quo medio febris euanuit; nam decimanona erat iam liber à febre, verùm quia vrinæ multitudo iudicatoria ſe extendit vſque ad vigeſimum cum multa C ſubſideotia, dixit Hippocrates perfectè iudicatum fuiſſe illo die,etiamſi decimanona ſine febre videretur,velut ſi diceret,iudicium vigeſimi perfectum fuit à quo recidiua timenda non erat, quia in lotiu copia ſedimenti apparuit, & hoc iudicium tam perfectum vigeſimi, firmat quod vrinarum tenuitas decimi octaui, non fuit noua recrudeſcentia ob putredinem nouam, ſed ob multitudinem ſeri confertim expulſi, alioquà non iudicium perfectum, & ſecutum, ſed noua acceſſio, & recidiua in vigeſimo ſperanda erat, & in hoc à Mercuriali, Valleſio,& Phrigio diſſentio. Nec capio (vt antea dixi) quod decimanona febris defeciſſet, ſi decimaoctaua noua daretur ſuccorum putreſcentia, nouam creans acceſſionem delirare cogentem, ſed D febricula illa, ſitis, delirium leue, & colli dolor, à ſuccorum agitatione, vt per vrinam pellerentur, ortæ fuere, & id indicauit ſanitas ab illo die ſine recidiua lucrata.

Quia in hac expoſitione craſsè Phrigius errauit, notatu quod deiectiones ſynceræ bifariam contingunt,aut tales dicuntur; vno modo, quia vnus ſolus humor euacuetur, ſine alterius permixtiooe, etiamſi naturaliſſimus ſit, ſecundo appellantur ſynceræ, quia orbatæ, & deſtitutæ ſero naturali, cuius conſumptio quia facilior eſt, datur ante conſumptionem ſubſtantiæ ſuccorum. Hæc ſynceritas pernicioſa ſemper putatur,quia nunquam ſine inſigni incendio, aut diuturnitate caloris,aut alia cauſa potenter ſiccante crea E tur,de qua *7.aphoriſm.text.6.*dicitur,*in morbis longis cibi faſtidium, & deiectiones ſynceræ malum*; Galenus expoſitor dicit; nam deiectiones huiuſmodi exuſtam eſſe omnem natiuam humiditatem à calore febrili demonſtrant: & *aphoriſm.23. eiuſdem libri* dicitur,*à deiectione ſyncera difficultas inteſtinorum malum*; & Galenus dicit,appellare Hippocratem,deiectiones ſynceras,quæ ſunt impermixtæ aquoſæ humiditati; de his Phrigius Hippocratem teoet in narratione dicentem; *huic perpetuo ab aluo deiectiones bilioſæ,exiguæ, ſynceræ*; & planè fallitur, nam illæ erant, quæ die ſecundo inceperant, quas clariùs explicando dixerat, *aluus turbata tenuibus ſubbilioſis*, vt omoes tranſlationes,quas ego vidi, ſic tenent: Galenus *tenues, & bilioſiores*, ſcripſit, implicat verò quod ſynceræ ob ſeri conſumptionem redditæ ſint tenues; craſſæ enim ſunt omoes, etſi

Digitized by Google

etſi ſint blioſæ, mordaciſſimæ, & exedentes, & lethales: & cùm omnes codices legant, fuiſſe tenues, & Valleſius, & Mercurialis, & Galenus, & Marinellus, neſcio cur *tenues*, Phrigius omiſit, ob cuius verbi defectum, deceptus fuit non dubiè. Erant ergo ſynceræ, quia ſine mixtione alterius humoris; verùm ſubbilioſæ ob ſeri copiam, quod (vt dixi) & ſudoribus, & lotij multitudini materiam vberem præbuit. Inde ſcies, bilem æruginoſam eſſe maligniſſimam, quia duplici ſynceritate moleſtat, ſi ſola excernatur, & quia ſola, & quia ſero deſtituta, de qua Hippocrates *lib. de veteri medicina, n. 31.* hæc reliquit ſcripta; *Et quos quidem acutas acriſque, ac æruginoſa bilis affligit, quales mox rabies, & morſus viſcerum, ac pectoris, & deſperatio;* Eruntque in toto rigore deiectiones meraces, aut ſynceræ, quæ ſolæ ſine ſero, & ſine ſtercore exeunt, & hinc intelliges textum difficilem *in coacis.*

Curatio morbi Cherionis.

Mercurialis, & Phrigius venam ſecant ſtatim; Phrigius fluxionis bilioſæ per aluum non recordatur; Mercurialis cordariùs loquitur, traditque Galeni doctrinam ex *1. ad Glauconem c. 14.* vbi ſectionem venæ damnat fluente aluo, ne duabus euacuationibus virtus labatur, cuius doctrinam conciliat, dicendo, quod ſecetur vena moderatè, hoc eſt minus quàm alias ſecaretur ſi fluxus alui non eſſet, eſtque iam communiſſima praxis, quod alui fluxio non obſtet penitus ſectioni venæ, ſed ſolùm quantitati, ſed hi omnes Galeni doctrinam non emedullant, cùm loquatur tam rigoroſè contra venam ſecantes, etiamſi non fluat aluus pro ratione multitudinis, vt experimento illos conuincat, dicendo, quod audentes venam ſecare, aut ampliùs mouere aluum, in maiora pericula ægros deduxerunt, de cuius doctrinæ intelligentia in hiſtoria Sileni plurima ſcitu digna, & noua abundè ſcripſimus.

Cui doctrinæ inſiſtens, dico primò, quod raro morbi febriles cum alui fluxu incipientes, & materiam morbi euacuante, non ſunt longioris conſtitutionis, vt meritò timuit Hippocrates *text. 60. 7 epid.* dicendo, *ob hoc autem non purgandum in principiis, quia ſponte in diuturnis his, an diuturna periculoſa?* Sed cur alui fluxiones in principio longitudinem innuant, Valleſius tacuit. Videtur enim contrarium debere contingere, ſi materia morbi euacuetur, nam minori reddità, citius coctiones venient, & febris contrahetur, *vt aphor. 29. ſect. 2.* minoratiuam purgationem conſulendo Galenus docet. Certè negari non poteſt, quod diarrhæa in principio, ſit ſignum multitudinis, quando alia cauſa in quam reduci poſſit, non datur, copia verò materiæ, morbi diuturni cauſa neceſſaria eſt: arguit præter hoc, eſſe naturam velut turgentem, & per conſequens non retinet, non retinendo, non concoquit, & ſic coctio protrahetur, & morbi conſtitutio etiam. Eſſet nihilominus morbus longior, ſi portio illa materiæ non pelleretur, & fortaſſis mortalis. In Cherione autem multitudinis materiæ euidentia erat, ob tam culpabilem victus rationem, & quod doceo de multitudine cogente naturam in principio per aluum mouere, tene, etiamſi ob prauitatem tentet ſtatim eandem expulſionem; ſeruari enim æger non poterit, niſi tempore multo, quia ſemper natura irritata retinet minùs, aut non retinet, & indè tardiſſimè coquet.

Dico ſecundò, praxim dictorum Authorum ſuſpectam mihi eſſe, foréque ſecurius, ſi diarrhæa bilioſa moderata erat, illam iuuare leniori pharmaco eductiuo bilis; erat enim natura inclinata per idoneam regionem, & materiam antecedentem in coniunctam futuram pellebat, eaque eſſet euacuationi adminiculans, cum magna ſuſpicione multorum excrementorum primæ regionis, ob victus prauam rationem: quo au-

A
xilio probabiliſſimum erat, ob minorationem materiæ minùs grauia futura ſymptomata vſque ad primum morbi iudicium. Hanc praxim firmat doctrina Hippocratis *4. de victus ratione, text...* vbi ſi venter murmuret, purgat ſtatim mediocri ſcamonea, non ob aliam rationem quàm quòd per murmur illud ſignificatur naturam eſſe in motu, non retinere, & inclinatam eſſe ad pellendum per idoneam regionem: hoc verò per murmur iudicatum, indicatur clariùs, & certiùs per tepidam diarrhæam: clariùs, conſtat, certiùs non dubiè, quia murmur potuit flatuoſum, non humorale eſſe, & ſic lædere pharmacum, quod in leui diarrhæa cum multitudine repugnaret, præſertim quando timemus febrem acutam fore, & pendere (vt docui) à multa

B
materia, & ob copiam, eſſe naturæ moleſtam, à qua lancinata trudere illam procurat, & hoc vrgentiùs indicatur, quando capiti timemus, vt in Cherione, quia natura præcauens lethalem in caput decubitum, repellebat per aluum, & ad diſtantiſſima, eratque ſi vena tunc ſecaretur, rationabilis metus, ne retractà ſurſum materià, & impeditâ inclinatione naturæ, retrogada expulſione reiiceret in cerebrum totam prauitatem quam trudebat per aluum. Sic cenſeo operandum eſſe in hoc caſu, quando diarrhæa (vt dixi) tepida, & leuis eſt. Si verò maior eſſet, illam permitterem, non ſecarem venam, ſed abſterſoriis clyſteribus, & temperantibus inclinationem naturæ fouerem, & idem idoneis potionibus conſulo faciendum ſi vrgeret ſitis, & incendium

C
febrile, quibus etiam motibus conuulſiuis, peruigilio, & irritationi naturæ ſuccurrimus, hebetata acrimoniâ vaporum, & materiæ ex qua eleuantur. Capiti, & collo applicandum eſſe commune oxyrrhodinum, clarum eſt, & omni ingenio reuulſionum remorandus impetus ſuccorum in cerebrum, & conciliandus ſomnus. Quod intelligas velim, ſi ſola febris putrida detur; nam ſi alius eſſet affectus, venam ſecare ob periculum petens ex brachiis, temnenda eſt moderata fluxio, ſi vires conſtent, & vena ſecanda, minùs tamen, quàm ſi diarrhæa non eſſet, de qua complicatione latiùs egimus in curatione Sileni.

Maius dubium eſt, quid die tertia imperandum eſſet, in qua caput, & labium tremuerunt, rigor afflixit,

D
conuulſiones moleſtarunt, & delirauit in omnibus cum acuta febre: magna quidem, & inſolens turbatio naturæ, totum corpus, & viſcera commouendo, & mirabilius hoc, ſi durante diarrhæa, tot euenerunt ſymptomata. Inſinuaui antea fuiſſe illam perturbationem criticam, potius quàm prauum morem morbi, tentauitque natura, quod non potuit perficere ſenſibiliter, profuit nihilominus ob inſenſibilem reſolutionem, quando ſubtilius eſt, quod irritat, & corpus denſatum non eſt, fuiſſeque criticam commotionem cum inſenſibili euacuatione, indicauit planè quies quarti diei; cum moderato ſomno, & leuiori, aut nullo delirio, obloquebatur ſolùm. Narrat Hippocrates cùm die tertia deliraſſet in omnibus, delirium propriiſſimum per-

E
turbationis criticæ, quæ ſine magna ſimulachrorum propoſitione, quando mentem turbat, fieri nequit, & errat circa omnia obiecta à procella phantaſmatum propoſita. Bis ſimile infortunium ſymptomatum in duabus fœminis hactenus expertus ſum, & quælibet cum ſummo periculo. Remedium fuit cucurbitulis multis, ab his laxatione totius dorſi, & partium inferiorum oleis idoneis, cum prolixa fricatione linteo calido poros ambitus recludere, vt laxatis partibus non reſiſterent receptioni excrementorum quæ per illam regionem natura ſollicita ſalutis pellere deſiderabat, dedique finita fricatione, potionem ſudorificam, & citato relatis auxiliis ſudore abundante, quieuerunt ſymptomata, & tandem mortis periculum fugerunt, etſi vna illarum, non ſolùm motibus conuulſiuis pertinacibus ſatis, & validis torqueretur, ſed inuoluta etiam

erant cum illis epileptica ſymptomata cum leuibus
deliriis; alia verò delirauit nunquam; verùm conuul-
ſionum rebellio pertinacià ſic torquebat cum cordis
anguſtia, vt parum deficeret, vt deficeret illa, ſuperue-
niente ſyncope iamiam imminente, ſcimus enim (ſi
Galeno danda fides) rigores, motus conuulſiuos, &
tremulos fieri, quando natura extra corpus pellere cu-
pit, ſuntque iam excrementa excreta extra vaſa, & à
rigoribus, & conuulſiuis motibus ſudores ſuperuenire,
frequentiſſimum eſt, vt die ſeptima Cherioni contigit,
eum tanto commodo, vt intermitteret febris: remedia
verò relata conferunt trahendo ad cutem, quæ expul-
trix inclinabat ad illam, non poterat tamen, aut quia
cutis erat obſtructa in vaſis minoribus, aut denſata, aut
robuſtior partibus per quas à vaſis maioribus excre-
menta ſeminabantur, aut ſeminata craſſiora erant, oſ-
culis vltimis vaſorum improportionata, contra quæ
obſtacula pugnant egregiè relata remedia, & lapſæ iam
expultrici in tanto labore, trahendo ad locum in quem
cauſam morbi illa dirigebat, opus inceptum ab omni-
bus abſoluitur.

Nec te lateat, quod in ipſa concuſſione, & rigori-
bus, & motibus conuulſiuis ob tantam moleſtiam
aſtringitur natura, vt in omni dolore, vt ipſa expulſio-
ne quam tentat ad extra mediis rigoribus, & conuul-
ſionibus, vias per quas pellere cupit, claudat protervè:
ob moleſtiam, dolorem, triſtitiam, & metum, ſicque
vias illas occluſas inueniens, turget intus cum gran-
di periculo reiiciendi, quæ extra non poteſt, in par-
tem internam, quæ ſi debilis, & nobilis ſit, aut peri-
clitabitur ſubitò, aut ſi non ſubitò, irremediabiliter, &
ideò neceſſe eſt in tanto conflictu conuocare ad am-
bitum, quæ intus concluſa, & contraria, ignorant viam
idoneam intentæ ſaluti.

Si verò ſymptomatum tam periculoſus cumulus
detur, ſimul cum alui fluxu conſiderabili, qui nullo
modo grauitatem, & periculum illorum moderetur,
funeſtus eſt caſus, ob id, quæ diximus imperanda ſunt,
& ſudor efficaciùs mouendus; ſed cucurbitæ nunquam
partibus ſuperioribus applicandæ ſunt, ſed inferiori-
bus ſolum, & ibi permanentibus, laxabitur cutis inun-
ctionibus, & fricationibus, & potu ſudores mouente,
quæ ſi non proſint, inexcuſabilis eſt cucurbitarum
ſcarificatio in ſuris, aut naribus, & rurſus potum ſu-
durificum reiterare, ſi non repeſcant ſymptomata:
tariſſimum verò non ſudare à prima auxiliorum exe-
cutione, ſi rigor criticus ſit, quia eſt caſus à rigore vi-
cinus, & proprius; & quod humor per corporis ambi-
tum diſtributus iam ſit, & extra vaſa inquietiſſimus,
cui nec expurgatio, nec ſectio venæ auxiliati securè,
& cum certitudine poſſunt, quia iam tertiam regio-
nem occupat, ſicque ſecurius, & certius remedium, cu-
curbitas in dorſo rurſus ſcarificare poſt primas infer-
nas, dummodo ſine ſiccis infernæ non ſint, dum ſca-
rificantur ſupernæ; & hoc totum conſulendum ſolùm
eſt, quando ex perſeuerantia ſymptomatum, & ægri
afflictione, titubantem, & hæſitabundam naturam ag-
noſcas, velut cæcam iam morbi oppreſſione, & acci-
dentium cohorte vacillantem, viamque ſaluti ido-
neam perquirentem; præcaueréque debes ſollicitè ne
ipſa fatigata lethalem decubitum eligat.

Ab his ſperandum erat iudicium naturæ per ean-
dem regionem, in quinta, aut in ſeptima, quia ſemper
perſeuerarunt ſimilia ſigna, vt verè contigit in ſepti-
ma, copioſo excitato ſudore, à quo intermiſit febris, &
nona rediit, ſed leuior vſque ad decimam quartam, in
qua narrat acutè febricitaſſe, tacendo, quæ à nona vſ-
que ad decimamquartam euenerunt, vt meritò ſuſpi-
cetur Mercurialis illis diebus febrem leuiorem ſine
grauibus accidentibus fuiſſe & meo iudicio in illis die-
bus ſanguis mittendus erat, ſi diarrhœa conſiderabilis
non erat, nam in ſequentibus diebus auxiliis maiori-

A bus locus non erat, fuerunt enim tres decretorij, in
duobus ſudando, in alio copioſè vomendo, & vrina co-
pioſa in vltimis ſine alia euacuatione ſenſibili fuit,
morbuſque ſine metu recidiuæ euanuit.

Duo in hac narratione notanda: primum, quòd
largiùs potantes, & comedentes, in omnibus regioni-
bus corporis varia excrementa accumulant, & fraudu-
lentos morbos per conſequens creant, & recidiuis op-
portuniſſimos, & indigentes diuerſiſſimis criſibus, vt
eradicentur securè. Sic Cherion rigoribus, conuulſio-
nibus, vomitibus, diarrhæa importuna, ſudoribus ſæpè
inundantibus illum, & lotio largiori indiguit, vt cum
periculo tot iudicationum periculum fugeret, præſer-
tim ſi lurcones, & bibuli, pigri ſimul ſint, vt ſunt ferè
ſemper, quia vitia illa nil aliud ſunt, quàm viuacitatis
B marcor, & mors, & omnium facultatum paralyticus
torpor. Ignorant quidem ſummi noſtri Dictatoris ora-
culum; *Exercitatio ſalutaris, non ſatiari cibis, eſſe ad labo-
res impigrum*; & omnia fuiſſet amplexus exactos; *Exer-
citatio ſalutaris, & vbertas ſecura, non ſatiari cibis, eſſe ad
labores impigrum*; Nam vt Galenus admonuit, oraculum
hoc religioſè obſeruantes, ſola mors naturalis, non
alius morbus inuenit.

Secundum eſt, morbum Cherionis fuiſſe Hippocra-
ti exemplum, vt morbos palumbulos, ſeu doloſus no-
bis exponeret 6. *epid.* 6. *ſect.* *text.* 15. dicendo; *In morbis
doloſis mutationes vtiles ſunt, his mutare ad decentia, ante-
quam euadant deteriores, vt Cherioni*. Quæ ſententia ple-
niùs legitur in quodam Gal. fragmento, vbi ſic habet;
C *In morbis, qui palumbuli ſunt, mutationes proſunt, mutatio
autem ad id quod decet prius quàm malè afficiantur, facien-
da eſt, vt Cherioni contigit, cui irritata ſunt, ex quibus ſau-
cium exaſperationes oriebantur*. Morbi doloſi ſunt (inquit
Valleſius) qui cùm videantur eſſe ſedari, aut etiam ſo-
luti redeunt, præcipuè ſi id ſæpè fiat, vt accidit Cherio-
ni. Galenus vero non accommodat conſilium Hippo-
cratis omnibus morbis recidiuantibus, vt fecit Valle-
ſius, ſed malignis ſolùm, qui etſi tales ſint, falſam ſpe-
ciem, ſeu doloſam ſecuritatis præbendo, maligni ſunt
intus, & in ſua malignitate perſiſtunt. Palumbulus ho-
mo (inquit Galenus) eſt doloſus, qui aliud loquitur,
aliud ſentit, & qui facilè ſententiam mutat, eiuſmodi
D quoque morbus appellatur, qui ſpeciem ille quidem
facit leuationis, ſed tamen intus malignus eſt. In hoc
itaque genere morborum facienda mutatio eſt; ſed
quæ mutatio; Valleſius interpretatur, vt fiat ſecundum
locum, velut ſi fortè Cherionem iter agentem in di-
uerſorio febris corripuiſſet, fuiſſet ſanè ſatius in domo
ſua ipſi ægrotare, atque ita in domum mutari decens;
non fuiſſet autem expediens id facere, dum febris erat
vehemens, & dolor capitis maximus, nec poterat dor-
mire, & conuulſionibus tentabatur, & delirabat, eſſet
autem faciendum die octaua, aut ſeptima, mox ac ſo-
luta eſſet febris, nec expectandum donec die nona re-
diret.

Galenus verò de remediis mutationem faciendam
E exponit, non quantum ad ſpeciem, ſed ad copiam, aut
fortitudinem maiorem, non (inquit) commutandum
in contraria, vt à calidis auxiliis ad frigida veniamus,
ſed copia, & vis mutanda, ſic vt à calido ad calidius
proficiſcamur. Idem exemplum in victus mutatione
dat, quando morbus ſolutus videtur, & Medicus cibum
pleniorem conſulit, rediente verò rurſus morbo ad
tenuiorem cibum mutatio facienda eſt.

Nulla expoſitio mihi probatur, & minùs placet ex-
plicatio Valleſij, nam de loci mutatione iam Hippo-
crates præceptum antea tradiderat, dicendo, in morbis
longis terram mutare oportet: & explicatio Valleſij
non poteſt accommodari ſenſui verborum textus, qui
clarè docet, mutationes faciendas eſſe eo quòd morbi
doloſi ſint, ſine conſideratione loci in quo æger febrici-
tare cœpit. Quæ quæſo fallacia, aut proditio in mor-
bum

bum refundi debet, propterea quod æger in loco non ita accommodatò infirmare cœperit? Poterit quidem morbus ſaluberrimus fieri periculoſus ob hoc infortunium, ſed hoc non eſt eſſe morbum doloſum ex ſe, ſed talis periculi, ob loci incommoditatem, aut diſtemperiem, aut alia plura poſſibilia, & idoneæ curationi obſtantia. Doctrina itaque Hippocratis, fallaciæ, & proditioni morborum ex ſe accommodari debet in quocumque loco ægros prehendant.

Nec Galeni expoſitio ſatisfacit, non enim reddit rationem idoneam, cur in morbis doloſis, intenſiora remedia, quàm priùs, ſint imperanda? Contrarium enim videtur experimentis conſonum, cùm maligni morbi doloſi ferè ſemper appareant, quia remiſſi ſint, vt ſunt ferè ſemper, grauiter nihilominus lædant; in quibus ſi remiſſi ſunt, amethodum, & irrationale eſſet priora remedia intendere, nam remiſſo morbo, non conueniunt intenſa, nedum intenſiora prioribus: & exemplum mutationis victus alieniſſimum à veritate textus eſt, quia morbus meo iudicio non appellatur doloſus quia recidiuet, ſed ob aliam diuerſam rationem; & exemplum Galeni conuincit ipſum Galenum, nam ſi morbus doloſus dicitur, quia Cherionem priùs ſuffocare tentabat, & ceſſante ſuffocatione redire conſueuit, aut rediit, non diceret Hippocrates conſentanea præcipiendo, quod in morbis doloſis fiant mutationes. ſed contrarium conſulere debebat, dicendo. *In morbis doloſis, quia redire ſolent, non mutes tenuem rationem victus in craſſam, ſed in tenui perſeuera, quia morbus palumbulus eſt, & recid nare ſolet*; eritque certior recidiua, ſi dum intermittit, craſſum cibum conſulas, & dum conſulit Hippocrates mutationes diuerſas in plurali, non de locali mutatione loqui potuit, ſed de auxiliis diuerſis, quibus morbi doloſi ſæpè vt ſuperentur, indigent, & exemplum in Cherione id ſuadet; fuit enim acutiſſimè afflictus, & in illo loci mutatio locum non habet, illa præcipuè à Valleſio inſinuata in iter agentibus. & in diuerſorio, capitis à primo morbi inſultu, nam ſi Cherion loci mutationem ferre poſſet, meliùs eſſet non dubiè, ſtatim primo die mutari, antequam morbus deterior euaderet, & cœpta eius medela fuiſſet, quàm die octaua, in qua non poterat non eſſe periculoſiſſimum, locum mutare, præcipuè in morbo euidenter reuerſuro; & ſi mutatus periclitaretur (vt potuit) inexcuſabili calumniæ vulgi Medicus ſe exponebat, vt reus mortis, quia mutatio (clamarent) fuit mortis occaſio, quia in primo loco ſeptima iudicatus, erat iam ſine febre, quod clarè oſtendebat locum non fuiſſe tam aduerſum morbo, ſi in illo criſis ſeptimi diei cum acuta febre, rigore, & ſudore copioſo febrem fugauit, à qua calamitate non potuit non eſſe debiliſſimus, & cum magno periculo in ſuum oppidum mutari die ſeptima, mox à ſudore tam magno, aut die immediato, vt docet Valleſius.

Sequenda mihi videtur tranſlatio huius textus, quæ non legit in morbis doloſis; ſed, *in recidiuis mutationes proſunt, iis tranſmutare oportet ad ea quæ conueniunt, antequam malè afficiantur, veluti Cherioni*: quaſi diceret, ſi morbus ſæpè recidiuat, non curatur adæquatè, vt decet, alioqui non recidiuaret: mutanda ergo remedia ſunt, quæ non ſolùm intermittere faciant, ſed quæ penitus extirpent morbum rebellem; nam quod iuxta eius ideam idoneè curetur, ſuadet morbi intermiſſio, non enim ceſſaret ſi malè fuiſſet inſtituta medela; ergo ſi ſæpè reuiuiſcit, non fuit tota mali radix, & origo eradicata, ſed aliquid auferendum ſupereſt, quod ſenſim humores inficiens recidiuare cogit: hoc tene, ſi recidiua non ſuperueniat ob errorem in victu, aut alia externa occaſione, aut cauſa procatartica. Hinc cenſeo morbos recidiuantes non poſſe appellari doloſos in rigore; quia ſemper relinquunt ſigna recidiuæ ſi tales ſunt ex ſe, vt ex Hippocrate antea docui; nam

A ſi ſigna recidiuæ publicat, nō decipit quādo reuertitur, ſed veridicus eſt, quia ſtetit promiſſis, nec vt doloſus fefellit, ſed operatur, quod dixit. Nec lateat, quod verba vltima in tranſlatione Galeni, ſint extra rem, nec legi debeant copulata prioribus, ſed ſeorſim, & vt vnica ſolùm, vt habetur in aliis codicibus; ſenſumque improprijſſimum, ne dicam erroneum, prioribus copulata reddere, & legendum, ſi copularentur, *vt Cherioni contigit, cui mutata ſunt, ex quibus faucium exaſperationes oriebantur*. Errauit ergo Paſſarius, aut copulando illa, aut pro *mutata*, vertendo *irritata*. Diſplicet etiam Valleſius ſi cenſet morbum Cherionis fuiſſe vt doloſum ab Hippocrate traditum, contrarium

B enim cenſeo, fuiſſe, nimirum morbo aliquo recidiuante ſæpius oppreſſum, & quia non fuerunt mutata (vt ille conſuluit) auxilia, vt penitus extirparetur, cecidiſſe in morbum tam grauem, vt ibi depinxit, & ideò dixiſſe mutationes eſſe faciendas antequàm malè, hoc eſt, periculosè afficiantur.

HISTORIA FILIÆ. Eurianactis.

C *Eurianactis filiam Virginem febris magna cœpit, erat autem ſine ſiti perpetuò, cibos non accipiebat, ab aluo pauca exibant, vrina tenues, pauca, non boni coloris, inchoante autem febre, dolebat circa ſedem, in die ſexta ſine febre erat, non ſudauit, iudicata eſt, quod autem erat circa ſedem, ſuppuratum eſt mediocrè. ruptum eſt cum iudicatione, poſt iudicationem verò in ſeptima riguit, parum ſupercalefacta eſt, ſudauit: poſt iudicationem verò octauâ riguit non multùm, in poſtremam autem extrema frigida ſemper, circa decimam poſt ſudorem*

D *delirauit, & rurſum citò ad mentem reuerſa eſt: dicebant autem poſtquam guſtaſſet racemum, hæc pati, intermittens verò duodecima rurſus multùm delirauit, aluus turbata eſt, biliosis, paucis, & ſynceris, tenuibus, mordacibus, ſæpè ſurgebat; die ſeptimo à quo poſtremum deliraſſet, deceſſit. Huic ab initio morbi fauces dolebant, ſemperque rubebant, gurgulio retractus, diſtillationes multa, parua, tenues, acres, tuſsiit, concoctum nihil excreuit, quoſvis cibos toto tempore faſtidiuit, nec appetiuit quicquam, non*

E *ſitiit, & nihil effatu dignum bibebat, tacita erat, nihil loquebatur, mœſta, animum deſpondebat, erat autem, & natiuum quoddam tabidum.*

INtegram narrationem ſine dierum diuiſione, vt ante conſueuetam, tranſtoli, quia vt reor, ab vltimis verbis incipere erat meliùs, continent enim occaſionem tam pernicioſi, & lethalis morbi; fuit verò diſtillatio illa fera ex capite in fauces, cum dolore rubentes aſſiduè, à qua etiam gorgulio turgidos ſimul, & ſiccus conuulſus apparebat, & retractus; erat verò quod ex cerebro in relatas partes deſcendebat, pernicioſiſſimum, quia in minima quantitate ſic expultricem moleſtabat, vt dignum conſideratione accumulari non ſuſtinens,

creberrima irritatione fauces lancinabat, quia per minimas particulas fauces irrigando, rubebant ſemper, & diſtillationes erant multæ, paruæ, tenues, & totum hoc ex acrimonia, & tenuitate pendebat, nihilque ob id concoctum excreuit; quia moleſtia erat tanta, & tam continua, & quod cadebat tam tenue, vt acrimonia intempeſtiuè expultricem deprauando retineri, vt concoqueretur non permittebat. & quia tenue, & ſine lentore, pellebatur facillimè, & fortaſſis erat incoctile, quia ſeroſum, & malignum, vt iam audies.

Erat Virgo hæc melancholica, atrabiliaria, quia tacita, & nihil loquebatur, mœſta, animum velut deſperata deſpondens: talis verò temperies ſanguinem ichoroſum creat, & grauiſſimi ſeri, vt teſtatur Galenus *6. epid. com. 2. text. 38.* in quo ſic ſcriptum reliquit Hippocrates; *de ſanguine ichoroïdè, qui in pauidis talis, aut in vigilantibus, eſt ſiue bonus, ſiue malus.* Galenus expoſitur dicit, per ichoroïdem ſanguinem intelligendum eſſe, non aqueum, & crudum, ſed eum qui venenoſa aliqua, & maligna facultate præditus ſit, & confirmat alio teſtimonio Hippocratis, & etiam Platonis auctoritate *in Timeo*, dicentis, *quod ſerum ſanguinis, ſeu ichor mitis eſt, nigra verò bilis, & acida ferus*: quorum doctrinà concludit Galenus, quod ſanguis ichoroïdes vocatur, continens in ſe prauam ac tenuem humiditatem, non aqueam, & morſu carentem, ſed mordacem, & erodentem, & inferiùs ſcripſit, quod erit infeſtiſſimum ſerum atræ bilis, minùs infeſtum flauæ, & minus, quàm hoc, pituitæ, ſed omnium mitiſſimum eſt ſanguinis ſerum, & ichor. Atrabiliariæ ergo naturæ erat, quod cerebrum in ſubiectas partes diſtillabat, & calore, & ſiccitate diſtemperabat cum notabili rubore, & incendio partes affectas, viſui conſpicuas: & quia plures erant diſtillationes, vt narrat Hippocrates, non ſolùm patiebantur partes viſui conſpicuæ, ſed in opinione Galeni etiam pulmones, & partes carnoſæ, etiam in mea, vt non dubitem abſceſſum illum ſedis ex fluxione à cerebro ortum fuiſſe, nam inchoante morbo, plenitudo erat maior, & ſic per partes diuerſas ſeminauit cerebrum excrementorum copiam; nulla enim ſecura eſt quando plenum excrementis diſtillat. Audi Galenum *6. aphoriſm. text. 2.* dicentem. *Si ſuperfluitas cerebri ad inferiora per palatum deſcendat, partes ſubiectæ offenduntur, fauces, guttur, aſpera arteria, pulmo, gula, ventriculus, tuſſeſque ita in ipſis fiunt, & difficiles anhelitus, & anginas, cruditateſque, & ventris profluuium eſt neceſſarium*: & Valleſius tam inſolentem ciborum, & potus inappetentiam, in fluxionis malignitatem lædentem ventriculum, mortificantem reduxit, ſicut & diarrhæam141 bilioſam, & minutam. Hippocrates ſeptem fluxiones numerando ex capite in diuerſas partes ſcripſit. *Si per palatum in guttur multa fluxio contingat, vt plurimum morbi tabiſ oriuntur, replentur enim pulmones pituita*; & inferiùs; *Alius morbus oritur ex defluxione capitis per venas in ſpinalem medullam, inde autem in os ſacrum impetum facit, quò medulla ipſa fluxionem perducit, & in coxendicum acetabula, ſiue iuncturas deponit.* Conſtat verò quod etiam ad ſedem fluere poterit, ſicque abſceſſum ibi creauit, qui breui ſuppuratus fuit, & benè, quia non ſolùm ſerum, ſed ſanguis vnà cum illo confluxit, dicente Hippocrate, quod etiam per venas deſcendere ſolet ex capite excrementoſa fluxio, verba ſunt: *Et alia per venas in ſpinalem medullam, & in ſanguinem; hæc verò quæ cum ſanguine confluit, eſt quæ ſuppuratur facilè, quia calida, & ob cruoris miſcellam benignior, & in loco calido ſede nimirum.* Fluxio ergo per venas deriuata, duplicem febrem creauit, ſymptomaticam vnam ab aſcenſu pendentem, aliam febrem, morbum ſuccis vaſorum communicatorum contagium, erat enim prauum, & corruptiuum à cerebro miſſum, & tam prauum in doctrina Valleſij, quod cadendo per gulam in ventriculum, appetitum totum omnium ciborum, & potus obliterauit, inducto ſphacelo, & mortificato ventriculo, vt verè diceres, fuiſſe venenum putrefactum. Nemo Expoſitorum notauit febrem huius virginis fuiſſe erraticam, non enim habuit periodos certas, quia cerebrum, quod erat pars mittens, non mittebat cum ordine, nec ſemper per eaſdem vias, ſunt enim variæ per quas ſe exonerat, vt *lib. de glandulis* docuit ſummus Dictator, Sic die ſexta fuit ſine febre, abſque vllo rigore, ſudore, aut alio abſceſſu, aut euacuatione ſenſibili, quia illa die, aut non miſit aliquid, aut in partem in qua febris excitari non potuit; in ſeptima verò, & octaua riguit, & ſudauit cum leui febricula, non enim mittebat in locum determinatum, ſed per vaſa, & carnes diſtribuebat indiffereoter; & quia non accumulabatur totum in determinato, & certo putredinis foco, erat potius ſupercalefactio, quàm febris intenſa. Sudauit verò ſeptima, octaua riguit ſine ſudore, decima ſine rigore ſudauit, à quo iudicio delirauit, ſed citò recuperauit mentem, mutationes certè malignæ; rigere enim ſine ſudore lapſum expultricis, & extinctionem caloris vitalis ſignificat, illius, quia ad corporis ſuperficiem non potuit excrementa reiicere, & huius, quia non potuit materiam, etſi tenuem ita calefacere, & extenuare, vt in vaporem mutata, eſſet idonea ſudoris materia, ipſa enim (quia ſeroſa, & tenuis) erat tali permutationi aptiſſima, fuitque præſagium mortalis ſigni superuenientis, non ſudaſſe, frigoris nempè extremorum, extincto iam ferè vitali calido, vnde cenſeo ſudorem decimi diei frigidum fuiſſe, & iam deſperatam putandam Virginem illam velut lypiticam, non quia inflammata, ſed quia extincta ferè, ob paupertatem vitalis caloris, cuius inopia mors eſt.

Cùm febris vndecima intermiſiſſet, duodecima iterum multum delirauit; nec refert Hippocrates ſi rurſus incaluit. Dubium eſt ſi vſque ad decimam nonam, in qua debitum ſoluit, febricitauit? Mercurialis putat à duodecima factam fuiſſe phreniticam verè; Valleſius tabe conſumptam fuiſſe ſtatuit; Galenus verò diſtillationem accuſat, cum qua cohærebat naturalis facultatis extinctio, & in fine expoſitionis ſic exſcripſit; quandoquidem mortem diſtillatio à capite attulit, & natiuū tabidum: opinio Mercurialis minùs mihi probatur. Imò cenſeo à duodecima non deliraſſe, nunquam enim tacuit ſymptoma tam funeſtum Hippocrates; & verba textus ſic innuunt; *Die ſeptimo à quo poſtremum deliraſſet, deceſſit*; velut ſi diceret, die ſeptimo poſt duodecimum à quo poſtea nunquam delirauit, mortua eſt, & ratio eſt euidens, quia phrenitis vera nunquam datur ſine delirio; & ſi phrenitide mortua fuit, non datur locus locutioni Hippocratis dicentis, *die ſeptimo à quo poſtremum deliraſſet, mortua eſt*; quia ſi phrenitica mortua fuit, non habuit diem poſtremum delirij, à quo ſupputatio ſeptimi fieri poſſet. Accedit quod mulier phrenitica verè, & tam extincta, vt apparuit à die octaua, non poterat cerebro deſidere, ſed taliter affecti ſordidiſſimi fiunt, in lectulo ſtercora deponentes, & mictionibus ſeipſos inficientes: virgo verò, è lecto ſurgebat quando irritabatur, ſicque dolorem ſentiendo, vt ſurgeret, conſtabat clarè conſtare mente, & vt rationalem operari.

Probabilius mihi videtur, extinctam periiſſe, & cum febre lenta, aut nulla, vt pereunt tabidi, & extincti: tabem dico extenuationem ex morbo, & tam inſolenti inedia contractam, non ex pulmonibus vlceratis, nec obſtructis, vt ſuffocantur ortophinici, vt malè Galenus cenſuit, vt dubitem ſi ſilentium eſt loquelæ defectus, erat potius impotentia quædam mouendi inſtrumenta, quàm erronea apprehenſio tacendi, & non reſpondendi quæſitis; nam hoc verum eſſe delirium ex melancholia ortum, nec de hoc loquutus fuit contra Mercurialem, ſed de cauſato à febre illa erratica, intermittente, & redeunte, vt narrat hiſtoria, quæ tam oſci-

tanter

tanter relata fuit ab Hippocrate, vt dubitem ſi illius fuerit verus ſcriptor, non referens ſi dormiebat, ſi ſudores erant calidi, aut frigidi, & totius, vel partium certarum, ſi ex diſtillatione reſpirabat difficilè, aut non, & ſi die duodecima, in qua multùm delirauit, redit febris, ſi erat menſtruata vt debebat, aut in ætate menſtruis inepta; ex relatione enim ſuſpicor ſtolidam natiuam potiùs fuiſſe, & cerebri diſtemperatiſſimi, ſiccitate, & calore ſanguinem ichoroïdem reddentibus, & malignum, & debiliſſimum cerebrum, eratque ſanguis creationi ſpirituum ineptiſſimus, & qui creabantur, intemperatiſſimi erant & remiſſè illuſtrantes, quorum defectus, & remiſſa illuſtratio in cauſa eſt ingentis mæroris, & deſperationis animi; & nihil ſic affectis placet, & omnia abominantur, ingens enim triſtitia omnem aliam ſenſationem ſuſpendit, & hebetat, vt omnis vehemens contemplatio, tollit aliorum obiectorum conceptionem, dicente Galeno, triſtes non appetere, & in triſtitia moueri excrementa ad cor, & ventriculum, quæ cùm in hac virgine tam peſtifera eſſent, abominationem tam inſolentem ciborum, & potus induxit, putrida enim, & amara ſtrenue lædunt ventriculum, & ſi iis addas ſpirituum vitalium, & animalium paupertatem, ſine quibus ſenſatio (vt nec aliud opus) celebrari poteſt, inuenies cauſam certiorem tantæ inappetentiæ, nec ad corruptionem, & ſphacelum ventriculi, vt Valleſius, & omnes, confugies, qui à primo morbi inſultu tam impoſſibilis mihi videtur, ſi quid aliud, quia fauces, & gurgulio à morbi principio maligna illa fluxione cruciabantur, & nulla exulcera, aut ſphaceli initium in illis apparuit. Nec facilè credam, quod omnes extra dubium admittunt, fluxionem cerebri per palatum ad æſophagum, & ventriculum deriuari, nobis nolentibus, ſi deglutio libera eſt, vt eſt reuerà. Erat ergo virgo hæc naturali diſpoſitione tabida, malignum ſanguinem generans, diſtemperatiſſimi cerebri, & cordis, & tam parata ad ægrotandum malignè, quod ſola vuarum deglutio ſatis fuit vt morbus tam peſſimus crearetur, & fortaſſis tam inappetens iam erat aliorum ciborum, quod debilitas vitium ipſam coëgerit racemum auidè comedere, quod cum alimentum prauum non ſit, & tam vehementer læſerit, publicat ſatis peſſimam diſpoſitionem huius virginis ad ægrotandum malignè, etſi cauſa ægrotandi maligna non eſſet.

Mirabile eſt, quod diem decimam nonam vita huius virginis attingeret, ſine cibo vllo, & tam pauciſſimo potu, vt narrat Hippocrates, præcipuè ſudando, delirando, & crebro à lectulo ſurgendo, ad deponenda alui excrementa, quæ omnia virtutem exoluunt, & præſertim ſuperflua vigilia delirantibus, & crebrò deiicientibus inexcuſabilis, hoc enim Hippocrati refragatur, *libro de carnibus* probanti hominis vitam ſeptem dierum eſſe, nam ſi quis (inquit) in ſeptem diebus nihil edere, aut bibere velit, plerique quidem in ipſis moriuntur, ſunt autem qui ipſos transmittunt, & tamen moriuntur. Scire libet, per inediam vitam deficere ob ſpirituum defectum: deficiunt verò, non ob defectum ſanguinis; plurimus enim in talibus iam mortuis inuenitur, pereunt igitur, quia ſpiritus non generantur ex toto ſanguine, ſed ex parte pituitoſa, pingui, & aërea illius; vt & hæc deficit, deficiunt ſpiritus: deficit illa, quia reſolubilis nimis, & ſic priùs abſumitur craſſiori parte cruoris, quæ etſi poſt inediam permaneat non impedit interitum, quia inepta vt ex illa inſtaurentur ſpiritus, & quia iſti ſunt etiam diſſipabiles nimis. Deficiunt etiam ſimul cum ſpirituoſa ſanguinis parte, vt materia, & efficiens vnà euaneſcant, & euolent; indicium eſt languor omnium virtutum ab inedia ſtatim ſentitus, quando ſanguinis copia magna datur, & ſi rationabilis ſit, priùs deficere ſpiritus, & plus eorum reſolui quàm partis

A ſpirituoſæ cruoris. Galenus *lib. de marcore, capite 5.* ſic loquitur; *Moriuntur enim poſt inedias non tam ob alimenti corporum ſolidorum, quàm ob ſpiritus inopiam; quemadmodum qui iugulantur.* Durant igitur quandiu durat ſpirituum quantitas; & copia cum qua cor poteſt pulſare, vt eodem cap. Galenus, docet; iis verbis; *Nam is eſt vitæ finis, ipſa nimirum cordis ab actione ceſſatio, quandiu enim cor ſecundùm propriam ſui ipſius actionem mouetur, fieri nequit vt animal moriatur.* Virgo ergo illa non reſoluebatur tam celeriter, vt non poſſet vſque ad decimam nonam cor pulſare; aut quia, etſi pauciſſimum, comedebat aliquid, & bibebat etiam, potuitque eſſe potus alimentoſus, vt fortè cereuiſia,
B aut alius id genus. Accedit quod erat melancholica nimis, tales verò reſoluuntur difficillimè ſi verè tales ſunt, quia corpora ſunt denſiſſima, ſiccitate, & aſtrictione ſucci melancholici, & hic humor ſiccus, & frigidus, reſolutioni obſtat duplici qualitate, quia ſiccitas aut non eſt actiua, aut remiſsè ſatis, & ſic operatur, denſat, & vrit, & minimè diſſipat. Frigus verò clarum eſt tam aduerſum eſſe reſolutioni, vt contrarium affectum ſemper procuret, & faciat. Hinc Sennertus tractatu mirabili de longa inedia, eam ferre docet temperiem melancholicam, etſi rationes à nobis adductas non tradat; & vt reor, erat virgo illa cordis ſicciſſimi, & frigidi, quia habebat natiuum tabidum temperamentum, & formationem etiam, quæ
C ſine anguſtia morboſa thoracis non dantur; anguſtia verò, calorem debilem dilatare non potentem, & rebellem ſiccamque materiam extinctioni reluctantem arguit, ſicque reſolui facilè non poterat ob dicta: iuuabant verò tantam durationem non parum, tanta quies, ſermonis defectus, taciturnitas mira, & ſilentium, cum deſperatione ſeipſam vniens, velut fugiens omnia, ſicque in ſumma quiete ſe continens, ſeruabat ſeipſam, velut ſi legiſſet, quod vbi fames eſt, non eſt laborandum.

Cenſeo igitur fuiſſe virginem illam de quibus Hippocrates locutus fuit proprio libello de morbis virginum, & incidiſſe in tam deſperatum malum, quando menſtrua tenebantur iam fluere, & non poterant.
D Quam occaſionem, & eius effectus ſic deſcripſit. *Cum igitur oſculum exitus non fuerit apertum, ſanguis autem ampliùs influxerit propter cibos, & corporis augmentum, tunc ſanguis non habens effluxum præ multitudine, reſilit ad cor, & ad ſeptum tranſuerſum. Cum igitur hæc repleta fuerint, cor fatuum fit, deinde ex fatuitate torpedo, poſtea ex torpedine delirium apprehendit.* Et inferiùs: *Aut ex corde, & ſepto tranſuerſo tardè refluit, venæ enim obliquæ ſunt, & locus periculoſus, & ad delirium, & inſaniam paratus; cùm enim hæ partes repletæ fuerint, & horror cum febre ingruit; erroneas febres appellant, iis autem ſic habentibus, præ acuta quidem inflammatione inſanit, præ putredine verò clamat, præ caliginoſitate autem timet, ac formidat, præ compreſſione verò circa cor, ſtrangulationes parat,*
E *præ ſanguinis autem malitia, animus mærens, ac anxius malum attrahit, ſed & aliud horribiliter compellit, & in puteum praſilire, & incidere iubet, & ſtrangulari, tanquam meliora ſint hæc, & omnem vitæ vtilitatem excedentia.* Hæc Hippocrates. Quæ ferè omnia huic virgini acciderunt, ſi clamare excipias, niſi loco huius ſymptomatis, ſuſpiria melancholica, & triſtia putredinem iuxta cor ſtabulari declararent, aut vt putat Hippocrates, illud ſeplerent. Deduces verò ex relato teſtimonio, quod ex ſola debilitate delirium ſæpè creetur, vt docui tractatu noſtro de deliriis, nam cordis torpedo vt cauſa delirandi ab Hippocrate traditur, eſt verò torpedo, debilitatis proprium & inſeparabile ſymptoma.

Curatio.

Curatio.

IN victus inſtitutione bifariam peccant Mercurialis, & Phrigius, & quia tenuem conſulunt in morbo decimam nonam diem attingente, cum diſtillatione tenui, & acuta, & ſalſa, quæ inedia, aut victu tenui exaſperatur, & mordacior redditur; & humorum corruptelam tam inſignem contemperatione ciborum moderandam eſſe Galenus docet 11. *aphoriſm.* 1. iis verbis: *Si verò cum humorum defectu vel corruptione vires validæ fuerint, tunc multos cibos, atque multoties, iis qui ita laborant, dabimus; vtpote multos exigente diſpoſitione, & natura robuſta potente illos ſuperare.* Et ſuprà dixerat, quod ſi vires ſint debiles cum humorum corruptela, aut defectu, dandum ſit alimentum paruum, & ſæpe, quia inanitio exigit adiectionem, corruptio contemperamentum. Secundum peccatum eſt, non imperaſſe virium reſtaurationem per infuſa, & clyſteres nutrientes, per odorata ex cibis nutrientibus; & in mea opinione in tanto cibi faſtidio, lac darem, ſi aſininum ſumeretur, aut caprinum ſecundo loco; nam in mordaci, & ſalſa diſtillatione conferunt, & ſuauiſſimus, & gratus cibus cùm ſit, extenuationi, & tabitudini vtiliſſimus eſt, & febri opitulatur, præſertim ſi ex ſuccis vſtis & melancholicis pendet, quando in pleuritide melancholica lac aſininum Auicenna commendat, & Cardanus in qualibet febre putrida dari poſſe ſuadet; eſt enim cibus humidus, & frigidus, deterſorius, deobſtruens, & aluum ſollicitans, ſomnum conciliat, ſitim extinguit, corpuſque totum perſpirabilius reddit. & ſic mordacitatem retundit, & hebetat, fluxioni etiam conueniet, quatenus ſtimulata minùs expultrix pellet tardiùs, & minùs, ſicque omnem indicationem mirè, & ſuauiſſimè implet, eſtque ob ſeroſam naturam incorruptibile à calore febrili. Quod verò diſtillationes nutrientes in tanta inappetentia imperandæ ſint, & ſuccus carnis extrahendus, vt docent omnes; clariſſimum eſt, & neceſſarium, in quorum vſu non admitto, quod diſtillatio fiat ex carnibus crudis contuſis, vt imperatur ab omnibus, ſed quod coquantur, eo modo quo ſanis præparantur, & condiantur, vt ſuauiſſimæ ſint carnes, & coctæ iam exquiſitè cum toto iure ſuauiſſimo per balneum, & vitreum diſtillentur. Eſt etiam abominabilis ſuccus extractus ex carnibus crudis, vt parat Phrigius, & minùs ſecurus: quem iam extractum cum optimo iure, & ſuauiſſimo, miſceo, & moderatè rurſus igni cum iure expoſitus concoquendus eſt, & acidis permiſcendus. Sic ſecutus, & mirè reficiens paratur, & iucundiſſimus. Eſt etiam in tanta cibi abominatione vſitatum, vmbilico, & ſtomacho fruſtum carnis ſemiaſſæ vino irroratæ affigere, vt omni ingenio virtus cuſtodiatur, ſine qua reliqua auxilia deſperata ſunt, quia neque actuantur; nec immutantur, & cùm repatiatur ab omnibus, & ſit tam debilis, cadit potiùs, quàm ſubleuetur cum auxiliis virtutem non reficientibus priùs.

Somnus à prandio in diſtillationibus à capite in fauces pernicioſus eſt, niſi peruigilium cogat à prandio illum conciliare: verùm ſomnifera, & narcotica nunquam ſunt ſecuriora, quàm in diſtillationibus calidis, mordacibus, & tenuibus, præcipuè ſi tuſſi moleſta, & aſſidua peruigilium cauſent, & corpus concuſſione debilitent, & frangant: danda ſunt vna hora à prandio, aut à cœna, vt vrget ſymptoma, & ſic meritò Phrigius medicamentum diacodion commendat, vt commendauit eius author Galenus, ad moderandas mordaces fluxiones. Eſt verò excellentius remedium quod ex Montagnana tradit Quercetanus in pharmacupea reſtituta, aqua diſtillata ex lapathi minoris foliis, & radicibus, mirabilis eſt in calidis diſtillationibus, & febri bilioſæ vtiliſſima, quæ cum ſyrupo papaueris vtiliter dabitur, non à cœna, aut prandio, ne crudus cibus reddatur ob

A aquam. Tuſſis aſſiduam moleſtiam coërcet liquor emanans ex ouo recenti ad indurationem cocto, & per tranſuerſum diuiſo extrahatur vitellus, & cauitas impleatur ſaccharo, & vniantur ambæ partes albuminis, & reponantur in vitro, frigido aëri expoſito, aut in loco humido per diem integram, poſt quam ſaccharum totum liquatum inuenies, & dulciſſimum, ad tuſſim, & diſtillationes à ſalſa pituita remedium mirabile, & gratum. Vtiliſſimum cenſeo in ſeroſis, & acribus diſtillationibus albumina ouorum recentium curioſè agitate donec in ſpumam vertantur, & addito ſaccharo cando ex ſyrupo violaceo, aut iunibino ad gratitudinem ſumere paulatim lambendo miſturam, & frigidam ſatis: auxilium commune eſt tenere in ore ſaccharum roſaceum rubrum, præcipuè dum ſomnus

B conciliatur; vtilis etiam eſt bolus armenus igne incaleſcens, & aquâ roſarum rubrarum aſperſus; tenues diſtillationes exſiccat; & ſuffitus ex ſtyrace, ſaccharo, & charabe exquiſitè trito, aliis admixto mirabilis eſt, & illas fluxiones ſuſpendit. Rulandus medetur emplaſtro ex fermento acidiſſimo, & puluere charabe, bregmati affixu. Eſt etiam efficax auxilium per nares cerebri fluxionem deriuare, quod mirè præſtat ſequens auxilium: Succi radicum betæ ℥.iv. mannæ electæ ℥.ß. m. & tepidum per nares trahatur, aut ſyringua iniiciatur, eſt enim validiſſimum ſi paretur ex ℥.iv. lactis caprini, elaterij granis duobus miſce, & per nares trahatur, & ſi febris permittat, veſicatoria brachiis affixa vbi cephalica ſituatur, vtiliſſima ſunt, inexcuſabilia tamen,

C ſi fluxio exulceret fauces, & ſuffocari æger timeatur, cucurbitæ etiam ſcarificatæ in ſuperioribus partibus imperandæ ſunt in tanto periculo, vt aſſiduæ brachiorum frictiones, ſicque malignis fluxionibus cerebri occurrendum eſt, quando, aut vrgent, aut omnium ſymptomatum origo putantur, quas etiam laudanum opiatum mirè ſuſpendere ſolet, vt ſi pilulam pares ex granis duobus, aut tribus illius cum ℈.ß. pulueris ſuccini, margaritarum præparatarum. g.iv. cum ſyrupo roſarum ſiccatum formentur pilulæ, & dentur quando ſomnus conciliatur, & quamvis horà poſt cænam imperentur narcotica, tutius mihi videtur longius multò danda eſſe, ne alimentum corrumpatur, aut ſi poſſibile ſit, cœnæ parcere, & poſt ſomnum, idoneum ali-

D mentum ſumere, quod ſi cerebrum expurgare conueniat, in dictis diſtillationibus, optimè ſunt pilulæ Cratonis quæ recipiunt, ſuccini albi, maſtreches electæ ana ʒ.ij. aloës roſatæ. ʒ. quinque, agarici ʒ.j.ß. ariſtolochiæ rotundæ ʒ. ß. olei fœniculi guttas quinque, olei nucis muſcatæ expreſſi ʒ ß. cum ſyrupo betonicæ formentur pilulæ. Nunquam cerebrum diſtillans cruditatibus caret, ob id agaricus, & alia calida miſcentur, & roborantia. Id verò non ignores, quod euacuato corpore, & cerebro, calidas, & acres diſtillationes mirè coërcet, & detinet auxilium. Raſis ex mucilagine ſeminis pſilij. & puluere boli armeni orientalis paratum; formantur pilulæ, & dantur tempore ſomni, extrahes verò mucilaginem in aqua portulacæ, aut roſ. rubrarum,

E aut arnogloſſæ, aut papaueris, aut decocto radicum pentaphili.

Sectio venæ ex talo ſi vires aderant conuenit, ſi morbo virgineo ob menſium defectum laborabat, mox ex communi, aut cephalica, ad deonerandum cerebrum, quod erat pars tranſmittens ad gurgulionem, fauces, & thoracem: & quia tam melancholica erat, hyrudinum ſuctio ex mariſcis, imperanda erat, quæ ad menſtrui reuocationem etiam ſunt vtiles, ſin minus ad ſupplementum eorum, & deliriis ſuccurrunt: aluus ſolicitandus ſi piger ſit, & ſi clyſteres nutrientes iniiciantur, ſemper ante illos defæcanda ſunt inteſtina, vt cibus limpidor, & purior diſtribuatur, aut vapores ex illo eleuati ſynceriores ſint.

Fauces rubræ, & incenſæ attemperandæ, & gurgulio ſi exſiccatus, & retractus ſine rumore erat, cui indicationi collutio ex lacte caprino dicatur ab omnibus. Verùm non ſolum attemperantia, ſed fluxum coërcentia impetanda erant, vt ſi ex aqua arnogloſſæ, portulacæ, capitum roſ. & ſucco granarorum dulcacidorum cum ſaccharo gargariſma paretur, & ſi incidere aliquid conueniat, oxyſacchatæ aliquid miſceatur, eſtque horum auxiliorum in practicis ſilua ſpacioſa, ſed in anguſta præceptum Gentilis contra communem conſuetudinem, & Medicorum conſilium, nempe quod quandiu fluunt humores, non fiat gargarizatio aëre per expirationem crebro, & impetuosè agitato, & medicamentum eleuante, & deprimente; quoniam vt docuit Galenus, omne inflammatum integram quietem deſiderat, quia dolet plus, ſi commoueatur, & agitetur, ſicque fluxio exaſperatur, & trahitur plus ratione doloris. Conuenit ergo os crebrò colluere motione lentiſſima, & ſupinu decubitu permittere vt partes omnes alteret, & contemperet: ceſſante verò iam fluxu, ſecurior eſt communis gargarizatio, vt ſeparentur, & detergantur in partibus inflammatis impacta.

Hæc omnia intelligenda ſunt in ſubiecto idoneo curationi, nam diſpoſitio illius virginis tam dubia eſt per hiſtoriam, vt non ſit facilè diſcutere, & conſulere, quæ curatio inſtituenda erat: cogemur verò ex tanta duratione colligere, plus quàm decet cibari à nobis acutis morbis oppreſſos, & plures perire, aut fieri longiores morbos, & recidiuantes, ob cibum pleniorem quàm conueniat, ſi hæc virgo decimam nonam abſque cibo conſiderabili attigit.

ADOLESCENTIS HIST.

Adoleſcentem illum qui decumbebat ſuper foro Mendactorum, ignis corripuit, ex laxitudinibus, & curſibus inſalitis. Primâ aluus turbata bilioſis, tenuibus, multis, vrina tenues, ſubnigra, non dormiuit, ſiticuloſus. Secunda omnia exacerbata ſunt, deiectiones plures, intempeſtiuiores, non dormiuit, mens turbata, parum ſudauit: tertiam difficiliter tulit, ſiticuloſus, anxius, multa iactatio, perplexitas, delirauit, extrema liuida, & frigida, hypochondrij intenſio ſubmollis vtrinque: quarto non dormiuit, in peius, ſeptima mortuus eſt, ætatem agebat circa vigeſimum annum.

Rectè Mercurialis cenſet, hunc adoleſcentem vitam ſedentariam egiſſe, & ob id dictum eſſe, laboraſſe ex laboribus, & curſibus inſolitis, vt notaretur, poſſe ex cauſa externa tam grauiter læſum fuiſſe, ſolent enim mala ex cauſis talibus creata, ſecuriora eſſe, quàm ab interna ſine occaſione alia, vt dicere poſſis, non aſſueta ſi vehementiora ſint, lædere poſſe tam exitialiter, velut ſi ex interno morboſo apparatu malum excitaretur. Vitæ ſedentariæ ſemper eſt copulata plenitudo, ex copia excrementorum abſumendorum per exercitia, & labores, præſertim iuuenibus, & adoleſcentibus repleri certius contingit ſi non exercitentur, quia voraciores, & inordinati ferè ſemper ſunt. Erat ergo adoleſcens oppletus excrementis, & ſanguine, cui diſpoſitioni ſi exercitatio periculoſa eſt, quid ſperandum à laboribus, & curſibus inſolitis, niſi morbus deſperatus, vt huic contigit. Audi Galenum 3. *aphoriſm. text.* 20. *dicentem, exercitationes quidem ſaluberrima ſunt, verum ſi hominem, vel pituita, vel flaua bile atra, vel ipſo etiam ſanguine plenum volueris ad exercitationem perducere, aut eius morbum comitialem, aut apoplexiam efficies exercitatione, aut ſi hæc mala non eueniant, periculum imminet, ne rupto aliquo vaſe in pulmone, in morbum incidat inſanabilem.* Eſt verò in vitam ſedentariam agentibus aptiſſima diſpoſitio, vt totus ſanguis, & caro etiam à calore violento liquetur, quia humidioris, & laxioris conſtitutionis ſunt, & quælibet ſubſtantia talis agenti contrario reſiſtit minùs. Sic cenſeo quod totus ſanguis huius adoleſcentis bilioſam infectionem contraxit ob labores, & curſus inſolitos, vnàque colliquatus fuit totus, & fluens per corpus, velut præcipitatus, confluxit multum, & celerrimè diſtributum non capiebant partes tantum quantum influebat, ſicque collectione mortali, & magna, in toto hypochondrio periuit, nam vt dicitur 1. *prægnoſt. edema durum, & dolens, peſſimum quidem ſi in toto ſit hypochondrio*; ſuſpicaturque Valleſius, ſeptum etiam obſtructum, inflammatúmque fuiſſe, quia in die ſecunda mente turbatus fuit. Non itaque fuit ſatis, quod die prima multa bilioſa, & tenuia per aluum excerneret, vt tot viſcera impleta non inflammarentur ob impetuoſam, & confertam eliquationem ſuccorum, & ſanguinis, quæ ſi in cerebrum pulſa fuiſſent, morbos à Galeno promiſſos crearent: laſſitudo verò tam inſignis, vehementiam exercitationum, multitudinem, & incendium ab eis declarat ſatis, & certiùs vrinæ nigredo primi diei, adoleſcentiæ tam diſſona ob humidum temperamentum, & ſuauem calorem. Sitis etiam ſuadet, & peruigilium, etſi hoc laſſitudinis propriiſſimum ſit, de quo in prognoſticis dixit Hippocrates; *peſſimum verò nec nocte, nec die dormire; nam aut dolore, & labore vigilabit, aut delirium ſuccedet huic ſigno.*

Die ſecunda fuerunt omnia exacerbata, & ſudor prauus apparuit ex debilitate retentricis, & liquatione caloris, in die enim in quo deiectiones fuerunt plures, non moderati malum, ſed leui ſudore madefieri, exolutionem vitalis caloris, & retentricis lapſum ſignificat: quæ pernicioſa ſemper eſt ſi ita debilitetur; quia omnia vtilia ſe habent velut pondus alienum, & indiſcriminatim vtilia cum prauis pelluntur. Hinc pendet, quod etſi in primis diebus tanta bilioſa natura truderet, quæ videbatur idonea euacuatio, quia euacuabatur materia, & cauſa morbi, contulit nihil, quia plus vtilis quàm cauſæ morboſæ reiiciebatur, & ſi non plus in copia, ſaltem quod erat plus, neceſſarium erat vt vita ſeruaretur, quod dies tertia confirmauit, cum liuore, & frigore extremorum, anxietate, iactatione implacabili, & perplexitate, ſymptomata quidem ex vitalis caloris extinctione orta, cum paralyſi retinentis virtutis, ſub qua excrementa omnia per totum corpus inquieta, (quia non detinentur) vacillant, & iactationem, perplexitatem, inceſſantémque anxietatem in hiſtoria relatas ſuſcitant & ſic omnibus diebus cùm omnia in peius mutata eſſent, ſeptima obiit; quem exitum mutatio præ cæteris prauior quarti diei præſagauit, eratque motui morbi proprius in ſexta periclitaturum, quia per pares moueri videbatur, quia ſecundo, & quarto die fuerunt omnia exacerbata, & ſi quæ euenerunt die tertia, conſideres, in quinto debebat debitum ſoluere, fuerunt enim pernicioſiſſima, vt in nullo ab illo die ſecuritas vitæ poſſit polliceri. Fatentur tamen Expoſitores robuſtiſſimum fuiſſe ægrotum, & ita vſque ad ſeptimum duraſſe, nolentes in hoc caſu admittere aphoriſticum conſilium Hippocratis, *in acutis morbis non eſſe omnino certas prænunciationes, aut ſalutis, aut mortis*: quod non ſolùm in ordine ad vitam aut mortem, ſed etiam in ordine ad diei incertitudinem interpretor: nam cauſa, quæ morbum iam deſperatum, potuit ſalobrem

reddere, poterit etiam obitus diem mutare, quia minus ad hoc, quàm ad illud requiritur: vt noſtra expoſitio alterius loci doctrinæ Hippocratis reſpondeat, dicentis: *Mitiſſima febres, & ſignis firmatæ ſecuriſſimis, quarto die, aut citiùs ſoluuntur; deterrima autem, & ſignis deterrimis firmata, quarto die, aut citiùs occidunt*, non auſus ob varietatem acutorum, diem certum mortis, aut vitæ ſignare. Habuit tamen hic æger ſigna morituorum in præſagiis adducta, iis verbis; *Morituri vero difficilè reſpirant, delirè loquuntur, inſomnes ſunt, & alia ſigna peſſima habent*; fuerunt verò alia, vrinæ tenues, ſubnigræ, ſitis implacabilis, ſudor leuis poſt tot intempeſtiuas euacuationes; & totius hypochondrij affectus inflammatorius per duritiem, & dolorem ſignificatus, de quo in præſagiis, ſic præſagauit Hippocrates, *ſignificant verò ædemata hæc, periculum mortis breui fore.*

Curatio adoleſcentis.

MOrbum hunc fuiſſe deſperatum fatentur omnes Expoſitores, nulliúmque impedimentum maius idoneæ curationi, quàm alui fluxio,811bilioſa, tenuis, & multa, in qua periculoſiſſimum putauit Galenus 1. *ad Glauconem*, aut venam ſecare, aut aluum mouere; audacior tamen reliquis in hoc caſu ſemper ſe oſtendit Phrigius ſecando venam, ſi cum diarrhœa, vires permiſerint, & ſi in aliquo caſu eius temeritas permittenda eſt, modò occurrit, ob rationem à nobis allatam de præcipitio liquatorum ſuccorum, quorum copia hypochondrium totum inflammatione eryſipelatoſa obruens, ſuffocationem vitalis caloris breui machinabatur, & hoc fuit conſilium Celſi, licere aliquando tentare remedia cum periculo, ne æger deſperatus relinquatur. Periculum verò in hoc caſu in ſola virium tolerantia conſiſtit; nam inflammationes internæ tam rigoroſè ſectionem venæ expoſcunt, vt nullo alio remedio ſedari permittant, quando vſque ad deliquium eſſe euacuandum, ſi grandes ſint, doceant cum Galeno, & Hippocrate omnes, & hoc præcipuè imperandum, quando (vt docui) ſuſpicio plenitudinis, & colliquationis datur; plenitudo enim liquata, duplicatur ob liquationem, quia ſi ſanguis ante liquationem, vaſa replebat, & liquatus rarior redditur, repleuit plus multo, quàm antea, & calidum ſuffocauit, & intolerabilis erit naturæ, vt huic contigit. Audaciam ſecandi venam in dictis inflammationibus, fouet non parum doctrina Hippocratis in prognoſticis, iis verbis: *Accidit autem iis in primo circuitu fluxus ſanguinis ex naribus, & valdè confert; & inferius dicit, Magis autem expectare oportet fluxum ſanguinis, in iunioribus quàm triginta quinque annorum.* Vtilitas ergo, & neceſſitas tanti remedij (vt docui) fouent audaciam, quando aliud contra indicans datur; nam ſi morbus mortalis alio auxilio ignorat ſedari, negligendum eſt quod illud remoratur, quia ſine ſectione venæ inflammationes internæ carent remedio, & irremediabiliter occidunt.

In hac complicatione diarrhœæ bilioſæ cum inflammationibus internis, tam breue periculum pollicentibus, non licet ſperare declinationem acceſſionis, ſed in vigore, & augmento ſecanda vena eſt, & viriliter hoc imperandum, quando ob copiam cauſæ morbificæ, mouendam eſſe febrem per pares timemus: timebitur verò cognita plenitudine, etſi prima duo tempora acceſſionis extendi nimis agnoſcas, in qua motione per pares declinatio primæ acceſſionis non veniet vſque ad finem diei ſecundi, quia in illo dari debet etiam ſummus vigor: erit verò temerarium in tam periculoſis morbis, & tam celeriter necantibus, diem ſecundum ſperare ad exequenda remedia, ſine quibus malum irremediabile putatur; nam ſi licet

A in continentibus inceſſanter creſcentibus, venam ſecare, & vſque ad deliquium, cur in motis per pares, & tam citò occidentibus, non ſecabitur vena? Et infortunium, prauitáſque tertij diei, non ſolùm ita eſſe operandum hortantur, ſed ſunt vociferans præco; iam enim illius diei malitia occaſionem remediorum maiorum liuore, & frigiditate extremorum cum tam implacabili anxietate ſuſtulit, & hoc furto ſe ſimul conſulit in primis duobus diebus, magnorum auxiliorum imperio, & crebrò reiteratis, præcauendam fuiſſe diei tertij exitialem effigiem, & præſagium inexcuſabilius mortis, & in his tam deſperatis, & tam inopinatè, & breui occidentibus malis, prima ſummi Dictatoris præceptio, ſemper memoriæ mandanda; *tempus eſt occaſio;* B *occaſio verò in qua tempus non multum, medela tempore, aliquando etiam occaſione contingit.*

Et in hoc caſu, cùm alui fluxio inutilis appareret, non erat præter rationem illam moderanda quando vena ſecabatur; ſaltem ventriculus omni ingenio firmandus erat, & parca efficienda prima ſanguinis miſſio, non tamen tam parca, vt eſſet inutilis, & ſi ab illa virtus lapſa non fuit, dato cibo leui, ſubaſtringente, intra ſex horas venæ ſectionem reiterabis, & vt proficiet, aut non, reiteranda erit; nunquam tamen excuſabitur, dum virtus ferat prædicendo ſemper periculum, & te tentare remedia, ſine quibus implicat ægrum ſaluari. Sic enim notam effugies; nam vulgus, Medicum non operantem in morbis tam grauibus, timiditatis, aut ignorantiæ ſemper accuſat. C Ventriculus firmatur in hoc caſu parata pulte ex ſucco agreſtæ, & citoneorum, hordei farina, pulueribus roſ. rubrarum, coralli, & ſpicæ, qua etiam totum hypochondrium mirè attemperabitur, ſi æſtuans percipiatur, & ſi æſtuet, puluerem chryſtalli addes; nunquam tamen permittes calefieri, ſed ſæpè mutabitur; ſic fluxum bilioſum reprimes, viſcera inflammata firmabis, corrumpes incendium, ne hoc fluentia, & impacta corrumpat, & tractionem tanto incendio inexcuſabilem ſtupeſces, ſitim leuabis, malignam corruptionem impedies, & lethali colliquationi, & tabitudini occurres. Eſt etiam vtiliſſimus fotus viſceribus æſtuantibus, paratus ex ſucco roſarum rubrarum, cichoriæ, & portulacæ cum guttulis aceti roſacei. Inuenies multa D ſi Tralianum conſulas *lib. 12. cap. de affectibus eryſipelaceis viſcerum*, & Galenum *libro de marcore, cap.* 8. ex quo præceptore accipies nunquam talia remedia eſſe applicanda tepida, quia viſcerum robur vt tepida effœminant: ergo aut frigida, aut calida actu; hæc ſi incendium magnum non ſit, & inflammatio eryſipelatis ſit expers; illa verò ſi eryſipelas ſit exquiſitum, & intolerabile incendium, de qua præceptione tractatu noſtro de malignis eryſipelatibus abundè egimus, & de colliquantibus febribus.

De potu aquæ frigidæ non leue dubium, ſi dandus ſit in præſenti ægritudine, nam peruigilium, implacabilis ſitis, occaſio ægrotandi, ætas, vrina nigra, deiectiones bilioſæ, colliquatio, & incendium, ex curſi- E bus, & laboribus intempeſtiuis, à quibus ſanguis totus bilioſam corruptionem contraxit, potum illum ſtrenuè indicare videntur, & vrgentius ſi hypochondriorum paſſio erat eryſipelacea, quæ ſemper colliquat, & ad tabem diſponit, quam ſine potu frigidæ moderari poſſe negat expreſsè Galenus, *9. method. capite* 5. nec in morbo ſeptima die occiſuro, ſperanda erant ſigna coctionis, vt potos frigidæ daretur: nec Galenus loco nuper citato, in exquiſito eryſipelate coctionem talem deſiderat, imò vt coquatur materia, requiritur, alioqui maligna corruptio ſequetur, & eo ipſo quod eryſipelas ſuperari eſt pernicioſum, vt in aphoriſmo dicitur, non decet ſperare coctionē, quæ in materia putrida, bilioſa ſuppuratio quædā eſt, aut via ad illā: verba 1. *aphoriſm*. 20. ſunt; *Ab eryſipelate putredo, aut ſuppuratio.*

Galenus

Galenus expoſitor ſcribit; Clarum eſt, & in hoc ſermone, quod malignis eryſipelatibus hæc conueniunt. Ratio eſt, quia bilis eſt calidiſſima, & ſicca, cui temperiei putredo, aut ſuppuratio repugnat; vnde quando has permutationes admittit, cauſam potentiſſimam corrumpentem arguit, & hæc eſt ratio cur in exquiſito eryſipelare potio frigida ante coctionem datur, vt attemperato incendio non putreſcat, aut ſuppuretur malignè.

Hoc dubium in præſenti infirmo non habet locum; quia die tertia ſe oſtenderunt ſigna coctionis vitalis calidi; ante illam verò diem ſine euacuatione vniuerſali ſuſpecta potio erat. Verùm ſi alui fluxio biliosa, vt erat tenuis, fuiſſet ſpumans, & feruens vt ſolet, in colliquationibus ex vitione propria creatis, ſecuriſſimè dari poterat, ob hanc rationem, nempe quod alui fluxio ſemper dehortatur ſecare venam, vt cum Hippocrate, & Galeno timent omnes. At fluxio biliosa colliquatiua ſpumans, & feruens non dehortatur frigidæ potum, ſed illum enixè indicat, vt ſit auxilium incendio viſcerum, eryſipelaceo affectui, & diarrhϾ, ſuadebitque certiùs dandum eſſe potum, ſi lingua ſicca, & aſpera ſit, & ſitis moleſta. Nec ignores duas eſſe colliquationis ſpecies, vnam grauiſſimam, quæ carnes, & ſolida colliquat, hæc iam ſiccauit humores modo poſſibili, hoc eſt ſeri plurimùm conſumpſit, & craſſiores illos facit, & minus fluxiles, acriores tamen, & exedentes, & ſitim clamoſam cauſantes, ſolentque adhuc extra corpus emiſſi plurimo tempore in vaſe feruere; hoc eſt colliquatio porum gelidæ ſtatim expoſcens antequam carnes teneras, & pinguedinem depaſcatur. Alia ſpecies colliquationis, leuior eſt, de qua Galenus *3. de cauſis ſymptomat. capite* 2. loquendo dixit; *At ſuccus quidem in ſeroſam ſaniem ſoluitur*, &c. Hanc paſſum fuiſſe adoleſcentem hiſtoriæ cenſeo probabilius, eſtque periculoſa, non ita ob incendium, ſicut propter impetuoſam fluxionem per partes totius corporis, ſoletque firmari in partibus internis ſummo periculo, vt huic infirmo euenit in toto hypochondrio, & plurimùm per diarrhœam excreuit natura. Quod ſi in hypochondrio detineretur, occideret breui, multò in tertio nempe, aut quarto, de qua ſpecie colliquationis, loco nuper citato dixit Galenus, ſubitaneos ſtatus hydropis ſtatim creare, & hæc eſt quæ diarrhœas tenues cauſat, quia ſeroſa ſanies confluit diluens nimis humores, ſimul fluentes, quia multa, & confertim fluit, & hæc aquæ potum non indicat in principio, quia totum corpus ſeroſa ſanie imbutum madeſcit, repletur, obſtruitur, & extenſæ putredini exponitur, quia ſanies illa putredini, & corruptioni paratiſſima eſt. Dicerem meliùs iam eſſe corruptam, dum fluit, eſt ergo emendanda ſicciſſimis, & frigidis, vt oleo vitrioli, ſucco limonis acido, & citri, deriuandaque per vrinas, decocto radicum graminis, fragariæ, oxylapathi, pentaphili, foliorum oxalydis, & apij radicibus, cui clarificato addes ſuccos iam dictos, aut agreſtæ, aut granatorum acidorum cum pulueribus margaritarum, & guttulis olei vitrioli, quod etſi ſeorſum applicitum cauſticum ſit, frigidis mixtum, in aliud vertitur mixtum, ſiccans nempe, & infrigidans; partes enim igneæ à frigore liquoris formam amittunt, quia neſciunt, (vt ignis) niſi exceſſiuo calore ſeruari, cùm nuſquam ſit viſus ignis infrigidans: igneis verò particulis corruptis, viuunt acidæ, infrigidantes, & ſiccæ, ſicque putrilaginem illam & ſaniem ſeroſam coërcent, & ne ſerpat earum contagium obſtaculum ſunt, frigore, ſiccatione, & aſtrictione partes corrumpendas firmando, & retentrici, ob ſeroſam ſaniem tam debili, noua firmitudine, moderata aſtrictione, & ſiccitate ſuccurrunt.

Caput oxyrrhodino muniendum eſſe, conciliandum ſomnum, lauanda, & attemperanda inteſtina, cor

D. de Heredia de morbis popul.

A temperandum exteriùs, non vnguentis, vt modò imperatur, ſed aquis idoneis, non eget noua recordatione, cùm ſint tam perſpicuæ indicationes, vt neminem lateant.

HISTORIA MVLIERIS decumbentis in Mendacium foro. A die primo ad ſeptimum.

B *Mulierem quæ decumbebat in Mendacium foro enixam cum dolore maſculum, ignis corripuit; initio ſtatim ſitibunda, cor illi dolebat, faſtidioſa, lingua arida, venter turbatus tenuibus, & paucis; non dormiuit. Altero die aliquantulum riguit, febris acuta, modicus ſecundum caput, & frigidus ſudor: tertio cum dolore deiecit aluus multa cruda & tenuia: quarto riguit, omnia irritata ſunt. inſomnis quintum diem laborioſè tranſegit: ſexto eadem erant, alvum reddidit humidum, copioſum: ſeptimo riguit, febris acuta ſitis ingens, ſe iactauit; ſub veſperum verò per totum corpus ſudauit frigidum, frigus partiam extremarum, nec redibat illis calor, iterumque nocte riguit, extremitates calorem non recipiebant, non dormiebat, nonnihil delirauit, ſtatimque ad mentem rediit.*

ETſi partus fœmineus morbis creandis patatior ab omnibus putetur, quia excrementorum minus defæcatus, maſculorum verò non caret ſuo periculo, cadendi nimirum faciliùs in febres, & ſi ſemel ſuperueniant, eſſe febres acutiores, & moleſtiores; eſt enim primum principium Galeni, naturas calidiores faciliùs incidere in febres. Eſt verò calidior vtero gerens, ſi marem concepit, quàm quæ fœminam; & cùm dolores, & tormenta partus, tam frequens cauſa febricitandi ſint, febricitabunt faciliùs maſculum enixæ, & acutiùs: foréque ſenſibiliores quæ calidiores ſunt, reliquis, præſertim ſi atrabiliariæ ſint, indubitatum eſt: dolebunt ergo atrociùs ob duo, & quia ſenſiles plus, & quia excrementa læſura, calidiora, acrioráque erunt, partúſque difficilior eſt ipſis, quia vt atrabiliariæ, ſicciores etiam ſunt, & carnis ſolidioris, partum difficillimum ſemper creantes. Talem fuiſſe enixam hiſtoriæ cenſeo, ſicque doloribus lancinata peperit, & tam grauibus, vt eorum atrocitas E ad eorum narrationem obligaret Hippocratem, ſuitque cauſa tam efficax, vt ſtatim à partu febri corriperetur, ſitibunda eſſet, lingua arida, inſomnis cum anxietate, & dolore oris ventriculi, ſymptomata omnia ſuccorum vſtorum æmula ſunt. Non narrauit Hippocrates ſi lochia ſuppreſſa fuerunt, eſtque ſatis probabile ſuppreſſa fuiſſe, & inſigniter corrupta per aluum, & vomitu tam violento expulſa fuiſſe; contingit enim interdum tam præternaturaliter ſanguinem corrumpi, vt totus in humores prauos conuerſus incoctilia excrementa, & variegata hominum perdant. Inde tot rigores infructuoſi, quia non critici, ſed à prauitate, & acrimonia eorum ſolum excitati, ſymptoma quidem atrabiliariis humoribus redundantibus proprium, vt exponentes hemitritei naturam docuimus: & dum tot, & tam grauia ſymptomata huius hiſtoriæ ſollicitè attendo,

ſuſpicor hæmitritei plurimum febrem hanc habuiſſe, quamuis Hippocrates febrem ardentem fuiſſe aſſeueret; fuit enim ferus typus, commouens interiora inſolenter, rigoribus vſque ad decimumtertium excrucians, vomitibus virulenta trudens, & cardialgia ſtatim torquens, mentem commouens delirando, & vites peruigilio diſſoluens, & aphonia, & fluxu ſanguinis ex naribus tandem occidens, & quid aliud voluit ſignificare Hippocrates niſi hæmitritei naturam, dicendo; *Huic perpetuò venter erat lubricus, horrebat.* Probaui (& vt reor efficaciter) chimericam eſſe hæmitritei naturam, per complicationem quotidianæ continuæ, & tertianæ intermittentis, à Galeno datam, ſed eſſe ſimplicem febrem, horridam multùm, & ſine ordine, grauibus tamen & multiformibus ſymptomatibus cruciantem, omnia viſcera commouendo, vt *lib. de typis* Galenus docuit, oblitus eorum, quæ *lib. de differentiis febrium* docuerat. Nec tibi nouum videatur quod docui, ſanguinem nempe poſſe totum in alios humores præternaturales conuerti? illud enim docuit Hippocrates *lib. de humoribus, comm. 3 text. 31.* dicendo; *propter conuerſionem non iam ſanguis prodit, ſed pro ſucci affinitate talia exeunt*, & Galenus in fine expoſitionis ſcripſit. *Alij verò nomea rhopin, hoc eſt propenſionem, in tropin, hoc eſt verſionem, vertunt, quorum ſententia eſt, ſanguinem verti multis modis, vt in melancholicum, vt in bilioſum, vt in pituitoſum:* quod etiam ſcripſit *6. epid. ſect. 3. text. 12.* lege Valleſium doctiſſimè textum illum exponentem, & vtiliſſimè ad praxim, quam doctrinam ſi ignores, ignorabis plurima humanæ ſaluti conferentia, de quo argumento alio loco agemus.

Quia ſecundo, & quarto die riguit, & aliis etiam diebus, ſed non omnibus, dubitabis, quo modo ſit vera narratio in fine dicendo, quod infirma illa perpetuò horrebat: ſed non eſt idem rigere, & horrere, explicoit verò horrorem proprium in certis diebus, ſed in omnibus horruit. Diſcrimen eſt, quod rigor eſt vehementior motus, & moleſtior concuſſio membrorum cum refrigeratione morboſa, qui non fit à fuliginibus acribus, ſed ab humore per ſenſibilia membra delato, & eſt ob id morborum iudicatorius: horror verò leuior multò membrorum concuſſio eſt, & fit à fuliginibus, & mordacibus exhalationibus cauſatur, ſine ſenſibili, & morboſo ambitus refrigerio, quod ſymptoma, per totum morbum moleſtauit, quia atrabiliaria erat materia, & vt narratur, virulenta, quæ dum in fuligines in acceſſionibus reſoluebatur, horrores inordinatos creabat; ſymptoma, (vt docui) hæmitriteo inſeparabile, & per nullum prauitas illius meliùs declaratur, & prauitas hæc eſt occaſio, vt in quibuſdam partibus calor vitalis plus extinguatur, quia plus læduntur ab illo. Sic cerebrum die ſecundo ſudore frigido plus lædi declarauit, illud verò rariſſimum fuit, fluere nempe ſanguinem in die obitus per nares, poſt euacuationes ſine fructu tentatas, ob quas cenſeo tot dies duraſſe, & robuſtiſſimam fuiſſe illam mulierem, nunquam enim expultrix quieuit, ſed indefeſſo labore, etſi non potuit omninò eliminare periculum mortis, diſtulit ſaltem: & ſi dicta teneas, reliquorum ſymptomatum cauſam facilè inuenies, delirare enim ſubitò, & facilè mentem recuperare, actiuitatem fuliginum, & facilem reſolutionem ſignificant, vt frigidi ſudores extinctionem (vt ſæpè docuimus) caloris vitalis in partibus, à quibus emanat, qui cùm ſemper in acutis pernicioſi ſint, ſine ratione illos accuſat Phrigius qui iam caput moderauerunt, nam ſi melius eſſet, vt nunquam apparuiſſent, quia tam prauæ ſignificationis, peſſimi iudicandi ſunt, copioſi, & quia parui, deteriores. Deceptus etiam videtur docendo inflammatum fuiſſe vterum in hac infirma, nullum enim ſignum datur, quod ſine inflammatione illa dari repugnat, eſſetque impoſſibilis inflammatio

A ſine doloribus moleſtiſſimis vteri, cùm ſit pars tam ſenſilis, & humores tam virulenti, & mordaces; & illos non taceret Hippocrates.

A die octaua vſque ad finem.

OCtauo circa meridiem rediit calor, ſitibunda, ſoporoſa, faſtidioſa, vomuit bilioſa, flaua, pauca, nocte grauiter ſe habuit, nihil quieuit, multùm effatim minxit inſcia: nono omnia fuerunt remiſſa, ſub veſperam ſoporoſa, riguit aliquatulum, vomuit amara, bilioſa: decimo, rigor, febris acceſſu, nihil dormiuit, manè multam in qua nihil ſubſideret reddidit vrinam, extrema partes calorem receperunt: vndecimo virulenta bilioſa vomuit, non multo poſt riguit, B *rurſuſque extremitates frigidæ, ſub veſperam rigor, ſudor frigidus, multùm vomuit, nox grauis fuit, duodecima vomuit multa, nigrida, fœtida, ſingultus multus, ſitis laborioſa: decimotertio, nigra, virulenta vomuit, riger, circa meridiem muta: quatuordecimo ſanguis de naribus, defuncta eſt. Huic perpetuò venter erat lubricus, horrebat, annum ætatis agebat ad ſeptimum decimum, febris ardens.*

Symptomata diei ſeptimi tam exitialia fuerunt vt nona, aut decima perituram debere eſſe, videbatur probabiliſſimum; cur non ſucceſſerit audi; ſunt enim debilitates ortæ ex pugna, aliæ ex ſola morbi malitia, & firma prauitate; illæ ſunt minùs exitioſæ, quieſcunt enim, ceſſante pugna, aliæ verò creſcunt, vt creſ- C cit morbi prauitas, & hæ ſunt quæ criticos dies incertitudine ſigillant, de quibus Hippocrates, *ſeptenorum quartus eſt index.* Ergo cùm infirma hæc nunquam (vt docui) à pugna quieſceret, eſſetque materia agitata tam praua, moleſtarunt ſemper ſymptomata ex commotione oriunda ſimul cum prauis mori peſſimo morbi debitis; ſolentque terrere plura agitationem malignæ materiæ ſequentia, vt *3. lib. de diebus decretoriis*, & *3. de criſibus* Galenus aduertit, qui ſi dicta modò à nobis teneret, vt reliqui Expoſitores, miraretur minùs de duratione tanta cum tam prauis ſymptomatis, & tam aſſiduis. Conducebat etiam (vt docui nuper) quod natura euacuabat, quæ euacuanda erant, & ſic tanto tempore morbum lethalem D ſuſtinuit. Cur verò, dices, non effugit periculum, ſi quæ oportebat, pellebat? non potuit certè, meo iudicio, quia cauſa morbi, veneni putrefacientia vires æmulabatur, corrumpebatque plus ſuccorum quàm à natura pelleretur, vt tandem à tam inceſſante expulſione, & morbi prauitate laſſata, morbo ſuccumbens, debitum ſoluit, ſcimus enim malignam, & veneficam qualitatem ab vtero acquirere, quæ corrumpuntur ab illo, vt de hiſtericis admittunt omnes, nec præter rationem tenebis, ſi cenſeas, vterum huius infirmæ putrilaginem concepiſſe à venefica lochiorum proprietate, ſicque tot rigores, & horrores perpetui moleſtarunt, & vt docui proprio tractatu hæmitritei, nunquam ferè datur ſine internæ alicuius partis E corruptela; & huius hiſtoriæ febrem hæmitriteum fuiſſe Mercurialis olfecit ſolùm, non auſus ita ſtatuere, quod dixerat in fine hiſtoriæ Hippocrates *febris ardens*; cùm non aduerterit, nullam febrem eſſe certiùs ardentem, vt hæmitriteus, & quod Galenus expoſitor doceat, abſurdè poſitam fuiſſe aduertentiam illam, *febris ardens.*

Prauitas ergo diei ſeptimi tantam induxit ſtragem, ſicque deprauauit cerebrum, vt octauo comatoſa, diu, & vigil nocte, difficillimè illam tranſigeret; ſymptomata quidem tam oppoſita, vt difficilè credam coma illud fuiſſe ſomnum profundum à pituita ortum, ſed fuiſſe ſomnum à Galeno inſinuatum inter ſpecies Cati, quando fatigata natura, & laſſata ex prægreſſis laboribus, & vigiliis ſuperfluis, recolligit ſe, & interiùs velut immobiles ſpiritus retinens,

retinens, non permittit ad ſenſoria diſtribui, ne deſerendo cor, ceſſet à motu, quod eſt mori, ſicque profundè dormiunt, & fortaſſe, ſomnus in rigore non eſt, ſed inſenſibilitas maxima ob quietem ſpirituum vitalium internè, ne ſi extra, vt dixi, pellerentur, anima exhalaret, vt repente ſolet in declinationibus mortalibus febrium, vt 3. *de criſibus* doctè Galenus notauit. Ob hanc inſenſibilitatem, & veluti facultatum paralyſim, ſuperuenit vrinæ continentia paralytica ro muſculo ceruicis veſicæ, & velut deficiente iam retentrice illius; excreuit verò illam ipſa infirma inſcia, quia erat velut emortua ob defectum vitalis ſpiritus in partibus extra cor, in ipſo tamen retenti, vt docuit. Quod ſi expergefacta, ipſaque Inſcia lotium excreuit, extremam prauitatem rationis ſignificat, in lectulo iam ſorditiem, & vrinam deponens; res tam aliena rationali naturæ, quia tam ſordida, & inſueta, & in illa ætate præſertim. De iis delitiis traditur ab Hippocrate textus celebris Coacarum, quem ingenuè fatetur Hollerius ſibi inintelligibilem fuiſſe; verba ſunt. *Deliria circa neceſſaria, peſſima ſunt.* Quem ego interpretor (vt iam inſinuaui) tenendo per *neceſſaria*, quæ ſunt ineuitabilia, & ab ortu aſſueta, & naturaliſſima, proinde, quorum error extremam dementiam arguit, quia extremum diſceſſum à naturali ſtatu, velut de illo ægroto, de quo dixit Hippocrates, quod comedebat delirè, & ego nullum vidi ſic comedentem, qui euaſerit. Do eodem ſymptomate in ſpecie, eſt textus alius, primo *prorrst.* 28. qui habet: *Vrinæ excretio in non recordantibus, pernicioſa*: & *lib. 3. coacarum, ſect. 3. text.* 1 ſ. dicitur, *micta nec ſentientibus ægris, aliàs quidem lethalia.*

Sopor noni diei, ſomnus verus eſſe poterat, quia omnia fuerunt remiſſa, & recuperata natura, ſomnum conciliauit, vomuitque bilioſa, & decimo per lotium abundans ſe deonerare tentauit natura, nullam enim euacuationem omiſit, niſi per vterum, & mariſcas, vt vitam defenderet. Nec admitto eum Phrigio quietem, aut remiſſionem huius diei ex debilitate ortam fuiſſe, ſed quia ex prægreſſis euacuationibus, minorata erat materia, neceſſe fuit expectare nouam collectionem corruptorum humorum, vt grauitas accidentium in eadem intenſione permaneret, aut de nouo reſurgeret.

Stupenda fuerunt ſymptomata diei vndecimi, & vomitio illa duo habuit damnanda, & quod bilis ſyncera pellebatur, contra conditiones optimi vomitus, dicente Hippocrate 2. *prognoſtic.* *Vomitus vtiliſſimus eſt, pituita, & bile mixtus eſt maximè*: Damnauit etiam fœtorem in vomitu, dicendo; *Omnes ſubputres, & fœtidi odores, in omnibus vomitibus mali ſunt.* Riguit à vomitu, à quo debilitata, & à rigore viribus rurſus refectis, algida manens, ſudauit frigidum, cum frigidis extremis, & tentante rurſus naturâ nouo rigore viſcera tueri, & mortem differre, reiterando vomitum, & copioſè, nox grauiſſima fuit, non ſolum tormentorum copià, & malignitate laſſata, ſed etiam quia erat nox illa præſaga iudicij duodecimi diei per vomitum copià inſolentem, & nigredine, & virulentia lethalem: virulentia, vt ſignum, & cauſa: atro colore, vt ſignum, vt tales ſunt omnes nigræ deiectiones in acutis, quando non præceſſeruot ſigna coctionis; non ignorando, quod morbi acuti, ſi ab atra bile exquiſita, creentur, ſint deſperati, ſi verò à melancholica, rarò non ſunt exitiales, quia eſt ea propria natura difficile coctilis, & ad ſui moderamen, & correctionem latum tempus requirens, quod acuties mali permittere ignorat, vt neſcit ille humor acutos morbos febriles creare ſine maligna putredine, à qua prauiſſimus redditur, & indicant quartanæ ſi in acutos morbos mutentur, à quibus aut pereunt, aut in ſummo periculo verſantur infirmi. Mutatur verò in acutas febres quartana, quando calore acceſſionum melancholia ſenſim ad maligniorem putredinem diſpoſita venefica redditur, & ad atræ bilis proprietates accedit, quibus induta, cibi abominationem, ſitim implacabilem, peruigilium, animi deſperationem, pulſus debiliſſimos cum cordis oppreſſione cauſat, vt continuas, & longiſſimas acceſſiones. Iis duobus humoribus communes ſunt deiectiones nigræ, aut per lotium, aluum, & vomitum, horribiliſque eſt vomitus, & deſperatus ſi fœteat, quia virulentia regionem ſuperiorem poſſidens, viſcera inficit, eſtque diſſona, & violentiſſima ſi fœtet in regione in qua ciborum præparatio ad vires inſtaurandas celebratur; & continuata pernicie decimotertio die vomuit rurſus nigra, virulentia, & maligna, quorum ſerum malignum, & ichoroïdes in tunicis ventriculi imbibitum, auctor ſingultus, fuit ſignum mortem iam proximam promittens, ſolus enim ſingultus in acutis rarum eſt vt lethale ſignum non ſit, nedum nigris, & virulentis vomitibus ſuperueniens, & ſocius, expertáque fuit die decimaquarta certitudinem aphoriſmi vigeſimitertij libri quarti dicentis: *Quibuſcumque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis nigra bilis, ſiue ſanguis niger deſubter exierit poſtridie moriuntur.* Extenuatá verò debere eſſe, quòd tot tormenta, & tam grauia, per tam inſolentes nigros rigorès, horrores, deiectiones, vomitus virulentos, & nigros, lotium abundans, peruigilium exoluens, anxietates cruciantes, & tot diebus inceſſanter fuit paſſa, leuiſſima perſuaſione credes, cùm omnia non ſegniter marcorem, & tabem, & virium languorem machinentur; cui veritati ſi non auſcultes, attende mutitatem meridiei decimitertij ex emortua iam animali virtute ortam. Nec extenuationem Hippocrates requirit, niſi vt ex illa debilitas oſtendatur, incapax iam ad emendandum tam prauum humorem, & quod mors poſtridie à vomitu inexcuſabilis erit, ſi interitum per ſeceſſum expulſus præſagat, certiùs illum innuet iactus per vomitum, ſempérque ſuſpicor, vterum fuiſſe ſphacelatum, & velut paralyticum, nihil lochiorum expellere foras potuiſſe. Excretio verò per nares morti iam proximæ, retentricis paralyſis effectus fuit, experimur enim, & in iam defunctis, per os, & nares, ſanguinem velut à morte perterritum fugere. Cauſa verò naturalis, eſt ſanguis tenuiſſimus, & ichoroïdes, à pondere, ſeu grauitate partium iam morientium oppreſſus, quando, etſi mortuus æger iam ſit, calor febrilis, non vt febris, ſed vt calor perſeuerans, oſcula venarum recludit, per quæ expulſus à grauitate impellente, corpus deſerere cogitur, quia tenuis, & nondum concreuit à frigore, ſi ſanguis ichoroſus concreſcere poteſt ob defectum fibrarum.

Curatio morbi enixæ habitantis in foro Mendacium.

MErcurialis, & Phrigius lochia ſuppreſſa penitus fuiſſe, vt certum ſupponunt, & nos inſinuauimus. Mercurialis venam ſecare formidat, ob cardialgiam, & ventriculi oris læſionem, cum qua Galenus idem auxilium recuſat, donec ventriculus meliùs ſe habeat, & robur idoneum recuperauerit. Phrigius læſionis ventriculi oblitus, ſi vires venam ſecare permitterent in morbo tam graui, & lochiis ſuppreſſis, imperandum eſſe ſtatim remedium illud ſuadet, & fluoris alui non recordatus, iniecto refrigerante clyſtere, eodem die venæ ſectionem reiterat; ſi verò virtus non conſtet, & largè fluat aluus, venam non

non ſecat,ſed ad alia auxilia properat, attemperantia, & deobſtruentia: lotium prouocat, & ſudores mouet, ſicque putat materiam poſſe ad vterum inclinari, & lochia reddere, aut vt decebat fluere. Nos verò de virtutis conſtantia non dubitamus, ſi cum tam grauibus accidentibus,& exitioſo morbo, decimumquartum attigit,& ſi in aliquo caſu cardialgia timenda eſt, modo ſe offert; ſcimus enim ventriculi cum vtero conſenſum eſſe facillimum, & quod ex vtero regurgitat, ventriculo communicari, ita vt Hippocrates ex menſtruo ſuppreſſo, & cibi faſtidio occupatam iam prole fœminam eſſe inferat. Operandum ergo in hoc caſu, vt in omni alia fluxione ventriculi inflammationem, eryſipelas, aut decubitum alium moleſtum, & periculum pollicente, etſi in illis venam ſecare, vt relata mala præcaueantur nullus recuſat, inexcuſabilis eſt ſectio venæ in hoc caſu, in quo euidenter conſtat vterum eſſe partem mittentem, & quod mittitur veneficum eſſe, & publicauit ſingultus inſtante iam morte; & oſcitanter doctrinam Galeni Mercurialis legit, cùm ſolum loquatur Galenus, quando ex recentibus,& iam corruptis, malè ſe habet ventriculus, & vomendo corrupta excrementa, grauiter offenſum fuit os illius. Caſus verò hiſtoriæ grauiſſimus eſt, & ſi in aliquo præcepta practica communia derogenda ſunt, eſt in propoſito, cenſeóque ſecuriorem praxim Phrigij, quia in principio aluus turbata ſolùm erat bilioſis, & paucis, quæ ſectionem venæ moderari, impedire tamen non poterant, eo quod ſymptomata primi diei acutiſſimam, & exitioſam febrem promittebant, & certiſſimam, vt ſunt febres à ſuppreſſione lochiali originatæ poſt laborioſum partum, à quo tam rarum eſt non eſſe vitioſum ſanguinem expurgandum, vt quod fœtus ad ſui nutritionem, & incrementum non trahat,& furetur putiorem, ſi Hippocrati,& Galeno addicti eſſe debemus: & ſic Galenus reſtatur, notando, purgationem à partu talem nuncupari, quia ob vitium non meretur ſanguinis euacuatio appellari, etſi ſanguis expellatur, & vt reor non ſolùm ob dictam cauſam, ſed quia tarò gerentes vtero non vtuntur prauiſſima victus ratione, ob cupedias, aut prætextu geſtationis ſe ingurgitant, ita vt venam ſecare ad præcauendum ob plenitudinem oborſum, tam commune auxilium iam ſit, vt antiquis non ſomniatum vt remedium aborſus, ſed publicatum vt author. Cenſeo ergo cardialgias, & moderatas diarrhæas in caſu relato, non ſolùm non impedire venæ ſectionem, ſed hanc fore remedium, vt illa ſymptomata ceſſent, ſi remedium eſt talum ſecare, vt vterus prauitatem erroneam mittendi ad ventriculum,& aluum deponat,& ſui muneris recordatus, operetur, vt debet, & lochia per propria vaſa extra corpus euomat; nunquam tamen ſecanda vena ſine antecedente ventriculi firmitudine, ne in ſectione deliquiũ veniat, vt ſulet in ventriculo debili,& cum roborantibus miſcebis morſum mitigantia, ſi cardialgia ſit propria ab erodentibus orta, & aſtringens aliquod deuorandum etiam, ſectionémque vnicam partitis euacuationibus (vulgò *per epaphereſim*) implebis. ſic enim minus cadet virtus, & efficaciùs errorem vteri reprimes, & lochia citabis,& bis eodem die ſecabitur vena ſi virtus conſtet; eſt enim Medici generoſi principia morbi mortalis, vt talia tractare, hoc eſt, ita operari, vt ſi iam incruiſſet quod timetur; quia ſi ſemel morbus mortalis increuit, irremediabilis deſperatúſque fit: ergo vt ipſe à principio tam celeriter, & acutè ſe mouet ad prædam, tam breui,& acutè magnis auxiliis pollicitum furorem coërcebis, vt vitam, & prædam tuearis ſecurè.

Miſſo ſanguine ad virium tenorem, cucurbitæ parti domeſticæ crurum vtiliſſimæ ſunt, quas in parte ſuprema inguinum ſcarificabis profundè, nec ad hoc auxilium eſſe inanitum corpus exquiſitè ſperabis; nam

A ſi ab ipſo vtero poſſet ſtatim euacuari, quod miſſurus eſt,& cum tanto periculo, exequendum ſtatim erat; & hyrudines mariſcis affixæ idem beneficium præſtant, vtinam ipſi vtero poſſent applicari. Frictiones crurum oleis trahentibus, manibus inquinatis,& calidis, maximè conferunt, vt veſicantia, & vtero immittenda laxantia, anodina, & trahentia, benè odorantibus miſta, dummodo non odorentur, quod impedies grauèolentibus naribus applicitis; vterus enim benè olentibus delectatus, ad quorum fruitionem ſe expandit, & dilatat, ſicque non conſtrictus reiicere ceſſat, & dilatatus vt gaudens, oſcula vaſorum aperiens, liberam viam purgatio lochialis inueniens proprio pondere cadet, præſertim ſi ſucco mercurialium, oleo amygdalino B dulci, puluere croci,& dictami exquiſitè mixtis, & rapidi, bombacéque imbibitis vteri interna ſollicites ad dictum commodum, cauens ſemper, ne vterum inflammes, quæ paſſio enixis non purgantibus frequentiſſima eſt, vt notauit Galenus. Ligaturæ moleſtæ crurum commendantur ob omnibus, mihi non omninò ſecuræ; nam ſi moleſtæ non ſunt, ſunt pernicioſæ, quia compreſſione illa indolente non trahunt, & ſic fine fruſtrantur, impellunt verò comprimendo vaſa, ſanguinem verſus vterum, & illum replendo nouum obſtaculum lochiorum exitui accomodant, & lucratur vterus copiam nouam excrementorum, miſſurum in aſſueras alias partes ſuum errorem ſeruando. Si verò dolentes ſunt,& moleſtæ, contriſtant animam, triſtitia C verò, & afflictio determinat cor, vt trahat ad ſe ſanguinem, & ſpiritum, vt ſtatuunt omnes, ſicque fluxio vteri retrahitur intus ad vitalem regionem,& emanatio lochialis impeditur, ſi adeſt, & ſi abeſt redditur difficilior ob eandem rationem. Venter ab vmbilico inferiùs vngendus eſt oleo liliorum alborum, amygd. dulcium, chamamelino, croci, anethino; ex his paratur oleum angelicæ à Mercato, ſumendo olei liliorum alborum, amygdalarum dulcium, & ſeſamini, ana ℥.j. ſeminis angelicæ conquaſſati, irrorati vino albo ℨ.ij. theriacæ magnæ antiquæ ℨ.j.ß. coquantur ſimul in vaſe duplici, & fiat colatura cum expreſſione, qua vngitur venter. Peſaria etiam vtiliſſima ſunt,& potiones attemperantes, & cardiacæ menſtrua D mouentes, melancholiæque occurrentes. Eſt optima medela parata à Fabricio, & recipit ſucci meliſſæ, & borraginis, ana lib.ij. croci optimi ℥.j fiat infuſio, & maceratio ſecundum artem, deinde diſtillentur ex balneo vaporoſo, & aqua ſeruetur, de qua datur cochlear cum iure, corpore ieiuno in aurora, dabitur verò vtiliſſimè cum decocto radicum graminis apij, fœniculi, ſcorcioneræ, erythrodani, ſeminis dauci,& adianthi viridis,& caſiæ, de quo clarificato dabitur manè,& in fine vigoris quantitas idonea, notãdo quod parcitas potus ſolet eſſe enixis occaſio parcioris purgationis,& ſic largior attemperatio conuenit, alioqui ſanguis calore febrili,& incendio vteri craſſeſcit ſiccatus,& motui ineptus redditur; eſtque ſitis moleſtiſſima ferè E ſemper enixis, præſertim ſi maſculos pepererunt, cuius moleſtia, (vt antea de ligaturis docui) retrahit verſus cor ſanguinem expurgandum; quo diluto largiori potione, medicata præſertim, & ad vterum inclinante, fluunt copioſiùs lochia, vt expertus ſum millies, & moderata ſiti ſolatur enixa, appetit cibos, & ſomnus conciliatur,& hoc vtiliſſimum præſtant huiuſmodi potiones, quod alui fluxui occurrunt, quatenus per vterum, & vrinam cauſam febris inclinant, & vt mordacitatem contemperant, ſimiliter diarrhæa moderatur; nec timendum ſi aliquod aſtringens dictis aperientibus miſceas ob motum fluxionis, præſertim ſi ſimul per vrinas euacuet, vt de centinodia ſcribitur,& radicibus pentaphili, quibus familiariſſimè vtor in febribus diarrhϾ bilioſæ implicitis, & attemperatione indigentib. Idem beneficium præſtant radices

tumicis

tumicis, cichoriæ, & fragorum. Quæ vel libenter ſcribo ob timorem Medicorum, & vulgi, tam anxiè enixis potum negantes, ignorant enim, quod Galenus docuit, eſſe nimirum grandiſſima vaſa vteri, in quib. ſucci putreſcentes, febres continentes generant, & omnes de genere ardentium, ſi tales ſint, & per conſequens magna attemperatio requiritur, ne febris colliquans fiat, ſanguis ſiccatus, & denſatus craſſeſcat, & immobilis fiat, detentúſque malignè corrumpetur, & vterus æſtuans, ſiccatúſq; non ſolùm non pellat lochia, ſed trahat ex toto, & in ſe abſorbeat quod traxerit, & inflammatus occidat: ſed vt potiones largiores, ſuadeo vt attemperetur enixa, deſidero ne ſint nimis frigidæ, niſi in caſu vrgentiſſimo, ſemper enim ſunt ſuſpectæ ob læſionem tam facilem vteri à nimis frigidis, vt experimento quotidie docemur.

Diarrhœa bilioſa, quæ ferè perpetua fuit, indicabat magnum attemperamentum, modo iam dicto, putauitque Mercurialis, nullam indicationem ad expurgandum inueniri in hoc caſu cùm aluus ſpontè flueret, & abundè, quaſi nunquam liceret in diarrhæis expurgare, etiamſi maligna cauſa ſit, & natura tam inquieta, & irritata, vt hic erat, agnoſceretur, & ferè turgens, vt antea docui. Meliùs à tali auxilio ceſſare conſuleret, quia enixis magnum infortunium diarrhœa, & ſi natura euacuabat abundè, & per totum morbum, præcipitaretur dato pharmaco. Nec euacuatio per aluum lochiali purgationi ſatisfacere poteſt, quia nec per vterum nec ſanguinis eſt enixis tam debita; ſúntq; diarrhϾ à partu tam funeſtæ, vt vulgus experimento iam doctus deſperatas enixas teneat, ſi aluus à partu largè fluat. Ego verò ſi ſanguine miſſo, vt in principio docui, & tentato lochiorum redditu auxiliis relatis, attemperatóque ſanguine bilioſo, nihil vterus expurgaret, non dubitarem pharmacum ſeligens dare, ſi conſtaret virtus, vt imperatur in dyſenteriis malignis, & in turgentiis impropriis. Ratio eſt, quia materia videbatur venefica; & omninò incoctilis, non ſolùm ex propria natura, ſed quia à natura nullatenus detinebatur ob eius malignitatem, vt conſtabat ex inceſſante, & tam inſolente expultricis conatu, vt iam vidimus. Nec expurgatio in hoc caſu imperatur ob euacuationem ſolam materiæ turgentis, ſed præcipuè, vt quod partibus infixum adhæret, euacuetur; illud enim veneni putrefacientis vim obtinens, & tam actiuam vt docui, ſolùm cadit ſub obiecto expurgationis, nunquámque potuit natura tam moleſtata à veneno breuibus effectibus illud extra reiicere, ſed ſemper inconcuſſum tam breuiter ſanguinem corrumpebat, vt tam abundantes, & aſſiduæ expulſiones nòn poſſent ſatisfacere celeri corruptioni ſuccorum, cauſæ tam veneficæ, & inſuperabilis actiuitatis: & iam docui, tam actiuam fuiſſe, vt totum ſanguinem expurgandum per vterum, in humores præternaturales conuerteret, & tam deſperata, & multiformia ſymptomata crearet: & huius expurgationis indicationem auget, in hoc caſu ventriculi læſio, ſeu cardialgia, cui nimia ſuccurrere ſolet; & ſecurè prodeſſe; quoniam vomitus, vbi deſideratur lochiorum emanatio, importuaus, & aduerſus eſt; expurgatio verò minimè, imò ſolet illa excitare, Purgantia ergo tam ſecura vt modo habemus, & ſuccis venenatis, & incoctilibus & horrenda deſperatáque ſymptomata excitantibus imperanda ſunt, præſertim ſi crebrò, & minutim expellat natura, vt in his affectibus ſolet: nam cùm ſit tam maligna materia, à leuiſſima quantitate irritatur, vt pellat; quem expulſionis modum, in prognoſticis damnauit, Hippocrates, dicendo, *ſi verò liquida ſit, confert, nec minutatim, & crebrò excerni, laborans enim deiiciendi cupiditate, peruigilio corripitur.* Adde tu, ex aſſidua irritatione vires breui deficiunt.

In hoc caſu celebre medicamentum eſt ſyrupus ex infuſionibus roſarum rubrarum dilutus, aqua plantaginis cum puluere rhabarbari recentiſſimi, vt diarrhϾ moleſtæ, ventriculi robori, & cardialgiæ occurratur; cui ſi puluerem margaritarum præparatarum miſceas, cordi etiam ſuccurres; aut guttulas aquæ florum cinnamomi, vt ſimul lochia moueas, & viſcera ſoleatur: & cùm frequentius ſit ſanguinem à partu expurgandum eſſe melancholicum, & vterum obſtrui ob melancholiæ craſſitiem: optimum expurgans eſt, quod recipit foliorum ſenæ ℥.ij. rhabarbari ℨ.ß. cryſtallorum tartari ℨ.j. aquæ endiuiæ, & fumariæ ana ℥.ij. infundantur per noctem vt mane coquantur ad liquefactionem tartari, & facta expreſſione adde ſyrupi roſ. rubrarum ſolut. ℥ ij. aquæ florum cinnamomi parum, m. hoc enim præſidio omnibus indicationibus occurritur, & vterus deobſtruitur, & lochia mouentur; caue tamen ne vterus inflammatus ſit, aut febris ardentiſſima, aut ab alia interna inflammatione oriatur, vel detur complicatio vtriuſque affectus; tunc enim pernicies erit expurgare.

Rigores tam frequentes, & horrores indicantes malignitatem, & acrimoniam cauſarum, cientia petebant, mixta cum ſudorificis, acrimoniam mitigantia, & alexipharmaca, vt fortè potio ex aquis bugloſſæ, ceraſorum dulcium, & cardui benedicti cum puluere lapidis bezoar orientalis: & cùm cucurbitarum applicatio partibus inferioribus vtilis erit, & rutius dorſi laxans, & attrahens inunctio; ſic enim frigori extremorum occurrimus, & ſudoribus frigidis ne fiant tam peſſimis partéſque algidæ linteis calidis fouendæ ſint, præſertim ſi datur diarrhœa vt modo, augetur enim alui fluor multùm, ſi pedes, & partes extremæ algeant, & rigeant, vt conſuluit Hippocrates 4. *de victus ratione, text.* ... repellit enim intro excrementa, & ſuccos, partium extrematum frigiditas, & ſic diarrhœa creſcit, cui etiam augmentum præbet, non poſſe algida membra trahere aliquid ab internis, ſicque bifariam augetur alui fluxio, quam ſi colliquatione fieri cenſeas, vt hîc probabile putauit Mercurialis, tractatum noſtrum, ſi alicuius momenti tibi videatur, leges, vbi quid operandum ſit, latè docuimus; ſempérque quod viſcus ardeat, & æſtuet inueſtigabis ſollicitus, vt *lib. de marcore* inquirebat, & docuit Galenus; ſuſpicor enim, enixas non purgantes ob metum vterinarum paſſionum, etſi ardente febre oppreſſas, & colliquatas Medici videant, non attemperari, vt vrgentia febris & colliquatio deſiderabant, ſicque vitas periclitari, vt hæc adoleſcentula fortaſſe periuit: nam cauſa tam inſolenter, tam breuiter, & malignè ſanguinem corrumpens, vt tandem vomitibus nigris, & virulentis occiderit, vt docui, vim veneni putrefacientis acquiſierat, & non colliquare, & corrumpere partem in qua vt focus ſtabulatus erat, eſt impoſſibile, præſertim ſi credas hæmitriteum verum fuiſſe, vt inſinuaui, quem ſine corruptione partis alicuius internæ, non dari, proprio tractatu docuimus, ob quam complicationem præ omnibus febribus eſſe hæmitriteum maximè mortalem, meritò notauit, & docuit Hippocrates, & experimenta anatomica confirmarunt.

Ex iis deduces imperanda eſſe quæ internam corruptionem coërceant, ſi aliquo modo ſaluari poſſunt tam miſerè, & exitioſè læſi, & nullum auxilium efficacius inuenies, vt oleum vitrioli in cordialibus, & attemperantibus potionibus ſecundum vrgentiam bibitum, acore enim ſuauiſſimo, & ſiccitate indelebili, moderatáque aſtrictione, & partium tenuitate, omnes partes penetrat, & depaſcentem putredinem ſingulari prærogatiua reprimit, incendium attemperat, gratiſſimum eſt, & frigidis mixtum cauſticam vim amittit, cuius rationem in curatione febris malignæ adduximus, & inde ſi exquiſitè pars læſa, & incipientem corruptionem experta agnoſcatur, & poſſit exterius applicitis

auxiliis iuuari,exſiceanda refrigerandáq;eſt,& vt ventiletur curandum,vt in incipientibus ſphacelicis fit, & ſtrenuè conferet illam priùs ſcarificare modo poſſibili, vt in pleuritide,pulmonia,iecure,liene renibus,& vtero inflammatis conſulitur,quando phlegmone reſolutioni reſiſtente gangrena timetur, aut quod priùs interimat,quàm corrumpatur,aut ſupputetur, & ad præcautionem ſphaceli.& ſuppuratiunis,meritò ſcarificantur, cùm finis vterque in internis inflammationibus exitialis eſt.

HISTORIA PARII.

A die primo ad vigeſimum.

In Thaſa, Parium qui decumbebat ſuper domum Artemiſij, febris acuta corripuit, circa initia continua, ardens, ſiticuloſa, incipiens comatoſus, & ſtatim inſomnis; aluus turbata in principiis, vrina alba: ſexta minxit aleoſum, delirauit: ſeptima exacerbata ſunt omnia, nihil dormiuit, ſed vrina ſimiles,& mens turbata; ab aluo autem bilioſa pinguia fluxerunt, deinde actaua à naribus parum diſtillauit,vomuit viroſa pauca, parum dormiuit, nona eadem: decima omnia remiſerunt:vndecima ſudauit,non per totum circumfriguit quidem,citò autem recaluit:duodecima febris acuta, deiectiones bilioſa, tenues, multa, vrinis aneorema, delirauit: decima ſeptima laborioſè tranſmiſſa eſt,nec enim ſomni, nec febris intendebatur: vigeſima ſudauit per totum, inſomnis, deiectiones bilioſa, cibum non capiens, comatoſus.

PEſſimas eſſe affectiones in quibus pituita,& bilis prædominantur,Galenus docuit, prædominatæ verò fuerunt poſt peſtilentem ſtatum, à quo oppreſſi in hiſtoriis relati,multi perierunt, & qui non,laborioſè ægrotarunt, variis, & horrendis ſymptomatis afflicti.Annus peſtilens totus fuit Auſtrinus, ſine ventis, & humidior multò quàm calidus; calor verò tepidior eum excedenti, & ſurdida humiditate, complicatio eſt malignæ, & peſtilenti putredini paratiſſima, caliginoſo enim aëri creando mutuo ſe iuuant, calor tepidus ſub multo humore inceſſanter effumat, aut vt loquamur propriùs obnubilat craſſiſſimis vaporibus eleuatis; nam calor tepidus ſuſcitat ex multo humore perenniter.& nullo modo reſoluit.Inde corpora humore caliginoſo,& craſſo imbuta,laxantur,effœminantur, obſtruuntur tuta, vt nulla corporis regiò ſit, quæ putredinis peſtilentis radicem effugere poſſit; & hæc eſt cauſa non ſolùm peſtilentis, ſed extenſæ etiam per totū corpus putredinis, & irremediabilis ſimol, quia præter quàm quod cauſa morboſa exceſſiua eſt, & coctioni ob copiam ſtrenuè reſiſtens,non datur materia creationi ſpirituum, & reoutritioni idonea, cùm ſit corpus totum caliginoſo halitu infarctum,aquea humiditate madidum,ſpiritibus depauperatum, & quos habet ſine ſplendore ſunt.& craſſiſſimi,& ob paucitatem, & craſſitiem remiſſiſſimè influentes, non enim vt alia agentia denſata, & craſſa operantur validiùs, operantur etiam ſpiritus, ſed remiſſiùs vt denſantur, & craſſeſcunt; æmulatur enim influxus eorum, naturam agen-

A
tium illuminantium,& vt neruus denſatus,& craſſus, paralyticus redditur,ſic & ipſi ſpiritus incapaces ſunt influendi denſati, & craſſi, quia incapaces ipſi ſui influxus redduntur. Ob eandem rationem vt nerui influunt fortaſſis medio lumine, quo denſati, & opaci neceſſario priuantur,ſicque peſtilentia affecti pereunt, quando ob Auſtrinam conſtitutionem peſtis cauſatur, etiamſi quamcunque occultam qualitatem excludas; praua enim diſpoſitio, & maligna putrilaginis aëris, primò cor debellatur, quia inceſſanter ab aëre maligno alteratur, & læditur, ſi ſine reſpiratione viuere nequit. Hinc intelliges cauſam tam inſignis varietatis morborum, relatæ ab Hippocrate in antecedenti conſtitutione; nam vt quidam nullo modo inficiuntur ob incapacitatem ſubiecti, alij reſiſtunt minùs, ſed non
B
tam validè alterantur, quia robuſti, & ſi non vt non cadentes, & in hac latitudine reſiſtendi contagioſo aëri,eſt ſumma varietas,vt eſt ſumma in ſanitatis latitudine,ſic vt ſunt reſiſtentiæ variæ, dantur corruptiones diuerſæ in latitudine malignitatis incluſæ, & tam diuerſæ febres, & varia ſymptomata.

Parius ergo bilioſo, & pituitoſo humore onuſtus laborare cœpit ardente,& colliquante febre, dominabatur bilis pituitoſo excremento, vt ſolet in omni principio,quia inflammabilior, vt ſemper putreſiat plus bilioſi quam crudi, ſicque ſymptomata caloris vigent plus in principio; & quia facilioris reſolutionis abſumitur plus illius,vt tandem poſt primos dies vincatur bilis ab humoribus crudis,quia horum perſeuerantia
C
maior ob craſſitiem id cauſat: inde, etſi primis diebus comate teneri cœpiſſet, factus fuit ſtatim inſomnis bile præualente, cum ſiti,& incendio ardenti febri debitis. Aluum turbari in morborum initiis, quando copia excrementorum moleſtat, frequentiſſimum eſt, præcipuè ſi in prima regione incocta, aut praua excrementa inueniantur, quia natura redditur debilior quando iam ægrotat; excrementa à calore febris ardentis liquata,& moleſtiora facta,ob feruorem,minúſque quieta, expellentem ſtimulant, & aluus mouetur & quia (vt antea docui)cruda excrementa à calore liquantur, & multa ſunt in principio, lotium album redditur, & crebriùs,quam per valetudinem pellitur,eſtq;frequen-
D
tiſſimum ſi febris colliquans futura eſt, deriuari per aluum portionem aliquam colliqoationem venturam inſinuans; ſic lotium die ſexta oleoſum apparuit, & ſeptima fluxerunt ab aluo bilioſa, & pinguia, caloris colliquantis effectus ſenſibiles, & indubitati; & cùm de deiectionibus euidens ſit, de vrinis oleoſis certius mihi videtur,fuiſſe nimirum colliquationis euidentiſſimum ſignum,& tales oleoſas dictas, quia aut pinguedinem innatantem oſtenderunt, de quibus in prognoſticis dicitur; *& pinguia innatantia araneis ſimilia, vituperanda*; conſumptionis enim ſunt ſigna, aut quia reuerà vrina tota appareat imbuta pinguedine, vt in qualibet regione ſuturæ oleaginoſum permixtum exquiſitè videatur, & non innatet totum quod pingue
E
inuenitur colliquatum,quod Galenus, Valleſius, Mercurialis, & Phrigius nullo modo admittunt in huius hiſtoriæ declaratione.

Cenſeoque ita,non repugnare dari vrinas oleaginoſas, non ſolum vt putant Authores relati, quia in colore, & modo ſubſtantiæ oleum æmulentur,ſed oleoſas eſſe,quia,vt inſinuaui,craſſæ ſint, & in qualibet regione pinguedo liquata permanere poſſit, & has rigoroſè oleoſas eſſe. Ratio à priori huius aſſerti eſt, non repugnare ita contingere, fatentur enim omnes Authores morbos terminari per vrinam, vt terminantur per aluum, ſiue ad mortem, ſiue ad ſalutem; & ita euenire experimur quotidie. Ergo vt dantur pinguea deiectiones ex liquata ſubſtantia ſula, poterit dari expulſio illius rei liquata per vrinam, quæ ſine dubio liquori miſcebitur, & non innatabit tota ſupra ſuperficiem

vrinæ;

vrinæ; nam ſi deiectiones meræ, & pingues in prognoſtico adductæ vt mortales, vrinæ miſcerentur, non innatarent, ſed fundum peterent, & cum liquore miſcerentur: aut ſi tentaret natura ipſiſſimam rem liquatam, quæ deiectiones pingues conſtituit mortales, per lotium ſeorſim expellere ſine liquore, aut cum moderatiſſimo, vt poteſt, dabitur in hoc caſu vrina tota oleoſa, aut cum liquore liquata ſubſtantia permixta exquiſitè, vt tota vrina craſſa, leuis, & glutinoſa, lentaque ſit, vt eſt oleum. Idem eueniet, ſi ſimul cum humorib. à calore liquante prauè corruptis, (vt in peſte, & malignis febrib. experimur) liquata pinguedo, aut ſuccus pinguis carnium per lotium pellatur, hærebit enim pingue liquatum humoribus ipſis, & vt ab illis in Galeni opinione craſſitiem olei, & colorem comparat, ſic ob liquatam pinguedinē ſimul cum ſuccis quibus adhæret, apparebit tota oleoſa, vt talis apparet tota in modo ſubſtantiæ, & colore, in opinione Galeni, ob exquiſitam mixtionem humorum cum vrinæ liquore.

Tales vrinæ exitialiſſimæ ſunt, quando per vniformem ſuccorum, & pinguedinis putredinem, creantur. Vniformem putredinem voco, æqualiter depaſcentem omnes partes humorum, vda, & emolliente putredine, ob ſuperfluam humiditatem cum moderato calore, non exſiccante, neque torrente, ſed liquante, vt humiditas; ſic enim ſucci putridi, & quidquid liquatum à putredine eſt, exquiſitè per minima vrinæ liquori miſcetur, vt tota vniformis corporatura modo ſubſtantiæ, & colore repræſentetur, præſertim quando liquor vrinæ moderatior eſt, plurimùm vero liquatur ex partibus & humoribus, aut (vt docui modo) ſubſtantia tota ſuccorum ſecundum partes craſſas, & tenues putredine vda corrumpitur; tunc enim in partes minimas humor totus diuiditur, vel leuiſſimo impetu & motu: & cùm ſine impetu, & motu nequeat cum vrina eiici exquiſitè, inde miſcentur omnia, dum per vias tam arctas, & anguſtas mouentur, vt partes minimæ humorum nequeant diuidere vrinæ liquorem, ſed velut vnum corpus liquor, & partes ſuccorum efforment. Si te interrogarem cur bilis naturalis tingens vrinam non deſcendit ad fundum, ſed cum ſero vnicum, & vniforme corpus repræſentat, cum ſit non dubiè ponderoſior, & grauior humor, quàm ſerum, quidquid reſpondeas, accipies ex me ſi probabilia dicas, vt teneas, quod modo doceo de exquiſita mixtione rerum colliquatarum, cum vrinæ liquore, merito cuius vrina tota in modo ſubſtantiæ, colore, & pinguedine oleum æmulatur, & velut vnum corpus efformat, vnicum quidem oculis, ſed plura ratione: eſſe verò moderatum vrinæ liquorem, in colliquante febre, ratio ſuadet, etſi vrina tam moderata non ſit ob rerum liquatarum mixtionem.

Et mihi videtur ſiniſtre, interpretari Hippocratem in oleoſis vrinis, ſi in ſola corporatura, & colore ſimilitudo, non in oleaginoſo, & pingui, & vnctuoſo etiam ſimilitudo cum oleo intelligenda ſit; nam olei color non ſemper eſt idem, ſed variat nimis iuxta diuerſitatem fructus expreſſi, & ſimiliter difformis eſt modo ſubſtantiæ; vt credam ob vnctuoſitatem, & pinguedinem potiùs quam per colorem, & craſſitiem oleoſam vrinam vocandam eſſe; erat enim impropriiſſima locutio & diminuta, & per conſequens Hippocrate indigna, ſignificationē rei iam neceſſariæ ad præſagium, & certitudinem cauſæ morboſæ, per rem tam variam in modo ſubſtantiæ, & colore nobis exponere, & non per illud quod euidens, & infallibile in oleo eſt.

Sed ſi ſtemus doctrinæ Galeni (ſi vera eſt) inueniemus poſſe dari vrinam, & copioſam ex ſola colliquatione, in qua non erit, quod liquamentum verè non ſit, & ſi attrahatur à renibus, vt poteſt, & ipſe concedit, erit tota vrina ex liquamento conflata, & inde oleaginoſa tota: verba ſunt circa finem capitis ſecundi, *lib. 3. de cauſis ſymptomatum. Fit igitur quædam velut anaſta-*

A *theoſis, quaſi dicas reelementatio, colliquatio, ſiue reſolutio ſiue diſſolutio, ſiue quomodocumque aliter nominare libet, aliquando totius corporis, aliquando ſuccorum qui in venis ſunt duntaxat; quod autem ex colliquatione prouenit, aliàs ad ventrem confluit, aliàs ad vrinas, alias ad ſudores pellitur* &c. Ergo ſi totum corpus liquetur, & liquamentum totius per vrinas pellatur, erit vrina tota oleaginoſa, quia ex totius liquatione creata fuit. Quam veritatem ſectatus Galenus *lib. de vrinis*, *c. 25.* (ſi author illius fuit) tertiam ſpeciem vrinæ oleoſæ conſtituit, quæ tota oleaginoſa ſit, & exitialem præ cæteris iudicat, quod etiam Actuarius tenet, & experimento confirmat Cardanus *7. aphor. text. 34.* dicendo, *eſt tamen aduertendum quod in his quæ conturbantur, & concreſcunt, quia refrigerantur, non ſolùm in ſuprema ſuperficie, ſed in tota vrina, &*
B *vrceo apparet adhærens huiuſmodi tela craſſa pinguis, ſine ſignificatione vlla hectica; ſi tamen contingat ſine concretione vrina, vidi non apparere niſi in febribus colliquantibus.*

Itaque in hoc caſu eſt verum axioma, quod poſſibilitas eſt res ampla, & Galenus, & eius ſectatores ſeducti communiori experimento, & frequentiſſimo; raros euentus non admittendo, quos admittunt, increpant, & ſugillant, & quod interdum docuerunt, negant velut mendacium, vt Galenus loco de cauſis ſymptomatum, colliquationem totius corporis admittens; & ſi non pellatur per vrinam, aut ſeceſſum pingue liquatum, ſubitò hydropem ſuſcitari docet, & ſi natura per lotium pelleret totam illam ſubſtan-
C tiam liquatam, negat totam oleaginoſam eſſe, & ſine ratione, cùm totum quod liquatur ex carnibus ſolidis, & pinguedine, & ſero ob exquiſitam mixtionem à calore feruente, & paucitatem ſeri, in qualibet vrinæ regione, oleoſum, & pingue ſe oſtenderet, præſertim, ſi vt Cardanus dicebat, conturbaretur vrina, & frigori exponeretur. Nos quod Galenus docet de totius corporis liquatione, & ſubitaneam hydropem cauſante ſemel vidimus non ex morbo, ſed errore eiuſdem circulatoris Empirici, & idiotæ: refrigeratis omnibus decumbere conſulebat ſuper multitudinem lauendulæ, & ramos menthæ viridis, quæ æqualiter ſuper ſindonem ſpargebat, & exquiſitè in lectulo cooperiebat, & pedibus calida lintea, aut lateres æſtuantes
D accommodabat, ſic iuuenem carnoſum quadratum, & plethoricum diſpoſuit, vt abundè ſudore inundaretur, & tanta fuit, & tam inſolens (vt ille) totius corporis colliquatio, quod impotens natura per ſudorem flumen pinguedinis, & carnium liquatarum expellere, confluxit totum in abdomen, & locum in quo aqua hydropicorum colligitur, & ſubitò hydropicus factus breui animam egit. Erat verò tumor inſignis, æqualis totus, & tactui reſiſtens ob corpulentiam rei colliquatæ, & inter omentum, & inteſtina præcipitio liquationis accumulatæ. Illa ergo liquatio ſi per vias vrinæ pelleretur, formaret non dubiè lotium, & totum oleaginoſum, & pingue. Nec ſatisfacit Galenus, quod illud præ craſſitie non traheretur à renibus, id enim neceſſa-
E rium non eſt in doctrina illius, loco citato, dicendo, quod id quod ex totius liquatione creatur, aliàs ad ventrem, aliàs ad vrinas, aliàs ad ſudores pellitur: non ergo trahitur neceſſariò, ſed pellitur à natura, vt quando per vrinas morbos iudicat, non trahitur materia maligna, & craſſa à renibus, ſed expultrix ſagax ſuo iure vtens (habet enim per omnes partes dominium pellendi moleſta) per vrinas inclinat morbi materiam: & mirabilius eſt, quod per poros totum quod liquatum fuit in illo iuuene extrauaſaretur, vt tam ingentem, & deſperatum tumorem excitaret ſubitò. Et dum hæc ſcribo, obtulit memoria aliam vrinā oleaginoſam totam, quam ſemel vidi, in quadam pulcherrima adoleſcentula decem annorum, & non ſine admiratione; teneræ enim carnes liquantur ſubitò à calore vſtiuo; ægrotauit grauiſſimè & tandem cum multo labore, & temporis longitudine

pericu

A periculom mortis effugit. Auicenna vrinam totam oleaginoſam admittit, *ſen 1. lib. 1. doctr. 3. cap. 2. circa fin. Ad iuntuam* (inquit) *oleagiuoſã vrina tres ſunt ſpecies: Alia enim ex ea eſt quæ tota eſt adeps, & alia eſt, cuius inferius eſt tantum adeps, & alia eſt, cuius ſuperius eſt adeps.* Hæc ex abundanti ſunt dicta, vt conſtet non repugnare vrinam totam oleaginoſam; nec modò diſputo, ſi æger huius hiſtoriæ talem vrinam habuit, quia ad eius expuſitionem neceſſarium non eſt, omnia enim ſymptomata ſine tali vrina contingere potuerunt, falſum tamen cenſeo, quod Galenus, & Valleſius docent, non fuiſſe vrinam illam alicuius colliquationis participem, vt dies ſeptima planè declarauit deiectionibus B pinguibus: & vt nuper docui, nunquam credam fuiſſe appellatam ab Hippocrate aliquam vrinam oleoſam, ſine aliqua colliquatione, ob quam oleoſa denominaretur, eſſet enim improprijſſimus modus loquendi, & tanto authore indignus, ſignificando per ambages rem tanti momenti.

Reliqua ſymptomata febri colliquanti propriiſſima ſunt, vigilare nempe, delirare, viroſa, & maligna vomere, & à naribus parum ſtillare, vt nun ſudare per totum corpus, quando ſudor ab eo quod liquatur, emanat, vt cenſeo huic contigiſſe, & inſinuauit illa corporis circumfrictio poſt ſudorem, ſicque duodecima grauiſſima dies fuit, cum leuior eſſe, vt decima, deberet: ſed quæ leuitas à ſudore rei colliquatæ ſperanda eſt, ſi omnia C mutat in peius? Sic delirauit, & aluus multa, ſed ſine vtilitate reiecit, quæ etiam à colliquatione erant producta, non quia pinguia, ſed quia putredine diſſoluta, & liquata, & lancinantia naturam. Perſeuerauit ſymptomatum prauitas vſque ad vigeſimam, in qua per totum ſudauit, & vt reor, liquatum fuit materia ſudoris, vt dicebat Galenus 3. *de cauſis ſymptomatum*, cuius pernicies, peruigilium, bilioſas inutiles deiectiones, & cibi innappetentiam cum cataphora attulit, timeóque ne coma illud ex liquatione etiam crearetur, ſi non ſubſtantiæ cerebri, ſaltem humiditatum vtilium; nam ex liquatione crudorum cerebrum irrigantium creari poſſe, negabit nemo; nam cum deiectionibus tantis ſurſum aſcendere, quod cataphoram cauſet, difficile D eſt; facillimum verò liquari quod liquabile cerebrum continet ſubacuta febre delirare cogente, & ex propria idea liquante: fuitque dies vigeſimus laborioſiſſimus, vt ex ſymptomatis conſtat, & inde periculo plenus, quia in die tam contemplabili, & naturæ amiciſſimo ita moleſtari, indomitam, vim, & perniciem firmiſſimam ægritudinis arguit.

A die vigeſimaquarta vſque ad finem.

Vigeſimaquarta rediit, trigeſimaquarta ſine febre, aluus non ſubſtitit, & rurſum recaluit: quadrageſima ſine E *febre, aluus reſtitit tempus non multum, cibum non capiens, parum rurſum caluit, & per totam erraticè ſine febre, aliquando autem non; ſi enim aliquid intermiſiſſet, & alleuata eſſet, rurſum reuertebatur, cibariis multis, & malis vtebatur, ſomni mali in recidiuis, delirabat; vrinas craſſitiem quidem habentes mingebat tunc, turbatas autem, & prauas, & aluus aſtrictus, & rurſum ſolutus, febricula continua, deiectiones multæ tenues. centeſima autem vigeſima die mortuus eſt, huic aluus continenter à prima, humidis bilioſis, humidis multis erat, aut ſuppreſſis inferaidis, & crudis: vrinæ vſque ad finem malæ, comatoſus plerumque, cum doloribus inſomnis, faſtidioſus, continenter febris ardens.*

Febres acutæ & colliquantes, ſi in termino acutorum legitimo non occidant, nec ad ſalutem terminentur, & acutiem perdunt, & in alios affectus terminantur, eſt frequentius tabificam diſpoſitionem impreſſam in partibus internis, & viſceribus derelinquere: illa enim dire- A ctè ſuccedit colliquantibus cauſis ſubſtantiam vtilem populantibus: tabifica verò diſpoſitio nunquam actiuiſſima eſt, quia ſicca; & iam per colliquationem calidior ſubſtantia reſoluta, & liquata euanuit. Inde frigida, & ſicca velut ſenectus ex morbo, ſed frigida minùs, quia membra omnia calore vitiuu, & colliquante alterata, empyreuma morboſum ſemper oſtentant, & cùm marcor ille æqualis eſſe non debeat, erunt aliquæ partes hecticæ propriiſſimè calore remiſſo, & ſic febrientes, & hæ præcipuè excrementa derelicta ex acutie prægreſſa leuiter vrunt, aut putrefaciunt, quod infortunium viſcera etiam obſtructa, & humores obſtruentes incinerati, & atrabiliarij redditi certiſſimè B cauſant. Hinc erraticè acceſſiones oriuntur ob difformes diſpoſitiones morboſas partium internarum, vſque ad mortem repetentes, quia cauſa earum inconcuſſa, & immutabilis eſt hecticu more, ob quod dixit Hippocrates *text. 42* peſtilentis conſtitutionis, quod quiſque moriebatur erraticè, hoc eſt, acceſſionibus erraticis, quæ etſi ex ſe lethales non eſſent, fuerunt tamen eorum interitus, qui ex acutis febribus, & colliquantibus debiles, & tabidi remanſerunt; nullus enim morbus, etſi ſecuriſſimus, ſecurus eſt reſpectu omnium. quia quælibet febris, etſi diaria, ægro debiliſſimo ſuperueniens illum occidet. Hinc intelligitur locus difficilis Auicennæ *cap de notis febrium*, abſolutè docentis, in omni febre eſſe timorem mortis vſque ad declinationem, in cuius C doctrina nulla febris reſpectu omnium erit ſecura, quamvis Hippocrates multas febres ſecuriſſimas publicet, & omnes intermittentes periculo denudatas prædicet; ergo à vigeſimo cœpit ægrotare Parius erraticis febribus, & ob illarum acceſſiones ſenſibiliores, quæ vigeſimoquarto cœperunt, dixit, quod rediit febris illa die, quia à vigeſimo noua acceſſio ſenſibilis non apparuit, etſi omnes Expoſitores concordent, nunquam Parium ſine febre lenta extitiſſe, etiamſi Hippocrates non ſemel referat febrem intermiſiſſe, aut liberum fuiſſe.

Permanſiſſe verò internam diſpoſitionem morboſam, à qua erraticæ illæ acceſſiones ſuſcitarentur, indicauit etiam diarrhea vſque ad obitum tenax, corrup- D tionis aſſiduæ, & perennis à vitio viſcerum, infallibile ſignum, & quia ex mera corruptione ſine aliqua elaboratione coctricis creabantur, erant vt narrat Hippocrates, deiectiones multæ, tenues, humidæ, bilioſæ: quæ variegatiu non ſolùm, vt docui diuerſas diſpoſitiones morboſas intus derelictas à febre acuta, & colliquante arguit, ſed accuſat etiam errores in victu, quo vtebatur Parius, diuerſa enim cibaria, & mala, diuerſè corrumpi neceſſe erat, vt quædam deiectiones bilioſæ, aliæ humidæ, aliæ crudæ, hoc eſt pituitoſæ apparerent, nam cruditate abſoluta omnes veſtiebantur, quia omnes coctione denudatæ pellebantur. Hinc ſomni mali in recidiuis, quia ex prauis cibariis vapores ſomnum mouentes obſtruendo, mouebant ſimul varia phantaſmata, E & moleſtiſſima qualitatibus prauis, vt, dormiendo vigilent, & vigilent moleſtiſſimè; vigilant vt ſomniant, quia inſomnium vigilia eſt, quia eſt obiectorum conceptio, & quia obiecta propoſita horribilia erant, & ſomniantes concipiunt phantaſtica, velut ſi reuera eſſent, moleſtantur dormientes ab ſpectris, velut ſi realiter darentur illos moleſtantia. Sic auſus fuit Hippocrates (ignoro ſi alius) ex inſomniis determinata remedia conſulere, quia ille ſolus ex diuerſitate inſomniorum, cauſas determinatas, & certas deducere potuit, ex inſomniis etiam varia præſagia tradendo; quæ omnia chimerica, & mera inſomnia eſſent, ſi certa temperamenta, certa phantaſmata non excitarent, quibus vigilans, qui dormit terreatur, aut gaudeat, & diuerſiſſima colligat. Illud verò ſolum non eſt, quod mali ſomni cauſant, ſed ſi etiam læſionem quatenus ſomni inferant, inferunt verò ſi humores intus re-

tracti

tracti tam praui ſint, vt non permittant coctiones eorum fieri, quia malignitas ſua ſuperior ſit actione caloris vitalis abundantis per ſomnum, à quo concoqui, & emendari debent, vnde non ſolùm febris (etſi æger dormiat) non moderatur, ſed incrementum nouum acquirit, peſſimum quidem ſignum, & cauſa; arguit enim læſionem inſignem viſcerum, quæ ſpiritus vitales per ſomnum viſceribus proximiores corrumpit, & ſimul etiam humores ſpiritibus ſocios; ſanguinem enim in ſomno intro magis fugere Hippocrates docuit, eſt verò frequentior læſio quando viſcera inflammantur, aut eryſipelaceo affectu laborant; augentur enim dormiendo, quia ſanguis intro magis fugit, & fluxio fouetur, calórque viſcerum intenditur duplici cauſa, & quia vt in ſomno creſcit ſpirituum copia interiùs, ſic & maligna fuligo ex ſuccis prauis, & putridis perenniter B eleuata; & cùm corporis habitus frigidior reddatur, frigus exteriorum repellit intro, quod per corporis ambitum expellendum erat, nam vt dicebat Hippocrates, manifeſtè qui vigilat eſt extrinſecus calidior, internè frigidior, dormiens è contra. Eſt verò magna infœlicitas à ſomno lædi, quia vt dicitur aphoriſmo 1. *ſect.* 2. *In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale; ſi verò iuuerit, non mortale.* Mali etiam ſomni dici debent venientes quando vigilare eſſet melius, vt in expoſitione aphoriſmi doctiſſimè Galenus docuit, & non multa ab illo non dicta, neceſſaria tamen, in communi methodo ſcripſimus.

Vrinæ perpetuò malæ cum vomitu virulento octaui diei inſignem corruptionem in prima regione, & C ſecunda ſignificant. Primam voco iecur, lienem, & meſereum, in qua ſucci maligni obſtruentes, & putridi, quæ contingunt olida putrefactione inficiunt, in qua cùm fiant concoctiones ciborum, & tam peſſimè ſit affecta, nunquam vt decet cibus concoquitur, & aptiſſimus vt putrefiat diſtribuitur, & accipit iecur, quod impotens corrigendi vitium coctionis ventriculi, & meſerei, origo fuit etiam vt vrinæ perpetuò eſſent malæ, vt ſunt etiam in colliquantibus putridis, in quibus rarum eſt, iecur peſſimè læſum non eſſe, & æſtuoſum, & variè ſanguinem corrumpendo, & diſponendo prauè, diſtributúmque per vaſa maiora ob corruptionem prauum ſerum ſemper à renibus trahit, & lotium per- D petuò eſt malum; raróque ſerum ſolùm, ſed portio etiam humorum corruptorum cum illo allicit, aut natura trudit, innuitque perpetuitas malæ vrinæ, aut inceſſans naturæ irritamentum quo cogitur per lotium aliquid ſuccorum prauorum expellere, aut in trunco veuæ cauæ emulgentibus proximo, inſignem putrilaginem dari, quæ ſanguinariam maſſam exquiſitè diſſoluens, vt diuidatur facillimè, vt diuiduntur exquiſitè, & profundè putrida leuiſſimo impetu, nequeat trahi ſerum ſine conſortio partium humorum mucida putredine diuiſarum, & ſi feruor eo loco detur, vt datur in colliquantibus, permiſcebit illic partes ſuccorum tam promptè diuiſibiles cum ſero ipſo, vt velut lixiuium formetur ex partibus, & ſero, nequeátque tenue ſine E craſſo à renibus trahi. Hinc vt ſunt ſuccorum corruptiones variæ, dantur prauarum vrinarum variæ etiam læſiones, & ſpecies, & vt excluſit Hippocrates à præſagio illarum ſi ob læſionem veſicæ creentur, ſic ne decipiamur, excludenda ſunt vitia renum, habent enim magnum momentum, & vim ad varias lotij mutationes piogendas. Idem de liene tene, qui per vrinas ſua excrementa crebrò deponens, morbos proprios eliminat, vt ex perpetua, & perenni prauitate vrinarum præſertim ſi variegata ſit, timeas viſcerum multorum læſiones tam variè permutantes vrinam; eſſéque perniocioſiſſimum ſignum, niſi criſim tentante naturâ, tanta prauitas oriatur; vt quando hæc ſcribo non ſine ecſtaſi vidimus in peracuto morbo, ſignis exitialibus ſignato, non ſolùm ſine ſignis coctionis, ſed cum repugnantibus illi, & quinta die, horrere ægrum incipientem, ſimúlque dum creſceret vrinæ prauitas (ſemper enim peſſima fuit) fatebatur æger præ anguſtia, & acerbitate ſymptomatum morti eſſe vicinum, quod & nos timebamus: data verò potione cordiali, quæ ad ambitum corporis diſtribueret cor affligentia, leui ſudore excitato, & continuata lotij prauitate, morbus præter ſpem iugulatus apparuit, & tam perfectè, vt recidiuæ timor iuſtus, fuit tam inanis, vt mortis, ante iudicium: nunquam enim rediit, vt verificetur ſummi Dictatoris oraculum, *in acutis morbis non eſſe omninò certas pronunciationes, aut ſalutis, aut mortis*; & inferas etiam contingere interdum, vt vrinarum prauitate à morbi exordio incipiat morbos iudicare natura, vt ſolet per diarrhœas, verùm cum inſigni periculo, vt in omni criſi crudo morbo tentata, vt verum ſit axioma, vt in natura, ſic in morbis monſtra creari.

Tandem dicit Hippocrates quod aluus erat ſuppreſſus inferuidis, & crudis, & Valleſius explicuit, quod non erat fluxio tam abundans, vt fuit per morbum ferè totum, quando feruida, & cruda deponebat; feruida, quia exuſta, cruda ob inconcoctionem ventriculi. Ego verò in alium ſenſum feror: dixit Hippocrates quod Parius præ doloribus plerúmque reddebatur inſomnis, ſymptomata familiariſſima pituitæ crudæ, & feruidæ, ſiue quia ſalſa ex putredine, ſiue ex permixtione bilis viſtæ, & pituitæ: hæc verò tardè fluit, & in quantitate moderatiſſima, vt per teneſmum ſolet, aut quando dyſenteriam incipit fabricare: tunc verò diarrhœa propria ceſſat, & venit alia ſpecies fluoris alui minor multo priori, ſicque ſuppreſſus aluus dicitur comparatus priori, ſed irritans plus, & ſic vigilare cogebat. Accidit etiam per morbos acutos lethales dolere grauiter interiora, quando nimirum eroſio excrementorum illa lancinat, & exulcerare incipit, & in lotio farinacea ſedimenta, & laminea ſummo periculo apparent, quo tempore ſolet liquor vrinæ tenuior apparere, & ſedimenta craſſiora, fundúmque occupantia; nunquam enim mihi placuit, quod calor, etſi vſtiuus, interiùs diuidat, & ſuperficies eorum, aut partes incendio diuidantur: nam præterquam quod madefacta vaſa ſanguine, & eius ſero tam intensè calefieri nequeunt, vt viſa ſphacelentur, & pereant particulæ aliquæ, ignis externus, quod doceo ſuadet, qui etſi voraciſſimus, nunquam carnes in liquore feruente diuidit, ſed ſuccum extrahens integras ſeruat, ſed tabidas. Ergo ſucci creati ab vſtiuo calore, vaſorum ſuperficies erodunt, aut putrefaciendo morbi cauſa, & velut ſphacelando per minima partes vaſorum ſeparantur vt mortuæ, diſpoſitio quidem mortalis ſi ita contingat. Septicam verò efficaciam habuiſſe Parij excrementa deduces facilè, ſi centum, & viginti dies ſub morbo ſuſtinens, aluum ſemper liquidam habuit, & vrinas tam prauas, ſuccorum putredine aſſidua.

Curatio morbi Parij.

EX excretis per vrinam; & aluum primis diebus, perſpicua ſatis apparuit huius febris prauitas; erat enim colliquans, & timenda à primo inſultu, in quo ardens apparuit cum implacabili ſiti, & accidentibus typhomanicis, comate videlicet, & peruigilio, & diarrhæa, & vrina alba: ſunt enim ſymptomata priora præter lotium album, febrium colliquantium ſigna propriiſſima, nec vrina alba extra rationem colliquantium omninò eſt; nam etſi ex crudis ſuccis liquatis creetur, arguit nihilominus calorem vſtiuum, & ad colliquandum efficaciſſimum, quando præ copia crudorum liquatorum, vrina quæ in ardente febre flaua, aut ad nigram tendens apparere debebat, alba apparuit. Verùm ſuſpicor totam albedinem non pendere ex copia crudorum liquatorum, ſed ex bilis aſcenſu in cerebrum, ob quam

vigila

vigilabat; & ſi crudlrates liquaræ in ipſo cetebro coma ſomnolentum ſollicirabanr, vincebanrur verò breui à biliosi, aſcendenribus, & peruigilio opprimebarur, nec bilis raprus ad ſupera magnus eſſe potuir, quia à principio haboir Parius diarrhœam bilioſam, & non d.litauir vſque ad ſexram, in qua colliquario manifeſta fuir.

Diſces ex dictis ſuſpicionem febris colliquanris, & prauæ ſi prima die ſiris implacabilis, calor vſtiuus, peruigilium, & hilioſa diarrhœa moleſtent: rarò enim aliud initium inuenies in putridis colliquantibus, neque ſigna cerriora. Er attendas obſecro, quod alui fluaio bilioſa, & liquida inirio febris adueniens creari poteſt ea liquarione parris pinguis maſſæ ſanguioariæ, ſi verum eſt quod docer Hippoctates 6. *epid. ſect.* 5. *text.* 14. dicendo, *lingua lotium ſignificat, linguæ virides bilioſa, bilioſum autem à pingui*. in cuius loci expoſitione Valleſius dicir, biliuſum creari ex tenui parte ſanguinis, ſicque affirmant omnes cum Galeno, quod ſi ſanguis vrirur, aur purreſcir, pars eius tenuis in bilem, craſſa verò in melancholiam muratur. Conſtat verò liquatam vnguinoſam partem, & pinguem ſanguinis, creare poſſe bilioſam, & renuem fluxionem. Quia verò permiſta cum multo ſero liquarur, partim per lotium, parrim per ſeceſſum expellitur, ſoléque ob exquiſiram mixtionem non ſupernarare, ſed cum ſero, & aliis humidiratibus ita imbibira incarcerarur, vt reuera obſcuretur; nam vrinam naturalem aliquid pingue continere probabiliſſimum eſt, & experimenrum docer, manus vrinà hominis ſani loras, lubricas, molles, & vnguinoſas reddi, quod forer impoſſibile ſi aliquid vnguinoſum, pingoe non includeret, quando ſalſedo illius conrrarium ſemper procurar: intento tamen fruſtratur, quia breui lotiooe pingue adhærens temauer, ſalſum vero minimè, ſed linteo facilè eatergirur. Vidi ægrum ſanguineum in prima acceſſione febrili, ex ſanguinis purredine, rotum velut iſtericum, ſubitò apparuiſſe pallidum, ranta fuir corruptio primæ acceſſionis, nec potuit liberari ſine magna ſollicitudine, cùm in hilioſam cacochimiam haberer rorum ſanguinem verſum: cœpimus verò medelam ah eapurgatione, erar enim lurco, & ſanguineus, & plerhoricus nimis; potuir defectus ventilariunis ram magnam cauſam corrumpenrem accumulare. Ad lenienrem expurgarionem coëgir lurconum crudiras in prima regione, tum corruprio illa inſignis in bilem prætetnaturalem, quæ ſectionem venæ dehorrarut antequam educta ſir ſupernatanria illa bilioſa, quæ ſubirù illum iſtericum reddidit, ſicque illum prætet ſpem ſociorum liberauimus, purabant enim, ſicque præſagiebanr, in quinro pericliraturum. Pharmacum fuit ſola manna, quo fœliciſſimè fuir expurgarus, & poſtea roborato ventriculo, reiterara venæ ſectione effugit periculum ſeptima die, in quo caſo magni vſus ſunr acida omnia ad cohibendam ram mirabilem corruprionem ſanguinis in cacochimiam bilioſam, ſiccant enim, refrigerant, & moderara aſtrictione, cum parrium renuirate omnia penetraor, vr de oleo roſacro Galenus docuir, penetrare magis ob vim aſtringenrem qua intrù repellitur. Nec ſolum ob dicta putredini acida obitant, ſed quia ipſa difficillimè putreſiunt, ſicque interpoſira inter cauſam corrumpentem, & putreſaciendos humores, ne ſerpar facilè putredo, obſtaculum ſunr validiſſimum, & guſtui gratiſſima, nec alia ſioe ingratitudine amaroris linguæ intolerabilis ſumunrur niſi acida, quia partium renuitate faciliùs quam bilis penetrant linguam, & ſua aſtrictione dilui bilem non permittunt, & parres vniunr, & roborant, ne bilis diffundatur, & diluarur, vr facit aqua, aut vinum, ob quod ingratiſſima ſolent eſſe bilioſis, quando, ſucco amaro imbura lingua iam eſt.

A Meritò ex dictis deduces, in nulla fehre minus impedtri à fluau alui ſectionem venæ, vr in colliquanribus, æſtuant enim viſcera, & diarrhæa non ira pender ex ſuccorum prauirate, vr à calore ſqualido illorum, pellenre naturà quod calor eliquar, & ram prauè diſponir, vt à natura ferri non poſſir. Sic Mercurialis, & Phrigius idem auxilium, etſi cum metu horranrur; & eaperimento fœlici Phrigius ſuadet, nam ſi in colliquante febre ad frigidæ potionem eſſe recurrendum ſtarim Galenus doceat, vt remedium febris, & fluaus; ſi venæ ſectio refrigerat, & vr corpus faciliùs rranſpirer eſt cauſa, fluaſimque cohibet, ſecurè poreſt renrari, dummodo crudirares primæ regionis non conrra indicenr, vt in lurconibus, in quibus ſi
B febris cum diarrhæa incipiat, ſat erit vnica, vel altera die fluaum permirrere, vr condirioni ſine qua non occurrendo priùs, & mox roboraro ventriculo, vena ſecetur ſecuriùs. Verum ſi fluxio alui largior ſir, vr inferas tantam copiam ſuccorum à colliquarione pendere non poſſe, & euacuetur materia antecedens morbi furura coniuncta, & cauſa conrinens, fluxum permittes, non ſecandu venam, & clyſteribus attemperantibus, & mordacirarem obrundentibus dyſenteriam impedies, inteſtina firmabis, & rurum ventrem contemperando, & viſcera naturalia, mirè proficies, & Inueſtigara ſollicitè parre interna æſtuanre, à qua ſebris creetur, illam arremperes intus, & extra, vr tractatu de colliquanribus febribus latiſſimè docui, ſperahis verò
C mediocrem ſalrem euacuationem totius anre topica infrigidaoria; vr ſecuriùs, & faciliùs earinguatur partis affectæ incendium, quæ vt focus, aur mittens cenſenda eſt, ſine cuius ſalote cutario fruſtra tentarur.

Obſeruandum eſt, quod alibi docui, nimirum eſſe ſemper permiſcenda aſtringentia leuia (quando febris diarrhææ copularut) cum attemperantibus, & deobſtruentibus; eſt enim cutatio difficillima ob indicationer diſcordes; febris enim aſtringentibus exaſperatur, quia obſtructiones augenrur, & præexiſtentes indurantur, ventilario impeditur, & putredo creſcir. Si verò ſine aſtringenribus temperare, deobſtruere, & corpus perſpirabilius reddere procuremus,
D quæ à fehre putrida indicantur, alui fluaio ſuperfluit, & præcipitium aduenions occidit, ob id leuiter aſtringentia vriliſſima ſunr, quia non permittunr illud præcipirium, nec febris exaſperatur, ira vt occidar, imò leuis aſtrictio nullius, facultatis opus remoratur, ſed omnes roborando naruralem operandi modum concordirer ſeruant. Hoc intelliges, quando nondum diarrhæa ira vrger, vr iam cohiberi indicet; quod ſi indicer, & febris non ſir accidens diarrhææ, funeſtus eſt caſus, vt ſæpè obſeruamus, derinendo propter vrgentiam, quæ narura ferre non poreſt; ſtarim quidem anxietates fatigant, cardialgiæ lancinant, deliquia ſopetueniunt, mox ſyncopales ſudores, & æger perit lypiricus, & citiùs mulro ſi à deliquio ſudor ſir cali-
E dus, vt 6. *epid. ſect.* 4 *text.* 30. ſequentibus verbis docuit Hippocrares, *ſigna lethalia per cutem calidus vapor, priùs autem naſus frigidum ſpiritum reddit: vitalia autem contraria*: & hoc ira venrurum intelliges, niſi ob debiliratem rerentricis diarrhæa veniar, tunc enim ſecurè cetineror, ſicut ſi ob oſculorum vaſorum apertionem cauſerur, in quo caſu ſecuriſſimè aſtringitur, & derinetur. Eſt oprima porio in dicto caſu decoctum patare ex foliis cenrinodiæ ſonchi, radicibus fragariæ, & penraphili, & florib. nimpheæ, clarificetur, & aromatizetur pulueribus ſanrali albi, de quo ſume ℥ vj. ſyrupi oxalydis ℥. j. de acore citri ℥. ß. pulueris margaritarum præparar. aur electuarij de gemmis ℈. j. m. & ſi dyſenreria rimeatur, additur decoctioni vnum vel alterum folium plantaginis, & loco margaritarum, bolus armenus miſcebitur, aut ſmaragd.

præpa

præparat. pulu̅is: largior verò potio imperabitur ſi febris incendium ſit maius, & feruentiora excrementa, aut ſpumantia præ incendio, credéſque vim aſtrictoriam debiliſſimam in aquis diſtillatis dari, ob quod decocta vtiliora ſunt; & ſi iam ſit neceſſarium cohibere fluxum, fortiora aſtringentia, & ſiccantia imperabis, vt ſi decocto relato addas parum caudæ equinæ viridis, quæ ſingularis eſt, ex qua ſoleo ſyrupum conficere, ſtreouè diarrhϾ repreſſorem: & renum, & iecoris attemperatio nunquam omittetur in colliquante febre; caput muniendum oxyrrhodino, & ſi fluxus ſanguinis ex naribus iuuari poterat, eſſet vtile in cerebro iam onuſto, & delirare incipiente à die ſexta.

In his febribus vſtiuis, & liquantibus, diarrhϾ implicitis, & peruigilio occidentibus, vtiliſſimus eſt vſus laudani opiati fluxum ſiſtentibus mixti, moderato enim fluxu, & ſomno conciliato, inſtauratur virtus, humor coquitur, & longiori curationi datur locus, vt ſi laudani grana duo, aut tria, cum decocti tormentillæ ℥. ij. ſyrupi citoneorum ℥. ß. electarij de gemmis ℈. j. miſceantur, & ſumatur totum. Semper tamen iecuris, & lienis diſpoſitio ſollicitè inquiretur, & ſi tumeant, doleant, & æſtuent, ſaluarellarum ſectio vtiliſſimè imperabitur, & ſi opus fuerit, ſcarificabitur cucurbita ſupra viſcus affectum.

Sic vſque ad vigeſimum regendus erat Parius, nec tam tenuiter cibandus, vt docet Mercurialis; tum quia febris colliquans inanitionem habet adiunctam, & marcorem ſemper intendit; tum quia vigiliis debilitat omnis, & cibi tenuitas vigilans eſt ob euaporationis defectum. Eſt verò *vigilia vorax*, vt docuit Hippocrates, quia multum reſolutoria, & euacuans: copioſa verò reſolutio non reſarcitur tenuiſſimo victu. Fluxui bilioſo ſuccurrit Phrigius lactis ſero cum ſyrupo roſaceo ſolutiuo; doctrina, & praxis pernicioſa in colliquante febre, cui omnia abſtergentia, & laxantia nocentiſſima ſunt, quia ad colliquationem maiorem diſponunt; ſemper enim aſtrictio moderata, (vt docui) inexcuſabilis eſt, vt partes internæ firmatæ liquationi reſiſtere poſſint; nec caret ſero ſua ignea impreſſione, qua liquationi fauet, & fluxiones prouocat, etſi attemperantia viſcera reiterari debent, vt eſt neceſſe, quæ pernicies certior reiteratione ſeri cum ſyrupo roſaceo ſolutiuo, vt natura iam inceſſanter mouens per aluum, ſtimulata, ſero, & ſerapio reiteratis, inſuperabilem fluxionem cauſet. Res ergo exequenda eſt vt docui in principio, ſed omnia ad colliquantes febres attinentia proprio tractatu diſcuſſimus; neque huius hiſtoriæ curatio longior requiritur, etſi tam longa, & moleſta fuit ægritudo, quia vt retulit Hippocrates, prauis, & multis cibariis ſeipſum Parius occidit: potuit non dubiè liberari ſi inculpatus in victus ratione perſiſteret, ſi cum victu tam prauo vſque ad centum, & vigeſimum diem morbo tam graui in principio, & tam culpabili victus rationi reſiſtere potuit, nam vt rectè Galenus *lib. de theriaca ad Pamphilianum, nullum remedium tam efficax datur, quod vtile eſſe queat ſi ratio victus culpabilis ſit*: & tam potens eſt inculpabilis, & vt decet ordinatus, quod ille ſolus ſine aliis auxiliis innumeros morbos perſanare poſſet: & infortunium Parij Medicos hortatur ne errent in victu, ſi vindices eſſe nequeunt; & confirmat Hippocrates 6. *epid. ſect.* 8. *text.* 35. dicendo, *ne te lateat quantum victus ratio cognoſci poſſit magna enim calamitas eſt, hanc ſi ignores*: & Galenus ibi; *Niſi quis victus rationem probè cognitam habeat, profectò innumera incommoda ægro afferet, quæ vel mortem, vel certè eius periculum minabuntur.*

De potu aquæ gelidæ agnoſticè ſumendo non eſt cur commendetur, ſi eſt primum principium, eſſe tam celebre remedium in colliquantibus febribus, etiamſi diarrhœa detur; illud tamen aduertes, quod ſi detur alui

A fluxio cum colliquatione, ſit aqua deaurata, aut chalybeata, vt firmentur plus viſcera, & retentrix etiam, claudanturque oſcula vaſorum, quæ ſub tanto incendio non poſſunt non eſſe hiantia ſuo modo, & continuitate fluxionis per illa, ſatis aperta, delationis impulſu humorum fluentium, & tam calidorum.

HIST. DECVMBENTIS propè frigidam.

A die primo ad vigeſimum.

B *Mulier quædam quæ apud frigidam aquam in thaſo habitabat, poſtquam filiam peperiſſet, nec eſſet purgata, tertio die à partu febre correpta eſt acuta, horrida: multò antè partum, febriculoſa decubuerat, cibumque faſtidierat, vt riguiſſet; febres fuerunt acutæ, continuæ, horridæ: die octauo, proximiſque diebus multum delirauit, rediitque ſtatim ad mentem; aluus turbata multis, tenuibus, & aquoſa bile miſtis, non ſiſtebat: vndecimo mentis erat compos, ſed erat comatoſa,* C *vrina multa, tenues, & nigra, inſomnis erat: vigeſimo aliquantulum circumfrixit, ſtatimque recaluit, delirabat nonnihil, inſomnis erat, aluus iiſdem erat, vrina aquoſa, & multa, & mala.*

ORNATIOR ſcripta fuiſſet hiſtoria, ſi relato ſitu habitationis, ſequeretur quod multo ante partum febriculoſa fuerat, & cibos faſtidiebat: vtcumque ſit, ciborum faſtidiũ ſymptoma eſt familiariſſimum gerentibus vtero, quando ex ipſo, & menſtruorum defectu, & ſine rigore, & febre, vteri geſtationem arguit Hippocrates D 5. *aphoriſm. text.* 61. dicendo; *Si mulieri ceſſent purgationes, nec horror, nec febris ſuperueniat, & faſtidia incidant, inde ea ipſam in vtero habere.* Febricitare occupatas neceſſarium non eſt, contingit tamen, etſi ſit minus frequens quàm cibos faſtidire, ſed ſæpiſſimè accidit, eſtque occaſio non leuis ciborum faſtidium, quo coguntur, ne pereant mater, & pignus, praua alimenta ſumere; illa verò febricitandi origo ſunt, ob ſucci prauitatem, & quia in copia maiori ſumuntur, quia non alia, & pro duorum conſeruatione: & cùm cibi praui nihil ferè habeant boni, multum verò excrementitium, & malum, & aliqui fœtus fureotur pro ſe puriorem ſanguinis partem; onuſta ſupereſt mater multis, & prauis excrementis, à quibus obſtructa febricitat, E interdum malignè, ſæpiùs verò febribus lentis, & diuturnis, præſertim ſi conceptio fœminæ ſit, crudiora excrementa relinquens, aptiora quidem ad obſtruendum, & febres lentas diuturnas tamen creantia, ſicque experimenta docent, rarò à febribus lentis liberari vtero gerentes, donec pariant, ſi purgatio à partu procedat, vt debet, & ſi non, & febris ſuperueniat, lethale eſſe infortunium, vt huic euenit, nam ſi febris ſola ob defectum lochiorum ſuperueniens, funeſta ferè ſemper eſt, quia tarò non peodet ab vtero inflammato, periculoſior erit, ſi ante illam alia moleſtauerit, & adſit cum ſecunda, à qua exaſperati, & prauiorem fieri neceſſe eſt.

Has febres ex lochiis ſuppreſſis ortas, malignas, & praui moris eſſe publicum eſt, quoniam cauſa earum ſemper ſupponitur praua ante putredinem, vt Galenus

teſtatur, cui prauitati ſuperueniens putredo velut veneficam cauſam reddit; quod nullus quem legerim ante nos notauit: eſt enim concors omnium opinio ex menſtruis retentis ſi putreſcant in vtero hyſtericam paſſionem creari, & quia in illo loco putreſcunt, velut venenum corrumpi, & ob id generare tam praua ſymptomata, & tam periculoſa, morbumque à tota ſubſtantia dari, nam ille ſolus tantorum, & tam periculoſorum accidentium author eſſe poteſt. Si ergo fatemur omnes, purgationes à partu prauiores eſſe menſtruo ſanguine, & putreſcunt in vtero, vt menſtrua hyſtericam creantia, induent lochia putreſcentia prauam veneni proprietatem, & inde malignam febrem creabunt, ob idque tam exitioſum eſt lochia ſuppreſſa putreſcere, & febrem cauſare; hinc pendet tanta rigorum, & horrorum moleſtia, in mea opinione, vt docui *cap. de ſignis inflammati vteri*, nam ſi in illo ſanguis, & ſemen putreſiunt malignè, certiùs lochia prauiora ex ſe ſi in illo putreſcant, eandem malignitatem acquirent; hæc eſt cauſa horrorum, nam teſte Galeno, ratò non eſt melancholicus ſanguis à partu expurgandus: hic putreſcens malignè, atrabiliarius redditur, & ichor eius prauiſſimus eſt ſemel corruptus, cuius fuligo, & aſſidua exhalatio partes ſentientes vellicans, horrere cogit, vt experimur quotidie in malignis febribus horrere ægros inordinatè, & ſæpè, eſtque horrorum inordinatè inuaſio ſignum efficax malignarum febrium, quam experta fuit ſæpè mulier enixa, & ita fuiſſe indicarunt vrinæ nigræ ex vſto melancholico ſanguine ortæ. Et quia rariſſimum eſt non periclitari horrentes multũ in febribus ob lochia ſuppreſſa, timeo ſemper contraxiſſe vim veneni putrefacientis, & vterum exedi, & ſphacelari, quia febres horridæ, ſemper inuoluunt aliquid hæmitriteum, quod rarò ſine ſphacelo interno alicuius partis dari experimenta anatomica publicarunt, vt proprio tractatu docui. Galenus etiam in huius hiſtoriæ expoſitione, prauitatem lochiorum ſuppreſſorum his verbis diuulgat; *Quippe menſtruorum ſuppreſſio offendit, tamen non perindè, vt ſi à partu ſupprimantur officit; quòd non abundantiam modò, ſed inſignem etiam humorum pariat prauitatem; nam meliorem ſanguinem ad ſe nutrimenti cauſa fœtus alliciens, relinquenſque deteriorem, cauſa eſt, vt prægnantes prauis humoribus repleantur, quos à partu euacuat natura.*

Cur fœtus puriorem, & meliorem ſanguinem à matre furetur, explicuit nemo quem legerim: cenſeo duplicem eſſe cauſam: prima ſit facultas attrahens debilis, quæ ſolùm allicere valet, quod eſt tenuius, & ſpirituoſius, non enim decebat robuſta attrahens corpori tam exiguo, ne ſuffocaretur ſi multum traheret, præſertim in primis menſibus formationis, & incrementi, excedit enim illis diebus humiditas, cum qua nunquam fortis attractio poſſibilis eſt. Secunda ratio ſit, anguſtia vaſorum, quibus fœtus ipſe in vtero ornatur, incapax recipiendi totam corpulentiam ſanguinis materni, ſicque quaſi per ſuctum trahitur tenuiſſima, & purior, ſpirituoſiorque ſanguinis portio; neque enim totus integer commutari facilè poſſet, à corpore tam molli, & cui ſolum lac per biennium cibus vtilis, & ſecurus cenſetur. Et hinc ediſces, cur ſanguis puriſſimus, & defæcatus exeat, quando, cur vena ſecatur, animo linquitur, etiamſi ante exanimationem craſſiſſimus, & corruptiſſimus maneret, cuius problematis ratio plurimos torſit, & torquet modo, quorum ſolutiones nunquam mihi placuerunt. Noſtra eſt in omni deliquio animam triſtari, & in ſeſe corpus vniri, & externè infrigidari, & denſari, quia in omni deliquio, & mœrore retrahitur ſanguis cum ſpiritu ad cor; partes verò externæ infrigidatæ, & denſatæ occluduntur, & cum vulnus venæ afflictum extrinſecum ſit, redditur paruiſſimum, & non capit, niſi ſpirituoſum, & tenuiſſimum ſanguinem, ſi deliquium non

A obſtet totaliter ſanguinis emanationi, vt ſolet, ſi magnum, aut diuturnum ſit, & indè ſi à deliquio corruptus ſanguis emanet, deduces periculoſiſſimam affectionem eſſe, quia putredo, aut corruptio vniuerſam cruoris maſſam infecit, nec tentabis deinceps occurrere malo ſecando venam, quia corruptio cruoris extenſa creationi ſpirituum materiam non præbet, ob idque in euacuatione ſanguinis animus deficit, quia ſub tanta corruptione, pauciſſimi ſpiritus dantur, vt defectus exeuntium cum ſanguine ſufficiat vt deliquium ſuperueniat facillimè.

Aluus copioſiùs fluens indicabat duplicis excrementi copiam, bilis nempe, & ſeroſorum ſuccorum, à quibus diluta bile, erant deiectiones velut aqua bilioſa, B qua miſcellà delirium perpetuum eſſe non poterat, niſi in acceſſionum incremento, & vigore, ſicque breui mentem recuperabat: in declinatione nempe vſque ad incrementum acceſſionis ſequentis. Narrat multùm deliraſſe in octaua, etiamſi ſeroſæ ſubſtantiæ multùm daretur in tota illa peſtilente conſtitutione, tumultuoſo delirio repugnans; nam ad delirium conducebant duos ſpecies, & phantaſiam mouentes, bilis nempe, & melancholia putreſcentes, qui ſucci ſi ſine putredine dum ſuperfluunt, mentem perturbant, concipientes putredinem multùm delirare obligabunt, præterquam quod plurima ſeri portio à melancholia emanabat, hoc eſt, erat ichor ille malignus melancholiæ putridæ alumnus, qui mentem etiam turbare poterat. Fuit verò humoris melancholici non parua quantitas, ſi tantum ſe- C rum, crudum, & multum atrum reddere potuit, erant enim vrinæ multæ, tenues, & nigræ, ſub quibus ſymptomatis vſque ad vigeſimum moleſtata fuit partim vigil partim comatoſa, iam delirans, iam rationis compos, cerebrum enim læſum per conſenſum fuit ſemper, aluus enim perpetuò fluens inſigne remedium eſt, vt affectiones cerebri non confirmentur, quibus etiam vrinæ multæ tenues, & nigræ obſtaculum fuere, nam tenuitas non propter raptum in cerebrum, ſed à multitudine ſeri, & crudi creabatur, cuius eductio multa à die vigeſimo vſque ad vigeſimum ſeptimum, cauſa fuit vt vigeſima febris deficeret, ſicque cenſeo illam circumfrictionem leuem diei vigeſimæ iudicatoriam ſuo modo fuiſſe, vt in febribus ardentibus, & malignis quotidie experi- D mur, & illud leue delirium etiam hoc ſuadet, tam proprium quando intempeſtiuas criſes natura tentat nondum coctâ materiâ. Confirmat hoc peruigilium diei vigeſimi, qui dies iudicatorius cum ſit, & validiſſimus, criſium feraciſſimus eſt, & quæ in eo eueniunt mutationes, & ſymptomatum varietas, ſollicitè contemplãdæ ſunt; ne quæ ex intento naturæ criſim ſollicitando moleſtant, prauitati affectionis tribuantur, vt fecit Phrigius: & vt dixi confirmatur ex intermiſſione, & defectu febris in vigeſimaſeptima, quæ bonitas implicaret, ſi ſymptomata diei vigeſimi critica non fuiſſent; ex tam peſſima enim cauſa ſi naſcerentur, vt ille putauit, mors in vigeſimaſeptima, non febris ceſſatio certiſſima eſſet. Mirum fuit quod narro; laborabam febre E maligna contagio cuiuſdam infirmi impreſſa, & die ſeptima ſummè conflictatus non delirans, ſed ſenſuum turbatione quadam ſubitò oppreſſus, mens vacillabat, in quo conflictu tam moleſtus, & implacidus erat in lecto decubitus, velut ſi nudus ſuper lapillos iacerem, durauit moleſtia velut horæ dimidium; mox madore ferè imperceptibili ſuperueniente, febris euanuit, & decubitus tam placidus, & quietus velut ſi nunquam ægrotaſſem reſtitutus fuit; potuit ergo illa circumfrictio pendere ex inſenſili expulſione naturæ tentatæ poſt illam, & in recaleſcentia reſolui, quod ex foco extractum, occaſio fuit, vt intermitteret febris poſteà, durante expulſione ſenſibili, & copioſa per vrinas aquoſas, & multas.

A die vigeſimo ſeptimo.

Vigeſima ſeptima ſine febre, aluus ſubſtitit, non multo autem tempore poſt, dextra coxa dolor fortis tempus multum, febres rurſum comitabantur, & vrina aquoſa; quadrageſima qua ad coxam ſpectabant alleuata ſunt, tuſſes autem continuæ, humidæ multa, aluas ſubſtitit, cibum non capiens, vri a in eiſdem, febres autem in totum quidem non deficientes, erraticè autem habentes exacerbationes, partim quidem ita, partim autem non: ſexageſima tuſſes quidem ſine ſigno dejecerunt, nec enim aliqua ſputorum concoctio fiebat, nec alias conſuetus abſceſſus, maxilla autem dextra diuulſa eſt, comatoſa, delirans rurſum & breui reſipiſcebat: cæterum à cibis habebat animam aduerſum, maxilla quidem ad locum ſuum redijt; aluus pauca biliosa reddidit, febricitauit acutiùs horrida, & ſequentibus diebus ſine voce, & rurſum reſipiſcebat, & loquebatur; & octuageſima mortua eſt. Huic vrinæ vſque ad finem erant nigra & tenues, & aquoſæ, & coma comitabatur, cibum non capiens, animo deiecta, inſomnis; ira difficilis tolerantia, mens verò melancolica.

Si ſanguis à partu expurgandus ferè ſemper melancholicus eſt, vt hic Galenus teſtatur, & vrinæ vſque ad finem fuerunt tenues & nigræ, & multæ, vtiliſſimæ debebant eſſe, quia multæ, nigræ, & tenues; pellebantur enim excrementa redundantia ſi in illa conſtitutione ſeroſitates multæ corpora madefaciebant, & ſuperabundabant, & ſanguis à natura expurgandus poſt partum melancholicus, vt plurimum eſt, & talem habuit hæc ægrotans, ſed non eſt ſatis à partu euacuari nigra, niſi ſanguis euacuetur, quia lochia expurganda, ſanguis eſſe debet, ille enim detinetur in gerentibus vtero, qui per menſtrua expellendus erat; erat verò ſanguis, non ſolus hic, aut ille humor, vt inde quæuis euacuatio alterius humoris à ſanguine ſuſpecta ſit in enixis, quia non euacuatur totum quod redundat; potuerunt ergo vrinæ multæ, tenues, & nigræ mortem protrahere, non verò impedire. Idem de diarrhœa biliosa, & aquoſa tenendum eſt, conferebat enim, ſed non erat ſatis, quia ſanguis cacochimus, & redundans, & ferè ſemper malignus, non expurgabatur, ſed in vteri regione ſtabulans, & corruptus irremediabilem obitum fecit, fecit verò, quia ſanguinariam maſſam totius corrumpebat, & in alios humores, & alienos permutabat, quos, etſi per vrinam, & aluum natura ſollicitata pelleret, quia nunquam mali radicem éliminauit, continuæ corruptioni ſuccubuit, tot, & tam varia ſymptomata experta.

Vt ceſſauit febris vigeſimaſeptima, aluus etiam ſubſtitit, detenta verò excrementa interiùs irritarunt naturam, & quæ per ſucceſſum reiicere conſueuerat, trudit ad coxam, & dolorem fortem cauſarunt, & per multum tempus; nam grauis dolor coxæ ſine grandi copia materiæ excitari nequit, ob articulationis magnitudinem, & capacitatem in qua firmari velut clauo trabali ſolet, multa auxilia contemnens, vt viſione ſit opus, vt mireſcat Moleſtauit verò dies quatuordecimus ſolùm, quia corpus inanitum nimis inuaſit diarrhæa, & vrinæ multitudine plurium dierum inedia, & peruigilio, & euacuationibus arte celebratis, ad quod conduxit etiam excrementorum natura, biliosa nempe, & aquoſa, lentore, & craſſitudine carens, vt breui contra propriam conditionem poſſet reſului quod fluxerat, dormiente iam fluxu; & pars quæ in coxam pellebat, aliam debiliorem inueniens, in illam fluxionem direxit, & loco doloris coxæ, tuſſes continuæ, multæ, & humidæ superuenerunt, grauiter moleſtantes, à quadrageſima ad ſexageſimam, velut ſi ſuperueniſſet nouus morbus termino acutorum finiendus in die à ſua inceptione vige- A ſimo, velut dolor coxæ dies quatuordecim vt morbus ſimpliciter acutus afflixit.

Varietas partium affectarum huius ægtæ ſuſpicari me facit, ſi cerebrum fuit pars mittens, & radix tam diuerſarum paſſionum; eſt enim cerebrum pars cum vtero facillimè & multùm conſentiens, & quæ omnium fluxionum ab Hippocrate origo putatur, *lib. de locis in homine, & libello de glandulis*, vbi ſeptem principales fluxiones creari ab illo diuulgat, & Galenus *aphoriſm. 2. lib. 6.* nullam partem corporis ſecuram cenſet, ſi cerebrum excrementis onuſtum ſe exonerare procuret; verba ſunt: *Eos igitur qui ſunt humidiores, ſiue cerebro tantùm, ſiue corpore vniuerſo, non contigit ſalubrem vitam omnis noxa expertem traducere; verùm continuo diſtilla-* B *tionibus parua ex occaſione capiuntur, & ſi ſuperfluitas eius ad inferiora per palatum deſcendat, partes ſubiecta offenduntur, fauces, guttur, aſpera arteria, pulmo, gula, ventriculus; tuſſes itaque in ipſis fieri, & difficiles anhelitus, & anginas, cruditatiſque, & ventris profluuia eſt neceſſarium; nonnunquam verò & difficultates inteſtinorum, quando quod diſtillat quodammodo ſalſum fuerit*; cerebrum enim eſſe morbis ſubiectum nimis, docuit Hippocrates 4. *de morbis, num. 13. & 14.* quod & de ſplene notat. *Venæ*, inquit, *in ipſis craſſæ, ac multæ ſunt, & ipſa quoque venoſa ſunt, & caua, vt & aliis humoribus recipiendis capacitas in ipſis ſit*, &c. Quam doctrinam millies reiterat, vnde *epid. ſect... text...* ſcripſit, ſi caput doleat, deſcendit in pectus, deinde in hypochondria, deinde in coxam, omnia C autem dolere non poſſunt. Diarrhæas ex cerebro fatetur paſſim, vnde 7. *aphoriſm. text. 3.* dixit; *Quibus in alui profluuiis excrementa ſpumoſa ſunt, iis ex capite pituita defluit.* Sed locus ex libello de glandulis celebris eſt, vt inde deducatur, nullum morbum eſſe impoſſibilem, ſi à fluxione creabilis eſt, qui à cerebro originari non poſſit.

Ex iis probabiliſſimum eſt, quòd humor qui deſcendebat ad coxam, pulſus fuit in fauces, & caput aſperæ arteriæ, & ſuperuenerunt tuſſes continuæ multæ, & humidæ, ſicut, & qui diarrhæam aquoſam cauſabat, mutatus ad coxam fuit; nam dolor coxam moleſtare cœpit, ceſſante diarhœa, & tuſſes excitatæ ſunt continenter moleſtantes, & per multos dies, ceſſante dolore D coxæ, & ceſſantibus tuſſibus, diuulſa fuit dextra maxilla, & ſuperuenit ſoporoſa paſſio, febris rediit cum delirio, quia cerebrum pellere à ſe non poterat quod aliunde recipiebat, aut in ſe generabat, & accumulabat, & hoc eſt, quod *lib. de glandulis*, docuit Hippocrates dicendo. *Hæ fluxiones cerebri ſordes, ac purgamenta diſcedentes exiſtunt, & ſi non diſceſſerunt, morbus ipſi inde oboritur.* Eſt verò facillimum intellectu, cur tot mutationes partium affectarum inueniantur, ſi ſemel concipias cerebrum eſſe quod mittit, & omnes partes eſſe illi ſubditas, vt inferiores, & eſſe facillimam expulſionem excrementorum deorſum, ſi corpora grauia ſunt, & quòd auxiliis medicis roborari poſſunt partes modò ob debilitatem recipientes, vt remediis E robuſtiores redditæ non recipiant quod antea, aut aliis remediis diſtracta fluxione per aliam viam pellat cerebrum, quod in primam partem mittebat, nunquam enim fluxiones ſedantur, ſi pars excrementa creans non ſanetur, ob quod Galenus ſugillat Medicos euacuantes ſolùm excrementa genita, & non medentes affectui partis illa creantis, ſicque recidiuant perpetuò, verba ſunt, *comm. 1. de humoribus*, in expoſitione textus duodecimi poſt medium illius, quæ longiſſima eſt; *Quo in loco* (inquit) *par eſt attendere communem Medicorum erratum, quod in plurimis affectibus plerumque committitur, nam quod ſuperuacaneum eſt euacuant illi quidem, ſed tantùm, nec quod euacuatum ſit, quid per ſimile gignatur, nullo modo ſibi curandum proponunt.* Sic roboratis inteſtinis, aut ab eis diſtracta fluxione, reiecit caput in coxam, ab hac roborata, aut diſtracta, vt priùs ſuper-

A uenerunt tuſſes tam aſſiduæ, & humidæ, & multæ, & impedito catharro, conuulſa, aut diſtracta fuit maxilla dextra, & iam cerebro facto debiliori, etiam reliquis partibus, retinuit in ſe, quod aliundè admittebat, aut ab illo creabatur, & coma ſuperuenit cum febre, & delirio, vt docui, & intra cerebrum agitata materià, & inquieta, iam delirabat, iam erat muta, iam loquebatur, in quo conflictu rurſus febris occaſione vteri cum nouis horroribus acutior reddita, & oppreſſa ſimul cerebri paſſione, octuageſima obiit cum leui illa biliosa per aluum expulſione, quæ non vi expultricis ſolùm in morituris iam, ſed ex retinentis paralyſi potiùs cauſatur, eſtque in moribundis frequentiſſimum ſimul, & perniciosum ſignum ob ſemimortuam iam retentricem.

De tuſſi illa tam continua, multa, & tam humida, B teneo non fuiſſe ex thorace, quia intra illum irritaret materia, ſed ſolam irritationem, & moleſtiam fuiſſe in faucibus, & capite aſperæ arteriæ, nonquamque deſcendiſſe ex cerebro in cauitatem pulmonum, & arteriam aſperam; nam tam continua, multa, & humida caeterio ſi ex intimo thoracis aſcenderet, non eſſet poſſibilis ſine graui morbo pulmonis, & thoracis cum ſumma difficultate reſpirationis; & nullius morbi, aut ſymptomatis thoracis fecit mentionem Hippocrates: ſolùm ergo diſtillatio in fauces, & guttur cadebat, ſicque tam inceſſanter irritabat, & tam continua & multa, & cum tanto humore potuit tanto tempore ſuſtineri, quia ſine ſupputatione, reſpiratione difficili, aut catharro ſuffocatiuo, vel pulmonia, aut affectu alio thoracis ſemper fuit.

C Sentio etiam non eſſe mirabile, quod tuſſes illæ tam graues ceſſarent ſine coctione, aut abſceſſu de nouo excitato, nam mirabile fuiſſet, ſi tuſſis ſicca tam moleſta, & tam diuturna præceſſiſſet, & ſolueretur ſine coctione aut abſceſſu, iuxta ſententiam Hippocratis 2. *epid. ſect. 5. text. 16* dicentem: *Quibus tuſſis ſicca non ſoluitur niſi dolor fortis in coxam, aut in crura, aut in teſtem*; verum ſi tam aſſidua, & multa, & tam humida fuit tuſſis, quid erat coquendum, ſi quod deſcendebat in fauces, & guttur, pellebatur ſtatim. & nullibi detinebatur; nam ob id cenſeo dixiſſe Hippocratem, quod tuſſis erat multa, & continua, & humida, exaggerando irritationis moleſtiam, qua reiterabatur tuſſis creberrimè, velut ſi continenter tuſſiret: cerebrum itaque ſe exonerabat im- D petuosè in fauces, & guttur, iam verò impotens redditum, non potuit reiicere à ſe, quod recipiebat à toto corpore, & vtero, aut in ſe creabat, vt docui, ſicque detinendo intra ſe, conuulſa fuit dextra maxilla, ſopor oppreſſit, & accenſo humore cauſa ſoporis, ceſſauit ſomnus, & delirabat, eueniebantque viciſſim ſymptomata illa varia mutitatis, loquelæ, delirij. & euanuit conuulſio, aut paralyſis, quibus maxilla diſtorta apparebat, in qua oppreſſione octuageſima obiit, & muta rurſus vt putat Valleſius, qui dubitat, quo pacto priuata iam voce, & morti proxima, rurſus reſipiſcebat, & loquebatur; & reſpondet, quid mirum? nam & ex magna apoplexia vidi quam plurimos morti iam proximos ad mentem, & vocem rediiſſe, vt aſſiſtentibus viderentur libera-i. Hæc ſanè facit extremus conatus, qui ſi E non expellit, facit tamen abſcedere à quibuſdam partibus, ad quas ob vitium impotentiam nouo impetu irruentia excrementa mortem afferunt, cùm ſpes aliqua ſalutis ſeſe cœperat inſinuare. Clariùs quod ſæpè experimur accipe; bene potuit cerebrum vltimis conatibus pellere quod illud obſtruebat, in partem aliam, & intelligere, & loqui, & ſine reditu humoris expulſi, ab illo periclitari, quia quod antea pellebat in cerebrum continuauit ſuam deprauationem, mittendo vt ſolebat, ſicque fecit periclitari ſine retroceſſu humoris expulſi; non enim tam facilè admittitur retroceſſiua à parte debili recipiente in fortiorem, quæ illam iam ſuperauerat, vt quod ego doceo. Debebat Valleſius reddere rationem illius reditus, ſi pars recipiens à cerebro, erat illo debilior, vt erat reuera; verùm quia talem retroceſſum ſæpè experimur in variolis, morbillis, parotidibus, & eryſipelatibus malignis, cenſeóque id prouenire quia pars recipiens non irritatur qualibet quantitate, ſed certa, quæ iam ſit illi onus intolerabile, & interim dum hæc accumulatur, quieſcit expultrix, & dormitat, & quæ mittit, vigilat, quia ſe exonerat, accumulata verò iam in recipiente parte, quantitate moleſta, expergeſcit expultrix, & mittit in partem, quæ illam lædebat; & vt poteſt expectari accumulatio maior, ſic expectari poteſt non maior copia, ſed tranſmiſſi humoris corruptio moleſta, & ſic quod in partibus detinebatur, & non irritabat, quantitate corruptum irritat, & pellitur in alias debiliores, aut in illas à quibus paulo antea acceptum erat.

Faſtidium ciborum familiare eſt purrilagini, & fætori excrementorum à partu, ſunt enim putrida, & fætentia, ventriculi ſubuerſoria, & plus ſi putreſcant in vtero, quia eo ipſo putreſcunt maligniùs, eſtque horribilis miſcella bilis, & ſeroſæ humiditatis putridæ, quia bilis ſola inappetentiam cauſat, nedum ſi putrida, & ſeroſis excrementis viriatis ſociata, quæ laxando ventriculum, & in ipſo imbibita abominationem ciborum ſuſcitant, fætida enim agitata, & mora, euaporant halitus putridos, & graueolentes ventriculo horribiles, quando ſolus fœtor externus nauſeare, & vomere cogit. Nequit verò cibus deglutiri ſine commotione ventriculi, in quo velut in ſterquilinio excrementa ſtabulantia agitari cum illo, & moueri inexcuſabile eſt; & inde neceſſarium pati, & lædi de nouo, & plus quàm antea cibos oblatos abominari, & fugere. Hinc intelligitur cur abominantibus eſcas, ſola alimentorum publicatione, etſi non videantur, nec odorentur, nauſea moleſtiſſima ſuperueniat, triſtantur enim ſola ciborum auditione, & triſtati commouentur omnia internè, & commota fætida excrementa, læduot de nouo, modo nuper dicto, & ob id agaricus vomitorius, nauſeabunduſque eſt, quia fungus ex putredine genitus, & ob id corruptus inter venena à Principe reponitur. Quod verò magnus ſit conſenſus ventriculi, cum vtero, præceptore non eget, ſed ſolùm animaduertere, validiſſimá eſſe vteri poteſtatem ſupra totum corpus, & quia membrum magnum, & grandiſſimis venis, & arteriis ornatum, vt in illo ſolo continentes febres creari Medici cum Galeno admittant, cui poteſtati auxiliatur maximè, quod putreſcentia ſoccorum, aut ſeminis in illo, veneni ſit æmula, & hyſterica accidentia quotidie cum tanto infortunio publicant, quæ ſi ignores ab ipſo fieri poſſe, putabis fortè Dæmonem ſolum authorem eorum fuiſſe; hinc teneas, quanta ſollicitudine ſint enixæ curandæ, & innitendum omni ingenio, vt lochia ſuppreſſa tedeant, ſi in enixarum curatione mirabilis fieri cupis, ſemel enim venenoſis excrementis vterus commotus, irremediabiliter lædit; Eumenides enim ſunt illius furores.

De curatione enixæ.

Diſcordes lego Mercurialem, & Phrigium, hic ſtatim venam ſecat ex talo, ille verò Auerroëm, & Auenzoarem ſequutus, priùs primam regionem mundare conſulit, ſi primæ venæ, & vaſa ampla ſint plena, & hoc, aut diæta, aut leniente pharmaco, aut clyſtere. Conſtat verò plenitudinem debere eſſe, aut ea alimento incocto, aut cruditatibus multis ex vita inordinata, vt in gerentibus vtero frequentiſſimè datur, & in hac enixa ante partum febricitante, & cibos faſtidiente, probabiliſſimum erat prauos cibos ſumpſiſſe, vt ſolent inappetentes deuorare inſolenter praua quæ appetunt, & vulgus timore aborſus permittenda eſſe ſuadet, præſertim quando boni ſucci alimenta

abo

abominantur. Fuiſſe verò in prima regione huius enixæ excrementa maligna, cacochimiamque vitioſam indicauit inappetentia tam tenax, & rebellis cum febre ante partum moleſtante, & multum bibiſſe, & accumulaſſe ſeroſam cacochimiam, indicarunt vrinæ, quæ etſi nigræ eſſent, fuerunt ſimul tenues, & aquoſæ, quæ complicatio facillima, magnam difficultatem Mercuriali fecit, non capiens poſſibilitatem tenuitatis cum nigritie, quando hæc à melancholia creanda erat, quæ craſſa nimis eſt velut ſi ſerum melancholiæ craſſum eſſe deberet, aut moderatiſſima portio humoris nigri diluta multo ſero albo, tingere non poſſet, & non incraſſare. Quicquid ſit, ſecurior mihi videtur praxis Mercurialis, fuiſſe deponendam priùs cacochimiam primæ regionis, quàm vena ſecaretur, præſertim ſi conſtabat praua deulia ſumpſiſſe ob inappetentiam, ne inediâ omnium mater, & proles periret. Diæta eſſe eradicandam primæ regionis prauitatem temeratiè Mercurialis conſulit in enixa cum ſuppreſſa purgatione, & febricitante ante partum, ſi vera eſt doctrina Galeni & experimentis innumeris confirmata; ratò enixas non purgantes, & febriculoſas liberari, aut non ægrotate periculoſiſſimè, præſertim ſi fœmineus fuerit partus. Si Clyſteres eſſent ſufficientes, ſecurior eorum vſus erat, ſed illos, & medicamenta lenientia vulgus timet, vt timet in enixis fluxionem alui, quia multæ enixæ diarrhæa perierunt; ſed in tanta cacochimia, vt in hac enixa ſupponitur, ſecuriſſimè leniens medicamentum datur, nec clyſteres ſufficere poſſunt, & ſecurè iniiciuntur ſtatim à partu, quia eſt periculoſiſſima ventris, & vteri inflãmatio, ob quam nunquam clyſteres ſecuri omninò ſunt; nec vterum calefacere oportet, quando à lochiorum ſuppreſſione inflammatio vteri tam certò timetur, dicente Galeno ratò non inflammari vterum ſi purgatio à partu ſupprimatur, & illam eſſe periculi cauſam.

Dabitur ergo ſecurè manna ſelectiſſima in iure auis, in quo petroſelini folia, & radices incoxerint cum ciceribus, & iam diſſolutâ manna addetur parum croci, & ſcrupulus pulueris nucis myriſticæ, & ſi folia meliſſæ inueniantur, coquentur cum aue, & reliquis dictis; ſic enim flatulentiæ occurrimus, & lochiorum redditui croco, nuce, petroſelino, & meliſſa; docuit enim experimentum, cui ratio ſuffragatur, medicamenta purgantia mouere menſtruam purgationem. Vtilis eſt ſyrupus regius cum decocto cordiali facto in aqua meliſſæ, & modico diacatholiconis, aut hoc, in buccellis cum ſacharo, ſuperbibito iure cum croco, & puluere nucis myriſticæ, & ſi inueniatur aqua ſtillatitia artemiſiæ, parabitur cum ea, ex apiaſtro cordiale decoctum, ad diluendum regium ſerapium.

A purgatione ſecanda erat vena in talo celerrimè, roborato priùs ventriculo, cuius debilitas ſemper illam dehortatur, & plus ſi cibus abominetur. Secat priùs Mercurialis venam cubiti dextri, ſi detur plenitudo; praxis in hoc caſu pernicioſa, quia in cacochimia inſigni ſeri, & melancholiæ, & in faſtidiente cibos, febricitante, & prole fœminea occupata, plenitudo ſanguinis ſperanda non eſt, & quamuis daretur, eſſet error turpiſſimus in lochiorum ſuppreſſione venam ſupernam ſecare, quia in enixis plenitudo ſuperior impoſſibilis eſt ſine plethora vteri, quia in eius regione accumulatur magna copia ſanguinis, & excrementorum malignorum toto geſtationis tempore, quæ ſurſum cum certo exitio inclinaretur; vterus enim à partu non purgans, grauatur maximè, & pellet ad ſupera, ſi ſectâ vena ſuperiori inclinetur, vt ad illa ſarcinam trudat; eſt enim impotens (quia impeditus) vt per vterum, vt debebat, expurgaretur, & ſic pellet in regionem ad quam per artem inclinatur vt mittat, quod graue, moleſtum, & malignum ſibi eſt: & euacuatio reiteranda erit iuxta tenorem virtutis, & febris vrgentiam, & interim quod ſanguis extrahitur, venter inferior vngetur oleis idoneis vuluam aperientibus, & laxantibus, vt lochia maneut, dummodo non ſit ſuſpicio inflammati vteri, in cuius principio laxare non conuenit, donec fluxio ceſſauerit. Olea ſunt liliorum alborum, anethinum, chamæmelinum, rutaceum, baccatum lauri, ex croco irino, & amygdalarum dulcium: laudat Mercatus oleum angelicæ ſic paratum, olei liliorum alborum, & amygdalorum dulcium, & ſeſamini ana ℥.j. ſeminis angelicæ conquaſſati, & irrorati vino albo ʒ.ij. theriacæ magnæ antiquæ ʒ.j. ß. coquantur ſimul in duplici vaſe, & fiat colatura cum expreſſione, qua inungatur venter inferior totus vſque ad pubem. Cucurbitæ parti domeſticæ inguinum vtiliſſimæ ſunt, & vteri partem internam fouere ſucco Mercurialium goſſipio imbuto cum puluere croci. Sunt etiam vtiliſſimæ hyrudines mariſcis affixæ, præſertim ſi caput doleat, vel delirare cœperit, & ſi opus fuerit, reiterabuntur.

Quæ ſi non ſint efficacia vt lochia fluant, peſſarium ſic parabitur efficaciſſimum; felis vaccæ ℥.ß. radicum aſſati. agarici, cynnamomi ana. ʒ.j. ſucci Mercurialium ℥.j. croci ſine oleo ℈. j. coque cum pauco melle, reliquiſque permixtis fiat inſtar vnguenti ad ſacculos implendos, expurgat mirabiliter vteri ſaburram, & ſi flatuoſa copia (vt eſt frequentiſſimum) detur, vterum diſtendens, caſtoreum addes, aut quod melius eſt, puluerem nucis miriſticæ, ſemper (vt docui) notando, ne inflammatio vterum occupet, cuius cognitio facillima eſt, ſi durum à tenſo diſtinguere non ignores, & ſimul quod febres inflammationis ardentiſſimæ aut continentes eſſe conſueuerunt, & ſigna linguæ, & ſitis diuerſiſſima, nec tantum ſpatium diſtentum inflammatio oſtendit, vt monſtrat flatulenta diſtenſio, & hæc reſpirationem difficiliorem reddit hoc labore maiori egentem ex parte facultatis, quàm inflammatio, quia flatus lochia detinens, diſtendit, & tendit plus ſeptum, & vterum, quàm tumor inflammationis, vt conatus naturæ in flatolenta tenſione dum reſpirat, maior non dubiè ſit, & reſpiratio minor, in inflammatione verò liberior eſt, ſed maior, & expiratio ardentior, minuſque hiſtericorum accidentium in inflammatione inuenitur, aut fortaſſis nullum, quod nunquam in flatulenta diſtenſione deficiet; & mirum ſi multa non dentur, dicente Hippocrate, *multum, aut plurimum hyſtericarum flatus.* Hæc doctrina memoriæ hæreat; nam ſi accidentia flatuoſæ ſubſtantiæ diſtendentis, doloribus cruciantis, & febribus non leuibus, cum pulſus tenſione duritiem æmulante, affectui inflammatorio ob ſimilitudinem tribuas, aut è contra, quæ ab hoc oriuntur, illis, breuiſſimè enixam occides, & ſi in auxiliis dolorem mitigantibus conueniant, inter quæ nullum ſecurius omento arietis pinguiſſimi (vt extrahitur calidum ob ſpirituum copiam) appliciro; calor enim ſpirituum omnia vitia moderatur & corrigit, & pinguedine illa mulcebri dolores ſecuriſſimè ſuſpẽdit, ſenſu voluptuoſo, & ſubitam corruptionem ſine qua dolor non datur impediendo, pinguedinoſa laxitate: efficacius eſt omentum ex ſue domeſtico, quia magis ſpirituoſum, & pinguedine onuſtum, & corpulentius, imbutumque grandi copia ſpirituum vitalium, & ſi dolores vrgeant ob flatuum diſtenſionem præter vnctionem totius ventris inferioris, vt diximus, dabis ſcrupulum radicis zedoariæ non contuſæ, ſed minutiſſimè inciſæ, in decocto ſeminis anethi cum guttulis aquæ florum cynnamomi; eſt enim ſingularis radix illa, præſertim ſi cum decocto ſeminis dauci propinetur, ad reſoluendos flatus, cui magnam vim præbent guttulæ olei nucis miriſticæ, expreſſione eductæ.

Horrores illi mitigandi ſunt omni ingenio, obſtant enim non leuiter redditui lochiorum, quia corpus totum aſtringitur præ moleſtia dum horret, & quia in

doctrina Galeni, cauſa horroris per corporis ambitum A diſſeminata iam eſt, debet per cutem expelli aquis bugloſſæ, ceraſorum dulcium, & cardui benedicti cum pulueribus lapidis bezoar orientalis: Sudor in enixis cum ſuppreſſione lochiorum ſeroſorum (vt erant in hac) vtiliſſimus eſt, & materiam diminuit, obſtatque aſcenſui in cerebrum, quem horrores in malignis febribus cum certo delirio, aut cataphora ſemper machinantur, & potio illa irritationem horrere cogentem cicurat, venenum infringit, & vt vterus ſe mundet, & oſcula aperiat, conducit. Quæcumque euacuatio in corpore lochiorum ſuppreſſione onuſto, vtiliſſima eſt, vt eſt talis euacuatiu veneni interna iam obſidentis, præſertim quando iam cacochimia maligna cerebrum expugnare cœpit, vt declarauit à die octauo tumultuo- B ſum delirium, moderatúrque ſudor diarrhœam illam ſeroſam, & tam inutilem expertam, quæ ad aluum dilata, omnia viſcera regionémque naturalem inquinat, & debiliſſimam reddit, aſſiduáque commotione, & irritamento inceſſante, ſomnum eliminat, & nixu moleſto ſtrenuè vires effeminat. Lucramur inde ſudoribus excitatis, quod ſeroſa ſaburra per ambitum pulſa, nullum viſcus offendit; deriuata verò per aluum, iecur, ventriculum, meſereum, & inteſtina deſtruens, coctionem alimenti interturbat, & omnia (vt dicebat Galenus) in corpore confunduntur prima coctione vitiata. Et hoc præcipuè imperandum eſt in melancholicis fæminis, quarum ſerum nigricans prauitatem eius publicat, vt ex Platone Galenus ſcripſit, indéque deduces, C conſeruandam fuiſſe vrinarum nigrarum, & tenuium expulſionem, innuebant enim euacuari ſerum prauiſſimum, & incoctile, & per regionem nullum viſcus lædentem, nihil enim coctioni ſuccorum plus obſtat, vt ſerum malignum abundans: malignitas ſemper naturam turgentem reddit, quia inquietudine inceſſanter per totum corpus excrementa diſtribuit, omnia viſcera lædere tentans, & per diuerſas regiones expulſionem procurans, vt in infirma noſtra, iam horrida, iam delirante, iam per lotium pellente, iam aſſiduè ferè per aluum, iam comate oppreſſa, iam peruigilio, & poſt, coxæ dolore implacabili, & moleſtiſſima tuſſi, cum conuulſione dextræ maxillæ, omnium partium diſtructionem tanta inquietudine minaciter publicando: co- D pia verò ſeri perpetua motione ſanguinem agitat, & humores coquendos diluit, fluxileſque reddit, diſpoſitio quidem coctioni repugnans, ſi hæc, vt proſit, incraſſare debet, & coagmentare coquenda, vt teneas à ſeroſa cacochimia omni arte exſiccandum eſſe corpus, ſi maturatio putridorum ſperanda eſt.

Et fortaſſis quia hæc infirma nullum habuit ſudorem tam prauam ſeroſam cacochimiam minuentem, periuit, nulla enim euacuatione liberari meliùs poterat, vt cenſeam, corporis ambitum obſtructum nimis habuiſſe, aut fuiſſe carnis denſioris, periculoſiſſima quidem diſpoſitio vt à febribus putridis, & malignis ægri liberentur, vt *lib. de alimento* docuit ſummus Di- E ctator, exemplo tranſpirantium difficilè, & fœminea temperies difficillimè tranſpirat; vnde prouenit, vt fœminæ corpulentiores ſint viris, & carnoſiores, quia ob cutis denſitatem, reſoluuntur minùs. Sunt verò denſioris cutis, quia frigidiores, & vt cutis minus tranſpirabilis carnium incrementum cauſat, ſic fouet putridas febres, quia fuligines detinet intro, & occultam tranſpirationem remoratur, & vt carnium incrementum, ita & febrium ſollicitat, ad quarum ablationem corpus exquiſitè tranſpirabile Galenus requirit 1. *de vict. acut. text.* 18 vbi nihil aſtringens admittit, niſi detur ſymptoma aliquod vires ſtrenuè diſſipans, quando febres putridas curat. Quomodo verò ſit ſequendus Hippocrates 6. *epid. ſect.* 1. *text....* dicendo; *quæcumque concoqui oportet, occludi conuenit; contraria autem ſiccari, & aperire;* alio loco exponemus.

A Cùm die vigeſimo ſeptimo libera eſſet à febre, & quia aluus ſubſtitit, ſuperuenit ſtatim dolor coxæ grauis, & diuturnus, non leue dubium eſt, quid nunc imperandum eſſet, ſi vires conſtabant: ſecanda erat vena ſtatim in pede, inter minimum, & quartum digitum, iam enim ſatis inanitum erat totum corpus, & dolorum atrocitas, & perſeuerantia ita operandum eſſe indicabant, magnus enim dolor vires ſtrenuè debilitans vrgentis rationem habet, moderatur verò breuiſſimè ſecta illa vena, & ſuo modo lochiorum ſuppreſſioni ſuccurrimus, & aſcenſui ſuccorum in cerebrum, mox anodinis, & extrahentibus extra vtendum eſt, nam repellentia in iſchiade vetita ſunt, & prohibenda magis in enixis, & plus, ſi lochia ſuppreſſa ſint aut manantia: & ſi dolor adhuc vrgeat, inſigne remedium eſt cucur- B bita, profundè priùs ſcarificata dolente parte, vt educatur impactum, & poſt ſex horas, reiteranda ſine noua ſcarificatione cum multa flamma, vt virus extrahatur: & ne hac vtilitate fruſtretur, poſt ſcarificationem, & ablationem primæ cucurbitæ, inungentur ſcarificationes oleo Mathioli, aut irino cum pauco ſale, ne occluſæ ante ſecundam applicationem exitum ichorum malignorum impediant, & mox emplaſtrum attractorium applicandum eſt, aquæ enim, & decocta, in enixis non ſunt admittenda, reducuntur enim facillimè, & pars ſummè periculoſè infrigidatur, paratur ceratum ex emplaſt. Vigonis, cum mercurio, quod ſingulare anodinum, & attractorium, & reſolutiuū Riolanus, & Platerus publicant, ex quo & diachilone gummato C cum caſtorei puluere optimum etiam conficitur, extollitur etiam mixtura ex amplaſtro diacalcitheos, vtroque diachilone, gullenſrrben, cum puluere cinabrij: Eſt ſingulare quod tradit Hadrianus, & diaphoreticum appellat, & recipit ceræ flauæ ʒ. xj. colophoniæ & deli ana ℥. iv. ſucci citrini ℥ iij. ammoniaci aceto diſſoluti, therebentinæ albæ ana ℥. ij. galbani diſſoluti, in aceto ſandaracæ ana ℥. j. maſtiches, thuris ana ℥. ß. m. & fiat emplaſtrum ſecundum artem. Si quantitas magna pro vnico infirmo videatur, diſpenſabis illud per drachmas loco vnciarum. & ſi iam dicta non ſufficiant, hyrudines mariſcis affixæ reiterandæ ſunt, & oleo ceræ, pars dolens fouebitur, aut ex pin- D guedine vulpis, & taxi in portione pari, cum oleo maſtiches, & ſpicæ, cum guttulis generoſi vini albi ad ignem benè permixtis vnguentum parabis, & loco dolenti poſt inunctionem ſacculos applicabis calidos ex granis iuniperi confractis, puluere chamepitheos, & muſci ſupra ligna quercina reperti. Eſt etiam optimum anodinum radices bis maluæ in lacte exquiſitè elixare, & pultem parare, ſi prius in puluerem radix redacta ſit, aut minutim inciſa.

Si verò ob cacochimiæ prauitatem venam tundere timeas, mihi videtur expurgationem eſſe imperandam, quod auxilium à prauitate illa, & ſupernatantia, excrementorum incoctibilium viriliter indicatur, & etiam quia ob diarrhœæ ceſſationem, ſuperuenerunt ſtatim E tot mala in hiſtoria enarrata, & natura (vt docui) inquietudine turgenti nunquam expultricis quietem permiſit, ſed omnes partes furorem eius, & minas vſque ad obitum expertæ fuere, & ſi ſanguis mitteretur priùs, & reditus febris non obſtaret clarè expurgationi, imperabitur, vt docui, quia à ceſſatione diarrhœæ omnia fuerunt in prius mutata, & ſola expurgatio redditum diarrhœæ, aut expurgantes clyſteres procurant, eiuſque ſupplent defectum: & quando morbus præ repugnantia coctionis materiæ, & indomitæ prauitatis ex acutiſſimo redditur diuturnus, in nullo auxilio ſpes ſalutis, vt in iterata expurgatione inuenitur, & in contemperatione prauorum excrementorum, pleniori cibo, & corruptioni reſiſtente, vt 1. *aphoriſm. text.* 17. Galenus docuit, quas vires in potionibus oleo vitrioli ornatis, aut in iuribus ex carne perdicum, cum oxalyde

incocta

incocta, ſecuriùs, & certiùs inuenies; nulla quippe cibo febribus idonea incorruptibilior agnoſcitur, & ſi pretiuſæ gemmæ in vſu eſſe poſſunt, vt aqua etiam, aut vinum deauratum in communi potu, in nullis febribus ſecuriùs conſuluntur, vt in malignis ſeroſis, vt erat huius hiſtoriæ. Commendatur etiam hyrudinum reiteratio in pertinacibus doloribus ſchiadicis, præſertim in caſu hiſtoriæ ex ſero melancholiæ, cum lochiorum ſuppreſſione ortis, & fuit experimentorum Zacutl 2. *praxis admirandæ, fol.* 162. Inter olea verò celebre eſt, quod ex lapa maiore paratur ad mitigandos hoſce dolores, vt axungia ciconiæ, ſuperpoſitis nicotianæ foliis viridibus calidis.

Tuſſes à ceſſatione doloris coxæ, vt maxillæ dextræ detractio ſuperuenientes, caput onuſtum eſſe ſeroſis excrementis, & crudis tenuibus arguebant, erant enim tuſſes continuæ, multæ, & humidæ, & vt docui, non ex thorace, ſed faucibus tanta materia, & continua pellebatur. Iis ſuccurrendum erat incraſſantibus, & acrimoniam mitigantibus, paulatim deglutitis, ſed vtiliùs, ſi diutius in ore detineantur, & expuantur cum excrementis; nam ſi thorax non ſuſcipiebat excrementa cadentia, deglutio incraſſantium importuna, & noxia erit, non ſolùm quia cum illis excrementa ſimul deuorantur, ſed quia ventriculus læditur, laxatur enim & excrementis impletur, quod abſolutè pernicioſum eſt, & in faſtidientibus cibum periculoſum magis. Communiter practici ſerapia iuuibarum, violaceum de papauere imperant: penidiæ ſunt optimæ, celebre diacodion Galeni; efficacius quod ex Montagnana ſiliquas recipiens Quercetanus tradit; ego verò efficaciſſima inueni fruſtula dulciſſimi amyli ore detenta, dulciſſimum dico, quia ſæpè acidum redditur, & non conuenit. Diacodion verò dandum eſt, quando ſomnus conciliandus eſt, cuius deſtructor eſt tuſſis aſſidua: ſecretum verò eſt pilulæ confectæ ex bolo armeno orientali cum mucagine ſeminis pſilij in aqua portulacæ extracta, & tempore ſomni deglutitæ, tuncque ore detinetur ſaccharum rubrum roſaceum, aut violarum conſerua: vtile eſt per nares materiam retrahere, ſeu deriuare, quod præſtat aqua mulſa cum ſucco betæ naribus attracta, aut ex vnciis quatuor ſucci ex radicibus betæ, & vncia dimidia mannæ electæ exquiſitè mixtis errhinum vtiliſſimum parare. Eſt verò validiſſimum quod ex ℥. vij. lactis caprini, & granis duobus elaterij conficitur, ſed decet caput ſiccare, & roborare ſimul, vt diſtillatio ceſſet, quod perficit ſuffumigatio capitis cum ligno aloë, aut ſpica nardi, aut ex Arabum ſandaraca, ſeu gummi iuniperi: & ſi vt probabiliter docui, erat cerebrum tantorum ſymptomatum, & morborum cauſa, veſicantia retro aures affixa, erunt vtiliſſima, euacuato iam corpore, & repreſſa ſponte diarrhœa, & ſuturæ coronali, ſeu ſyncipiti auxilium Rulandi firmatum has tenues diſtillationes mirè ſuſpendit, paratur ex fermento acidiſſimo, & pulueribus charabe, exquiſitè permixtis. Augenius tenues fluxiones ſuſpendit fumo ex bolo armeno, igne iam calido, & aqua roſarum rubrarum irrorato, ſed ſoffitus ex ſtyrace, ſacchato, & ſuccini puluere, optimus eſt, vt Crato teſtatur, & ſtupa fumo illius imbuta capiti applicita confert optimè, & erit vtilior, ſi agallochum, & ſpicam addas: ne tamen obliuiſcaris ſomnum à prandio in fluxionibus humidis ex cerebro pernicioſum eſſe, niſi vigilia ſuperflua iam detur, vt liceat quolibet tempore dormire; & nunquam certiùs ſomnus prouocatur quàm à prandio, poſt quod ad coërcendas fluxiones telatas, & ſomnum conciliandum, vltimum remedium eſt laudanum opiatum, ſi duo, aut tria grana cum ſyrupo violaceo, aut iuuibarum imperes, cum granis ſex albi ſuccini.

Poſtquam tuſſes humidæ euanuerunt ſexageſimo die, dextra maxilla detracta fuit cum delirio, & ſopo-

A re per viciſſitudines, aut delirando quando non dormiebat, vt ſæpè experimur, & violenter expergiſcimur, & interrumpitur ſomnus, aut quia ſponte vigilabat, & mox ſopore opprimebatur, erat enim cerebrum iam multis excrementis oppreſſum, & variis, ſicque modò acrioribus excedentibus vigil, & delirans erat; mox verò ſuperabantur calida à crudis, & dormiebat profundiùs, typhomanicoque modo laborabat, quod etiam ab eiſdem excrementis oriri probabiliſſimum eſt, quando nimirum multitudine obſtruente impeditur internorum ſenſuum operatio ſomno profundiori, remiſſa verò acceſſione, expergeſiunt ſponte, & delirant; quod contingit quando cerebrum iam multis oppreſſum, eſt ipſum ſolum pars mittens, & recipiens ſecun- B dùm diuerſas partes, & quæ mittit, non mittit continuò ſed modo quo intermittentes febres creantur, creantur intermittentia ſymptomata, etiamſi radix febricitandi nunquam deficiat, quia excrementa humida putrida ſunt, & calida etiam, ſeorſimque expulſa ad primum ſenſorium, modò dormiunt profundiùs, modò delirant, vt in vigili comate, in quo febris ſemper affligit; non tamen ſymptomata, quia cauſæ diuerſæ vt putridæ in febre conueniunt, non tamen in ſymptomatum creatione, quia pituita corporaturâ obſtruens, & humiditate dormire facit, bilis verò ſiccitate, & calore, & acrimonia vigiles reddit, quia acrimonia pungit, & calore, & ſiccitate potenter reſoluit, quæ ſomnum cauſare poſſunt, & vias recludit vt euolent reſoluta faci- C liùs, niſi tantum incrementum ſuſcipiat, vt corporaturâ obſtruendo, dormire cogat, in quo ſenſu docuit Galenus, peſſimam eſſe mutationem phrenitidi, in lethargum, quia hectica phrenitis contrahitur, & irremediabilis. In hoc caſu, occurrendum eſt capiti, velut ſi iam eſſet mortis cauſa proximior, conuenitque hyrudinum applicatio diuerſis partibus capitis, vbi venæ manifeſtiores percipiantur, ſic enim optimè deonerantur; & ſi vires conſentent ſecanda prius cephalica, aut vena frontis, mox hyrudines, mox cucurbitæ ſcarificandæ ſunt in brachiorum ſuperiori parte ſupra regionem cephalicæ & ſi opus fuerit, in occipitio, & communibus auxiliis pulmonum catulorum, columbarum vt in confirmata phrenitide reſoluendum impactum D iam in cerebro hectico modo, & ſi opus fuerit, cucurbita ſcarificabitur in ſyncipite, vt Galenus docuit, & ſequitur Mercatus, quod remedium ſi febris maligna ſit, & non concocta cauſa, temerariè imperatur, quia mors in tanta debilitate, ſi febris incocta ſit, ineuitabilis eſt, vt doctè Mercatus notauit.

De potionibus attemperantibus, & cordialibus, pro cerebri defenſione, ſomni conciliatione, ſi conueniant, extra dubium eſt: Eſt verò mirabilis tanta cibi inappetentia, & velut talia toties repetita eius narratio, & memoria: quod ſymptoma ante partum patiebatur cum febre, rarò enim febres lentæ, ſi ſemel occupatam prehenderint, ante partum tolluntur; nam ipſa vteri geſtatio corpus excrementis variis replet, & E inquinat, præſertim ſi proles fœminea ſit, ægrotantque periculoſiſſimè ſi cacochimia ante conceptionem fuerit mater, nam ſi abſolutè peſſimus ſanguis ſit, deterrimus pro matre redditur, ſi verum eſt quod Hippocrates docuit, quod fœtus nempè puriorem ſanguinem, vt nutriatur, furetur à matre, nam ſi à prauo ſanguine tollas, quod in illo pauciſſimum, bonum, ſalubréque eſt, relinquetur eo ipſo prauiſſimus, & ſi huic prauitati ſuperueniat putredo, vt neceſſarium eſt, ad creationem febris putridæ, miraculum erit ſaluari poſſe, quia non ſolùm prauus ex ſe ſanguis erat ante putredinem à qua incommoda bilis redditur, ſed ſimul nulla pars datur eius prauitatem effugiens, & quæ debilis non ſit, ob alimenti communis malitiam: hæc fuit cauſa abominationis tantæ ciborum, nam corrupta, graueolentia, & laxantia ſimul tunicas, &

carnem ventriculi, vt laxant, ſenſum ſuctus, & famis obſcurant, ſicque appetentiam auferunt: corrupta verò & fœtentia & olida dum commouentur, aut agitantur, vt corrupta, & mota, lædunt de nouo, & magis ventriculum, & latentibus vaporibus olfactum petentibus abominationem ciborum cauſant, redduntque nauſeabundum ventriculum, vt in ſanis ſolo graueolentium olfactu paſſim experimur. Eſt verò inexcuſabilis commotio in ipſa deglutione, & ſic in primæ bullæ deglutione nauſeant, & velut ſi venenum fuiſſet cibus oblatus, fugit ventriculus eius deglutionem, vt in illa peſte à Galeno relata, in qua reſpondebant ægroti, ſe mori magis velle, quàm comedere. Ex quo deducitur, deglutionem eſſe ſubordinatam appetitui ventriculi, quo deficiente, omnium alimentorum attractionem ventriculus recuſat, & ſi vi æger conetur illa deglutire, nauſeat, & vomit impetuosè, quicquid in ore tam eſt vt deuoretur, quod faſtidium gerentibus vtero familiariſſimum eſt, & huic fuit inſeparabile, & maligniſſimum, ob madefactionem ſuperfluam ventriculi ſenſum ſuctionis penitus tollens, & cùm imbibita humiditas puttilaginoſa eſſet, abominationis tam ſingularis fuit cauſa, nec potuit moderari, quia cauſa morbi maiorem ſemper induit corruptionem, & vteri excrementa ſimiliter, quæ ventriculum facillimè in conſenſum trahunt, & eius pericula fouent; & cùm auxilium faſtidij petatur ab acidis, quæ enixis vetita velut perniciosa ſunt, nullum auxilium ſupereſt niſi violentus vomitus, aut expurgario infarctorum, & madefacientium ventriculum: nullum verò eſt enixis ſecutum, niſi poſt dies expurgationi lochiorum dicatos, vomitus præcipuè, qui non ſolùm in capite tentato excrementa omnia ad illud inclinat, ſed reddirui lochiorum vehementer obſtat.

Hoc vnum obſerua, in morbis tam diuturnis decidentibus, & tam inconſtantibus, dari plures partes affectus diuerſa excrementa creantes, & ſeorſim, & variè ægros affligentes, vt in hac hiſtoria, vterus, caput & ventriculus ſingulariùs patiebantur; totum verò genus venoſum, cacochimia onuſtum, per lotium, & diarrhœam ſe exonerabat, & aluo ſuppreſſo, alias partes offendit non leuiter, ſed cerebrum præ ceteris partibus plus læſum ægram occidit, & in morbis tam pertinacibus practicum præceptum eſt, deobſtruere efficaciter regionem naturalem, & vbi tanta cacochimia agnoſcitur, crebrò expurgare craſſa excrementa, melancholiam nempè, & pituitam, & putate quod melancholicus humor iam diuturnitate paſſionis mutatus in bilem atram, redditur malignior, & incoctilis, & obſtructiones etiam indiſſolubiles fiunt, quia calore febrili tam aſſiduo cauſa earum rophacea redditur ſi ſit pituitoſa; ſi verò ſit melancholica, creatur à calore illo diſpoſitio cancroſa, & deſperata tabem efficaciter creans, in qua diſpoſitione, ſitis clamoſa cum linguæ ſiccitate, aſpera inæqualitate, & atro colore non correſpondent calori, ſed ſiccitati aduſtæ melancholiæ, bilem atram propriè iam machinantis, cum ſumma inquietudine, & peruigilio, & delirio interdum, quæ huic infirmæ tandem euenerunt, non appetens cibum, nec ſumens, animo deiecto interdum deſperata, inſomnis, iracunda, implacida, à ſiccitate vſtæ melancholiæ producta, & pendentia, nam atra bilis maniacos creat, iracundos, nullusque atrabiliatius datur ſine implaciditate ſui, quia ſemper punguntur à ſero maligno, & fuligo eleuata ex bile atra, acerrima cùm ſit, vigilare cum inquietudine cogit, partes enim omnes ſua acrimonia lancinat, & vulnerat, quia per omnes diſſeminatur, inde iracundia, & intolerabilis diſplicentia ſui ipſius; nam vt dicitur in libello de morbis virginum, præ ſanguinis malitia, animus mœrens, & anxius malum attrahit.

HISTORIA PYTHIONIS.

In thaſo Pythionem qui decumbebat ſupra tẽplum Herculis, ex luxitudinibus, & prauo victu, rigor magnus, & febris acuta corripuit; lingua arida ſiticuloſa, bilioſa, vrina ſubnigra, appendiculum ſublime, non ſudauit: ſecunda circa medium diem refrigeratio extremorum præcipuè circa mum, & caput, ſine loquela, ſine voce, breuis ſpiritus in multum tẽpus, recaluit, ſitiit, noctem cum quiete habuit, ſudauit circa caput parum: tertia cum quiete, veſperi circa ſolis occaſum ſubfriguit parum, turbatio nocte laborioſè. nihil dormiuit, ab aluo autem pauca, compacta ſtercora exierunt. Quarto mane cum quiete, circa medium autem diem omnia exacerbata ſunt, frigus, ſine loquela, ſine voce in deterius, recalefactus eſt, poſt tempus minxit nigra habentia appendiculum, nocte quietè dormiuit. Quinta alleuatus eſſe viſus eſt circa aluum autem pondus cum dolore, ſiticuloſus noctem laborioſè tulit. Sexta manè, quietè, veſperi autem dolores maiores, exacerbationem habuit, ab aluo autem clyſtere bene eiecit, noctem dormiuit: ſeptima die faſtidioſus ſubmoleſte ferebat. minxit oleoſum, nocte turbatio multa, delirauit, nihil dormiebat: octaua mane dormiuit parum, cito autem frigus, vocis interceptio, tenuis ſpiritus, & imminutus, veſperi autem rurſus recaluit, delirauit, iam autem ad diem modicum leuatus eſt, deiectiones meræ, exiguæ bilioſæ: nona ſoporoſus, faſtidioſus cum excitaretur. non valdè ſiticuloſus, circa ſolis occaſum moleſtè ferebat, delirabat noctem malam: decima manè ſine voce multa refrigeratio, febris acuta, ſudor multus, mortuus eſt, dolores huic in diebus paribus.

NOVVM videbitur docere, eſſe pernicioſum malignas febres à vehemente, & inſulito rigore incipere, & mihi apparet veriſſimum, quia omninò acotis, & continuis febribus diſſonum, & vt periclitantur ægri, ſi morbus eorum naturæ diſſimillimus ſit, & plus ſi tempori, conſuetudini, & ætati non congruus, ſic (etſi nonum quod doceo appareat) cenſeo, eſſe maligniſſimum, & prauum, rigere vehementer in primo inſultu febrium acutatum, & continnarum, quia eſt earum naturæ diſſimillimum, & inde prauitatis inſignis indicium, nam ſi decretoria damnantur ab Hippocrate ſi ſtatim appareant, nulla maligniora mihi putantur, quàm quæ morbum venturum acutum præueniunt, munus antea in bulonis æmulantia, cùm deberent ſeruorum munus à pedibus exequi: hoc tene de rigoribus, à quibus malignæ, & continuæ febres emanant, quarum rigor iudicatorius eſſe ſolet, præſertim ſi malignæ, & æſtuoſæ ardenteſque ſint: & cùm nulla anticipatio maior eſſe poſſit, quàm ſimul cum morbo iudicando apparere, ſic nulla maior malignitas vt ſignum, ſicque Pythioni euenit poſt rigorem magnum acutè febricitanti,

tanti, & decima mortuo; laborauit enim ardente febre, familiariſſima laboribus intempeſtiuis, & multis, bilis magnam copiam accumulantibus, & abſolutè, & ſanguinem ob incendium in bilem mutantibus, & bilem, & melancholiam naturalem, in atram bilem vtentem; cui febri rigor iudicatorius eſſe optimus conſueuit, quia, vt in aphoriſmo dicitur, *à febre ardente habito, rigore ſuperueniente, ſolutio.* Fuit ergo exitioſa, & deſperata febris, quia incepit à rigore vehementi, qui in vigore venturus erat ſalubriter, in initio verò apparens, delirabat natura, tentans indicare, quod nondum apparuerat, ſed imminebat ſutùm, incipiens ab eo, quod vltimum erat futurum. Sic iliaca paſſio tam deſperata agnoſcitur, quando motu periſtaltico cauſatur, quia vt Galenus teſtatur, claudit natura oſculum quod relaxare, & aperire debebat, vt ſtercora deſcenderent, & pellerentur extra. Natura verò delirans, podicem conſtringit, & non ſolum excrementa foras trudi obſtat, ſed continuando errorem inceptum, ſtercora per os violentiſſimè pellit, & vt dicebat Paulus, *miſerabili morte pereunt, ſtercus per os reddentes.*

De incommodis otiundis à deprauata victus ratione, tanta ſcripſerunt Authores, vt nubis liceat eorum lectionem commendare potiùs, quam doctiſſimè ſcripta tranſcribere, & vno verbo, dicitur, nullum eſſe malum poſſibile, quod ab inordinata victus ratione ſperare non liceat, eſt enim gula mater inſcitiæ, & ſapientiæ nouerca, vnde D. Chryſoſtomus ſanctè exarauit, corpora moderatè comedentium, robuſta ſunt, ſenſuſque munus ſuum expeditiſſimè explent: illorum verò qui gulæ ſtudent flaccida, & viſcera mobiliora, & morborum examinibus obſeſſa. Vnde Clemens Alexandrinus ex mente Antiphanis, dixit, lurcones nihil aliud eſſe, quàm bucca, & maxilla. & Hippocrates 6. *epid. ſect. 4. text. 22.* cupiens mala à gula præcauere, ſcripſit; *Exercitatio ſalutaris, non ſatiari cibis, eſſe ad labores impigrum:* & Princeps conſuluit, eſſe ſurgendum à menſa, reliquiis famis nondum ceſſantibus, Idolatræ enim ganeones putantur, ſi negari poteſt ventrem proprium, vt Deum habere, nam vt dicitur *Eccleſiaſt. cap. 19. Vinum & mulier faciunt apoſtatare ſapientem.* Nec aliter vinum apoſtatas creat, quàm cogendo ad libidinem, ſi teſte Paulo, cum ebrietate identificatur luxuria, quam cibus plenior indeſinen et fouet. Et dolendum plus, quod ventri & Veneri obſecundantes, raro non pereunt ſubitò, aut mente priuati, & deliri. Sic Pythio poſt vehementem rigorem, æſtuoſam acceſſionem, linguam aridam, ſitim implacabilem, colorem ictericum, peruigilium, & lotium nigrum primi diei; ſecunda obmutuit, & potuit ſine reſtitutione loquelæ periclitari.

Dixi habuiſſe primo die colorem ictericum, eo quod corruptio ſanguinis mutauit illum in bilem, vt ego iam vidi in alio in prima acceſſione acutiſſimæ febris colore icterico ſubito fœdato, & in hoc eligo, vt veriorem lectionem Phrigij dicentis, quod erat ſitibundus, & bilioſus, in colore nempè & cutis pallore, & linguæ amarulentia, ob quam ſolam impropriiſſimè bilioſus Pythiu diceretur, ſed copia bilis colore illo totius cutis deducebatur, vt *lib. de humoribus, text. 1.* Hippocrates ex colore cutis exceſſum humoris cuiuſque publicat, & Galenus, in illius loci expoſitione. Nec nego ſine corruptione ſanguinis bilioſa, poſſe deduci bilis exceſſum, ſed refero quod vidi, & quod contingere poteſt. Fuit dies ſecundus pernicioſiſſimus ob frigus partium extremarum, & vocis priuationem, & quia breui ſpiritus, fuit redditus, hoc eſt reſpirabat parua, & tarda, reſpirationeque rara, nam paruitas, & raritas, nequeunt coniungi cum celeritate, implicat enim vſus expoſcens ſimul celeritatem, & raritatem, quia hæc multum tempus requirit vt creetur; celeritas verò breue, & hæc vſum auctum; raritas verò diminutum extremè cum paruitate ſignificat: diminuit verò vſum in febre tam maligna, & ardente deliquium magnum ex conſumptione vitalis ſpiritus ortum, diſſipauit verò illum acceſſio prauiſſima, quæ vſque ad diem ſecundum extenſa, in illo habuit vigorem ſummum, quia per pares mouebatur febris, & in vigore illo parum abfuit, vt ſyncope ſuperueniente periclitaretur; fuit enim algidus totus, ſed præcipuè circa manus, & caput, ſine loquela, & ſine voce, indicium certum grandis læſionis cerebri, cuius reſpiratio parua, & rara, non minorem cordis læſionem diuulgabat, iam mori incipientis defectu vitalis caloris, vt verificetur Galeni doctrina, periclitari poſſe in die ſecundo; qui tantam copiam excrementorum prauo victu accumularunt, vt febris creata paribus moueatur, & verè Pythion in prima acceſſione debitum ſolueret, niſi robuſtiſſimus eſſet, & tota mali origo à cauſa procathartica penderet.

Non enim ignores periclitari ſæpè in declinatione particulari ægrotantes, quando grauia, & longiſſima tria priora acceſſionis tempora fuerunt, quæ ita ægrum effœminarunt, vt quando natura ſe totam expandit, & dilatat, vt finiatur acceſſio, diſſipetur tunc vitalis ſpiritus, ſimul cum fuliginibus extra miſſis, & ſimul cum acceſſione vita finitur, vt 3. *de criſibus c. 9.* Galenus docuit, & teſtatur dicendo, neque rationem ſequentibus mirum videtur, *quod naturæ vis imbecilla, in principio quidem acceſſionis, & augmento, & ſtatu poſſit perdurare, cùm adhuc habitus ipſe in vnum compreſſus contineatur; tempore verò declinationis, à medio ad extrema calore retrocedente, natura habitus ſpargitur, atque diſſoluitur.* Eſt verò conſentaneum, declinationem in motu per pares futuram ad finem diei ſecundi, quia in nocte illius meliùs ſe debent habere, vt Pythioni contigit, remiſſa iam, vt poteſt acceſſione. Conſtat verò frigiditatem illam extremorum, non fuiſſe initium acceſſionis nouæ, ſed ſymptoma, vt dixi, ortum ex reſolutione vitalis ſpiritus, & id inſinuauit Hippocrates, dicendo, rediit calor, hoc eſt, calor qui ob deliquium defecit, & cum illo ſitis. Fuit ergo nox ſecundi diei quieta, quia iam acceſſio tam peſſima declinauerat, declinaſſe verò erat impoſſibile, ſi frigus illud meridiei, fuiſſet initium alterius nouæ acceſſionis: quia in motu per pares orto ex noua acceſſione diei ſecundi, debet eſſe acceſſio ſecunda vehemens, & vehementior priori, quæ fuit tam grauis, vt narrat hiſtoria, & confirmauit reſolutio caloris vitalis in eius declinatione, à qua algidus totus, & ſine voce permanſit, vt verè diceres in prima acceſſione habuiſſe tria tempora morbi lethalis, cùm in illa lotium nigrum apparuit cum peruigilio, acuta febre, lingua arida, & ſiti implacabili, ſaltem de augmento morbi mortalis, dubium eſſe non poteſt, includitur enim neceſſariò in vrina nigra, quia hæc ſemper eſt ſignum contrarium coctioni, directéque illi repugnans: ſudor verò modicus circa caput illius noctis fuit etiam ſignum declinationis acceſſionis illius prauiſſimæ, & primæ, qui ſudor inter dormiendum frequentiſſimè apparet dum acceſſio declinat, quia ſomnus ad ſudandum plus quàm vigilia confert, & ſic peſſimum ſignum non fuit, vt malè Phrigius putauit; arguit enim ſolùm abundantiam partialis materiæ, quæ primam acceſſionem cauſauit, & ob id eſſe ſignum alterius venturæ, apud Medicos, & vulgus publicum eſt, eſt tamen ſuo modo vtilis, quia cinericium minus relinquitur pro acceſſione futura, vt Lemoſius cenſeat eſſe augendum à Medico ſudorem illum, vt acceſſio ventura tardiùs, & leuiùs ingruat, ob id enim Galenus putauit quartanam tardiùs repetere, quia cauſa illius accenſa, vt teſta, purius corpus à cinericio relinquit, & contraria ratione pituitam quotidianam creans, quotidie repetere, quia impuriſſima eſt eius declinatio, vt cinericium derelictum cogat tam frigidum

humo

A carnem ventriculi, vt laxant, ſenſum ſuctus, & famis obſcurant, ſicque appetentiam auferunt: corrupta verò & fœtentia & olida dum commoueotur, aut agitantur, vt corrupta, & mota, lædunr de nouo, & magis ventriculuoı, & latentibus vaporibus olfactum petentibus abominationem ciborum cauſant, redduntque nauſeabundum ventriculum, vt in ſanis ſolo graueolentium olfactu paſſim experimur. Eſt verò inexcuſabilis cummotio io ipſa deglutione, & ſic in primæ bullæ deglutione nauſeant, & velut ſi venenum fuiſſet cibus oblatus, fugit ventriculus eius deglutionem, vt in illa peſte à Galeno relata, in qua reſpondebant ægroti, ſe muri magis velle, quàm comedere. Ex quo deducitur, deglurionem eſſe ſubordinatam appetitui ventriculi, quo deficiente, omnium alimentorum attractio- B nem ventriculus recuſat, & ſi vi æger conetur illa deglutire, nauſeat, & vumit impetuoſè, quicquid in ore iam eſt vt deuuretur, quod faſtidium gerentibus vtero familiariſſimum eſt, & huic fuit inſeparabile, & maligniſſimum, ob madefactionem ſuperfluam ventriculi ſenſum ſuctionis penitus tollens, & cùm imbibita humiditas putrilaginuſa eſſet, abominationis tam ſingolaris fuit cauſa, nec putuit moderari, quia cauſa morbi maiorem ſemper induit corruptionem, & vteri excrementa ſimiliter, quæ ventriculum facillimè in conſenſum trahunt, & eius pericula fouent; & cùm auxilium faſtidij petatur ab acidis, quæ enixis vetita velut perniciosa ſunt, nullum auxilium ſupereſt niſi violentus vomitus, aut expurgatio infarctorum, & ma- C defacientium ventriculum: nullum verò eſt eoixis ſecurum, niſi poſt dies expurgationi lochiorum dicatos, vomitus præcipuè, qui non ſolùm in capite tentato excrementa omnia ad illud inclinat, ſed redditui lochiorum vehementer obſtat.

Hoc vnum obſerua, in morbis tam diuturnis decidentibus, & tam inconſtantibus, dari plures partes affectus diuerſa excrementa creantes, & ſeorſun, & variè ægros affligentes, vt in hac hiſtoria, vterus, caput & ventriculus ſingulariùs patiebantur; totum verò genus venoſum, cacochimia onuſtum, per lotium, & diarrhœam ſe exonerabar, & aluo ſuppreſſo, alias partes offendit non leuiter, ſed cerebrum præ ceteris partibus plus læſum ægram occidit, & in morbis tam pertina- D cibus practicum præceptum eſt, deobſtruere efficaciter regionem naturalem, & vbi tanta cacochimia agnoſcitur, crebrò expurgare craſſa excrementa, melaocholiam nempè, & pituitam, & putare quod melancholicus humor iam diuturnitate paſſionis mutatus in bilem atram, redditur malignior, & incoctilis, & obſtructiones etiam indiſſolubiles fiunt, quia calore febrili tam aſſiduo cauſa earum tophacea redditur ſi ſit pituitoſa; ſi verò ſit melancholica, creatur à calore illo diſpoſitio cancroſa, & deſperata tabem efficaciter creans, in qua diſpoſitione, ſitis clamoſa cum linguæ ſiccitate, aſpera inæqualitate, & atro colore non correſpondent calori, ſed ſiccitati aduſtæ melancholiæ, bilem atram propriè iam machinantis, cum ſum- E ma inquietudine, & peruigilio, & delirio interdum, quæ huic ioſitmæ tandem euenerunt, non appetens cibum, nec ſumens, animo deiecto interdum deſperata, inſomnis, iracunda, implacida, à ſiccitate vſtæ melancholiæ producta, & pendentia, nam atra bilis maniacos creat, iracundos, nulluſque atrabiliarius datur ſine implaciditate ſui, quia ſemper punguntur à ſero maligno, & fuligo eleuata ex bile atra, acerrima cùm ſit, vigilare cum inquietudine cogit, partes enim omnes ſua acrimonia lancinat, & vulnerat, quia per omnes diſſeminatur, inde iracundia, & intolerabilis diſplicentia ſui ipſius; nam vt dicitur in libello de morbis virginum, præ ſanguinis malitia, animus mœrens, & anxius malum attrahit.

HISTORIA PYTHIONIS.

In thaſo Pythionem qui decumbebat ſupra tẽplum Herculis, ex laxitudinibus, & prauo victu, rigor magnus, & febris acuta corripuit; lingua arida ſiticuloſa, biliosa, vrina ſubnigra, appendiculum ſublime, non ſudauit: ſecunda circa medium diem refrigeratio extremorum præcipuè circa manus, & caput, ſine loquela, ſine voce, breuis ſpiritus in multum tẽpus, recaluit, ſitiit, noctem cum quiete, habuit, ſudauit circa caput parum: tertia cum quiete, veſperi circa ſolis occaſum ſubfriguit parum, turbatio nocte laborioſè. nihil dormiuit, ab aluo autem pauca, compacta ſtercora exierunt. Quarta mane cum quiete, circa medium autem diem omnia exacerbata ſunt, frigus, ſine loquela, ſine voce in deterius, recalefactus eſt, poſt tempus minxit nigra habentia appendiculum, nocte quietè dormiuit. Quinta alleuatus eſſe viſus eſt circa aluum autem pondus cum dolore, ſiticuloſus noctem laborioſè tulit. Sexta manè, quietè, veſperi autem dolores maiores, exacerbationem habuit, ab aluo autem clyſtere bene eiecit noctem dormiuit: ſeptima die faſtidioſus ſubmoleſte ferebat. minxit oleoſum, nocte turbatio multa, delirauit, nihil dormiebat: octaua mane dormiuit parum, cito autem frigus, vocis interceptio, tenuis ſpiritus, & imminutus, veſperi autem rurſus recaluit, delirauit, iam autem ad diem modicum leuatus eſt, deiectiones meræ, exigua bilioſa: nona ſoporoſus, faſtidioſus cum excitaretur. non valdè ſiticuloſus, circa ſolis occaſum moleſtè ferebat, delirabat noctem malam: decima manè ſine voce multa refrigeratio, febris acuta, ſudor multus, mortuus eſt, dolores huic in diebus paribus.

NOVUM videbitur docere, eſſe pernicioſum malignas febres à vehemente, & inſolito rigore incipere, & mihi apparet veriſſimum, quia omninò acutis, & continuis febribus diſſonum, & vt periclitantur ægri, ſi morbus eorum naturæ diſſimillimus ſit, & plus ſi tempori, conſuetudini, & ætati non congruus, ſic (etſi nouum quod doceo appareat) cenſeo, eſſe maligniſſimum, & prauum, rigere vehementer in primo inſultu febrium acutarum, & continoarum, quia eſt earum naturæ diſſimillimum, & inde prauitatis inſignis indicium, nam ſi decretoria damnantur ab Hippocrate ſi ſtatim appareant, nolla maligniora mihi putantur, quàm quæ morbum ventnrom acutum præueniunt, munus antea io bulonis æmulantia, cùm deberent ſeruorum munus à pedibus exequi: hoc tene de rigoribus, à quibus malignæ, & continuæ febres emanant, quarum rigor iudicatorius eſſe ſolet, præſertim ſi malignæ, & æſtuoſæ ardenteſque ſint: & cùm nulla anticipatio maior eſſe poſſit, quàm ſimul cum morbo iudicando apparere, ſic nulla maior malignitas vt ſignum, ſicque Pythioni euenit poſt rigorem magnum acutè febricitanti,

tanti,

tanti, & decima mortuo; laborauit enim ardente febre, familiariſſima laboribus intempeſtiuis, & multis, bilis magnam copiam accumulantibus, & abſolutè, & ſanguinem ob incendium in bilem mutantibus, & bilem, & melancholiam naturalem, in atram bilem vrentem; cui febri rigor iudicatorius eſſe optimus conſueuit, quia, vt in aphoriſmo dicitur, *à febre ardente habito, rigore ſuperueniente, ſolutio.* Fuit ergo exitioſa, & deſperata febris, quia incepit à rigore vehementi, qui in vigore venturus erat ſalubriter, in initio verò apparens, delirabat natura, tentans iudicare, quod nondum apparuerat, ſed imminebat ſolùm, incipiens ab eo, quod vltimum erat futurum. Sic iliaca paſſio tam deſperata agnoſcitur, quando motu periſtaltico cauſatur, quia vt Galenus teſtatur, claudit natura oſculum quod relaxare, & aperire debebat, vt ſtercora deſcenderent, & pellerentur extra. Natura verò delitans, podicem conſtringit, & non ſolum excrementa foras trudi obſtat, ſed continuando errorem inceptum, ſtercora per os violentiſſimè pellit, & vt dicebat Paulus, *miſerabili morte pereunt, ſtercus per os reddentes.*

De incommodis oriundis à deprauata victus ratione, tanta ſcripſerunt Authures, vt nobis liceat eorum lectionem commendare potiùs, quam doctiſſimè ſcripta tranſcribere, & vno verbo, dicitur, nullum eſſe malum poſſibile, quod ab inordinata victus ratione ſperare non liceat; eſt enim gula mater inſcitiæ, & ſapientiæ nouerca, vnde D. Chryſoſtomus ſanctè exarauit, corpora moderatè comedentium, robuſta ſunt, ſenſuſque munus ſuum expeditiſſimè explent: illorum verò qui gulæ ſtudent flaccida, & viſcera mobiliora, & morborum examinibus obſeſſa. Vnde Clemens Alexandrinus ex mente Antiphanis, dixit, lurcones nihil aliud eſſe, quàm bucca, & maxilla, & Hippocrates 6. *epid. ſect. 4. text. 22.* cupiens mala à gula præcauere, ſcripſit; *Exercitatio ſalutaris, non ſatiari cibis, eſſe ad labores impigrum:* & Princeps conſuluit, eſſe ſurgendum à menſa, reliquiis famis nondum ceſſantibus, Idolatræ enim ganeones putantur, ſi negari poteſt ventrem proprium, vt Deum habere, nam vt dicitur *Eccleſiaſt. cap. 19. Vinum, & mulier faciunt apoſtatare ſapientem.* Nec aliter vinum apoſtatas creat, quàm cogendo ad libidinem, ſi recte Paulo, cum ebrietate identificatur luxuria, quam cibus plenior indeſinenter fouet. Et dolendum plus, quod ventri & Veneri obſecundantes, raro non pereunt ſubito, aut mente priuati, & deliri. Sic Pythio poſt vehementem rigorem, æſtuoſam acceſſionem, linguam aridam, ſitim implacabilem, colorem ictericum, peruigilium, & lotium nigrum primi diei; ſecunda obmutuit, & potuit ſine reſtitutione loquelæ periclitari.

Dixi habuiſſe primo die colorem ictericum, eo quod corruptio ſanguinis mutauit illum in bilem, vt ego iam vidi in alio in prima acceſſione acutiſſimæ febris colore icterico ſubito fœdato, & in hoc eligo, vt veriorem lectionem Phrigij dicentis, quod erat ſitibundus, & bilioſus, in colore nempè & cutis pallore, & linguæ amarulentia, ob quam ſolam impropriiſſimè bilioſus Pythio diceretur, ſed copia bilis colore illo totius cutis deducebatur, vt *lib. de humoribus, text. 5.* Hippocrates ex colore cutis exceſſum humoris cuiuſque publicat, & Galenus, in illius loci expoſitione. Nec nego ſine corruptione ſanguinis bilioſa, poſſe deduci bilis exceſſum, ſed refero quod vidi, & quod contingere poteſt. Fuit dies ſecundus pernicioſiſſimus ob frigus partium extremarum, & vocis priuationem, & quia breui ſpiritus, fuit redditus, hoc eſt reſpirabat parua, & tarda, reſpiratione que rara, nam paruitas, & raritas, nequeunt coniungi cum celeritate, implicat enim vſus expoſcens ſimul celeritatem, & raritatem, quia hæc multum tempus requirit vt creetur; celeritas verò breue, & hæc vſum auctum; raritas verò dimi-

A nutum extremè cum paruitate ſignificat: diminuit verò vſum in febre tam maligna, & ardente deliquium magnum ex conſumptione vitalis ſpiritus ortum, diſſipauit verò illum acceſſio prauiſſima, quæ vſque ad diem ſecundum extenſa, in illo habuit vigorem ſummum, quia per pares mouebatur febris, & in vigore illo parum abfuit, vt ſyncope ſuperueniente periclitaretur; fuit enim algidus totus, ſed præcipuè circa manus, & caput, ſine loquela, & ſine voce, indicium certum grandis læſionis cerebri, cuius reſpiratio parua, & rara, non minorem cordis læſionem diuulgabat, iam mori incipientis defectu vitalis caloris, vt verificetur Galeni doctrina, periclitari poſſe in die ſecundo; qui tantam copiam excrementorum prauo vi-B ctu accumularunt, vt febris creata paribus moueatur, & verè Pythion in prima acceſſione debitum ſolueret, niſi robuſtiſſimus eſſet, & tota mali origo à cauſa procatharctica penderet.

Non enim ignores periclitari ſæpè in declinatione particulari ægrotantes, quando grauia, & longiſſima tria priora acceſſionis tempora fuerunt, quæ ita ægrum effœminarunt, vt quando natura ſe totam expandit, & dilatat, vt finiatur acceſſio, diſſipetur tunc vitalis ſpiritus, ſimul cum fuliginibus extra miſſis, & ſimul cum acceſſione vita finitur, vt 3. *de criſibus c. 9.* Galenus docuit, & teſtatur dicendo, ne quaratione ſequentibus mirum videtur, *quod naturæ vis imbecillas in principio quidem acceſſionis, & augmento, & ſtatu poſſit perdu-* C *rare, cùm adhuc habitus ipſe in vnum compreſſus contineatur; tempore verò declinationis, à medio ad extrema calore retrocedente, natura habitus ſpargitur, atque diſſoluitur.* Eſt verò conſentaneum, declinationem in motu per pares futuram ad finem diei ſecundi, quia in nocte illius meliùs ſe debent habere, vt Pythioni contigit, remiſſa iam, vt poteſt acceſſione. Conſtat verò frigiditatem illam extremorum, non fuiſſe initium acceſſionis nouæ, ſed ſymptoma, vt dixi, ortum ex reſolutione vitalis ſpiritus, & id inſinuauit Hippocrates, dicendo, rediit calor, hoc eſt, calor qui ob deliquium defecit, & cum illo ſitis. Fuit ergo nox ſecundi diei quieta, quia iam acceſſio tam peſſima declinauerat, declinaſſe verò erat impoſſibile, ſi frigus illud meridiei, fuiſſet initium D alterius nouæ acceſſionis: quia in motu per pares orto ex noua acceſſione diei ſecundi, debet eſſe acceſſio ſecunda vehemens, & vehementior priori, quæ fuit tam grauis, vt narrat hiſtoria, & confirmauit reſolutio caloris vitalis in eius declinatione, à qua algidus totus, & ſine voce permanſit, vt verè diceres in prima acceſſione habuiſſe tria tempora morbi lethalis, cùm in illa lotium nigrum apparuit cum peruigilio, acuta febre, lingua arida, & ſiti implacabili, ſaltem de augmento morbi mortalis, dubium eſſe non poteſt, includitur enim neceſſariò in vrina nigra, quia hæc ſemper eſt ſignum contrarium coctioni, directéque illi repugnans: ſudor verò modicus circa caput illius noctis fuit etiam ſignum declinationis acceſſionis illius pra-E uiſſimæ, & primæ, qui ſudor inter dormiendum frequentiſſimè apparet dum acceſſio declinat, quia ſomnus ad ſudandum plus quàm vigilia confert, & ſic peſſimum ſignum non fuit, vt malè Phrigius putauit; arguit enim ſolùm abundantiam partialis materiæ, quæ primam acceſſionem cauſauit, & ob id eſſe ſignum alterius venturæ, apud Medicos, & vulgus publicum eſt, eſt tamen ſuo modo vtilis, quia cinericium minus relinquitur pro acceſſione futura, vt Lemoſius cenſeat eſſe augendum à Medico ſudorem illum, vt acceſſio ventura tardiùs, & leuiùs ingruat, ob id enim Galenus putauit quartanam tardiùs repetere, quia cauſa illius accenſa, vt teſta, purius corpus à cinericio relinquit, & contraria ratione pituitam quotidianam creans, quotidie repetere, quia impuriſſima eſt eius declinatio, vt cinericium derelictum cogat tam frigidum

humo

Digitized by Google

humorem quotidie putreſcere, cùm tardiùs deberet euenire conſiderato pituitæ frigore nimio.

Die tertio ad ſolis occaſum infrigidatus fuit aliquantulum cum turbatione; & nocte laborioſa, & vigili, refrigeratio illa leuis in continuatum malignarum acceſſionibus, quando incipiunt, ſæpè inuenitur, incipit enim prauorum agitatio, & commotio ad putredinis focum, quæ dum multa eſt, ſuffocat, & opprimit calorem vitalem; eſt verò multa in motione per pares, ſicque oppreſſo calore vitali in internis, externa tepeſcunt, nec ſolùm ob id, ſed etiam quia malignorum commotio ſpiritus diſſipat, & cor patitur bifariam, & defectu caloris vitalis, & oppreſſum craſſioribus fuliginibus in initio acceſſionum ſuſcitatis, quæ etiam ſub modo frigeſcere externa cogunt, præ craſſitie impediendo vitalis calidi diſtributionem. Eſt enim prima calefactio in putredinis foco ſimilis factæ in ligni viridibus, craſſiſſimè, & nebuloſè effumantibus, donec accenſa in lympidum, & illuminantem, ſplendentemque ignem vertuntur, & vt acceſſiones ſunt malignioris materiæ, non ſolùm ob dicta tepeſcunt extrema, ſed quia moleſtata nimis natura, & afflicta ſe contrahit, vt contrahitur in omni triſtitia, qua ſuffocationem, & oppreſſionem vitalis coloris fouet. Hinc anxietas, ſuſpiria, turbationes, peruigilium & interdum aluus excrementa deponit, aut debilitata retentrice in illo conflictu, & motione prauorum, aut in ipſa naturæ moleſtia, & commotione interna, inteſtinis compreſſis, commouentur ſtercora, & commota irritant, quod non faciebant quieta, & ſic pauca, & compacta ab aluo fluxerunt, ſine permiſtione alicuius ſucci irritantis, cui expulſio illa poſſet attribui.

Quartò manè quieuit, ſed ad meridiem omnia fuerunt prauiora, quia infrigidatus, mutus, & ſine voce fuit redditus, vt in meridie diei ſecundi. Mirabilis fuit quies illa, quando poſt illam tam proxima ſpetabantur tam pernicioſa ſymptomata, & ſine dubio quando quieuit, non erat minor febris, neque poterat, quia in motu per pares creſcit calor aſſiduè vſque ad diem ſecundum, in quo ſummus vigor acceſſionis eſſe debet, & præ incendio maior moleſtia, ſed nouum non eſt in vigore acceſſionum aliquantulum quieſcere; nec ſemper eſt bonum, non ſolùm quia longior, & prauior acceſſio redditur, ſed quia pendere ſolet ex peſſima cauſa, colliquatione nempe cerebri, illud irrigante, & dormire cogente. Non fuiſſe verò bonam, ſymptomata meridiei publicarunt tam peſſima, vt ſuſpicari poſſis, quietem illam fuiſſe potius, exolutionem quandam virtutis, præludium certum mutitatis, aphoniæ, algoris inſignis, ob eandem cauſam corundem ſymptomatum meridiei diei ſecundi, ſicque calor poſt talem exolutionem in deteriùs rediit, & cùm vrina non ſubnigra, vt prior, ſed nigra, iam vigorem morbi lethalis ſignificante, fuit tamen nox placida, quia noctes parium dierum ſemper ſunt tales reſpectu aliarum, eo quod in eis declinat neceſſariò febris.

Quinto releuatus eſſe videbatur, & potuit ita euenire, antequàm acceſſio inciperet; ſolet enim natura defeſſa prioribus acceſſionibus, tardiùs mouere materiam ad focum, & ſegniùs putredinem introducere, videturque meliùs habere apparenter; ſed non verè: accenſa verò & putrida naturam fatigat, debiliorem eam inueniens, & ſic noctem vt reliquorum imparium laborioſam habuit. Sitibundus, & dolore grauante ventris inferioris lancinatus, rarò enim in exitioſis paſſionibus quieſcit natura, ſed prauitate excrementorum implacida, inquieta, & velut turgens, diuerſos decubitus tentat, ſeipſam affligens, & per ſeceſſum expulſionem excrementorum procurans, ventrem inferiorem onerauit: quia non per viam communem, ſed per venas alimenti totum excrementa errans deduxit, niſi

A accumolando paulatim, & motu tepido copiam eorum in ipſis inteſtinis infernis, non potuit illam præ debilitate extra corpus reiicere, & onere moleſtabat: cui moleſtiæ ſuccurrens Hippocrates in declinatione ſexti diei, iniecto clyſtere, quæ moleſtabant deiecit vtiliter, moleſtarunt enim vſque ad veſperam ſexti diei, niſi intermiſerunt quando quieuit ſummo mane, expulſis verò veſperi, dolores euanuerunt, & nocte dormiuit.

Septimo faſtidioſus, & implacidus erat, oleoſum minxit, cum implacabili turbatione, delirando, & inſomnis tota nocte: Signo vigoris mortalis in vrina nigra incluſo, additum fuit aliud pernicioſum ſatis, oleoſum nempe minxiſſe, colliquari iam corpus ſigni-B ficans, de quo ſcripſit Hippocrates, *& pinguia innatantia araneis ſimilia vituperanda, conſumptionis enim ſunt ſigna.* Rationabiliter inde implacidus, turbatus, inſomnis, & delirans fuit, cùm calor illius acceſſionis corpus erroderet, exulceraret, & liquaret ſubſtantiam vtilem, & nihilominus octauo manè dormiuit, ſed parum, vt in aliis diebus, & expergefactus vt in aliis, algidus fuit, & ſine voce, cum reſpiratione exili, & imminuta, extincto vitali cordis calore, quo reſtituto calefactus fuit rurſus, & delirauit, non ita caloris vehementiâ, vt debilis redditus etiam, nam ſi debilitas ſola poteſt eſſe adæquata cauſa delirandi, ſequetur melius error, adiuta calore febrili. Ad finem verò octaui diei leuiùs habuit, deiecitque pauca, mera, bilioſa, debilitata retentrice, vt in moribundis ferè ſem-C per contingit, & in declinatione acceſſionis, quando natura ſeipſam expandit, & ſuo modo debilitat, permittendo difflari, & liberè exire excrementa acceſſionem fouentia, vt finiatur in intermittentibus, & in continuis minuatur, leuiorque fiat, ob quam cauſam & debilitatem à natura intentatam, periclitantur debiles in ipſa declinatione, vt antea docui, & ſubitò pereunt.

Nono die ſoporoſus apparuit, & implacidus cùm excitaretur, hoc eſt, moleſtè ferebat irritamenta ſoporem impedientia, vt omnes debiles moleſtè ferunt implacida; nulla verò moleſtia maior, vt cogere ad vigilias, & obiectorum comprehenſionem, dormien-D tes, ſeu non vigilare potentes præ debilitate; eſt enim labor ſenſuum vigilare, & obiecta concipere, & vt debiles corporales labores moleſtiſſimè ſuſtinent, & illis ſuccumbunt, ſic iam morti proximi, & ferè extincti, voces alienas, irritamenta, & quæ vigilare neceſſitant, impatienter ferunt, illi præſertim qui robuſtiſſimi fuerunt, vt Pythion, qui iam ferè extinctus, etſi colliquaretur, non ſitiebat, vt ſemimortuus. Nox diei noni moleſtiſſima, laborioſáque fuit, vt reliquorum imparium, cœpitque labor à ſolis occaſu cum delirio, incipiebant enim acceſſiones poſt meridiem, & incrementa, & vigores vſque ad diem ſecundum extendebantur, ſicque noctes imparium moleſtiſſimæ fuerunt, vt leuiores parium, quod in iis declinarent.
E Decimo die mutus, ſine voce, & algidus, vt ſolebat in aliis paribus, cum ſudore debitum ſoluit. Eſt verò probabilius ſudorem frigidum fuiſſe, ſi multum frigus aderat, nam etſi ex locis calidiſſimis internè ſudoris materia eleuetur, infrigidatur in cute, quæ in iis iam extinctis frigidiſſima eſt, vt Galenus docuit 4. *aphoriſmor. text.* 37. in quo ſcripſit Hippocrates: *Frigidi ſudores, cum acuta quidem febre, mortem; cum mitiori verò longitudinem morbi ſignificant.* Fuit verò multus ſudor, quia duæ cauſæ ad copiam concurrerunt, & diſſolutio corporis, & febris acuta, hæc inſolenter extenuans, & colliquans multum; exolutio verò virtutis retinentem paralyticans, impetuoſè diffluere, & exire foras quicquid extenuatur, & liqueſcit, permittens, tunc corpus totum ſudore inundatur, & denudatis viſceribus, & ſpoliatis vitali ſpiritu, ſpiritus euolat, & certiùs celeriúſque de-

functi

functi fiunt, ſi corpore algido, ſudor calidus ſit, quoniam confertam, & celerrimam totius ſubſtantiæ calidæ expulſionem extra corpus ſignificat, quam algor cutis infrigidate non potuit, & ſic calidus ſudor in corpore frigido, breuiſſimi obitus certiſſimus nuncius putatur.

In hac hiſtoria dubium pulchrum ſe offert de ſomno illo ſummo manè diei paris, quando febris in fine augmenti, aut vigore neceſſariò erat, & in omnibus diebus ea hora dormiuit; nam in motu per pares, initium diei ſecundi, & magna pars eius, laborioſiſſimum tempus eſt, quia vt modo dicebam, finis augmenti, & ſummus vigor in illo incidunt, & quia in fine dierum parium declinant acceſſiones, noctes parium quietiores fuerunt, & placidiores. Duplex ratio ſe offert; ſit prima, quod acceſſiones cum multitudine inuadentes, (vt inuadunt omnes in motu per pares) ſunt moleſtiſſimæ in initio, & vigore, non incendio ſolùm, ſed præcipuè oppreſſione, & ſuffocatione vitalis caloris. Laſſantur itaque, & opprimuntur, fatiganturque nimis in duobus illis temporibus, velut ſuffocati, & ſic noctes dierum imparium grauiſſimæ, & pernicioſæ fuerunt. Ceſſante verò illa oppreſſione, & moleſtia in fine augmenti præcipuè, recreatur ſuo modo natura, & quieſcere incipit, & vt tam ſagax in præcautione periculi ſpiritum vitalem retrahit intro, ſicque ſenſus ſuſpendens ſomnum prouocat, vt Galenus voluit. Alia ratio ſit proprietas horæ ad dormiendum ſummo manè, nullum enim tempus ſomno conciliando proprius, quia nullum magis aſſuetum, omnibus ferè hominibus. Verum quia tempus ex parte acceſſionum incommodum erat, quia dormiebat in fine augmenti, & vigore acceſſionum, lædebat grauiter ſomnus, quia retrahebatur verſùs viſcera cohors tota fuliginum, & impediebatur diſſlatio, onerabanturque interna, quonim ſarcinà, & oppreſſione ſpiritu denſato, & non influente, & iurtius incarcerato, velut lypiricus Pythion algidus apparebat extus, & ſine voce, vt verè daretur (vt docui) ſyncopis præludium. Reuocatus verò Pythion ab illa ſoporoſa exanimatione, patiebatur vehementer, quia nondum acceſſio inclinauerat, vt in effectu deliquium illud videretur velut alterius acceſſionis initium, refrigerato corporis habitu. Internè verò calor coërcebatur retractus, & eo ſic reſtituto, & diſtributo ad extra, vrebantur omnia, vt in ſummo vigore acceſſionum, & ideò dixit Hippocrates quod ab eo refrigerio, & illa exanimatione, redibat calor, & ſitiebat, & hoc eſt quod *lib. de veteri medicina* docuit doctiſſimè, nimirum quod ſine auxilio extrinſeco, corpus ſi refrigeretur, caleſit ab interno principio, & ſi caleſiat, refrigeratur, & intenſiùs quàm antea. Ex qua facili mutatione calidi in frigidum, & è contra, dixit ad finem numeri vigeſimi ſeptimi, *Frigiditatem autem, & caliditatem, ego omnium facultatum minimè potentes eſſe in corpore exiſtimo*: & adductis exemplis in ægrotis, & ſanis probat in fine numeri vigeſimi noni illarum qualitatum impotentiam ad lædendum, dicendo; *Cui igitur breui adeò contrarium accedit, cuique vis admittur ſua ſponte, quidnam ab hoc magnum, aut graue fiat, aut quid opus eſt multo ad hoc auxilio?* Et dubium contra ſe, quod validum apparebat, diſſoluens, concludit, dicendo, *Atqui ego hoc maximum ſignum eſſe puto, quod non propter calidum ſimpliciter homines febricitent, nec hoc ſit ſimpliciter afflictionis cauſa, ſed eſt, & amarum, & calidum idem, & calidum, ac acidum, & ſalſum ac calidum, & alia infinita, & rurſus frigidum cum aliis facultatibus coniunctum; hæc itaque ſunt, quæ lædunt.* Sic Pythion à frigore illo incaluit intenſè ſpontè, dum vigor in quo exanimatus, & aphonus videbatur, durauit, & declinante acceſſione in nocte diei paris quieuit.

Inde intelliges verum eſſe quod natura Pythionis fatigata, & laſſata ab oppreſſione cauſæ in initio, &

A augmento acceſſionum, retrahebat intus calidum ſpiritum, & totum effluuium, vt ſenſus ſuſpenderentur, & velut in ecſtaſi ceſſaretur ab opere: inſtaurato verò vitali calido, diſtribuit rurſus per corporis ambitum, quod antea retraxerat, ſicque rurſus Pythion velut de nouo æſtuabat ſitiebat, & affligebatur. Sit exemplum Hippocratis *lib. citat num. 29. Quicumque* (inquit) *per niuem, aut aliud frigus iter facientes excellenter frigeſcunt aut pedibus, aut manibus, aut capite, vbi ſe continuerint in noctem, cum cooperti fuerint, & in tempore extiterint, ab æſtu & pruritu vexantur, quibuſdam etiam bullæ velut ambuſtu ab igne exurgunt, nec priùs hoc patiuntur, quam caleſiant, adeò promptè vtrumque ipſorum ad alterum accedit:* Conſtat hoc exemplo naturæ ſagacitas, calidum effluuium in partes algidas mittentis, ne pereant paraly-
B ticæ, aut frigore moriantur, ſphacelo, aut gangrena, ſicque alluuie calidi effluuij algidas partes inundans calefacit, & ita aliquando vrit, vt bullæ, velut ſi ab igne combuſtæ fuiſſent, ſuſcitentur. Ne tamen intelligas bullas relatas à calore ſpirituum excitari poſſe; nam calor ille naturaliſſimus eſt, membra ſeruans, & roborans, non exulcerans: creantur ergo bullæ illæ à calore vitiuo fuliginum in calidioribus corporibus, quæ ſimul cum ſpiritibus in ſubſidium partium algidarum pellebantur; nam quod de bullis Hippocrates narrat, perpetuum non eſt: eſt vero mirabile, quod manus algidæ nimis, ſi externo calore caleſiant, mortificari ſoleant, & remedium ſit illius mortis præcautorium niue partes algidas preſſius perfricare, ſic enim calor re-
C ſtituitur ſecurè.

Curatio morbi Pythionis.

SI laſſatus erat Pythion ex laboribus immoderatis, & ſimul prauo victu vtebatur, non eſt facilis deciſio remedij à quo medela inchoanda erat; ego victus prauitate duo intelligi poſſe non ignoro, aut quod ciſet voraciſſimus, non ſolum ſemel multum cibum deuorans, aut quod crebriùs, quàm conueniret cibum aſſumeret, vel quod alimenta ingeſta eſſent praui ſucci, plus quàm deceat comedere, proprium eſt laborantium multum, imò neceſſarium, quia fatigationem,
D & debilitatem in laboribus contractam, cibo, & potu reſtaurare ſtatim procurant, cum potiùs quiete, & ſomno reſtitui robur deberet, & poſt cibum ſumere: nam in laboribus magnis laſſitudo contrahitur, & defatigatio, ſpirituum defectu potius quàm ſanguinis. Vnde ſi à nimio labore laſſatus ſtatim cibetur, & multum ingerat, crudum alimentum manebit, quia coctrix ventriculi cum tanto cibo, & tam diſſimili pugnatura, multo ſpiritu eget, vt perfectè coquat. Eſt verò magna illius penuria in laſſitudinibus vehementi labore contractis, & reſtitutio penuriæ, ſomno, & quiete acquirenda eſt, quia vt in 2. *aphoriſm.* 48 dicitur, in omni corporis motu, vbi laborare cœperit, quies ſtatim laſſitudinem aufert. Eſt etiam peſſimum cibari antequam ca-
E lor exercitij ſedatus omninò ſit, quia membra calida trahunt violenter ad ſe, ſicque cibus incoctus diſtribuitur, multámque ſitim cibus cum calore violento ſumptus excitat.

Plenum fuiſſe Pythionem, laſſitudo, ſi durabat in morbo ſatis publicabat, iam enim quieſcens ſpontanea erat, & fortè phlegmonoſa, quæ parum abeſt ab vniuerſali inflammatione omnium muſculorum: motus etiam per pares grandem cauſæ copiam arguit, vt de miſſione ſanguinis, & copioſè ſtatim educendi, dubium eſſe non poſſit, niſi Pythion, vt lurco, & voraciſſimus, ſaburram primæ regionis enixæ (vt voraces ſolent) expoſceret, ante ſectionem venæ, auferendam leniente pharmaco eſſe; & vrgentiùs illud perebat, ſi bilioſa, & vſta excrementa primæ regionis moleſtarent, commotio, quorum deliquia, aut ſyncopes ſtatim excitat, & fa-

ciliùs

ciliùs ad intra) ſi ſecta vena intromitti poſſunt) trahuntur,& Galenus 1. *ad Glauconem*, c. 11. bilem in prima regione ſtabulantem, ſectionem venæ maximè dehortari docuit, eſſetque infælicitas magna, lenientis pharmaci indigentia in febre huius hiſtoriæ, præ acutie, & ardore, ſigna mortalia primo die diuulgante, vt non ſemel ſed bis eodem die ſecanda vena erat, ſi remedium adæquatum tanto malo applicandum eſſet; motua etiam per pares ita eſſe operandum ſuadet, quia (vt docui) ſine magna quantitate cauſæ ita moueri ignorat, in quo motu illud infælicisſimum iocluditur, qood ſi methodus communis ſeruanda eſt, non licet vſque ad finem diei ſecondi ſanguinem mittere, quia in illo ſulùm declinatio primæ acceſſionis incidit, quam omnes Medici, vt ſecurè imperetur, ſperant, & in Pythione hæc occaſio, etſi tarda, impeditur ob deliquium, aphoniam, & frigus in medio acceſſionis ſuperuenientia, à quibus reſurgens nouum incrementum febris ſequutum, erat inſigne obſtaculum ſectioni venæ cum antecedente debilitate, & corporis frigore.

Ex dictis dubitatur merito, ſi febri per pares motæ conuenit ſecare venam antequam acceſſio declinet, & in caſu hiſtoriæ viget magis dubium ob ſymptomata tam grauia, quæ in die ſecunda ſuperueniebant, quæ probabiliſſimè tale remedium erant impeditura, ob dictas nuper rationes. Ego quidem ſic eſſe operandum cenſeo, & ſecandam eſſe venam in vigore acceſſionum, vt ſtatim declinent, & non ſuperueniant ſymptomata tam deſperata, vt Pythioni, ob acceſſionum longitudinem vires populantem, & ad deliquia, & ſyncopalem febrem tam clarè diſponentem. Ratio ex periculo ſumitur, & à priori docuit Galenus 3. *de diebus decretoriis, cap.* 8. quod febres motæ per pares occidere ſolent in die ſecundo, hoc eſt, in prima acceſſione, & plurimos in ſexto periclitari certiſſimè, & iam vidimus Pythionem in die ſecundo exanimatum ferè fuiſſe, vt niſi robuſtiſſimus eſſet in illo animam ageret: quo ergo remedio mors tam breui ventura præcaueri poteſt, niſi ſectione venæ, nullum enim aliud inueoies rationi conſonum, & ſecurum, & certum, vt febris declinet ne ſuffocetur æger, aut ſyncope pereat; periclitatur enim copiâ onuſtus, quia febris per pares mouetur, plethora ventilari corpus non permittit, portio ad focum delata, vt prima acceſſio cauſetur, tam magna eſt, vt vſque ad diem ſecundum creſcendo, deteriorem partem acceſſionis dies ſecundus admittat, ſicque aliam partialem, ſed moleſtiſſimam, & periculoſiſſimam plenitudinem in parte interna, quæ focus eſt, cauſet. Iis duabus plethoris ſuccedit alia ex propria liquatione ſuccorum putreſcentium, & rarefactione totius maſſæ ſanguineæ à calore febrili neceſſario oriunda; quid ergo ſperandum in qualibet acceſſione, niſi ſuffocatio inopinata, & à tanto incendio, copulata plethora, ſyncopalis ſudor, & mors, alio enim modu acceſſio prima non poteſt occidere; incendio igitur, & plenitudinibus ſuffocantibus, (quæ ex dictis ſunt tres) & oppreſſioni virtutis, longitudine, & vehementia acceſſionis timendæ, adæquatum remedium ſectio venæ & larga ſanguinis detractio erit non dubiè, quia celerrimè, ſine dubio, & ſecurè plethoram ſuffocantem tollit, impedit vlteriorem fluxionem ad focum, & euacuata cauſa calefaciente, & dando locum maiorem maiori aëris ingreſſui, calorem ſtrenuè diminuit, eritque probabiliſſimum largè inanitis vaſis, & refrigerio nouo recreatâ naturâ, & leuata à tanta opprimente ſarcina ſudorem mouere, & iugulari acceſſionis crudelitatem, vt totam conſtitutionem iugulauit Galenus.

Suadetur etiam relatum remedium, qoia tenetur Medicus præcauere, ne febris vſque ad diem ſecundum inceſſante incremento caloris fatigans, fiat ex continentibus perpetuò creſcentibus, & vt in his, etſi intendantur ſemper, ſecatur vena quando ſemper augentur, ſic in motis per pares ſecari poteſt in ipſo vigore, ne in declinatione, aut in fine vigoris occidat, & impediatur, ne fiat ſemper increſcens, & vt dixi in Pythione vrgent plus rationes adductæ, quia iam conſtabat, in fine augmenti, & inceptione vigoris ſuperuenire tam grauia accidentia, & per conſequens in illo, ante illud tempus erat ſecanda vena, vt dictum iam eſt. Habet etiam hìc locum ſententia Hippocratis ex 4. *de victus ratione in acutis*, dicentis; *Quod autem quis repentè obmuteſcat, id venarum interceptiones, occluſioneſque faciunt*, &c. Et in ipſa apprehenſione ſecat ſtatim venam, & vt ſanis contingit repentè obmuteſcere ſine manifeſta cauſa, ob ſolam plethoram, poteſt etiam in morbis ob eandem cauſam euenire; & vt in ſanis ſecatur ſtatim vena, vt remedium morbi iam facti, ita in morbis ſecanda eſt, vt præcaueatur quando tam certè timetur.

Vt praxi noſtræ acquieſcas, attende, deliquium, aut ſyncopem bifariam poſſe contingere, aut reſoluto, & deficiente ſpiritu, aut non deficiente, ſed oppreſſo, & denſato à copia excrementorum, aot ſanguinis, ob quam, etſi detur ſpiritus, non poteſt influere, non ſolùm quia præter naturam denſatur, ſed etiam quia medium per quod influere debet, incapax eſt influxus illius. Hic ſecundus modus Pythionem oppreſſit, à quo liberatus incaluit, & ſitiebat, velut ſi altera noua acceſſio illum inuaſiſſet, quæ incaleſcentia cum ſiti notanda eſſet impoſſibilis, ſi ſyncope, aut deliquium illud tam grande à conſumptione ſpirituum penderet, quo fit vt ſeparato onere opprimente reuixit calor, & ſeipſum reducens ad naturalem temperiem, actuare potuit putridos iam humores cum ſpiritu oppreſſos, & nouam illam incaleſcentiam ſuſcitare, & vt exemplis docuit Hippocrates, maiorem priori, vt quibus à niue infrigiditatæ, & velut torpentes manus, ſuperuenit calor ſpontè, qui non ſolùm frigus corrumpit, ſed ita intenditur, vt vrat, & ampullas feruore eleuet; & hic ſecundus motus ſyncopis, aut deliquij, curatur ab Hippocrate. 4. *de victu acut.* ſecando venam ſtatim, fouetque priùs totum corpus, timendo ne in deliquio ſanguis concreuerit, & fluere ſecta vena non poſſit, de quo latiſſimè in cura ſyncopis egimus, nec ſine labore ingenij, vt Hippocrati ſuffragantes, conſtaret eſſe poſſibile in actuali ſyncope, aut grandi deliquio ab oppreſſione orto, vtiliter venam ſecare.

In die tertio interdiu quieſcebat, erat enim tempus etiam declinationis acceſſionis prioris, in quo erat reiteranda ſectio venæ, etiamſi in vigore antecedentis ſecta fuiſſet: ſi in morbis tam periculoſis, & acutis, nulla occaſio remediorum magnorum omittenda eſt, ſi tam præceps periculum præcaueri debet: & quia ad meridiem quarti diei omnia irritata fuerunt, & ſuperuenerunt grauia ſymptomata, vt in priori acceſſione, vtiliſſimè ante aduentum illorum imperabuntur cucurbitæ à crutibus per nares vſque ad lumborum regionem, vt impediatur ſubita illa inuaſio ſymptomatum, orta ſine dubio à motu erroneo naturæ iuxta cor, & ſi opus videatur, ſcarificabuntur duæ, aut in ſuris, aut natibus, eſt enim validiſſimum hoc aoxilium, præſertim ſi non ſemel, ſed bis, & ter ante horam inuaſionis illorum ſymptomatum de nouo affigantur, quo remedio in febribus huius prauitatis ſtrenuè me iuuiſſe recordor, & ſemper affixas eſſe impero, donec hora ſuſpecta inuaſionis tranſierit. Ablatis iam cucurbitulis, oleo Mathioli, aut alio attractorio, cutem totam dorſi calidi vnges, mox linteo calido curioſè, & ſuauiter oleum deterges, & duriuſculè in fine fricando, poros recludes, vt facilè recipiat corporis habitus, quæ ad illum mouenda ſunt excrementa, mouebuntur verò ſecuriùs, & certiùs, ſi ab vnctione, & fricatione potionem imperes cardiacam ſimul, & ſudorem mouentem.

non

non enim ignores, quod in plethoricis ſolet eſſe totum corpus obſtructum, & corporis habitus obſtruitur magis, quia vaſa ſunt anguſtoria, & quando natura in vigore acceſſionum corpus totum dilatat, vt diſtribuendo per illud ad poros cutaneos, & ambitum, cauſam acceſſionis, finiatur acceſſio, ſi ambitus, & regio cutanea obſtructa ſint, & recipere nequeant expellenda excrementa, pelluntur à natura in partes internas, & tam grauia ſymptomata præter ſpem (vt mors etiam) ſuperueniunt, & ſic habitus corporis omni ingenio in putridis, & malignis febribus debilia reddendus eſt, & perſpirabiliſſimus, vt recipiat excrementa mittenda, & inceſſans fuliginum putridarum creatio faciliùs tranſpiret, & per poros expulſa liberentur interne, breuiorque acceſſio reddatur.

Hæc methodus ſeruanda eſt in omni acceſſione, quia omnes fuerunt ferè vniformes, & potionibus refrigerantibus, & putredinem inhibentibus largiori manu vtendum eſt, cordique ſubuenientibus, erat enim nigra vrina interni incendij ſignum, & labores Pythionis intempeſtiui, cum tam erronea victus ratione, vſtionem ſanguinis ſemper machinantur, & atrabiliarium reddunt, & linguæ ariditas primi diei declarauit, & clariùs lotij nigredo. Quod ſi non fiat, colliquati pereunt, & tabidi, vt colliquatus fuit Pythion, cum vrina oleacea diei ſeptimi, & ſudore decimi, cum quo obiit. Inter potiones febribus ardentibus, & malignis idoneas, laudabilior eſt, quæ pulpam tamarindorum recipit, eſt enim gratiſſima, & ſitim extinguit, putredinem coërcet, & ne ſerpat impedit, aluum ſollicitat, res tam vtilis per has febres. Inter ſerapia celebre eſt ex acido citri paratum, aut lymoniorum, aut oxalydis, aut granatorum, endiuiæ, ſcorcionetæ, & borraginis, diluentur verò aquis bugloſſæ, oxalydis, cardui benedicti, condrilæ, & ſonchi. Eſt aqua fragorum mirabilis, aut decoctum foliorum, & radicum eius, florum nimpheæ, foliorum oxalydis, & portulacæ, & florum cordialium, clarificetur, & aromaticetur puluere ſantalorum. Liquor acidus perlatum, ab Hadriano traditus *ſectione vigeſima ſui Armamentarij*, celebris eſt, & omnem deſiderabilem indicationem roborandi viſcera, expugnandi venena, mitigandi ardorem febrilem, inhibendi putredinem certiſſimè complet, & verus eſt tot malorum antagoniſta, nitrum etiam vitriolatum eiuſdem, & mirabile ad extinguendum ardorem, & inhibendam putredinem, & malignitatem febrium epidemialium, ſic Authores commendant mucaginem ſeminis pſilij extractam in aqua portulacæ, cuius ℥.j.ß. & ſeri lactis caprini ex aqua niuis extracti ℥.xij. ſucci citri acidi ℥.j diluta, & frigida potio data, mirè contemperat, & aluum ſollicitat, & feruidos vapores bilis putridæ reprimit, ne ſurſum ferantur, & delirium excitent.

In febribus malignis, & cacochimia bilioſa implicitis, præſertim ſi ex prauo alimento ortæ fuerint, potiùs quam ex diſtemperie calida viſcerum, ſecta priùs venâ ſi cacochimia illam non prohibeat, ſecuriſſimè datur medicamentum leniter bilem illam excrementitiam educens, & deorſum trahens, præſertim hoc tempore tot medicamentis, & tam ſecuris gaudente, vt ſelectiſſima manna in ſero lactis diſſoluta, aut medulla recenti caſiæ ſiſtulæ, aut infuſo rhabarbari in aqua cichoriæ cum ſyrupo regio ſolutiuo, & decocto violarum, florum maluæ, & vtriuſque bugloſſæ; ſupernatat enim ſua ſponte humor ille, trahitur faciliimè, & tarò circa iecur non ſtabulatur, & habitat, quod lingua bilioſa, vt fuit in Pythione, indicat, & æſtuatio circa hypochondria certiùs notificat, quæ ſi ex affectu inflammatorio non oriatur, magnum auxilium erit illum humorem æſtuantem, & anxietates intolerabiles creantem educere. Nec ſemper te terreat linguæ ſiccitas, vt communiter timetur, & horrida

A ad expurgandum putatur, ſæpè enim bilis impacta in iecoris parte caua, ſiccat linguam, & ſitim clamoſam creat, & nullum auxilium ſecurius eductione illius, leui expurgante ex nuper relatis, & nullum periculoſius ſectione venæ in hoc caſu, quandu ſine affectu inflammatorio circa iecoris cauam æſtuat bilis, in quo ſito, ſitim implacabilem ſuſcitat lingua redditur chlora, & ſiccitate exaſperatur, quia tam vicina ventriculo, dicta ſymptomata inexcuſabilia ſunt, cum non leui anxietate ob exquiſitum ventriculi tactum; nam grauioribus ventriculi accidentibus diſtinxit Galenus paſſionem iecoris cauæ, à læſionibus gibbæ. Falluntur ergo ſæpè Medici, ſi ex linguæ ſiccitate, pallore, & aſperitate, deducant ſemper ſectionis venæ indigen-
B tiam, & expurgationem recuſent, obliti inquiſitionis ſitus, in quo bilis æſtuans illa ſymptomata cauſat; Hippocrates *4. de victu acutor. text.4.* in cauſo linguam ſiccam, aſperam, atram valde, ventris morſum, ſitim vrgentem, vigiliam, & delirium admittens, aquam mulſam aquoſam ad ſatietatem conſulit *text.5.* & ſi os amareſcat, vomitum conſulit, & aluum ſollicitare, & *text.7.* ſi aluus non reſpondeat, expurgat lacte aſinæ, quod conſuluiſſe docet ibi Galenus, timendo calorem, & acrimoniam aliorum expurgantium, vnde ſi tam ſecura, & benigna vt modò dantur, darentur antiquè, imperaret non dubiè illa, ad expurgandum in cauſo, bilem inducentem tam grauia ſymptomata, & primo aſpectu tam repugnantia expurgationi. Ex-
C purgat verò ob ſitum, in quo bilis habitabat, nempe in prima regione, antequam vaſa ſecundæ regionis occuparet, quæ indicatio in caſu à me adducto etiam vrget, quia in prima regione reſidet humor euacuandus, & ſectione venæ extrahi repugnat, & periculum certum eſt, vt ad vaſa trahatur, & ſanguis totus inficiatur, & in ipſa extractione ſanguinis, periculum non leue eſt incidendi in grauem ſyncopem, vt incidere ſolent, quibus bile in prima regione habitante vena ſecatur.

Ex dictis cenſeo hoc præceptum Hippocratis non fuiſſe à Valleſio doctiſſimo emedullatum, non enim expurgat Hippocrates, quia cauſo æger corripitur ſolùm, ſed quia ex ſignis ibi relatis intulit cauſam eo-
D rum in prima regione reſidere, cui loco debetur directè expurgatio, quando ſi intra vaſa ſecundæ regionis cauſa cauſi reſideret, temeratiè, & ſine fructu imperarentur vomitus, & pernicioſiùs, expurgare regionem illam cum aſpera lingua, ſicca, & nigra, & ſiti tam forti. Expurgat ergo tam leni medicamento ob facilem eductionem humoris ex loco tam proximo per vias communes: & quia in illo caſu ſectio venæ pernicioſa fuiſſet vt docui, & omnino inutilis, nemo enim ſine manifeſto periculo, in febre in qua morſus moleſtus ventris, & eroſio dantur, venam ſecabit, niſi planè conſter ex ſecunda regione mordaces ſuccos in ventrem mitti, & nullo modo pelli, ſed ibi inculcatos affectum inflammatorium incipere generare. Verum
E ſi mordeatur venter, & doleat, & deiectiones ſint pallidæ, & liquidæ, certius erit in ea regione cauſam mali reſidere, cui expurgatio leuiſſimo expurgante debetur, quia nullum aliud auxilium adæquatum eſſe poteſt, & facilè illo extra reiicitur, & ex oris amarore ruſus infert Hippocrates circa ventriculum humorem reſidere, & ſic vomere præcipit, & aluum ſubducere, & ſi opus ſit, expurgare lacte aſinino, quia tempore illo aliud expurgans ſecurius in cauſo non inueniebatur.

In febribus tam exitioſis rariſſimum eſt non dari in parte aliqua interna affectus eryſipelaceos, aut ardorem inſignem à quo acceſſiones foueantur, & repetant, quæ ſollicitè inquirenda eſt, vt ardori, aut obſtructioni, aut affectui eryſipelacco, poſt euacuationes totius idoneis auxiliis occurramus, aut cucurbita

ſcarificata extrahamus excrementa imbibita in illo membro, ſi ſitus illius ſcarificationi idoneus ſit; & ſi fortaſſis non ſit, deobſtruentibus, & attemperantibus ſimul diſpoſitionem præter naturam illius reprimemus. De reliquis auxiliis roborantibus cor, & cerebrum, ne recipiant tam facilè excrementa totius, aut ſi receperint, ab eis faciliùs ſe expediant, non eſt vt agamus, cùm tam communes indicationes, & deponendi alui excrementa neminem latere poſſint, ſemper tamen timebitur in febribus huiuſmodi, in quibus deliquia illa, & vocis paralyſis, cum tam exceſſiuo frigore extremorum ordinatè repetunt, & cum tam certo periculo vitæ, eſſe focum putredinis cordi nimis proximum, & quando in fine augmenti, & in vigoris prima parte tota materia collecta, in acceſſione caloris feruore attenuatur, & rareſit, ſuffocari vitale calidum, & opprimi compreſſione, & denſitate præternaturali, & non influendo, vt antea docui, exanimari, & mutum fieri ægrum, donec reſoluta parte excrementorum opprimentium, reuiuiſcat calor, & ardeat de nouo, vt Pythioni contigit, niſi vt inſinuaui, obſtructus corporis habitus, nequeat admittere attenuata excrementa, & natura portionem aliquam in partes cordi, aot cerebro proximas impetuosè reiiciat, dicta ſymptomata excitans, ſubitò cuilibet cauſæ occurrendum eſt, vt docui, & in ipſo paroxiſmo epithemate cordiali reſoluente, & odoribus vitalem calorem reficientibus, cor deonerandum, & cerebrum etiam, & in cordis oppreſſione ſuffocatiua magni vſus eſt cucurbita ſupra arteriæ magnæ regionem in latere ſiniſtro ſub mamma cum multa flamma applicita, à cuius ablatione oleo Mathioli vnges cum modico camphoræ cordis regionem, aut butyro naphæ cum puluere diambræ, faciemque irrorabis vino generoſo, & aqua naphæ, & per cubiculum ſimiliter aër totus vaporibus implebitur, vt inſpirando trahatur cum aëre ſpirituum materia, & quod ſimul reſolutioni opprimentium ſuccurrat.

Illud verò ſciendum eſt multum intereſſe diſtinguere, ſi febris ardens vſtione, aut putredine creetur, nam vſta vt docuit Valleſius, non coquuntur quia coctio putreſcentiæ contrariatur non vſtioni, ſed vt putreſcentiam cohibet coctio, ita vſtionem attemperatio, & poteſt deduci ex ſummo Dictatore 4. *acutor. text. 5.* conſulente, dandam eſſe mulſam aquoſam cauſoue oppreſſis, quantam bibere voluerint, aut aquam. Conſtat verò non potuiſſe Hippocratem conſulere dandam eſſe aquam, aut mulſam aquoſam ad libitum ægrotantium, ſi daretur vt cibus ſolus, vt malè expoſuit Valleſius, nam de cibo nunquam dicitur, quod poſſit dari quantum ſumere voluerint, eſſetque præceptio practica periculoſiſſima: nec minùs impropriè aqua ſola cibus appellari poteſt, cùm ſit extra omnem ciborum rationem, cùm nihil alimentoſi participet, & ſit ex propria natura ſimpliciſſimus potus. Galenus verò dixit, quod qoi librum illum ſcripſit, mentem Hippocratis meliùs intelligens, cauſo laborantibus quantum placet bibere concedit, videtur tamen expoſitio Galeni coarctare doctrinam Hippocratis de ſola mulſa aquoſa illum interpretando, & nullo modo de aqua ſula, velut ſi non præcepiſſet aquam ſolam dandam eſſe. Opponitur quidem litteræ textus, qui ſic legitur, *Huic aqua mulſæque coctæ, & aquoſa, quantum voluerint bibendum dabis.* Nec admitti poteſt expoſitio Valleſij dicentis quod loquitur ibi Hippocrates de illis, qui ſola aqua, aut mulſa poſſint tranſigere vſque ad iudicationes, cum nihil pernicioſius imperari poſſet in cauſo orto ex longo itinere, & ſiti longa, à quibus reſiccatæ venulæ, ſeroſas, & calidas fluxiones trahunt, vt ſola aqua eſſet danda, quæ nec materia ſpirituum eſt, nec cibi aliquid continet, dicente Galeno, quod aqua nec extrinſecùs occurſans, nec intus ſumpta apta eſt ſolidas partes humectare. Ego vero (vt ſæpe inſinuaui) conſulens Hippocrates,

A vt detur aquæ, aut mulſæ aquoſæ quantum voluerit bibere, intendit tanta attemperatione permutare cauſonem in febrem frigidam, vt docuit Auicenna proprio capite, eſt enim generoſi Medici febrem in prima inuaſione colliquantem, & vſtiuam ſe inſinuantem extinguere ſtatim, & in aliam minoris vſtionis mutare, quod ſecuriſſimè fit in febribus ab vſtione creatis, quarum diximus quod ſit certius remedium attemperatio, non coctio; & ſic coctio ſperanda non eſt, vt non ſperauit Hippocrates, ſed præcepit tam clarè bibendum eſſe quantum voluerit in quolibet tempore, in quo aqua, aut mulſa aquoſa datur vtiliter.

B

HIST. PHRENETICI.

Phreneticus qui primâ decubuit, vomuit æruginoſa multa, tenuia, febris horrida, multus ſudor continuus per totum, capitis, & colli grauitas cum dolore, vrina tenues, ancoremata pauca, diſperſa, non ſubſiderunt, ab aluo autem ſtercora emiſit; febris acuta, ſudauit, non intermiſit, palpitationes per totum corpus, nocte conuulſiones: ter-
C *tiâ exacerbata ſunt omnia: quarta mortuus eſt.*

IN hac Hiſtoria ſequor Mercurialis lectionem, vt veriorem in duobus, & in die mortis, & quòd illa dictio, *non ſudauit*, ſit malè poſita, & ſuperabundat, aut quod fuerit malè tranſlata, vt ibi exponit, & meritò: nam ſiue intelligatur quod æger hic ſudauit ſolùm per totum diem in capite, & collo, vt putat Valleſius, abſurdum eſſet dicere referendo eundem diem, & quæ in eo euenerunt, *non ſudauit*; eſſet enim clarum mendacium, & tenebatur Hippocrates ſeipſum exponere, ne vt
D mendax, aut obliuioſus damnaretur. Quid dicat Phrigius non teneo, nec meo iudicio perceptibilis eſt eius doctrina. Cenſet Valleſius ſequendam eſſe lectionem Galeni, & aliorum, dicentem fuiſſe mortuum die tertia; Marinellus verò, Mercurialis, & Cornarius die quarta fuiſſe defunctum ſcripſerunt. Moueor hoc veriùs eſſe quia in ſecunda acceſſione ſperanda ſunt grauiora accidentia eo tempore in quo in prima moleſtarunt; fuit verù moleſtia maior, & periculoſior, quando ſine voce die ſecundo poſt delirium tumultuoſum, & peruigilium, exanimatus videbatur, & per totum corpus palpitabat, & id ita contingere quotidie experimur, moti nempe ægros in acceſſionum tempore, in quo plus natura opprimitur, qua conſideratione putauit
E Aëtius, non ſolum diem certum, ſed horam mortis poſſe à Medico prædici.

Aliud inuenio in relata hiſtoria notabile, nempe qood vomitus æruginoſus fuerit multus, & tenuis, quod mihi difficillimum videtur, ſi de bile æruginoſa intelligatur, quæ cùm tam inſignem vſtionem bilis ſignificet, eſt humor ille æruginoſus, ſyncerus bifariam, & quia ſolus euomitur, & quia ſine ſero, hoc enim in vſtione ipſa, quia bilis naturalis in æruginoſam vertitur, neceſſariò conſumitur, & vt conſumitur, neceſſariù craſſeſcit. Ob hoc amplector vt certiorem verſionem Phrigij, qui non æruginoſum, ſed virulentum vomitum fuiſſe, tranſtulit, & hoc Galeni expoſitioni videtur conformius, putantis veneuoſam fuiſſe huius phrenetici cauſam, cuius malignitas, virulento vomitu melius quàm æruginoſo exaggeratur, &

innui

innuitur, nam ſi æruginoſus color eſt via ad nigrum, & hic non putatur neceſſariò venenum, minus cenſebitur viridis.

Hæc hiſtoria fauet noſtræ doctrinæ, quam vt nouam in expoſitione præcedentis addixi, eſſe nimirum perniciosum ſignum, decretoria cum morbi initio identificari, & eſſe velut delirium naturæ, & motum prauum incipere ab euacuatione, cum qua finiendus eſt morbus; eſtque in Galeni doctrina motus prauus, quia erroneus, cum priùs retinere, deinde coquere, mox ſecernere, & tandem expellere debeat: in caſu verò hiſtoriæ incipit expellendo, & multum, quod eſt error inſignis, & indè tam acutus, & deſperatus fuit morbus. Quis morbus fuerit, nondum conſtat, veram phrenitidem fuiſſe omnes Expoſitores fatentur, & rigoroſè ſentit Valleſius, vt ex eius lectione conſtat. Ego verò modum loquendi Hippocratis, & ſymptomata omnia ſollicitè conſiderando non fuiſſe veram phrenitidem ſuſpicor, ſed habuiſſe febrem malignam non pendentem ab affectu inflammatorio cerebri, ſed hoc per conſenſum patiebatur quando delirabat, vomitus enim virulenti, tenues, & multi, horrores aſſidui, ſudor abundans, & deiectio multi ſtercoris, & affatim, repugnantia ſunt ſuo modo phrenitidi veræ, quæ intenſo, & indeſinente delirio, omnes expulſiones obſcurat, & delet, ob attentionis, & ſenſus tactus defectum, iuxta decretum Hippocratis *aphoriſm.6. ſect.2. Quicumque* (inquit) *aliqua parte corporis dolentes, dolorem non ſentiunt, iis mens ægrotat.* At phreneticus ille de dolorifica grauitate capitis, & colli, querulus erat, res à phrenitide vera alieniſſima, in qua nec fames, nec ſitis ægros fatigat, etſi ſitiendi cauſa validiſſima ſit, ob fluidi humidi ingentem reſolutionem, nihilque inuenitur in verè phreneticis, quod corpus non ſiccet, motus nimirum animæ, & corporis aſſiduus, & tumultuoſus; vigilia ſuperflua, quam voracem Hippocrates appellauit, quia inſolentem ſubſtantiæ noſtræ diſſipationem continenter machinatur. Lotium, & ſtercora retinent, quia ob ſenſus defectum, moleſtiam eorum ignorant; æger verò huius hiſtoriæ, lotium petitum conceſſit, & ſtercora multa, & affatim reddidit, cibos, & potum admittebat non dubiè, quod ſi non feciſſet, vt rerum neceſſaria, notaretur, & narraretur ab Hippocrate, vt narrauit de aliis non ſumentibus cibum.

Dices, ſi omnes relatæ operationes deficiunt in verè phreneticis, quia delirant, & æger huius hiſtoriæ delirabat multum, & nihilominus illas exercebat, non infertur rectè, quod phreneticus verè non fuiſſet, aut danda eſt alia cauſa à priori, ob quam verè phrenetici non ſitiant, non fameſcant, nec excrementa veſicæ, & alui deponant, & alia tormenta non ſentiant. Rectè dubitas, & eſt ſolutio facillima, nam verè phrenetici, aut fiunt inflammato cerebro, iuxta opinionem antiquam; aut in omnium doctrina inexcuſabile eſt, quod cerebrum, aut eius membranæ ſint putredinis focus, in quem fluxio tendat directè vt vera phrenitis creetur, ſicque humores cauſantes phrenitidem recipit cerebrum ſub integra humorum corporatura, à qua non ſolùm obſtruitur, & apoſtematur, ſed alteratur validiſſimè, quia illi immediata, & ſub forma denſiori; quæ duæ conditiones potentiſſimæ ſunt ad peruertendam, & deſtruendam temperiem rectæ rationis. Fuliginoſum etiam excrementum à putrido humore inceſſanter inſurgens, detinetur etiam incarceratum in locis cerebri obſtructis, aut inflammatis, à quo aſſiduè alteratum, & intenſiſſimè, intensè cum aliis cauſis delirare coget, vt nihil ſentiant, nec iuxta leges naturæ, & rationis quidquam operentur; delirantes verò per conſenſum audire ſolent, attendereque interrogatis, & obiecta naturaliter

A moleſtantia, ſi intenſius quam per bonam valetudinem immuterent, quia augentur, percipiuntur ab eis, & expelluntur, quia vapores, aut fuligines ſolùm recipiunt non peruertentes tam fortiter cerebri temperiem, vt omnem ſenſationem moleſtantium obſcurent, & operentur multa rationi conſona admonitis aut ex ſeipſis.

Cenſeo igitur febrem huius hiſtoriæ fuiſſe malignam, & acutiſſimam, ex ſeroſa materia, & virulenta; ortam meo iudicio ex eduliis ſucci praui, ſiue radices, ſiue fructus fuerint, quorum propriiſſimum eſt ſero, & maligno ex ſe vaſa replere, quibus dum ſuperuenit putredo, aut vſtio, peſtilens febris, & exitioſiſſima creatur, inſuperabilia à natura opere coctricis

B virtutis, quia ſerum illud coqui repugnat, vt repugnat craſſeſcere, & quia mobilitate ſua nunquam quieſcit, nec adhæret vt coquatur, putridus enim ichor ille malignus calore violento totus euaporatur, eſtque tam moleſtus naturæ, vt velut turgens, & ſummè inquieta, & lancinata expulſionem illius indeſinenter, & conſtanter procuret, velut vlceroſa laſſitudine totius corporis ſtimulata; hanc veritatem ſtatim publicarunt biliosa, virulenta, multa, & tenuia primo morbi inſultu vomitione extra corpus expulſa; ſuadet etiam febris proprietas, erat enim horrifica, ob mordacem, & venenoſam fuliginum, & ſeri proprietatem, ſic naturæ aduerſam, vt quando extra vaſa per corporis ambitum pellebatur, ſentientes partes ſic vellicabat, & offendebat, vt ſine horrore, & concuſ-

C ſione contactum illius ferre non poſſent, tum fugiendo contactum, & vicinitatem, compreſſæ, tum vt non permanerent, concuſſæ. Confirmat etiam ſudor copioſus primi diei, & vrinæ tenuitas, copiam ſeroſæ, & beneficæ ſubſtantiæ, qua totum corpus erat imbutum, ſudoris diaphoretici, & mortalis quando inflammatur, certiſſima cauſa, & febrium ſyncopalium origo inconcuſſa, & ſtabilis, ſæpè enim obſeruaui in febribus iſtis ſudore diaphoretico, aut ſyncopali occidentibus, ſerum cum ſanguine exiens, corruptum fuiſſe, & praui coloris, & occaſio ſudoris illius pernicioſi, vt ſignum, & cauſa à me putabatur. Signum clarum eſt; cauſa perſpicua ſatis, quia poros dilatat, & recludit, ſpiritus omnes extenuat, mado-

D te retentricem debilitat, acrimonia, & malignitate expultricem ſollicitat, alimentum totum inquinat, & ſpirituum corruptione coctioni fælici obſtaculum eſt, & expultrix per totum inquieta pro ſeri tam maligni expulſione, ſimul cum illo ſpiritus reiicit, ſicque tam breui virtutes fatiſcunt in multo ſudore, vt in copioſa ſimultanea puris, aut aquæ extractione.

Sic debilitata in primo die natura, & deliquio oppreſſa, voce, & ſenſu priuatus phreneticus die ſecundo ſummo manè apparuit, & ſudore diaphoretico inundatus cum acuta febre, palpitabat toto corpore, mox per noctem conuellebatur, in tam continua, & deſperata pugna, natura morbo ſuccumbens, impotens ad

E loquendum erat, velut reſoluta. Nec retulit Hippocrates, ſi vox reſtituta fuit, videtúrque probabilius cum deliquio illo vſque ad mortem permanſiſſe, & fuit præſagium Hippocratis 1. *prorrit. text.29.* & in locis prænotion. dicentis: *Palpitantes toto corpore num muti moriantur?* Ego verò per palpitationem totius corporis, non illam à flatibus ortam, vt Phrigius, intelligo, nihil enim febri acutæ, & multo ſudori implicitæ, repugnantius, quàm flatuum tanta copia, vt totum corpus palpitare, quia flatibus plenum, poſſit; imò à doloribus flatuoſis liberantur breuiſſimè, ſuperueniente ſudore. Erat ergo palpitatio illa motus creberrimus, & inæqualis arteriarum ad expellendam oppreſſionem ſeroſæ, & malignæ

ſubſtantiæ, cuius ingens copia arteriis colligitur ſi in corpore abundet, trahitur enim facillimè aſſidua earum dilatatione; eſtque ſeroſæ ſubſtantiæ expurgatio per renes copioſiſſima, ob quam arteriâ ampliſſimâ ornantur, vt ſanguis arterialis à tanto ſero liberetur: quod ſi de vera palpitatione intelligi velis, non cenſeas à flatibus fieri in caſu hiſtoriæ, totum corpus occupantibus, ſed à ſero illo maligno, & acerrimo, cuius partiunculæ acriores, & ſubtiliores partium, expultricem irritantes, occaſio fuerunt, vt corporis habitus palpitaret. Nec teneas veram palpitationem à ſolo flatu fieri, quicquid Galenus doceat, ſed à ſeroſis excrementis, & prauis, in exhalationes, & vſtilagines exiguas diſcretis, maiores tamen, quàm in vlceroſa laſſitudine; & hoc ſymptoma præcipuè contingere poteſt in caſu hiſtoriæ, ſi in extrema debilitate, cutis infrigidetur, vt denſata exhalari ſerum illud malignum liberè non permittat, ſicque cutis palpitatio percipiatur, quod ſatis difficile eſt, vt credam per palpitationem intelligi poſſe motum illum, quem Barbari *ieſtigationem* vocare ſolent, per interualla moleſtantem; & eſt motus velut vibratiuus, & ſatis ſenſibilis partium, quando nerui irritantur à corporatura praua ſuccorum, diuiſa tamen in craſſiores portiunculas, vt à motu conuulſiuo ſolum diſcrepet. Quod ieſtigatio ſit maior, & vehementior multò, & per longiora interualla repetens, nunciua conuulſionum malignarum creandarum à cerebro, vt in epylepticis experimur, & in hyſtericis acceſſionibus hæ ieſtigationes paſſim inueniuntur, præſertim quando ſemen virulentum author illarum eſt: & quando refert Hippocrates totum corpus palpitare, non teneas totum ſimul id neceſſariò pati, ſed per interualla artus vibrati, modò manus, modò crura, modò caput, modò corpus medium, à quibus ieſtigationibus, & palpitantibus motibus, timetur meritò, & certiùs mors, quàm ſi à flatibus palpitatio vera, vt Galenus cenſet 2. *prorit.* crearetur, cuius expoſitio chimerica potiùs quàm vera mihi videtur, vt muti moriantur, qui flatibus palpitant; eſt enim cutis affectio aërea, non partium internarum, aut principum, nec ſuis principiis ſtat, cùm ſemper docuerit, non poſſe flatus creari ſine calore mediocri ex humida materia; calor verò ille muſculorum, laryngis paralyſim, vt mutus palpitans reddatur, creare repugnat. Tepor expoſitionis ſuæ detegitur facilè, quia à vocis carentia recurrit ad aliud principium à quo palpitatio creatur: hanc à flatu, & calore mediocri eleuato, priuationem vocis à frigore paralyticante fieri docet loco allegato, cum eſſet probabilius à flatibus fieri poſſe: ergo Hippocrates ab eadem cauſa, à qua fit palpitatio, vult timere mortem media mutitate, hanc verò nunquam plus licet timere, quàm quando humores maligni per corpus vagantes, ieſtigationem iam dictam in artubus cauſant, irritantur enim partes neruoſæ per totum corpus, quæ in cerebrum ſe exonerant facilè, ob communionem, & rectitudinem, vt ſicut ex motibus conuulſiuis præſagit Hippocrates deliria, ſic præſagit ex palpitantibus motibus, & ieſtigationibus mortem media aphonia. Et ſicut non eſt perpetuum delirare à motibus conuulſiuis, ſic nec mutos perire à ieſtigantibus motibus, vt moriuntur conuulſi ex cerebro, & fuit hic phreneticus occiſus, & propterea poſuit Hippocrates particulam dubitantem; quia poſſibilitatem, non infallibilitatem mutæ mortis pertimuit.

Et quod palpitatio totius corporis huius ægroti à flatibus fieri non poſſet, conſtat, quia præterquam quod motus ille cutaneus paruiſſimus, & breuiſſimus eſt, ſolùm poteſt percipi, ſi ſumma attentione partes denudatæ contemplentur, quod in ægrotis impoſſibile eſt, & nunquam viſum. Si verò ipſe narrabat totum corpus palpitare palpitatione Galeni, iam non erat phreneticus verè: videtur ergo certius fuiſſe ieſtigationem concuſſiuam membrorum modo explicato, quæ ſenſibilis eſt, & à Medico perceptibilis, etiamſi coopertus æger exiſtat, & hæc eſt quæ mortis mutæ author eſſe poteſt, quia turget materia per partes neruoſas, & decubitum in cerebrum ſemper machinatur, præſertim ſi collum, & caput in morbi initio dolor fatiget, vt huic ægroto contigit; nam ſi verus eſt aphoriſmus, quod ſi ante morbum aliqua pars doluerit, ibi morbus firmatur, certior erit, ſi in eius initio; quia quod ibi longius timetur, proximius eſt, quia iam adeſt morbus; in quem ſenſum *in coacis* legitur; *Colli dolor in omni febre malus, peſſimus autem vbi in metu æger eſt, ne inſaniat.*

Curatio Phrenetici.

TAm inopes conſilij Mercurialis, & Phrigius, præſentis ægri medelam ſcribunt, vt videantur penitus obliti ſubiecti, quod curandum ſuſcipiunt. Sanguinis miſſionem ſine examine conſulunt in homine virulenta multa, & liquida euomente, & bilioſa ſimul, cum horrore continuo, & ſudore diaphoretico inundato, & in ſenſu Valleſij, ſyncopali, ſuo modo, quia circa caput, & collum, tam vituperatus in prognoſtico opere, qui vitium exolutionem ſemper intendit, & fabricat, & in initio diei ſecundi fuit conſequutus, iam ſine voce exanimatus æger apparens. Quod fuiſſent conſilij inopes in complicatione tam ardua, cuilibet, etſi doctiſſimo contigiſſet, verùm tam graues indicationes complicatas, & pugnantes ſilentio inuoluere, & ſine examine relinquere culpabile eſt, neque excuſationem admittit non conſulere quid in caſu tam arduo ſequendum erat.

Certè in hoc tam difficili argumento, quodcumque auxilium magnum in primo die occaſione carebat, nam vomitus copioſus, virulentus, & bilioſus ſimul, erat non dubiè euacuatio idonea, quia materiæ veneficæ, quæ ſi cohiberetur, eſſet internum venenum, & impedita pelleretur in partem internam, & fortaſſe ſubitò occideret. Horror continuus fuit nuncius ſudoris copioſi; vt ſolet rigor in ardentibus febribus ſudorem præcedere, & inde peſſimum ſignum cum ſudore illo, quia quilibet ſolet eſſe febrium ardentium iudicatorius, & apparere in primo die, pernicioſum eſt, vt in hiſtoria Pythionis docuimus. Hic ſudor ſi fuit (vt videtur certius) totius corporis, diaphoreticus erat ob inflammationis vehementiam, vt 1. *prognoſt.* docuit Hippocrates, ſi verò caput, & collum tantùm occupabat, ſyncopem minabatur, aut vitium inſignem languorem. Erat ergo tranſacto primo impetu omni arte reprimendus, ſyncopem, aut deliquium promittens. Si verò totum corpus mundabat, moderandus erat, & non reprimendus ſubitò, quia eſt periculoſiſſimum reprimere primum naturæ impetum, ſi illo multam materiam reiicere iam decreuerat, eodemque timore te terrere debet, ſicut ſi angina, aut parotis intrò verteretur, & ſi in ſudoris retroceſſu aliquid vtile inueniatur, nimirum caloris vitalis tutela, quo ſudor diaphoreticus imbutus eſt, & mortem accelerat ſi permittatur, quo commodo retroceſſus anginæ & paroridis caret, & eſt ob id periculoſior.

Auxilia externa ſudorem reprimentia nota ſatis ſunt, vt in cura febris ſyncopalis minutæ, & colliquantis ſudore, abundè ſcripſimus: internè verò in diaphoretico imperanda ſunt feruorem reprimentia, & incraſſantia, vt ſyrupi de agreſta, ſucco cidoniorũ, granatorum, roſarum ſiccarum, & præ omnibus de portulaca, qui attemperat, incraſſat, & mordacitatem virulenti ſeri, & bilioſi mirè obtundit præſertim ſi puluetibus cryſtalli præparatur, margaritarum, & electarij de gemmis admixtus propinetur, cum decocto

folio

foliorum centinodiæ, ſonchi, oxalydis, & arnogloſſæ, albumine oui clarificato, & ſantalorum alborum aromaticato, quod remedium frigidiſſimum ſi virtus ſeſat, concedes, & reiterabis pluries, ſi ſudor ab eius potione moderetur, & incendium viſcerum tepeſcat; hoc enim præceptum nouum (vt reor) ea nobis accipies, nimirum non eſſe aliam viam occurtendi mortali, & exitioſæ proprietati morborum ſecuriorem, quàm in primo impetu (ſi per artem fieri poteſt, ad aliam naturam permutare.) Sint duo exempla Auicennæ & Galeni; hic torridum maraſmum arte irremediabilem, docet eſſe permutandum ad frigidum, quia ille ſiccitate irremediabilis factus iam eſt, vt ſenectus: verum quia calor ſiccat, & mortem accelerat, corrumpit calorem ſiccantem frigido balneo, vt marcore frigido, (ſi mori neceſſe eſt) & breuiſſimè calido duret æger amplius, & vt ipſe dicit, habeamus quem curare poſſimus, vita longiori balneo frigido lactata, Auicenna verum cauſum colliquantem, & marcorem, aut breuem mortem machinantem, conſulit, vt potu gelido ad ſatietatem, permutemus ad febrem frigidam, ſicque calorem breui occiſurum extinguit, & Galenus, meliùs, (inquit) eſt incrudare phlegmonem, quàm ſinere ægrum in hecticam labi. Eodem ergo exemplo, huius phrenitici morbus tam celerem interitum promittens, permutandus erat in prima acceſſione, ſi vſtione diaphoreticum ſudorem ciebat, vt eſt probabilius, potionibus gelidis crebrò reiteratis. Et quia acribus, & virulentis ichoribus ſcatebat, contemperatio indicabatur antidotis malignitati occurrentibus, & quia ſpirituum diſſipatio inſignis cum ſudore erat, odoribus frigidis, & feruorem ſedantibus inſtaurandi erant, vt cibo optimi ſucci cum ſucco citoneorum, agreſtæ, aurantiorum, & citri.

Hinc intelliges Galeni doctrinam, imperantis cibum pleniorem in humorum corruptela 1. *aphoriſm. text.* 1. contra Hippocratis oraculum; *Non pura corpora quantò magis nutries, tantò magis lædes*; Sunt enim corpora impura duplicia quædam, etſi ſint impura, conſtant virtute ſatis firma, quia viriom ſanguini arteriali, & in corde habitanti communicatum non eſt, ita vt non ſit creandis ſpiritibus inepta materia; talia enim læduntur, ſi plus cibentur, quia cacochimia venarum augetur, & non indigent tanto cibo, quia ex ſanguine arteriali, & cordis, idonea datur materia, vt creentur ſpiritus, quod clarè monſtrat virtutis, & pulſus conſtantia, in quem ſenſum 1. *ad Glauconem*, præcipit, quod inedia imperetur, ſi virtus ſit fortis, & morbus concoctioni ſit contumax. Si verò corpora impura ob impuritatem in arteriis, & venis, careant idoneà materiâ ad creandos vitales ſpiritus, pereunt inedia, & leuiori refectione, quia cibus moderatior corrumpitur faciliùs à prauitate humorum, & corpus indiget nouà materia ex qua vberior copia ſpirituum creetur, ſine qua correctionem prauorum fieri implicat. & in hac hypotheſi datur ſuo modo morbus in inanitione, & defectu, quia in ordine ad viuens, idem eſt deficere idoneam humorum quantitatem, & cacochimiam, & impuritatem tantam in ſanguine vtroque, vt nequeat natura ob defectum bonæ materiæ neceſſariæ, ſpiritus creare ad virium conſtantiam, & talia corpora indigent cibo pleniori, vt regenerentur vberiùs ſpiritus, & vitium ſanguinis contemperetur, vt teneas imperari cibum pleniorem, ſed medicinalem, de quo non verificatur neceſſario aphoriſmus; *Non pura corpora quantò magis nutries, tantò magis lædes*, ſed de cibo non emendante ſanguinis diſtemperiem, quæ cibum corruptura eſt: cibus verò medicinalis quia contemperat, & reficit, ſine noxa augetur, quia attemperatione corruptio impeditur, & virium refectione aucta, cibo pleniori coquuntur vitioſa.

Si verò ſudor ſyncopalis ſit, & non diaphoreticus,

A difficilior eſt permutatio in aliam naturam, quia remedia eam permutationem intendentia, debent eſſe magna, & vires robuſtas requirunt, quibus orbantur diſpoſiti ad ſyncopem ſudore ſyncoptico. Eſt verò cohibendus ſtatim ſudor, & incraſſandi moderatè humores, & venenoſa proprietas alexipharmacis caſtiganda. Cor exterius firmandum, aër cubiculi refrigerabitur, nunquam tamen quietus permittendus, ſed aſſiduà flabellatione agitabitur, nullum enim remedium efficacius inuenies ad moderandum ſudores, qui detergendi non ſunt, vt imperiti cum vulgo aſſiduè conſulunt, nam vt plus detergitur, plus ſudor mouetur, quia pori recluduntur ipſa abſterſione, & aqua ibi infrigidata repellens auxilium, & obſtruens, ſeu denſans redditur. albumina ouorum recentiſſima, curioſa agitatione, & ver-
B beratione attenuata, crebrò ſumentur, mirè enim feruorem internum reprimunt, & ſudoris materiam mordacem incraſſant, & emulcent. & ſi interna vaſa oblinire deſideras, decocto centinodiæ, foliorum plantaginis, & caudæ equinæ, ſumentur, aut mucilago ſeminis pſilij recentis cum puluere boli armeni orientalis cum decocto foliorum coronopi, ſonchi, radicum quinquefolij propinabitur, & ſyrupus factus ex decocto caudæ equinæ viridis eſt ſingularis ad firmanda viſceras & retentricem virtutem, qui permiſtus cum ſyrupo corallorum, puluere electarij de gemmis, & aliquo decocto ex dictis, magnum auxilium erit, præſertim ſi cum aqua pluuiali deaurata, aut chalybeata bibatur.

C Hoc ſerum virulentum, quia incoctile, & veneficum, ſtatim ſine mora expurgandum eſt, quia deſperatas febres ſemper creat, & acutiſſimas, eſtque occaſio arripienda, quæ breuiur ſe obtulerit, nam in morbis tam acutis, & celeris motus, & periculi, & tot ſymptomatis oppugnantibus, rarò bis ſe offeret occaſio expurgandi ob virium celerem lapſum, & accidentium complicationem; & hoc vtile inuenitur hoc caſu, quod præparatione non indigeat ob nimiam tenuitatem. Si ſe obtulit occaſio in hoc ægroto, non poteſt clarè ex hiſtoria inferri, quia ſi manè diei ſecundi fuit mutus, & vocis priuatio ex debilitate fuit orta, non inuenitur quando potuit dari medicamentum expur-
D gans, quia à vocis ablatione ſudauit ſine intermiſſione febris, poſt ſudorem, cum palpitatione totius corporis, & conuulſionibus, ſymptomata expurgationi aduerſiſſima, quia natura tam inclinata ad mittendum in cerebrum, & delirans, probabilius eſt expulſura ad illud quicquid medicamentum commouerit, præſertim in deliro non ſentiente excrementorum motionem, nec capaci ad determinandum certè inſtrumenta naturalia per ſeceſſum expulſura quæ commouit medicamentum. Quod ſi ſemel datum non expurgetur aliquid, clyſtere etiam expurgante, aut ſuppoſitorio acriori, inclinanda eſt natura, & ſollicitanda deorſum: ante tamen quàm detur expurgans, vngendus eſt totus venter inferior butyro ſuillo non ſalito, cum liquamento axungiarum recentium, oleo amyg-
E dalarum dulcium, & violaceo, eſtque non leuis præparatio ſi ante exhibitionem expurgantis ex oleo dulciſſimo communi clyſter impetetur, aut ex ſolo oleo violaceo.

Medicamenta ſeroſos humores expurgantia ſi ſint ex leuioribus, inutilia cenſeo ob multas rationes; debent ergo dari, quæ in parua quantitate multum educant, quia tractione fortiſſima eſt opus, & calor medicamenti dati in parua quantitate timendus minùs eſt, & actuatur faciliùs, ſemperque delirantes in pauco ſunt decipiendi ſi poſſibile eſt; hoc præſtat ſcrupulus, aut drachma ſemis, aut ſcrupuli duo radicis anthoreæ in iure, aut mulſa diluta, aut vino lymphato; ſed hoc minùs conuenit ob delirium, & febrem, verùm dandum ſi alia delirans recuſet, aut cum ſaccharo

formietus tabella, vtiliterque dabitur in vncia mellis roſacci Perſici: flores ſiccati malorum Perſicorum, aut malorum cotoneorum ſecuriſſimi ſunt, præſertim ſi cum ſero lactis ſumantur: celebris eſt radix cucumeris agreſtis à granis quindecim ad ſemidrachmam, debet eſſe ſicca non recens extracta, dabitur in aliquo liquore ex antea propoſitis, ſed ſecurius remedium eſt ſuccus foliorum plantaginis depuratus, qui teſte Plateaſio, ſeroſos humores expurgat, & eſt ex auxiliis, febrem fugantibus, non ſolùm frigiditate, ſed proprietate ſua, & dabitur vtiliſſimè, & ſine periculo cum ſero lactis, aut iure, aut mulſa, cum qua febres eradicate docuit Mizaldus. Excellens eſt remedium ex gutta gummi paratum, expurgat enim aquas ſeroſas, & ſerum bilioſum ſalſum, & feruidum, tenuioreſque humores abundè, & ſine naturæ concuſſione extrahit, ſumuntur grana decem, & cum ſyrupi regij ſolutiui ℥.j. ß. & aquæ violarum ℥. ij. ß. potio paratur, aut in iure diſſoluitur ſemidrachma cum guttulis de acido citri, aut limonis, vel ſpiritus vitrioli, ſi robuſtus ſit æger, ſi minùs robuſtus ſit, grana decem, aut duodecim, in ſero lactis ſoluta cum puluere cynnamoni danda ſunt.

In febribus malignis mortem machinantibus ſudoſibus diaphoreticis, aut ſyncopalibus, cauendus eſt vſus cucurbitarum, & oleorum laxantium, & aperientium, præſertim fugiendus in dorſo, nam partibus inferioribus quando raptus ad cerebrum, & cor timetur, non erit præter rationem cucurbitulas ad retractionem affigeſe. Fugiendus ſimiliter vſus lapidis bezoar, aquæ casdui benedicti, buglosſæ, & condrilæ, & omnes ſtillatæ ob nimiam tenuitatem ſuſpectæ ſunt, vt & liquida omnia. Quia verò in diaphoreticis ſudoribus cauſa eſſe putatur in ſecunda regione, inexcuſabilis eſt potio liquidorum, vt penetrare, & diſtribui poſſit remedium attemperans ad locum, in quo humores, aut ſucci feruentes ſanguinem, & humiditates ſeroſas inſolenter extenuant, vt ſudore pellantur, ob id decocta conſuluimus, potentiùs enim attemperant, & minùs ſudorem mouent.

Illud mihi videtur probabile in his ſudoribus ſyncopalibus, & diaphoreticis præcipuè, oriri nempe ex corruptione partis ſulphureæ ſanguinis, aut eius vſtione, eſt enim inflammabilis nimis, & ſanguinem violenter extenuat, & ad ſudandum totum corpus ſtrenuè diſponit, vt diſponunt omnes aquæ, & balnea ſulphurea, eſt enim ſulphus inflammabile nimis, extenuans violentes, & abſterſorium ſtrenuum, cuius flamma plus tenuitatis, quàm ardoris oſtentat, hoc eſt, ob pinguedinem lentam ardet in ſe, magis quàm extra diffundatur, ſicque interius inceſſanter extenuat, vt in pluribus ægris non ſine admiratione obſeruaui, qui cùm debiles ſatis eſſent, ita abundanti, & inſolenti ſudore inundabantur, vt videretur mihi eſſe in viſceribus talis ignis proprietatem vt non extingueretur humore, ſed foueretur potiùs. Et quia Spagyrici partem hanc ſulphuream quodlibet mixtum, vt partem eſſentialem ſuæ conſtitutionis includere ex axungiis, & ſeuo, & pinguedinibus in viuentibus ſenſibilibus euidenter deducunt, & quia nullum mixtum inueniunt, nec metallum, ex quo oleum proprium non extrahant, ſic aſſeueranter ſuſtinent, in ſanguine humano dari non parum huius partis ſulphureæ, & inflammabilis, à qua eryſipelara, & aliæ efflorеſcentiæ excoriantes, & excitantes ampullas, veſicas, & interdum carnem, vt ignia verus, in carbonem vertentes quotidie creantur. Huius partis ſulphureæ mitigatorium dum inflammatur, in doctrina Hippocratis, & Galeni inuentum non eſt, & ita eſſe experimentum ſuadet, cum tot pereant, & liberentur pauciſſimi; audiuique à Magiſtro meo doctiſſimo, curationem febris ſyncopalis ſudore necantis publicè legente, dum librum artis curatiuæ ad Glauconem exponeret, vnicum tantum liberatum vidiſſe, cum eſſet iam ſenex.

HISTORIA CALVI.

Lariſſæ Caluo dextrum fæmur doluit repente, nihil ex his quæ offerebantur iuuabat. Primo die febris acuta, ardens paulatim corripuit neque comitabantur dolores. Altero die fæmoris remiſſi ſunt dolores, febris verò increuit, implacidior erat, non dormiuit, extremæ partes frigidæ, multa vrina, neque ea bona reddebatur. Tertio fæmur deſiit dolere, mentis alienatio, & turbatio, multúmque ſe iactauit; Quartò ad meridiem periit.

NVllus Expoſitos directè explicuit verba illa; *Primo die febris acuta, ardens paulatim corripuit*. Nos verò cenſemus quod ſtatim cum dolore tam atroci cœpit etiam febricula leuior, vt ſolet per dolores tam graues quando incipiunt, & continuata putredine paulatim, ſeu ſenſim creuit adeò febris, vt ardens, & acuta primo die videretur, nec potuit primo inſultu grauis eſſe febris, ob portionem ad fœmur expulſam, quia ad partem ignobilem, & à corde diſtantem, ſine affectu inflammatorio illius, vt conſtat ex doloris totali euaneſcentia, quando reliqua ſymptomata tam grauia fuerunt, & mortalia. Habuit ergo dolor ille eandem prauitatem, vt ſignum, quam reliquæ excretiones in primo morbi ingreſſu tentatæ, & vt in prima acceſſione natura frequentiſſimè per acutas febres vomitum mouet, aut deiectionem, aut ſudorem, ignorando has vias vt extra corpus irritantia truderet, portionem quandam in fœmur expellens, dolorem illum ſuſcitauit. Iam itaque materia illa expulſa, mittebatur corrupta, alioqui dolor non eſſet tam atrox, nec tam validè ſedationi reſiſteret, vt omnia remedia contemneret: cenſeóque contra Mercurialem, eſſe numerandos dies decretorios ab inuaſione doloris tam grauis, vt numerantur in partu violento, nam vt hic ob doloris grauitatem, & moleſtiam, humores exagitat, & commouet, & febris eſt manifeſta origo, ſic dolor tam moleſtus fœmoris, & pertinax, eandem præternaturalitatem in ſanguine cauſans vt partus, principium numerationis dierum criticorum eſſe debet, & certius, quia iam expulſa materia ad fœmur, contaminata, vt docui pellebatur, & vnà cum abſceſſu illo ſymptomatico febrem creare cœpit, ſenſim in ardentem permutatam primo die, & ſic nobiſcum ſentit Valleſius.

Nec mihi placet Galenus, cum aliis Expoſitoribus putantibus, malignum fuiſſe quod dolor ille euaneſceret, non remiſſa febre, ſed maligniori reddita, cùm eſſet deterius dolorē perſeuerare cum ſimili prauitate febris; nam vt quod eſſet deiectio, aut vomitus, aut ſudor ſymptomaticus non eſt prauum in malignis febribus, imò eorum perſeuerantia damnatur; ſic doloris perſeuerantia vituperari debet, quando complicatur cum febre maligna, & melius eſt obſcurari, quia ceſſauit tranſmiſſio humoris maligni dolorem crudelem cauſantis; non enim in mea opinione ceſſauit, quia materia eadem quæ dolorem cauſabat, retroceſſit ad inferiora ſed quia expultrix ceſſauit, & reſolutum fuit quod in fœmore dolorificum erat, nec ſymptomata maiora euenerunt, quia doloris cauſa in alium locum expulſa, fuit eorum author, ſed quia febris erat mortalis, & peſtilens,

&

& neceſſe erat cum ſuis ſymptomatis creſcere, & maligniorem ſemper cum illis reddi, niſi cenſeas ſecurius fuiſſe, quod dolor ille tam ſæuus per totam morbi conſtitutionem perſeueraret, quia portio humoris illum cauſantis mitteretur ad focum proprium febris, & hæc leuior fieret, quod eſt laudare omnes euacuationes ſymptomaticas, contra conſenſum communem Medicorum, ſi omnes vt ſignum ſunt prauæ, & dolor abſceſſus ſymptomatici maligniſſimus, vt erat huius hiſtoriæ, totam farraginem remediorum contemnens; per exaggerationem enim crudelitatis illius retulit Hippocrates, nihil vt remedium contuliſſe vt ſedaretur, ſed remedium fuit reſolutio humoris expulſi, & quies facultatis pellentis ad fœmur, multitudo enim excrementorum partium diuerſarum in morborum principio, occaſio eſt vt quælibet pellat vbi poteſt ſe exonerare, & quæ in fœmur reiecit portionem illam, potuit reiicere totum quod illam moleſtabat, & ſic non eſſe ſignum prauum, doloris euaneſcentia; non enim erat fœmur febris peſtilentis focus, nam ardentis febris nemo poſuit fœmur vt focum, ſed alius erat focus, & dolor fœmoris ſignum potius peſtilentis febris, vt ſolet eſſe bubo in aliis, & in hoc caſu ſolo potuit eſſe ſalubrius quod dolor perſeueraret, donec tumor ingens apparuiſſet, quoniam obſeruatum eſt in peſtilentibus febribus liberari certiùs, quibus ingens bubo partes glanduloſas obſedit, perire verò certiùs ſi paruus exiret.

Die ſecunda dolores videbantur remiſſi, ſed febris increuit, ex quo deduxerunt Expoſitores, retroceſſiſſe cauſam doloris, & ſic cum minoratione illius febrem deteriorem fuiſſe; & eſt probabilius, dolores euanuiſſe, quia per aliam viam tentauit natura expulſionem cauſæ morbificæ, nempe per copioſam vrinam, & vt hæc, etſi abundans nullius fuit commodi, fuiſſet ſimiliter nullius, ſi dolor fœmoris continuaretur, & læderet nimis vehementia doloris, vt hinc colligas, verum eſſe quod docui, non fuiſſe febrem deteriorem quia dolor euanuerit, ſed quia erat deterrima, de quibus docuit Hippocrates, quarto die, aut citiùs occidere, ſi ſignis peſſimis firmentur, vt huic Caloo contigit die ſecundo, aucta nimis febre, cum extrema inquietudine, & implaciditate, peruigilio, lotio copioſo, ſed malo, & quod deterius erat, frigore extremorum, quod rarò exitioſum ſignum non eſt.

Die tertio, inquit Hippocrates, ceſſarunt dolores fœmoris cum mentis alienatione, & turbatione inſigni, multaque iactatione, quibus perſeuerantibus, & vt eſt probabiliſſimum, creſcente febre vſque ad diem quartum, & increuit ſecundo, & omnia in peius mutata, animam egit: mentis alienatio, vehementem perturbationem illius ſignificat in Hippocratis doctrina, & delirium ferocius quàm in furore, vt ex aphoriſmo quinto *ſect.* 7. conſtat, dicente, *A furore difficultas inteſtinorum, vel mentis alienatio, vel aqua inter cutem bonum*: & Galenus Expoſitor dixit; Quod ſi per alienationem mentis intellexit Hippocrates continuum, & vehementem furorem, iam nouit quendam à furore mediocri quo priùs detinebatur, fuiſſe liberatum ſuperueniente continuo, & vehementi furore, idémque contingere, quod in morbis acutis in quibus vehementiſſima ſymptomata ſuperuenientia, ſolent aliquando bonas criſes operari, & nos etiam vidimus alium maniacum, qui in viridario domeſtico ficubus viridibus ſatiatus poſt diarrhœam ingeſtioni ficuum tam propriam furore tumultuoſo oppreſſus, omne delirium diſcutiens rationem recuperauit. Nec cenſeo furorem illum continuum, & vehementem, eſſe ſolùm ſignum criticum & ſignificare naturæ motum, & diſcretionem humoris atrabiliarij à reliquis, vt eo ſolo expulſo ſanitas ſequatur, ſed furor ingens, & tumultuoſus, poteſt vt cauſa reſoluendo humorem eſſe bonus. Biſa-

A fariam verò contingere poteſt, & commotione orta ex continuo, & graui furore, & calore furore dicto ſuperueniente reſolui potuit humor, non enim eſt nouum ex paſſionibus animi tam violenter humores commoueri, vt morbi pertinaces ſoluantur ſubitò, & calore febrili paralyticus, & conuulſiuus ſanari. Quin imo & febrem putridam ſanatam vidi ſuperueniente diaria: laborabat duplici tertiana notha, illuſtris Comitiſſa de Saldaña menſe Septembri, erat cubiculum multis feneſtris ornatum, & viridarium pulcherrimum, ſitum totum cubiculi circundabat, & nocte prima (me inſcio) feneſtras aperiri iuſſit, vt ventilaretur cubiculum, & attemperaretur, flauit aër frigidiſſimus, vt in noctibus Autumni conſuetum eſt, à quo conſti-
B pata cute quando iam acceſſio tertianæ inclinauerat, acceſſio noua ſatis intenſa cum ſumma anxietate præter ſpem inuaſit, cum ſignis manifeſtis diariæ ex retentione calidi effluuij, à quo tota materia tertianæ nothæ reſoluta, ſimul cum diaria eradicata fuit, quando cauſa tertianæ cruda omninò erat, & longam febrem meritò timebamus, non ſolùm ob temporis Autumnalis proprietatem, ſed etiam, quia in octauo menſe geſtationis vteri erat. In hac illuſtri Comitiſſa aliud ſingulare obſeruaui, incidit in febrem malignam poſt fœliciſſimum partum ex animi ingenti triſtitia cum ſummo periculo, paraphrenitica ferè per totum morbum: ſecundum rationem vngebantur partes conſuetæ oleo Mathioli, & iam remiſſa aut ablata
C ex toto malignitate, perſeuerabant acceſſiones, etſi leuiores: continua fuit vnctio oleo dicto, & ab illa tanta anxietate premebatur velut ſi oleo inimiciſſimo naturæ vngeretur; cúmque mirarer tantam anxietatem, & immutationem præternaturalem, occurrit doctrina admiranda Galeni ex *quinto ſimplicium*, vbi docuit alexipharmaca propria, eſſe ſemiuenena, & notat quod ſi in maiori quantitate dentur quàm conueniat ad ſuperandum venenum, læditur vehementer corpus ab alexipharmacis: vnde intuli, ſi quando datur venenum, nocent alexipharmaca in quantitate excedentia, nocebunt ſemper ſi dentur, aut applicentur, quando venenum non datur; & inde quia iam malignitas febris in Comitiſſa euanuerat, lædebatur ab
D oleo Mathioli, quia non erat venenum cum quo pugnaturum erat alexipharmacum illud, tot ſcorpiones recipiens, vt optimum fiat, ex qua læſione deduxi, exquiſitè & optimè fuiſſe præparatum, & nunquam ſecurum eſſe ſi ſelectiſſimum ſit, vbi venenum expugnandum non datur.

Partium extremarum frigiditas in pernicioſis ſignis eſſe, publicum eſt, arguit enim aut caloris vitalis extinctionem, aut internum incendium viſcerum, aut inflammationem trahentem ad ſe ſpiritus, & ſanguinem, vt millies Galenus repetit, præſertim *ſeptimo aphoriſm.* text. 1. dicente; *In morbis acutis frigus partium extremarum, malum*; Galenus meliùs ſcripſit dicendo, *in acutis, extremorum frigus non eſſe mediocre ma-*
E *lum, ſed caſum ſatis exitialem.* Turbatio illa, & iactatio multa oppreſſionem cordis ſignificant, ortam ex malignis vaporibus, & fuliginibus, in qua, & ſuſpiria multa, & anguſtioſa ſolent afflictionem cordis etiam oſtendere, conantibus ægris veloci, & magna thoracis compreſſione onus vitales ſpiritus cordis ſuffocans, extra expiratione magna reiicere, ſuntque ſuſpiria illa ſignum firmiſſimum, quod focus putredinis ſit cordi vicinus, & rarò non ſunt deſperatæ febres, & breuiſſimæ mortis, quarum focus cordi proximus eſt.

Si tertio die fuit tanta mentis alienatio, inquires, vnde conſtabat dolores fœmoris fuiſſe ſublatos, quando ſi adeſſent, ſentiri cum tanta mentis alienatione implicabat? Fortè non delirauit Caluus vſque ad incrementum, & vigorem acceſſionis, & interrogatus de

dolore, reſpondere potuit idoneè, nullo modo dolere, antequam acceſſio inciperet. Videtur huiuſmodi fuiſſe febrem maliguam ob multa, & quia peſtilentis habuit ideam, ob vehementiam dulorum fœmoris, qui nullo auxilio mitigari permiſerunt, & fuit tam celeris motus, & tam breuis pericoli. Tum etiam, quia eius focus fuit cordi tam proximus, quo ſolo infortunio ſine alia malignitate exitialis redditur quælibet febris, quamvis continua non ſit. Tandem quia, mouebatur per pares, nam die ſecundo habuit inſigne incrementum cum magna inquietudine, peruigilio, extremorum frigiditate, & lotio multo non conferente, & noua acceſſio diei tertij occidit illum in quarto, in quo deterior pars acceſſionis inexcuſabilis erat, vt fuit in ſecundo, vt veritas doctrinæ Galeni, ex 3. *de diebus decretoriis*, confirmetor, nimitum in motu febrium per pares in quatto die aliquos perire, & multos in ſexto; & inde inferes, qood præſagium Hippocratis ex 3. *prognoſt. text.* 2. ſcriptum, ſit propriiſſimum febribus motis per pares, quod alio loco explicabo.

Curatio morbi Calui.

IN curatione huius morbi conueniunt Mercurialis, & Phrigius in ſectione venæ, diſcordes ſunt in loco ex quo ſanguis extrahendus eſt. Phrigius brachiorum venam ſecat, Mercurialis in pede: hic timet ſi vena ſuperna ſecetur, ne humor malignus ſurſum retractus, impetum capiat ad ſupera, & conuulſionibus, paraphrenitide, aut phrenitide pereat æger; quam dubitationem, & periculum talis recurſus ſibi obiiciens Phrigius reſpondet, non ſolùm non impediri fluxionem ad fœmur, ſed iuuari potiùs, quia natura potentior ad pellendum redditur, ſi deoneretur à ſarcina illam opprimente, nam ſi debilis erat per aggrauationem, ablata parte ſarcinæ reddetur fortior natura ad pellendum, quia creſcit virtus, vt ſarcina minuitur, & eſt ſarcina minor. Vnde neceſſe eſt, vt ſit agens fortius, paſſum verò minus reſiſtens: ſicque ſequetur fluxio validior ad fœmur, & nullo modo retractio ad ſuperiora. Ratio quidem chimerica, & quolibet Medico indigna, nam ſi depuſitio ſarcinæ eſt occaſio vt natura impetuoſiùs mittat ad partem primò affectam, ſequeretur in nulla fluxione ad partem principem, aut à qua vitæ periculum penderet, ſi augeretur fluxio, licere venam ſecare, quia mittet natura deonerata impetuoſiùs, & magis quàm ante ſectionem venæ, & creſceet inflammatio. Nec obſtat ſi dicas, creſcere non dobiè, ſed cùm ſit minorata materia, fluet minùs, licet breuiori tempore, & erit per conſequens inflammatio minor, licet citiùs acquiratur: nam, etſi hoc eueniat, tollis omninò alium effectum ſectionis venæ, retractionem nempe, & inclinationem mittendi verſus partem & regionem in qua vena ſecatur, alioqui licitum eſſet in peſtilente conſtitutione ſecare venam brachiorum, quando bubo, aut carbunculus inguina poſſidere cœpit, quia impetuoſiùs mittet & magis natura deonerata, ad locum affectum, & ſimul viſcera, & cor, à veneno illo citiùs liberamus bifariam, quia extrahitur immediatiùs venenum viſcera poſſidens, & illa mittent impetuoſius deonerata iam per ſectionem venæ, ad locum bubonis, quæ praxis pernicioſa meritò cenſetur, quia clarè impedit miſſionem ad infera, & retracto veneno occidit celerimè, & crudelioribus ſymptomatis; & vt vindex erat accuſandus ſic operans, quam perniciem in Gallicis bubonibus ſeminauit Mercatus, & eſt communiſſima in multis locis cum magno ægrorum periculo, vt ſæpè obſeruaui, & in his eſt culpabilis magis ſuo modo, quàm in peſtilentibus febribus, quoniam contagioſa ſeminaria in pudendo ſtabulantia, & externis partibus magis hærentia trahuntur ad viſcera intus, & cor offendentia ſyncopalibus ſudoribus occidunt; eſtque crudelè quando natura deonerare ſe ad inguines incipit, & à viſceribus contagioſam materiam extus expellit, ſecando venam brachiorum, impetum, & inclinationem naturæ retrahere, & per totum corpus infectionem partium inſeriorum diſſeminando, viſcera, & totum contagioſa reddere cum exitio tam certo, vt pluries obſeruaui, non ſolùm quando Medici ſic conſulebant, ſed etiam in noſocomiis, non admittentibus ex inſtituto ægros contagioſos, & ipſi ne pellerentur, contagium celantes, venenoſis accidentibus exanimati perierunt.

In hac controuerſia, & in caſu hiſtoriæ, ſecurius cenſeo, in talo venam ſecare, vt Mercurialis ſuadet, & in malignis, & peſtilentibus conſtitutionibus, communior praxis, & plauſibilior iam eſt, quia venenoſa materia ad inferiora trahitur, & à cerebro, & corde ſeparata, lædit minus, & expulſionem ad dictas partes principes, qua ferè ſemper malignæ febres occidunt, ſectio crurum ſtrenuè remoratur, & naturæ inclinationem prauam pellendi ad ſupera, ad contrariam, & ſecutam regionem horratur, & trahit. Sic Mercatus ex doctrina Galeni, aut Oribaſij & Sennertus *lib. 4. de febribus, capite* 11. & eſt conformis Expoſitoribus omnibus huius hiſtoriæ, totum periculum in recurſu ad ſuperiora ex fœmore priùs dolente deducentibus, quem retroceſſum iuuare ſectio brachiorum, impedire verò in talo, aut malleolis, ſolus proteruus negabit. Deſiderium verò naturæ ſeparandi venenum à corde, & cerebro, & ad longinqua pellendi, eſſéque malignum humorem expulſum, aperuit ſatis, & validè dolor tam acerbus fœmoris, & quodcumque remedium mitigantium contemnens, & à tanto authore imperatum. Secabitur ſecuriùs vena in crure non dolente, quæ inclinationem naturæ mittendi ad inferiora non ſuſpendit, ſed iuuat, & ſphacelum, quem attractio totius cacochimiæ ad partem iam debilem cognitam inducere poterat, & timent contrariæ doctrinæ ſectatores, validiſſimè precauet, ſicque in cruribus reiterabitur, donec totius plethoricà cacochimià deonerata, ſecuriùs venæ brachiorum ſecentur, & à viſceribus educatur venenum remanens, ſine retractionis periculo, ſi priores ſectiones crurum ceſſaſſe inclinationem naturæ mittendi ad inferna declararunt, quia nec dolor, nec tumor malignus permanſit. Accedit alia ratio validiſſima, quia dolor tam acerbus fœmoris, potuit pendere à praua cacochimia venarum primæ regionis, in fœmur ſe deonerantium, & id indicabat doloris atrocitas, orta ex prauis, & viſtis excrementis, aut ſanguine atrabiliario, qui vt melancholicus, illorum vaſorum propriiſſimus eſt, in quo caſu, ſaluberrima erit ſectio inferior, vt pernicioſa ſuperior. Quæ conſideratio, & diſtinctio à me ſolùm notata, magnæ conſiderationis eſſe poteſt, & contra Galeni, & omnium doctrinam in medela quartanæ explicui; & iam docuit experimentum, & fœlix curatio, rem inauditam ſcripſiſſe, & ſimul veriſſimam, & quia quæ ad ſalutem conferunt repetere permittitur, repeto rurſus.

Galenus in cura quartanæ, docet, quod ſi ſecta vena ſanguis inculpatus manet, ſiſtatur fluxus, & ſine tali auxilio curatio perficiatur, quod præceptum melancholiæ morboſæ medelam tradendo, iterum memoriæ commendat: ſi verò ſanguis niger, & craſſus exeat, fluxum permittit, & reiterato remedio quartanæ, & melancholiæ morbo aliis auxiliis ſuccurrit. Nos verò in cura quartanæ docuimus, quod ſi ſecta venà ſuperiori inculpatus ſanguis fluat ſine culpa chirurgi, aut paſſionis animi ægroti, aut deliquij, non liceat venam brachiorum ſecare, ſed ad talum deſcendere conuenit, ſi neceſſaria ſectio venæ putetur, quia poteſt eſſe occaſio mali, in ſanguine vaſorum meſerei, qui fœculentus, melancholicus, nigérque eſt ferè ſemper, & per mariſcas

mariſcas ſolet exeernl, melancholiæque hypochondriacæ author eſſe conſueuit. Hoc præceptum diſcipulus ſecuans, in quartanario adoleſcente, cui ſectà vena ſanguis inculpatus manauit, ad talos recurrit, & cùm ſanguis melancholicus exitet, ſectionem reiterat, & ſine aliis auxiliis eradicauit qoartanam. Duo tamen notabis; ſit primum, quod quando dolor intolerabilis in morbis malignis datur, & pars afflicta non tumet, ſit cruciatus certior; cauſa eſt ſerum malignum exedens partem dolentem, quod more veneni paucum in mole, & in virtute validiſſimum, illam lancinat, & erodit: Secundum eſt, rarò dolores tam vehementes interius quando ſedantur ſine cauſa, ſedari quidem, ſed contingere, qoia pars internè ſphacelatur, & moritur, vt de non ſitientibus in ardentibus febribus exitioſis, in hiſtoriarum expoſitione Galenus docuit; nec damnum interoum, & incipiens ſphaceliſmus ſtatim ſe publicant extus, quando locus læſus profundus in alto occultatur, & carnoſus ſimul eſt, vt eſt fœmur, & tam breui interitu non datut tempus, vt interna corruptio vſque ad externa ſerpens agnoſcatur, vt de pure iam facto docuit Hippocrates, quod oh ſui craſſitudinem, aut loci in quo continetut, non innoteſcit; & clatum eſt, quod pus ſemper locum in quo ſtabulatur dilacerat putredine ſilente, donec aut exterius ſe prodat, aut vomica tanta ſit, & puris collectio, vt tactu perſpicuè exploretut, quia inundat locus compreſſus.

Hæc dicta ſunt ſuppoſito quod venæ ſectio conueniat, & in Caluo non eſt leuis quæſtio ſi exputgandus ſtatim erat, id enim indicare videbatur ingens ille fœmoris dolor, ob duo, & quia natutam turgentem oſtendebat, & inquietiſſimam, & quia deorſum mouebat, viam tamen expulſionis errabat: erat verò phatmaco ad viam expulſionis docenda, vt de pleuritico dolote 2. *de victus ratione* docuit Hippocrates, in quo ſi ad inferiora natura ſuccos inclinet, expurgare ſtatim conſulit, & venam non ſecat. Inqoietudo naturæ in Caluo notiſſima erat, & vehementia doloris, qui vt continous, & grauis, & continuam naturæ corruptionem arguit, & inde inceſſantem tranſmiſſionem in locum afflictum ſucci maligniſſimi, nullo remedio mitigabilis. Multa etiam vrina ſecundi diei, & mentis alienatio teriij, cum tanta turbatione, & iactatione ferociam expultricis clarè innuebant, & meo iudicio nulla maior turgentia quàm illa, in qua natura diuerſas euacuationes tentat, & in nulla perſiſtit, vt in Caluo; quia nulla pars ſecuta videtur pernicioſi decubitus. Priùs exctementa maligna depoſuit in fœmore, deinde per vrinam, & tertio cerehtum, & cor expugnauit, & vitam; tales verò ſucci incoctiles ſunt, quia non retinentur quia venefici, & à natora ſanguinis alieniſſimi, & ſi ab illo ſeparati ſunt, erit ſectio venæ venefica, ſine fructu virtutem effœminans, & vt loquuntur Medici, frænum prauorum, à quo contemperanda, detinendáq; ſunt, laxatur, vt ferociùs ſe moueant, aut maligniores redditi, vt ferociùs pellantur expultricem obligent. Si verò ſanguini permiſti ſint, prauiores ſucci agnoſcuntur, quia ſucci tam benigni ſocietas, non potuit prauitatem eorum cicurare, ſed naturam moleſtando, tumultuoſam, & intolerabilem aſſiduè pellendo, reddunt. Et vt veriùs, & acutiùs loquamus, tanta in ſanguine præternaturalitas, & corruptio datur. vt deficiat mulcebre illud, & pingue, quod prauitatem aliorum coërcere, & cicurare debebat, vt non eſſent tam infeſta naturæ. Quæ omnia ſectionem venæ dehortantur, & expurgationem conſulere videntur.

In peſtilentibus, & malignis conſtitotionibus, nulla certa indicatio inuenitor, donec experimenta doceant, quæ auxilia malignitatem coërceant, & tanto malo ſuccurrant; eſtque difficillima ob id reſolutio dubij propoſiti. Galenus, etſi admittat turgentes humores eſſe ſtatim expurgandos, tanta tamen requirit, vt ſecp- A rè in acutis paſſionibus expurgatio fiat, quod cenſeat ſecurius venam ſecare, etſi minor vtilitas ſequatur; & cùm doctrina hæc de acutis ſolum tradatur, ſecluſa peſtilente, aut maligna qualitate, & hæc ſectionem venæ non indicet, ſed potiùs dehortetur, videtur iuxta mentem Galeni reſolutio difficilior multò in placito communi Medicorum docentium peſtilentes humores, & malignos, incoctiles eſſe, & purgare illos ſine coctione conſulunt, vnde ſi tales ſint, & turgeant ſimul, vt in Caluo ſupponimus, & probabimus, ex tam inſolenti naturæ inquietatione, inexcuſabilis expurgatio videtur, dummodo fiat in primo morbi inſultu, antequam ſeminatiorum fermentatio ſanguinem vaſorum perturbet, & omnia exquiſitè permiſ- B ceat, quæ confuſio eſt obſtaculum magnum expurgationi, & tam aduerſum, vt ipſa natura in expellendo nociua tam ſagax ferè ſemper cum ſummo periculo euacuationem aliquam tentet, quia eſt impoſſibile in illa fermentatione, & commotione ſanguinis ex feruore ſeparare bonum à malo, & ſine diſcretione, bonum cum malo reiicit, lædendo plus quàm proſit, & huic expulſioni additur alia noxa magna, nimirum, quod commotio, & agitatio ſuccorum non emendatorum, inſignem debilitatem conſumptis ſpiritibus cauſat, & totum corpus tetris vaporibus obrutum ſummam anxietatem, & inquietudinem patitur, & in ipſa agitatione permiſcentur magis ſeminaria cum toto cruore, & ſanguinaria maſſa, & exquiſitiùs infi- C citur, & hoc fuit conſilium Hippocratis conſulentis in morborum principiis eſſe mouendum ſi quid videatur neceſſarium moueri, vt principium ſignificet, non ſolum tempus cruditatis, vt malè cenſent Expoſitores, ſed præcipuè primum diem morbi, antequam fermentatio illa, & confuſio omnium, clarum, & certum impedimentum ſit eductioni prauorum ſine bonis, & optimis; nam toto cruditatis tempore intellecto, vt idoneo expurgationi, vt putat Valleſius, quia ex ipſa cruditate colligit ſuccos non eſſe firmatos, & ſic expurgari poſſe, errandi cauſa eſſe putelt, & grauis, quia obſtaculum idoneæ expurgationi, ſolum eſt illa confuſio, & permiſtio bonorum cum prauis, quæ præcipuè viget tempore cruditatis ſi ad aliquos dies extendatur; D nam cruditas ipſa fermentari, & agitari ſanguinem publicat, & omnia confuſa, permixtaque ob feruorem & fermentationem eſſe, & inde implicate fœlicem expurgationem fieri.

Si quæ diximus vera ſunt, vt reor, praxis communis expurgationis minoratiuæ, difficillimæ veritatis apparet: conſulunt Authores, vt priùs vena ſecetur, & poſtea minorans pharmacum detur, dummodo coctio incepta manifeſta non ſit, nam ſi eſſe, arguebat humores firmatos iam eſſe, & à natura detineri, vt vltimatè illos perficiat, & coquat, & ſi tunc expurgans daretur, retentio ceſſaret, & noua cruditas emergeret, & diuturnior febris redderetur, & fortaſsè mortalis, vt poteſt eſſe mortale, acutos morbos longiores reddere. E Nec praxis in mea doctrina, redditur difficillima, quia permixtio bonorum cum prauis exquiſitior fit, quo plus fermentatio durat, durat verò tempore toto, in quo ſectiones venæ celebrantur; & præparatur corpus cum ſuccis educendis, vt commodè poſſint educi, & inde cenſeo, quod ſi cacochimia vaſorum tanta non ſit, vt venæ ſectionem prohibeat in acutis febribus quando incipiunt, non liceat minorans pharmacum dare poſt ſectiones venarum ſi cruditas durat, quia durat fermentatio, & confuſio totius maſſæ ſanguineæ, cum qua fœlix expurgatio repugnat, vt docui. Conſtat verò adductam doctrinam dari, quando cauſa febris malignæ, aut peſtilentis cum ſanguine permiſta eſt, ſiue in vna cauſa aſcendente, ſiue in meſerei venis, nam excrementa, quæ à ſanguine ſeparata ſunt in prima regione, ſemper expurga-

expurga

exporgationem deſiderat, eſtque pernicioſum venam ſecare.

Eſt ergo reſolutio noſtra in hiſtoria Calui, quod ſi conſtabat febrem illam ex prauo victu ortam fuiſſe, ingentem cacochimiam creanre, vr in peſtilentibus conſtirutionibus frequenriſſimum eſt ob multas cauſas, non erat præter rationem in primo morbi inſultu, hoc eſt in declinatione primæ acceſſionis, ſi cum febre dolor tam intolerabilis cœpit, aut in ipſa doloris inuaſione, ſi ſine febre cœperat, pharmaco ſeligente, cacochimiam minuere, & inclioationem naturæ mittentis ad infera ſollicitare: eſt & ratio efficax, quia ſupponitur ſupernatantia humoris, aut humorum prauorum cum ſero maligno, & deprauata victus ratione, & natura turgens agnoſcitur, quia in prima morbi inuaſione, tam intolerabilem dolotem cauſabat nullis remediis placabilem, & prauitas maretiæ cum excrementorum copia, ex nullo ſigno meliùs deducitur, quàm ex inquietudine illa expultricis in prima morbi inuaſione, quando putredo, aut non datur, aot non poteſt eſſe ſi datur, remiſſior, ex quo cenſendum eſt, quod creſcente putredine, & homorum malignitate, creſcet occaſio expellendi, & nunquam quieſcet expultrix, donec partem tam debilem inueniat, vt nequeat præ debilitate ab impetu aliarum ſe defendere, & hoc timendum magis, quando natura in primo morbi inſultu pellendo, non pellit extra, ſed per partes torius excrementa diſtribuit, ignorans euacuationis itinera, & eget ductore, vt per ſeceſſum, & ſecurè trudat, quæ cum tam certo pericolo velut cæca, & errans per corpus ſeminando, omnes partes deprauat, & turbar, & tandem occidit.

Notanter dixi dandum eſſe pharmacum expurgans, ſi conſtabat corpus cacochimum eſſe ob prauam victus rationem, quoniam in hoc caſu ſupponitur iam creata tota materia antecedens, morbum incipientem ſeruatura ſi ſtatim non educatur; conditio quidem celebris, vt fœliciſſima expurgatio ſequatur; datur enim ſine putredine, & in die ſine cruditare: & in prima morbi inuaſione, nondum feruentes ſunt ſucci, neque ex fermentarione permixti, vt expurgario impediatur, & copia prauorum excrementorum ob prauum victum eſt tanta, quòd ſupernarantia ipſa exquiſitam cum bonis ſuccis permiſtionem impediens, ſeparati ſatis ſunt, & diſcreti maligni, vt proprè ſeorſim ſine aliis trahantur, & io ipſa commotione læſio notanda non detur, quia vt dixi, materia expurganda putrida non eſt, neque maligna, nec euacuatur materia cruda, nec ſub ſtatu cruditatis ſenſibilis, hoc eſt fermentationis, aut permiſtionis expurgationem impedientis.

Ex dictis inferrur, cum ſummo periculo expurgari, qui inculpabiles ſunt in victus ratione, quia nec cacochimia, nec materia maligna antecedens creata ante febrem ſupponirur quæ expurgari debeat, omnéſque humores in vaſis exquiſitam miſtionem habent, ſine ſupernatantia aliqua; & hoc intelligendum eſt ſi qui in victu inculpatus eſt, non ſir iecoris, aut lienis diſtemperatus, ob cuius viſceris vitium, aur creetur alicuius humoris magna copia, vt ſi iecur patiatur, aut non expurgetur, & defæcetur, vt decet ſanguinaria maſſa à liene, aut à veſica fellea, nam horum viſcerum defæcantium cruorem, aut iecoris creantis illum cacochimum, vitium cadit ſub obiecto expurgationis, aut praui victus, quia ſupernatantia alicuius humoris reſultat, expurgationem petent, vt in icterico affectu bilioſo, aut nigro conſtar, in quibus irrationale eſſet ante expurgationem venam ſecare, ſi ſupernatantia alicuius humoris in doctrina Hippocratis expurgatione priùs tollenda eſt, quæ non dubiè ſanguinem defæcando, ad ſecandam poſtea ſecurè venam optimè diſponit.

A Dubium pulchrum ex dictis ſuſcitatur, ſi feruor ſanguinis à calore cauſatur, & eſt tam intenſus in diariis continentibus: videtur in illis debete eſſe vrinam vitiatam, & velut ſubiugalem, præſertim in communi doctrina Galeni, & omnium admittentium diariam continentem ex ſanguinariæ maſſæ feruore, ita vt feruor ſir prior, & cauſa illius caloris præternaturalis. Confundentur ergo, & miſcebuntur omnia corpora cum ſero illorum in ipſis vaſis, & lotium perturbatum exiet, quod eſt contra experimentum, & danda eſt alia cauſa feruoris, & permiſtionis in acutis à calore diuerſa. Reſpondeo, quod feruor caloris ſolius, non mutat modum ſubſtantiæ humorum, & ſic vrina non variatur, in modo ſubſtantiæ, vt contingit in febribus putridis, nam putredo ſine mutatione in modo ſubſtantiæ

B impoſſibilis eſt; hæc autem mutatio ab interno feruore, & fermentatione rei putreſcentis, inducitur à ſeminario contagionis in rebus putreſcentibus productis, à quibus tota materia putreſcens fermentata internè ebullit, & agitatur, & coquitur ſuo modo, vt in omni alio ſucco expreſſo, in dolio concluſo experimur ab interna fermentatione, & ebullitione rarefieri, moueri, & feruere, & ſonum tam perceptibilem ex agitatione interna cauſare. Durat verò fermentatio illa, donec ſpiritus fermentatiuus diſſoluitur, & euolat; euolat verò, quando cum iam ſit ſuccus expreſſus in partes diuerſas diuiſus, craſſæ ad fundum vaſis grauitate interna præcipitantur, & tenues, homogeneæ, vniuſque naturæ vniuntur, & ſupernatant, quas vinum ex

C omni ſucco appellamus, & coctum eſſe vinum tunc dicimus, & aptum potui redditur. Confert verò illa fermentatio, & ebullitio, vt attenuato liquore, aut ſucco, & rarefacto, diuidi poſſit à pondere partium craſſarum, quas fæces nominamus, quando finita fermentatione in fundo vaſis ſtabulantur, ſicque defæcantur internè omnes ſucci à fructibus expreſſi, fermentati ab interno ſpiritu, & extenuati calore illius, in qua fermentatione vapores innumerabiles eleuantur naturæ peſſimæ, vt eſt cuiuſuis ſucci proprietas. Fermentatio ex feruente muſto cellam vinariam tam tetris vaporibus replet, vt ſine ſubitæ ſuffocationis periculo, hominum ingreſſum non admittat. Sic tene in ſuccis putreſ-

D centibus noſtri, fermentari internè à proprio ſpiritu, & ebullire. Eſt verò ſpiritus ille creatus de nouo in rebus putreſcentibus, quia omnes formam, & proprietatem naturalem mutarunt putredine, aut vſtione ſibi violenta. Putreſcunt itaque, & vruntur à calore externo, vt tenent omnes philoſophi, & Medici, ſed feruent iam putridi, ſpiritu interno fermentatiuo ſuccorum, in quo feruore febres excitantur, maiores, aut leuiores, vt eſt copia maior, aut minor ſpirituum fermentantium, & humiditatis ex qua vapor, aut fuligo eleuanda eſt, quæ extranea corpora per totum diſtributa febrem totalem creant grauiorem, aut leuiorem, vt eſt copia illorum, & maligna proprietas, ex putredine, aut corruptione humoris orta de nouo.

E Ex his intelliges, cur periculoſum ſit non febricitare, quando datur cauſa interna, febris productiua, humor nempe putridus, qui caſus rarò deſperatus non eſt, arguit enim (vt optimè Galenus) naturæ extinctionem, hoc eſt defectum caloris vitalis à quo ſpiritus fermentatiuus rei putreſcentis, aut actuari debet, aut deber ſeruari in propria temperie, vt fermenrare humorem intra quem incarceratur, naturaliter poſſit, in qua fermentatione craſſæ partes rei putreſcentis non ſunt euaporabiles, ſed velut fæces illius ſubſident in vaſis, & pus, aut ſedimentum fiunt: pus intra vaſa nunquam; ſedimentum verò ſub dubio eſt, quando album, & leue, coagmentatúmque pellitur, eſt enim probabiliſſimum eſſe excrementum tertiæ coctionis, quæ intra cauitates vaſorum proprias,

&

& non communes celebratur quando mutriuntur; nam de ſedimentu naturali in febribus, nullus dixit debere eſſe fœtidum, vt de pure dixit Hippocrates, ſed hæc alterius ſunt loci, & dicta ſufficiant pro huius curationis intelligentia.

Si teneas quod rimor expurgandi, Galeni, adhuc in vera turgentia, non ita pendet ex adæquata indicatione expurgandi quando datur, vt ex defectu idoneorum pharmacorum illius temporis ad expurgandum ſecurè in morbis acutis, erant enim calidiſſima, & ſicca, & minus defæcabantur per artem, & ſic cum maiori periculo imperabantur; noſtro verò tempore celebria pharmaca temperatiſſima, & cordialia dantur, & ſecuriſſima, abſque vlla formidine exhibenda ex parte ſui, ſi alia requiſita, vt fœlix eueniat expurgatio, non deſint.

Reliqua remedia huius morbi ex ſæpè dictis clariſſima ſunt, dolor inſignis mitigari indicabat anodinis priùs applicitis, & ſi ſatis non erant, narcoticis, & conciliantibus ſomnum, & in morbis tam acutis, & malignis, potiones cordiales, & inhibentes putredinem, & attemperantes, feruorémque coërcentes, & crebrò reiteratæ, & frigidiſſimæ imperandæ, conſulendæque ſunt, tentando (vt in præcedenti hiſtoria docui) in febrem alterius naturæ benignioris tam lethaliter incipientem permutare, Sic Cardanus docuit, omnes morbos eſſe curabiles, ſi in primo inſultu, vt ſunt, agnoſcerentur, & æqualibus contrariis Medicus egregiè pugnaret, & incremento eorum reſiſteret: cognoſcere verò illos, vt ſunt, intellige, non ſolùm vt ſunt, quando incipiunt, ſed quid polliceantur, aut machinentur deinceps, ars enim, aut pars præcautoria futurorum periculorum, & mortis, eſt quæ honorem publicum Medico conciliat; floret illa inter omnes, & multum illi tribuentes, plus debitores ſe prædicant, & inde illuſtriorem gratiam, & remunerationem opulantiorem lucratur.

Si vt dolores remittebantur, augebantur ſymptomata, & metus erat retroceſſus ad ſupera, veſicatoria, aut attrahentia ſupra locum erant idonea, & cucurbitæ priùs cum multa flamma, & ſcarificatæ vtiliſſimè imperabuntur, & ſectio venæ in talo eiuſdem fœmoris, & hyrudines mariſcis affixæ, & plantis pedum columbæ maiores agreſtes, & recenter vulneratæ, & calidæ, & fortiter ligatæ hærebunt; creditur enim apud Schenchium venena ad pedes allicere, & frigori extremorum ſuo intenſo calore, & attractorio ſuccorum: & tene, quod veſicantia, & ſynapiſmi, niſi partes cui applicantur calore naturali, & intenſo priuentur, nullius vtilitatis erunt, quia non actuantur his auxiliis, & pedilabiis calidioribus retrahendi ſunt humores caput petentes, & hoc oxyrrhodino muniendum, & collum, vt *cap. de caſtoreo* Galenus præcipit, & ſi ex iactatione tumultuoſa, reſpiratione difficili cum ſuſpiriis anxioſis, cor veneno oppreſſum agnoſcas, & pulſus inæqualis parui, & crebri atteſtentur, cucurbitam ſub ſiniſtra mammilla vbi arteria aorta pulſare percipitur ſcarificabis, vt venenum cor opprimens extrahas, & oleo Mathioli vlcuſcula implebis, & aliquid cardiacum offeres veneni reſolutorium. Conſtat verò in paſſionibus tam acutis, victum tenuiſſimum conſulendum eſſe, vt ptiſana tenuis, aut iura cum acore citri, aut limonis, vel auratiorum, aut limpidiſſimi aceti; potus decoctum tamarindorum frigidiſſimum, ſi alia vrgentiora non dentur potum tam frigidum impedientia.

HISTORIA PERICLIS.

In Abderis, Periclem febris acuta corripuit, continua cum dolore, ſitis multa, faſtidium, potum continere non poterat, erat autem ſublienoſus, & capite grauatus: Primâ fluxit ſanguis multus ex ſiniſtra nare febris intendebatur, minxit multum, turbatum, album, repoſitum non ſubſidebat: Secundâ omnia exacerbata ſunt, vrinæ autem craſſæ quidem erant, reſidentes autem magis, & faſtidium leuatum eſt, dormiuit: Tertiâ, febris emollita eſt, vrinarum multitudo, coctæ, multam hypoſtaſim habentes, noctem quietam tranſegit vſque ad meridiem, ſudauit, ſudore multo, calido: quartâ per diem totum à febre liber, iudicatus eſt, non rediit acutum.

MVLTA, & mirabilia relata hiſtoria nos docet, confirmat primò euentus oraculum Hippocratis, naturam eſſe doctam ſine doctore, & ſine eius conſortio peracutas paſſiones poſſe ſuperare, & fortaſſis tam ſagacem in medela huius ægri illam inueniens ſummus Dictator, illud ſcripſit, & inde intulit eſſe morborum medicatricem. Docet ſecundò veram eſſe doctrinam ex 3. *prognoſt. quod febres indicantur eiſdem numero diebus, quibus ſupreſſunt homines, & quibus moriuntur, & rurſus quod ſignis ſecuriſſimis firmatæ mitiſſimæ febres, quarto, aut citiùs finiuntur, deterrima verò, & ſignis firmata peſſimis, quarto die, aut citiùs interimunt*, vt fuit occiſus Caluus die quarto, in quo Periclis periculum effugit. Rarum etiam iudicium in die quarto ad ſalutem publicat, quem ſemel ſolum Galenus, & bis Archigenes viderunt. Mirabilius rurſus, quod euacuationes tam diuerſæ, vt ſanguinis fluxus ex nare ſiniſtra, & lotij tam craſſi inſignis copia in primo morbi inſultu, & die celebratæ, tam ſalubres, & ſine recidiua euaſerint, cùm nihil periculoſius in acutis agnoſcatur, *vt decretoria ſtatim apparere*, vt antea docuimus: ſed parua ſunt hæc ſi cum aliis naturæ miraculis conferantur, & verum ſit, quod *lib. de alimento n. 4.* docuit Hippocrates dicendo, *natura omnibus ſubuenit*.

Laborauit Periclis acuta febre, & continua cum dolore, hoc eſt laſſitudine, vt in morborum initio frequenter contingit, ex excrementorum & ſanguinis copia, quæ iam per putredinem calefacta liquantur, agitantur, & plus ob hæc replent, & alterant efficaciùs quàm antea, erátque inexcuſabilis talis moleſtia in die primo, ſi in illo criſim per lotium copioſum, & fluxum ſanguinis mouere curabat, vt fecit. Quæuis enim moleſtia meritò ſperatur in commotione copiæ excrementorum, & ſanguinis iam putrefacti, in corpore pleno, quod malè perſpirabile, quia plenum, remoratur nimis prauorum tranſpirationem, & totum vaporibus terris onuſtum, anxium ægrotum reddit, oppreſſione viſcerum fatigat, laſſitudine quieſcere in lecto negat, ſed quiuis decubitus moleſtus cum ſit in laſſatis, inceſſanter iacendi figuram euariant, éſtque laſſitudo moleſtior à ſanguine melancholico orta, vt fuit huius ægri, quia lienoſus, & ſanguis ille grauis quia terreus, laſſitudinem oſſariam moleſtiſſimam creat, vt in rigore quartanæ Galenus notauit. Quia verò ſanguis ille ichoroſus eſt, & ichor ille malignus, vt ex

Platone

Platone Galenus admittit, & cùm æger lienoſus eſſet, regurgirabat aliquid ſeri in os veotriculi, anxium, & faſtidioſum reddens Periclem accidens moleſtiſſimum lienis malè affecti, præſertim quando putredine ſerum illud inficitur. Mitum quod vehementer ſitibundus, potum continere non poterat, fortaſſis non erar ſitis ex ore ventriculi, ſed ex cerebre calido, & grauato, & dolente, humiditatem faucium, & linguæ exſiccante, quæ cauſa ſitiendi ſæpè ignorarur, quia minùs notata, & eſt communiſſima, accuſarúrque incendium iecoris, & ventriculi, & eſt in cerebro occaſio, ſolérque lingua exſiccata nigreſcere, & aſpera fieri, & eſſe aliquando ſignum incipientis phlegmonis in cerebto, per congeſtionem ſucci atrabiliarij, vt in excellentiſſimo Marchione de Sancta Croz fui expertus, qui ſine febre ſenſibili, ſiccíſſima, & aſpera lingua erat, & dum cadauer condirerur, vt fetetro tradirum deponeretur, diſciſſo cerebro, niger humor apparuit, ſiris, & mortis occaſio. De huius parris abſceſſiòus, vltimum caput ſcripſit Cardanus, tractatu de morbo regio, in quo ſic loquitur; Et lingua nigreſcit, & craſſa fit, & hæc eſt miſeria humana, quandóque enim non excedit granum milij: ergo potuit ventriculus debiſis eſſe ob ichorum malignorum affluxum, & in tunicis imbibitorum, & à potu grauari ob debilem retentricem, & ſtatim euomere, liquida præſertim, vt quoridie experimur, & forrè plus potus quàm poſſet à venrriculo contineri, ſumebat, vt eſt frequentiſſimum in validè ſitientibus, & etiam frigidior eſſe porerat, qoàm debili ventriculo conueniret, & euomi; eſt enim hæc duplex peccatum, in copia, & intenſiori frigore, in validè ſitientibus communiſſimum vt ſienoſis poteſt eſſe ventriculus debilis, & inimiciſſimus potus.

Prima die fluxit ſangui, è nare ſiniſtra, in quo docemur, quod ex Cardano hiſtoria antecedenri notaui, eſſe nimirum omnes motbos curabiles, ſi primæ inuaſioni vt decebar, occurrerent Medici, vt huic occurrit natura, qui non dubiè laburare cœperat phlegmone lienis, cuius complementum ſanguinem rantum euacuando natura, & ſecundum rectitudinem affectæ parris, ſagaciter impediuir. Aliud verò non minùs vtile docuit, debere Medicum non ſperare in incipientibus phlegmonibus, & in febribus quæ per pares mouenrur, declinationem ptimæ acceſſionis, ad ſecandam venam, nam in ægru præſenri, in primo die ſanguinem copioſum expellit natura, quando neceſſe erar, eſſe in augmenro, aut inirio vigotis acceſſionem primam, quia in moru per pares in die ſecunda incidit ſummus vigor, aut maior pars illius: eſſéque imitandam naturam in incipiente phlegmone, certum eſt, quia incrementum illius raro non eſt mortale, & fluxio poteſt eſſe continua, & continenter augebitur febris cum illa, & nunquam dabitur melior occaſio ſecandi venam: in febribus verò motis per pares, eſt etiam imitanda natura, & ſecanda vena antequam acceſſio declinet, quia ſi ſummus vigor debet diem ſecundum attingere, neceſſariù expnnitur æger periculo magnæ corruptionis, in tam extenſa, & intenſa acceſſione, & manebit in fine illius debiliſſimus ſub tanto incendio, & ſine cibo, & fortaſſis remedij tam neceſſarij ſubrerfugiet occaſio, quæ in acutis extremè tam præceps eſt ſi omnia requiſita ſperentur, vt nunquam, vt deſideratur, inuenta ſit, imò in iis tam periculoſis febribus ſecanda vena eſt, vt acceſſio declinet, & impediatur ne fiat continens creſcens perperuò, eſſet enim temerarium ſperare declinationem ad ſecandam venam, ſi Medicus videret per totum diem integrum febrem fuiſſe auctam, & nondum vigorem eſſe tranſactum: Ex cuius acceſſionis durarione putredinem inceſſanter communicari deducendum erat, & febrem fore continentem meritò timebitur, & nullum auxilium niſi ſanguinis miſſio tantum periculum deone-

A tata copià, & nouà inducta veotilatione, præcauere poteſt; & vt in continentibus ſecare venam, auxilium celebre eſt, & In nulla ſpecie ſecarur, neo poreſt in declinatione, quia tota continentium conſtitutio in vnica acceſſione finitur, ita in febre per pares mouenda, non decer declinationem ſperare, ſed venam ſecare vt declinet, & ne ram grauis reddatur, vt in die ſecundo occidat, vt poteſt. Audi Galenum *lib. 3. de diebus decretoriis, cap. 8.* circa finem; *Inuadunt* (inquit) *quidam morbi ſecundum diem primo grauiorem habentes, quartum, tertio, & totas acceſſiones in diebus paribus, qui longorum quidem morborum naturam habent, iudicium tamen praeuertunt, vt acuti, propter acceſſionis vehementiam, hi etiam ſecundo die interficiunt, & quarto, ſed ſexto plurimos.* Si ergo in ſecundo occidere poſſunt, non occidunt in declinatione diei
B ſecundi, ſed in vigore; quomodo ergo mors diei ſecundi præcaueri à Medico poteſt, niſi iugulando primæ acceſſionis vehemeoriam; Et quomodo iugulabitur, niſi ſecando venam, & forte vſque ad deliquium, aut proximè; vt tanta vehementia acceſſionis mortem tam breuem machinaoris tepeſcat, & moderetur ſuffocatio tam breui timenda. Idem iudicium eſt, de occidentibus quarto, & ſexto die, quia nunquam auxilium æquali vnica ſectione venæ in occidentibus quarto applicatur, nec in duabus, in occidentibus ſexto; nam ſi prima acceſſio ob ſui vehementiam poteſt die ſecundo occidere, poterit meliùs ſecunda, & meliùs rertia, quia quælibet poſt primam inuenit naturam debiliorem, & nunquam, aut rariſſimè in morbis ex ſua na-
C tura longioribus, eſt repetitio acceſſionum leuior, ſed grauior, quia intenſior, & longior.

Quod vt intelligas, eſt pulchrum dubium quomodo doceat Galenus, loco nuper citato, quod febres quæ per pares mouentur, habeant naturam longorum morborum, ſi die ſecundo, & quarto occidunt, & plurimi ſexto pereunt. Quæ enim acuties maior, quàm quæ tam breui interficit? Reſponſio eſt, quod motio per pares fit in febribus ex magna copia materiæ ortis, ob quam tam graues, & longæ ſunt acceſſiones, vt quælibet in principio, augmento, & vigore, totum primum diem, & magnam partem ſecundi occupet: tanta verò materia non poreſt breuiter coqui, & ſuperari, & conſequenter morborum longorum conſtitutionem ſortiuntur, non
D abſolutè, ſed in ordioe ad ſalutem, & per coctionem; breui tamen occidere poſſunt ob eandem materiæ copiam, tam graues, & longas acceſſiones creantem, vt prima mortalis eſſe poſſit, & ſecunda, & rertia plurimos occidat in ſexro die, in quo vigor tertiæ neceſſariò incidit, nam vt loco citato Galenus docet, in die ſecundo adhuc eſt valida natura, item in quarto magis quàm in ſexto, ſed nondum in certamen venire audet; at in ſexto acceſſionis vehementia frequenter eam ad certamen prouocat, in quo aut coincidit, & priùs quàm excreuerit, extinguitur; vel plurimum propulſat offendentium, & reliquum non poteſt, verùm ex pugna iacet languida, & ſi reficiatur, paulatim morbum con-
E coquit, ſin minus viuet æger, quandiu natura ſufficere poſſit, morietur autem poſtea. Et hinc intelliges quàm tarum ſit iudicium ſalubre quarto die fieri, quod ſi per impares febris moueatur, non eſt iudicatorius ex parte morbi, quia in illo eſt remiſſio febris; iudicia verò fierì debent in acceſſionum vehementia. Si verò per pares febris moueatur, eſt velut miraculum quod ſit materia cocta in ſecunda acceſſione, quæ ad quartum cum vigore ſe extendit, nam in ſexto periclitantur multi, vt Galenus docuit, quia vehementia acceſſionis naturam obligat, vt criſim tentet; tentat verò illam ferè ſemper lethaliter, quia iam debilis ex vehementia duarum primarum, & quia morbus eſt crudus, & cum multa materia, cuius commotio non poteſt non eſſe periculoſiſſima, & ob id cenſeo notaſſe Hippocratem, velut miraculoſum iudicium huius hiſto-

riæ

tiæ ad ſalutem, & quod non recidiuarit, dicendo, *non rediit*.

Ex dictis intelliges, quod in febre per pares, ſupponitur tota materia antecedens creata, & abundans; quæ ſi ſanguis non ſit, non poteſt non eſſe inſignis cacochimia, quam timendo Valleſius Regem Philippum expurgauit die quinto, ſine turgentia, & ſine coctione materiæ, & dando rationem, cur die quinto; reſpondet, quia febris illa mouebatur per pares, in cuius ſententia, morbus erat tertiana continua, quæ in diebus paribus (vt docui) plus affligebat, quia in illos incidebat ſummus vigor acceſſionis, quæ die antecedente cœperat, & quia dies impares remiſsiores erant, commodiùs, & ſecuriùs in illis expurgatio imperabatur. Quibus verbis ſolutionem alterius obiectionis dedit, quia videbatur contra Hipocratis documenta expurgare in die illa, nam 4. *de victu acutorum text.* 6. docuit; *Hos ſi ab initio expurgare volueris, ante diem quintum facito*. quem Hippocrates, vt iudicatorium vehementem in acutis per impares moris, ineptum expurgationi cenſuit, quia temerariè expurgatur in die in quo natura criſes, aut mouere, aut inſinuare frequenter ſolet, quam inſignem virtutem iudicatoriam inſinuauit, & exaggerauit Galenus 1. *epid. ſect.* 3. *text.* 30. in fine hiſtoriæ mulieris in littore habitantis.

Illud verò quod dixi, eſſe nimirum in febribus motis per pares totam materiam antecedentem genitam ante morbi inceptionem, conduxit maximè vt expurgatio ante coctionem facilior, & ſecurior ſit, quia quædam ſupernatantia datur humoris expurgandi, quæ nihil aliud eſt, quàm ſeparatio, & permiſtio non exquiſita reliquorum cum excedente humore expurgando, & ſic facilè trahitur ſine torminibus, & ſyncerior, neque reuerà crudus eſt, quia nec putridus, neque exquiſitè permixtas cum aliis, & ſic ſine vtilibus, & morbo aduerſis extrahitur, cum magna vtilitate: & in hiſtoria Valleſij non pauca deſiderantur ad praxim, natura nempe morbi tam periculoſi qui Regem oppreſſit, & ſi fuit priùs ſecta vena, & quibus diebus ante expurgationem, & eſt difficilior ſolutio ſuæ doctrinæ, quomodo docet, quod per pares mouebatur illa febris, ſi affirmat, & narrat ante nonum diem nullam remiſſionem febrem habuiſſe, & ſimul docet, ſecundum fuiſſe deteriorem primo, & quartum, ſextum, & octauum difficillimos; nec eſt minus difficile ſi ob copiam humoris peccantis coactus fuit expurgare crudam materiam, contra communia præcepta, cur non expurgauit in prima morbi inuaſione, aut prima occaſione magni remedij, quia in ſecuriori praxi, vt ſectio venæ diſponit ad expurgandum, quando cacochimia tanta non eſt, vt ſectionem venæ prohibeat, & in tali caſu coctio ſpectatur, vt detur pharmacum, ſic in ſupernatantia cogente expurgare ante coctionem, eſt expurgatio diſpoſitio, vt ſecurè vena aperiatur, & ſi cacochimia tanta non eſt, vt impediat ſecare venam, nunquam impediet, quandiu fuerit neceſſitas mittendi ſanguinem, erat verò inſignis in quinto die morbi tam periculoſi, & morbus erat, crudus, & cacochimia non obſtabat ſectioni venæ ſi fuit ſecta priùs.

Vrina primi diei fuit multa, turbata, alba, & repoſita non ſubſidebat: hæc, & fluxio ſanguinis abundans ex nare ſiniſtra, docent modum quo tam acutis paſſionibus occurrendum eſt, ſi Medici liberare infirmos procurant; docent enim interdum eodem die venam ſecare, non ſemel, ſed bis, & ter, ſicut, & expurgare, & ſecare venam, & alia auxilia etiam à morbo indicata, imperare. Verùm in primo die tantam vrinæ copiam fundere, non eſt Medico imitabile, nec poſſibile, neque doctrina Valleſij in huius loci expoſitione mihi probatur, putat enim has duas euacuationes eſſe intempeſtiuas & inde miratur quod tam vtiles fuerint;

A cenſeo enim fuiſſe tam tempeſtiuas, vt cenſeam non fuiſſe ſymptomaticas, ſed naturaliſſimas; nam in omni vtili euacuatione nihil includitur præter naturam, quia omne vtile morbum tollens, aut minuens, contra naturam eſſe non poteſt. Eſt doctrina expreſſa Galeni *lib. de differentiis ſymptomatum, cap. vltim.* in quo diſtinguit acutiſſimè ſymptomata, à naturæ operibus in morbis, nam cauſa morbi, morbus, & ſymptoma vt formaliter talia ſunt, debent eſſe violenta, & nihil naturale includere, quia de formalitate eorum eſt, eſſe præter naturam, & nihil quod morbum tollit poteſt eſſe præter naturam, ſed naturaliſſimum. Exemplum dedit Galenus *loco citato*, dicendo: *Aliqua enim quamuis etiam toto genere præter naturam ſint, veluti ſanguinis per nares profuſio, vel vomitus, vel ſanguinis deiectio, vel* B *hæmorrhois, vel aliud huiuſmodi, tamen præter naturam adhuc non ſunt, ſi modò tempeſtiuè fiant, fiunt autem tempeſtiuè cùm id quod contriſtat, expellitur.* En quàm clare docet expulſionem quæ contriſtantia reiicit, nunquam includere præternaturalitatem, etiamſi ſanguinem nobis tam amicum expellat; ergo ſi prodeſt vehementer ſanguinis fluxio ex naribus, inflammationibus iecoris, & lienis, non erat præter naturam: vehementer verò prodeſſe docuit Hippocrates 1. *prognoſt. text.* 32. dicendo; *Accidit iis in prima curatione ſanguinis e naribus fluor, atque admodum iuuat*: & talem euacuationem in hiſtoriæ expoſitione accommodatiſſimam Valleſius appellat; nunquam verò quod formaliter eſt præter naturam poteſt eſſe accommodatiſſimum, quia nec com- C modum; non ergo omnia quæ fiunt ſi morbus non eſſet, ſunt appellanda ſymptomata, ſi morbum ipſum deſtruunt, aut moderantur, & alibi poſui exemplum id planè ſtabiliens, quando natura ab interno principio, ablata cauſa febris corrumpit calorem febrilem producto frigore, quod nullo modo produceret ſi morbus non eſſet. Et nullus ſanæ mentis talem productionem appellabit læſam actionem, & ſymptomaticam. Sic actionem morbi cauſam expellens, læſam eſſe repugnat, quia nec lædit, nec poteſt, ſi tollit, quod lædit, & necat, non tamen eliceretur, ſi morbi cauſa non eſſet, vt terminaretur ad illam.

Eſt etiam falſum, quod ſanguinis fluxio per nares D ſit intempeſtiua, & ſymptomatica, quia in primo die contigit, cùm nihil ſalubrius poſſet tentari à natura, ſuppoſito affectu inflammatorio lienis fieri incepto. Contrarium cenſeo, nimirum quod ſi tardaret natura in illa expulſione, fuiſſet culpabilis, quia non applicuit remedium ſtatim, quo præcauere debebat, ne creſcente inflammatione fieret lethalis affectio, & quod iam locum affectum obſidere cœperat, liberabat à moleſtia, & dolore. Ratio à priori eſt quia eſſet non dubiè culpandus graui pœna Medicus, ſi incipiente lienis inflammatione cum acuta febre, tardaret ſectionem venæ, permitteret enim (vt modò dicebam) augeri inflammationem internam, quæ tarò mortalis non eſt: eodem ergo modo culpanda E natura, ſi pigra in tali remedio agnoſcatur, quia ipſa eſt inſtituta, vt morborum medicatrix, & tenetur ſtatim occurrere incremento morborum, & reiicere quicquid illos iam creat, & ſeruaturum eſt; & ſi non poteſt ratione morbi, eſt eius defectus actio ablata, & ſymptomatica, quia impedita à morbo, non poteſt cauſam eius reiicere, vt debebat. Rurſus ſi Medicus teneretur, quod eſt ſymptomaticum, & morboſum deſtruere, debebat fluxum ſanguinis primi diei cohibere, quia intempeſtiuum, & ſymptomaticum cenſebat Valleſius, quod nullus ſomniabat, deberetque deinde non imitari naturam ſecando venam in primo inflammationis die, quia non eſt imitanda, quando intempeſtiuè, & ſymptomaticè operatur, ſed quando benè: ergo vt regulariter, & ſecundum rationem, & non coactè operatur Medicus

ſecando venam in primo die inceptionis phlegmonis, ſic nec natura operatur irregulariter, euacuando per nares ſtatim cauſam futuram, & præſentem phlegmonis, vt malè putat Valleſius.

Ex dictis quæ tam conſeotanea rationi videntur deduco duo, contra communem Medicorum conſenſum: Sed primum, non videri rationale aſſerere, quod debebat natura putridum humorem febrem cauſantem, aut alium tumorem retinere, vt concoquat illum, ſed eſt accuſanda ſi ſtatim quod putreſcere incipit, non trudat illum, quia interne habitare permittit quod iniuriis occaſio neceſſariò eſt. Quid boni homo lucratur, ex retentione humoris incipientis corrumpi, & malignè, & ſæpè venenum internum creari; Ignoro quidem ſimiliter quid vtile ſequitur ex retentione humorum præternaturalium, & corruptorum malignè, vt à natura coquantur, ſi detinet, quod hominem occidit, & totum ſanguinem, & partem affectam inficere, & calorem vitalem deſtruere inceſſanter intendit; & ex humorum talium retentione, nihil vtile natura ſuſceptura eſt, quia nec alimentum eſſe poteſt, nec idonea ſpirituum materia, nec conditio vt operetur meliù.; indéque diſcurſus Galeni, quem etiam Valleſius hic ſequitur, & fuit omnium Medicorum deceptio, & eſt adhuc, ſiniſter eſt, & ſine ratione diſcurrit Galenus ſic; Quando natura operatur naturaliter, priùs trahit, deinde coquit, poſt ſeparat excrementa, & illa aut trudit, aut diſſipat: ergo per morbos eodem modo operari debet, & ſi non, operatur intempeſtiuè, ſymptomaticè, & vt erronea, & inde detinere debet putridum, & veneficum humorem, illum coquere, ſeparare bonum à malo, hoc trudere, retinere illud. Contrarium verò ſi faciat, peſſimum ſignum, peſſima cauſa, quia peruerſo modo operatur, vt per naturam ſolet. Nos verò contrario modo diſcurrimus, vt natura ſana retinet quod ſibi eſt vtile, & coquit illud, & ſumit quod commutabile eſt, & optimum, ſeparat quod inutile, & illud trudit, aut diſſipat, ſic peccat quando venena retinet, quia ſi excrementa naturalia non pelleret, ret. peccaret, quia inutilia ſunt, & lædunt retenta, ſic culpanda neceſſariò eſt, quando quæ occidunt, & ſemper periculosè lædunt, retinet, & fructum ſperat ab occiſore interno, & inimico publico: ergo expulſiones in morbi principio ſemper ſunt malum ſignum, & optimum, quando euacuant morbi materiam; malum, quia ſignificant naturam læſam à morbo: optimum, quia ſignificant operari vt debet, pellendo ſtatim quæ læſura ſunt, & actu lædunt: læſura, quando cauſam antecedentem reiicit; lædentia actu, quando cauſam iam creantem morbum expellit; quod ſi non faciat, læſa eſt natura, & ſymptoma eſt actio ablata expellentiæ, quæ maligna, occidentia, & lædentia reiicere ſtatim tenetur, & illa permittit, quia partem in qua cauſa morbi ſtabulatur, ſic effœminauit, aut impediuit, vt impotens reddita à morbo, ſileat expultrix, & publici inimici hoſpitium ſuſtinet, donec à Medico adiuta, aut ipſa ex ſeipſa vt ſolet pugnando occultè, ſenſim illum debilitet; gliſcat natura, & ſumnolentià diſcuſſa, clamet expultrix, & morbi cauſa fugæ viam inquirat.

Peccat etiam diſcurſus Galeni, & omnium, quia non ſcrutantur eſſe ſemper naturam in motu inceſſante, dum febribus putridis opprimitur. Galenus docet, & ſatis diffuſè 2. *de febrium differentiis, cap. vltimo*, acceſſiones febriles fieri, quia ſemper humor mouetur à parte mittente in focum putredinis, vt acceſſiones repetant, & iudicationes ſalubres numerando, *vndecimo methodi*. c. 10. ad cohibendam putredinem in febribus putridis, ſcripſit; *At curabitur quidem quod obſtructionis factum eſt per ea quæ obſtructa liberant, inhibebitur quod futurum eſt, ſi affluxum obſtruentium ſuccorum compeſcas, & hoc eſſe quod primo peragendum eſt, quamuis*

A *ſit vltimum in reſolutiua methodo*. Vides quàm claré fluxum humorum admittit, in febribus putridis, & eſſe compeſcendum, ſi vt decet medela diſponatur. Eſt ergo natura in motione lædentium aſſidua, & ſi retinet, non eſt quia retineat, ſed quia pellere non poteſt, & probo efficaciter ita eſſe: nam ſi portionem humoris quam natura mittit ad focum, vt noua acceſſio creetur, non pelleret ad illum, ſed per ſeceſſum extra eiiceretur, ceſſaret febris non dubiè, vt eſt manifeſtum, ergo ideò acceſſiones repetunt, quia pellit ad focum, & non extra corpus: errat ergo ſemper quando mittit ad focum, & non extra, indéque deducitur clarè, quod ſemper quando ad extra mittit morbi cauſam futuram, aut præſentem, operatur vt debet, & quanto citiùs id exequatur, operetur tempeſtiuiùs, quia morbum bre-
B uiorem reddet, & pericula præcauet.

Secundum quod infero ex dictis eſt, quod quando natura materiam antecedentem in febrium initio euacuat, non ſit expulſio illa ſymptoma, ſed opus naturale, vt Galenus dicebat, quia materia illa coquenda non eſt, non enim computruit, & ſi detineretur, mitteretur ad focum, & morbum foueret, & grauiorem efficeret, aut deſperatum, & ſi hæc expulſio non eſt ſymptoma, erit minùs tale, quando materiam infectam iam, & olidam trudit, quia tota eſt excrementum, & ad mortem ſemper diſponit doloribus, calore violento, & infectione ſanguinis contagioſa qua febrem, & acceſſiones continuat.

Idem de vrina abundante primi diei tenendum eſt,
C quæ cum tam craſſa, & alba eſſet, prohibuit abſceſſum in liene firmari, & ſtrenuè conduxit vt febris quarto die tam copioſo ſudore ſolueretur; nihil enim iudicationi ſudando plus obſtare poterat, vt craſſorum, & crudorum multitudo, & ſic Galenus inter ſigna quotidianæ exquiſitæ carentiam ſudoris repoſuit: & inde intelliges veritatem Galeni dicentis, febres quæ per pares mouentur, æmulari naturam morborum chronicorum, quia ſemper (vt docui) à multa, & craſſa materia, creantur, quæ tam longarum acceſſionum eſt cauſa: nunquam tamen ſola pituita febres tales creabit, ſed copulari debet humor alius inflammabilis, aut vſtiuus præ nimia ſiccitate, vt ſanguis melancholicus, aut bilis craſſior, aut atra; nam acceſſiones talium febrium pe-
D riculoſæ ſunt nimis, ſi prima, & ſecunda acceſſio poſſunt eſſe mortales, & ſexta occidit plurimos, nunquam verò acceſſio ſolius pituitæ lethalis eſſe poteſt, quia neque inflammabilis, nec propter craſſitiem, & lentorem, tam celeriter ad focum confluere, & in tanta copia, vt tam extenſas, & graues acceſſiones cauſet. Hinc ſolertiæ naturæ, tam cito morbo lethali occurrentis fluxu ſanguineo, & tanta vrinarum copia, per tranſlationem accommodatur rectè oraculum Hippocratis 6. *epid. ſect.* 3. *text.* 56. *Decubitus quidem in quibus facta tollis, hæc ante facta prohibet*. Fluxione enim quæ in liene abſceſſum erat cauſatura, deriuata ad veſicam prohibuit natura ne abſceſſus in ſplene firmaretur. Lienoſos verò multo ſero
E abundare, & ſanguinem ichoroſum eſſe, tenent omnes cum Hippocrate, & talibus ſudor multus, & calidus optima criſis eſt, & in Pericle tam bona, vt ſine recidiuæ periculo, periculum vitæ fugit.

Dubitat tandem Valleſius, quo pacto tam perfecta, & ſecura iudicatio eſſe potuit, quæ ab intempeſtiuis euacuationibus incepit? Certè (inquit) & ſi ab intempeſtiuis inceperunt euacuationes, ceſſerunt tempeſtiuæ, nam vrinæ inceperunt coqui obſcurè die ſecunda, tertia die iam manifeſtè tales apparuerunt. Quamquam ergo fluxus ſanguinis, & mictus copioſus, qui morbum minuerunt, fuerunt ante coctionem, tamen ſudor, qui finiuit, poſt concoctionem fuit multus, & calidus per totum diem. Quare meritò fuit à febre liber, & non rediit. Ego aliter diſcurro, Si intempeſtiuæ euacuationes poſſunt eſſe vtiles, poſſunt conſequenter morbum

omnino

omninò tollere, nam euacuatio, quæ morbum minuit, A ideò minuit, quia materiam antecedentem tollit per partes, aut quia à foco euacuat, quæ materiam antecedentem minuit, ſi perſeueret, eradicabit morbum ſine dubio, quia non ſupereſt quod ad ſocum moueatur, vt acceſſiones repetant, & morbus continuetur: ſi verò euacuat ex foco, multo faciliùs morbus eradicabitur, quia cum minori moltò euacuatione tollitur totus focus, vt in tertianis quotidie experimur, tolli omninò per labiorum, & narium vlcuſcula, quia foci materia reiicitur. Verum quia ego cenſeo omnes euacuationes materiæ antecedentis eſſe tempeſtiuas, non habet locum dubitatio Valleſij, in mea doctrina. Materia verò quæ in foco ſtabulatur, parum refert, quod expellatur cruda, vt morbus eradicetur, quia deficiente quod pu- B trefaciat ad nouam acceſſionem, non reperet morbus, & ſi extra corpus pellatur, ceſſabit ſine læſione aliqua: ſi verò focus mittatur in partem aliquam, lædet eam plus, aut minùs vt fuerit emendatus, & minùs putridus, aut malignior: ſic labia, & nares in tertianis exulcerari ſolent ſatis moleſtè, & os etiam per aliquot dies. Eſtque Hippocratis ſingulare exemplum 2. *prognoſt. text.* 67. Vbi in pulmonia omnes abſceſſus in cruribus factos laudat, etiamſi crudus ſit morbus, notando quod ſi crudus ſit, periculum eſt claudicationis in articulo, aut multi negotij, ſi verò coctio ſupponatur, ſecuriſſimus erit æger, & abſceſſus breuiſſimè, & abſque dolore deficiet.

Ex fælici ſucceſſu huius hiſtoriæ deducitur, quod C euacuationes antecedentes materiæ, quo citiùs à natura tentantur, ſunt ſecutiores vt cauſa, quia vt minùs ſunt humores permixti, poſſunt ſeparari faciliùs, & cum minori permixtione ſuccorum vtilium, educuntur, quæ eductio timetur à Galeno cum prauis, & putridis, quos crudos vocat, & quia materia antecedens putrida nondum eſt, & pauciſſimum quod infectum eſt, ſtatim in principio, non eſt tam nociua eius commotio, vt ſi poſteà pellatur, ob contrarias rationes. Nota, quod eſt diuerſiſſima ratio prauitatis vt ſignum, à bonitate vt cauſa, nam euacuationes, vt citiùs incipiunt cum morbo, ſunt ſignum prauum, quia arguunt naturæ magnam moleſtiam, ſi ſtatim à primo inſultu eueniant: verùm vt cauſa ſunt bonæ, quia ſuppoſita morbi crea- D tione, vt citiùs cauſa antecedens pellitur, contrahitur morbi duratio, vt antea docui, mirè præcauentur pericula, qua diſtinctione intellecta, ſaluatur apparens contradictio noſtræ doctrinæ, quando cum Hippocrate damnamus decretoria ſtatim apparere, eſt intelligendum, vt ſignum, non vt cauſa.

Curatio.

CVratio huius mali non eget præceptore cùm tam ductè à natura celebrata legatur, & narretur, & ex dictis à nobis in huius hiſtoriæ expoſitione, facillimè deducitur. Illud attendes, quod ſi enoſi ſi ha- E bent ſanguinem ſeroſum, & ichoroſum ſimul, laborant periculosè ſatis, quia nec ſerum, nec ichores coctiones admittunt, non enim calefacta coagmentantur, ſed reſoluuntur vt mixta aquea. Hinc ſudor ſine recidiua Periclem indicauit, quia ſeroſis excrementis nulla euacuatio vtilior, præſertim ſi per vrinam etiam natura tentet eorum expulſionem, vt in iis nunquam videatur ſymptomatica euacuatio quovis morbi tempore eueniat, quia nunquam cocti poſſunt expelli: ob quod Galenus ſtatim eſſe expurgandos ſeroſos, & tenues humores, *lib. proprio* doctiſſimè docuit, & ſimul notat, quod tales nihil in foco putredinis derelinquunt, ſed totum quod ad focum mouetur reſoluitur in acceſſionibus, vt aqua tota ſi calefiat, vertitur in vapores, nihil exuſtum in vaſe agglutinatum derelinquens, vt teneas, per ſudores, lotium, & aluum, idoneè hos ſeroſos

humores educi poſſe, & per nullam regionem ſymptomaticè euacuari, & per quamlibet deberet Medicus incitare naturam, vt eos expellat, dummodo ſudores ſyncopales non graſſentur, vt in aliquibus conſtitutionibus malignarum tertianarum contingit, quorum ſudorum cauſa frequentior eſt copia ſeroſæ, & ichoroſæ ſubſtantiæ, maligno modo corruptæ, in quibus quid faciendum ſit, proprio loco docuimus. Malignitas verò huius ichoroſæ ſubſtantiæ, & ſeroſæ in dictis conſtitutionibus, non ſolùm pendet ex innata proprietate, & acquiſita per putredinem, aut vſtionem, ſed etiam, quia cùm ſint alimenti vehiculum, penetrant omnes partes vſque ad intimos poros, ſicque totum corpus inquinant, & inficiunt, & ferè ſemper irremediabiliter, vt experimenta docent, totum enim corpus madefactum, laxatur, pori, & vaſorum oſcula aperiuntur præter naturam, ſpiritus vitales extenuantur, retentrix facultas laxitate, & madore firmitudinem perdit, expultrix maligna proprietate, & acrimonia ichorum ſtimulata quieſcit nunquam, eſtque inquietiſſima ob leuitatem exhalatio ex ſero eleuata, & ob rarefactum totum corpus, velut fumus replet, & inſolente ſudore inundat, & ſi cohibetur, æger ſuffocatur, ſi permittitur, animam cum ſudore exhalat, & dum Magiſtrum meum Carterium viua voce hos ſudores explicando audirem, publica exaggeratione, dixit vnum ſolum infirmum liberatum vidiſſe.

HISTORIA VIRGINIS Abderæ.

A primo die vſque ad decimumnonum.

Abderæ virginem, quæ in veſtibulo templi decumbebat, febris cæpit acuta, & ardens, ſiticuloſa erat, & inſomnis, menſes autem primùm profluxerunt: eam ſexto die multum cæpit faſtidium, rubuit colore phœniceo, languebat: ſeptimo die eadem erant, vrina tenues, ſed boni coloris, venter non vexabat: octaua ſurditas, febris acuta, inſomnia, faſtidioſa, horrebatque, mentis erat compos, vrina ſimiles: nono nihil eſt mutatum, nec proximis diebus manſit item ſurditas. Quatuordecimo mens perturbata fuit, febris remiſſior: ſeptimodecimo multùm fluxit ex naribus, ſurditas eſt nonnihil imminuta, ſequentibus eam faſtidium, ſurditaſque tenebant, erat que delira.

MEritò putat Galenus laboraſſe humorum copiâ, ſi quando cœpit ægrotare, cœperunt etiam menſtrua primo apparere, eſt enim frequentiſſimum fluere diminutè, quia nondum vaſorum oſcula per quæ vterus recipit ſanguinem expellendum, vſu menſtruorum aperta fuere, & quod non admittunt, regorgitat intus, & concluſum potreſcit, febreſque ſuæ naturæ debitas creat. Hanc dixit Hippocrates ardentem fuiſſe, non quidem propriè, talis enim tam longioris conſtitutionis non eſt, nec vrinas boni coloris, ſed flauas intensè, & igneas ſolùm admittit, & quando exitialis eſt, paſſea, vſtione ſanguinis creatur. Cenſeo multitudinem ſanguinis melancholici, & bilioſi huius febris authorem fuiſſe, talis enim acutas febres, & longas ſimul creat, acutas per bilem, longas ob

melancholiam, quilibet ſuccus ſi putreſcit, ſitim, peruigilium, & faſtidium ſiccitate, calore, & malignitate putredinis ſuſcitat, eſtque vtriuſque ſucci conſortium ſurditatis aptiſſima occaſio. bilis enim liberè ſurſum mouetur, ſecumque aliquid melancholiæ ſubleuans, partem in quam pelluntur, obſtruunt facillimè, & ſi auditus organum, ægrorũ ſurdũ reddunt. Illud verò ſcias, nunquam eſſe ſine periculo febrem quæ primo inſultu ſitim moleſtam, & peruigilium cauſat, arguit enim, aut internum eryſipelas, aut incendium viſceris alicuius principis, cerebrum, & os ventriculi ſiccans, linguæque humiditatem depopulans, vnde inquietudo, & cibi abominatio: cenſeóque robuſtiſſimi cerebri hanc virginem fuiſſe, habuit enim ſigna magna inclinationis naturæ mittendi humores ad cerebrum, vt peruigilium primi diei, & quæ ſexto, & octauo euenerunt, præſagiebant.

Sexto (inquit) *multum faſtidium cœpit, & rubuit colore phœniceo, languebatque*: & in aliis tranſlationibus legitur, quod horrebat, vt tranſtulit Mercurialis, & muſa in margine notauit. Omnia huius diei ſymptomata euenerunt ob aſcenſum ſubtilioris, & calidi ſanguinis ex vtero ad partes ſupernas, & ferè per corporis ambitum diſtributi; nam horrores cauſari ob mordaces fuligines ambitum mordentes, publicum in Galeno eſt, nec in continuis febribus ſine malignitatis timore inueniuntur, fuitque euaporatio hæc maligna ſatis, & per totum diſtributa, cor in tranſitu offendens, & vitales ſpiritus diſſipans, languorem publicum cauſat, eſtque deliquij animi, aut ſyncopis comminatio, & præludium. Diminuitur calor vitalis omnium actionum neceſſarium principium, & ſic omnes languent; & quia omnes debiles impatientes ſunt omnium, omnia faſtidiunt, & moleſtè ferunt: legitur etiam in aliis tranſlationibus, quod erat mœſta, cuius triſtitia, indicat fuiſſe miſcellam ſanguinis melancholici, & biliosi, vt docui.

Color ille phœniceus, ſeu ruber ſaturatus faciei, eſt ſymptoma communiſſimum feminis, & anxias ſatis faſtidioſaſque reddit cum ſumma moleſtia, nulluſque Scriptorum inter morbos mulie bres repoſuit, vt decebat. Obſeruaui frequenter afficere quibus iam proximus eſt menſtruorum defectus naturaliter, priùs tamen ſolidantur exiles venæ, & oſcula vaſorum, per quæ ſanguis ad vterum deriuandus eſt, quàm iecur producat ſanguinem tam moderatum, vt nihil ſuperſit ad menſtrua mouenda; & illud quod in vtero colligitur, retrocedit violenter expulſum ad ſuperiorem regionem, quia vterus, & oſcula vaſorum illius ſolidata denſataque ſunt ſiccitate ætatiua ſenectæ, & non capientia, quod ſupereſt, retrocedit, & per corpus tumultuans, lædere ſolet. Id verò contingit, quando iecur ſiccatur minùs, & infrigidatur, quàm venæ ad vterum diſtributæ, vt menſtrua fluant: nec hoc ſymptoma quibuſque ſic affectis ſuccedit, ſed illis ſolùm quæ ſanguinem ſubtiliorem generant, vt facilè aſcendat, eſtque frequentiſſimum accidens Monialibus diſcalceatis, ob condicturam alimentorum quadrageſimalium pipere rubro, alliis, cuminis, & oleo, ſerum etiam nitroſum cœparum, betarum, braſſicarum, & ſalſamenti, ouorumque frixorum, plurimum facit ad ſuperiorum aſcenſum, nullumque auxilium tam efficax inuenitur, vt fontanellæ in cruribus, balnea aquæ dulcis, & fuga dictorum alimentorum, vſus amili & quæ leuiter aſtringunt, & contemperant, & ne à prandio contemplentur ſollicitè, aut legant.

Huius naturæ fuit virgo hiſtoriæ ex diminutis mẽſibus rubore igneo in facie moleſtata, & fuit magnus, & moleſtùs non dubiè, & ob hæc Hippocrates memoriæ illud commendauit, optiméque aſſimilatur, & propriè rubro colori florum mali punici, aut papaueris rubri, totamque faciem vrnat, & maculat, & non ſolùm

A maxillas, vt fit in pulmonia; breuis eſt eius moleſtias plus in aſcenſu offendens, quàm in facie firmatus, & ſudore leui quieſcit: verùm crebro repetere ſolet, eſt tamen occaſio horrorum, anxietatum, & dolorum capitis, febreſque anxioſas excitat, ob eius mobilitatem omnia viſcera perturbantem, de quibus Hippocrates 2. *epid. ſect.* 3. ſcripſit, *quibus in febribus anxioſis, horridis, rubeſcunt facies, laborioſè degunt, oculi dolent, caput grauatur, paraplexia adſunt, & menſes ſi apparuerint, potiſſimum quibus primùm, ſed & virginibus, & mulieribus, quibus non ſubinde, ſed longum poſt tempus, quin, & quibus non in quo conſueuerunt tempore, aut non vt oportet apparent, deinde pallida fiunt*; hic ſeroſus ſuccos putreſcens, & in tunicis ventriculi imbibitus febres illas aſſodes Græcè dictas excitat, de quibus Hippocrates 4. *de*

B *victu. acut. text.* 41. ſcripſit, breuius tamen quàm pro tanta malignitate decebat, & nos tractatu de pernicioſis febribus latiùs egimus.

Vſque ad quatuordecimum relata ſymptomata perſeuerarunt, & ſola ſurditas octauo die addita fuit; erat verò vrina tenuis, ſed boni coloris, quæ morbum crùdum eſſe ſignificat, vt 2. *prognoſt. tex.* 13. docuit Hippocrates iis verbis; *Dum vrina tenuis fuerit, & ruffa crudam eſſe ægrotationem ſignificat*: tantique fecit Galenus colorem illum in expoſitione hiſtoriæ, vt maximum ſignum appellet; verba ſunt; *Et quantum portendebant prima ſymptomata, mortem certè huic timeres, ſed bonus vrinarum color in hos qui humorum copiâ laborant, maximum eſt ſignum; quæ quia craſſa non erant, morbum longinquiorem*

C *fore denunciabant*. Quæ Galeni explicatio tam difficilis mihi apparet, vt contraria illatio probabilior, & verior appareret, ſi inferret; Vrinæ color bonus erat, qui ſi humorum copia non detur, maximum ſalutis eſt ſignum, quia quantum ad colorem iam coquitur, aut cocta eſt vrina, & ſi multitudo excrementorum non detur, coctio celeriùs eueniet, eſtque Galeni doctrina Hippocrati aduerſa loco citato *text.* 31. dicenti, *vbi morbus diuturnus fuerit, vrina verò talis excernitur, periculum eſt, ne æger durare poſſit quoad morbus concoctus fuerit*; & ſi in verba Magiſtrorum iurare non licet, vterque Author vt verba ſonant improbabilia refert, & docet; nam ſi tenuis vrina longo indiget tempore, vt concoqui poſſit, & illud morbus longus concedit,

D periculoſior erit talis vrina in acutis, quia hi breuioris conſtitutionis ſunt, & inde non coquetur, ſed periclitabitur æger. Nec facilè admitto, quod in ardentibus febribus talis vrina detur, in Galeni doctrina ſi color pallidus à bili cingente creandus eſt. Ratio eſt, quia febris ardens bifariam colorem pallidum in intenſiorem vertit, & quia plus bilis neceſſariò creatur, & illa erit præternaturalior propter calorem vrentem, & ſurſum quia ab illo magna copia ſeri abſumitur, quod facit multum vt color vrinæ intenſior appareat. Quibus ſi addas victus tenuitatem, vt in acutis eſſe debet, conducet nimis ad vrinæ incendium, agente calore in ſanguinem & eum in bilem mutante; vt ſi verè diſcurrendum erat,

E ſi in ardentibus febribus vrina tenuis, & boni coloris datur, timere erat proprius raptum bilis in alias partes, quod iam periculoſum eſt, vt in morbis longis inueniri repugnet; cito enim occidunt tales recurſus in acutis, in quibus tanta copia ſeri naturalis non datur, vt obſtet craſſitiei vrinæ; alioqui cum tanto ſero neceſſe erat dari magnam cruditatem per defectum coctionis, & abundantiam crudorum, & hoc repugnat dari cum febribus æſtuoſis, quia ſanguinis incendium prohibet copia crudorum, & ſeri, vt probabiliſſimè proferre poſſis in acutis, & æſtuantibus febribus, vrinæ tenues, & ruſæ phrenitidem innuunt, iuxta aphoriſmum 72. quartæ particulæ. *Quibus vrina alba, & perſpicua, mala; præſertim ſi in delirantibus appareant*: nam perſpecuitas tenuitatem ſequitur, & in febribus æſtuoſis, color rufus raptum bilis ad alias partes ſignificat.

Mihi videtur ſequendam eſſe tranſlationem Cardani, quæ habet; *Quandiu verò fulua fuerit vrina & tenuis, morbum incoctum eſſe ſignificat, ſi verò, & diuturna fuerit, talis exiſtens, periculum eſt ne homo ſufficere poſſit donec vrina incocta fuerit.* Quæ ſententia vera eſt & eſt intelligenda in acutis, de quibus in opere prognoſtico Hippocrates loquitur, ſtabilitur verò in proportione temporis requiſiti ad coctionem perfectam, poſtquam manifeſtè coqui apparuit morbi materia, ad primum morbi tempus; putant enim Medici cum Galeno, idem tempus requiri à coctione manifeſta ad perfectam quantum natura conſumpſit à principio, vſque ad manifeſtam coctionem apparentem, & ſi vrina tenuis, & fulua diuturna fuit à morbi acuti principio vſque ad coctionem manifeſtam, cùm tantum tempus requiratur vſque ad perfectam coctionem, periculum erit, ne homo ſufficere poſſit vſque ad finem vigoris, quia morbi acuti ſunt breuioris conſtitutionis, & poteſt conſtitutio morbi, in quo talis vrina datur, terminari priùs ad mortem quàm vrina illa coquatur ſi diuturna, tenuis, & fulua perſeuerauit vſque ad coctionem manifeſtam. Hæc explicatio eſt vera illius ſententiæ, & fit comparatio in ordine ad virtutem infirmi, & materiæ reſiſtentis, velut ſi diceres, hæc virtus à primo morbi inſultu tantum tempus conſumpſit vſque ad coctionem manifeſtam, & æquale debet ſuſtinere vſque ad declinationem vniuerſalem, & primum tempus fuit diuturnum: erit ergo & ſecundum, ante quod poterit morbus acutus occidere, quia breuioris conſtitutionis eſſe poterit. Quam proportionem in præſenti hiſtoria inuenit Vallesius, cenſuit enim in decimaquarta fuiſſe factum iudicium aliquod, à quo remiſit febris, & delirium illius diei ortum fuiſſe ex commotione critica occultà, non ob malitiam morbi, & quia in die illa fuit coctio manifeſta, durauit morbus vſque ad vigeſimumſeptimum, in quo criſis per ſudorem finiuit febrem.

Notat verò Hippocrates quod venter inferior commodè habebat, erat per conſequens deiectio mollis, & conſtans, & hoc confert multum ad ſalutem, quia arguit coctionem ventriculi læſam multùm non eſſe, aut inſenſibiliter, item, & meſerei. Eſt verò magni momenti alimentum non corrumpi in prima regione ad vitium reſtaurationem, & ne febris foueatur ciborum corruptela, & ob id fortaſſis fuit tam naturalis color vrinæ, etſi non ita craſſe vt debebat, in quo fuit ſenſibilis læſio. Idem de iecore cenſeo, ob bonitatem coloris; quæ duo viſcera non ſenſibiliter læſa, tantum valent ad ſalutem, vt rariſſimi ſint morbi febriles cum eorum bonitate mortales, quia idoneam materiam ſpiritibus creandis ſuppeditant, & ſic durat viuens quouſque morbi cauſa coquatur, aut reſoluatur, nemo enim periclitatur ſi ſanguis, & ſpiritus ex cibo regenerentur.

De ſurditate ſæpè diximus eſſe ſignum ambiguum, ſed ſæpius periculoſum. & virgo illa fuit ſine dubio robuſtiſſimi cerebri, quia huius ſurdaſtræ, & deliræ cerebrum inflammari non potuit: rigores verò inordinati, vteri malè affecti ſunt propriiſſima ſymptomata, ignorat enim reiicere à ſe quod prauum, malignum, & virulentum non ſit, & dum ſurſum aſcendit, offendit in via partes ſentientes vaporibus terris extrauaſatis, & vellicatæ horrent; fluxus verò ſanguinis decimiſeptimi contulit multum in febre ardente, ſurditate, & imminente phrenitide, quæ firmari erat neceſſe, ſi fluxus ille non ſuperueniret tam abundans. & ex vtraque nare, deſideratur que vbi menſtrua defecerunt, aut fuerunt diminuta, vt in aphoriſmo dicitur, ſuntque innumeræ ſententiæ in coacis, & opere prorrhetico ex dolore capitis fluxum ex naribus pollicentes, & vtiliſſimum prædicantes. Eſt verò ſatis mirabile, quod virgo illa à primo die vigilans, & ferè per totum morbum conuulſa, aut reſoluta non periiſſet, nam continuum peruigilium inter maligna ſigna reponitur, ſed mirabi-

A lius eſt, quod Hippocrates doloris capitis mentionem non faciat, quod vt neceſſarium ſymptoma tacuit non dubiè, quia poſuit maiora quæ dolor capitis antecedere ſolet: quod ſi fuit, habet locum ſententia Hippocratis in coacis, dicens; *Capitis dolor pertinax cum acuta febre, & alio ſigno maligno, lethale eſt.* Sed ſine ſigno maligno tranſgrediens diem vigeſimum aut ſanguinis fluxum, aut puris de naribus, aut abſceſſus ad inferna; fluxum iunioribus trigeſimi & quinti annorum, ſenioribus abſceſſus. Virgo hæc duo habuit, quibus fuit adiuta, & liberata, fluxum nempe ſanguinis, & dolorem ingentem in pedibus, vt iam audies.

B A die vigeſimo vſque ad finem.

Vigeſimo pedes dolebant, ſurditas & delirium eam deſeruerunt, aliquantulum è naribus fluxit, ſudauit, febre fuit liberata. Quarto & vigeſimo repetiit, ſurditas rediit, pedes aſſiduè dolebant; mente excidit, vigeſimo ſeptimo multum ſudauit, febre caruit, ſurditas eam reliquit, reſtabat pedum dolor, cætero fuit exactè iudicata.

Mirabilis naturæ prouidentia, copulans in eadem ætate, quæ diuerſis conuenire docuit Hippocrates, fluxum ex naribus familiarem eſſe dixit ante trigeſimum, & quintum annum, quod etiam in prognoſticis docuit, abſceſſum verò familiariorem eſſe dixit Hippocrates ſenioribus, hi enim craſſis abundant, & minus conſtat expultrix, eſtque corpus vt ſiccius, minus perſpirabile, C & inde abſceſſus creantur, iuuenes verò ante trigeſimum quintum, calidiores ſunt, ſanguinis tenuioris, & acrioris, & perinde aptiſſimus eſt, vt per ora venarum aperta pellatur, & ſanguinis calorem, feruorem, & acrimoniam, venarum ora recludere, nemo dubitat; irritatio eſt maior, expultrix robuſtior, ſicque niſi craſſiſſimus ſit ſanguis, extra corpus reiicitur. Fuit huius virginis ſanguis bilioſus, & melancholicus, & ille ſurſum aſcendens ſecundum tenuiorem portionem fuit expulſus per nares, craſſior verò ad pedes fuit motus, quia vt ponderoſior iuuabat motu deorſum, & reſiſtebat aſcenſui, ſicque dolor pedes vexauit, arguens expultricis robur, longius lædentia eliminans, quod Hippocrates maximè laudat; & ſurditas, & delirium D intermiſerunt die vigeſimo, in quo nares parum ſtillarunt, quia moderatior copia erat ob multum quod antea fluxerat, ad quod non parum conduxit ſudor illius diei materiam morbi minuens, & quæ vt tenuior, vt per nares pelleretur erat aptiſſima, & iudicata fuit, & libera à febre.

Vigeſimaquarta rediit febris, ſurditas etiam, & dolor pedum permanebat cum mentis alienatione, quæ non ita ex malignitate, vt ex inquietatione naturæ oriebantur, intendentis expulſionem in vigeſima ſeptima ſudore abundante, quo tantum malum eradicauit, & ſolùm dolor pedum permanſit, quia à craſſiori materia creatus, & in partibus frigidioribus non potuit tam breui reſolui. Illud verò notabis, quod mutationis vrinæ E mentio facta non ſit, vt teneas, quod tenuis, & boni coloris, plus ſecuritatis, quàm periculi induat, & quod rarò criſes cum illa bonæ non ſint, & vt ex hiſtoria conſtat, ex qua etiam ediſces, in paribus, & in imparibus diebus iudicia, & optima celebrata fuiſſe, quia vt Galenus docuit, quilibet dies poteſt eſſe criticus, & hoc nunquam eſt verius, quàm in morbis à multa materia creatis, quia in quolibet die datur copia ſufficiens, quæ irritet, & in excrementorum copia cuicumque diei erraticæ impreſſiones ex vagantibus excrementis copulantur, à quibus præter ordinem moleſtata natura, in qualibet acceſſione criſes, & iudicia tentare cogitur, quia vt doctè notauit Galenus, *irritamenta extrinſeca criſes anteuerterunt*, hoc eſt, irritamenta præter ordinē paroxyſmorum venientia, ex excrementis corruptis, non in ſoco ci

A materia aceeſſionum vnitis, ſed ſeorſim in quolibet
tempore acceſſionum:ſed præcipuè in augmento,& vi-
gore,in quibus calor putredinalis omnium excremeo-
torum corruptor plus viget.

Curatio morbi virginis Abderitæ.

SI menſes fluxerunt ſimol cum morbo,an priùs mor-
bus,& poſtea menſes apparuerint, non retulit Hip-
pocrates,& ſi fluebant an ſufficienter, vel non; ex qni-
bus conſiderationibus iudicationes ſalubres ſumendæ
ſunt,& maius dubium eſt ſi prius quàm menſes,morbus
inuaſit,vt nunquam viſi fuiſſent; ex qua parte ſecanda
eſſet vena,nam quod ſecanda eſſet, nemo dubitauit, &
conſtans aſſertio eſſe debet: quod ſi nondum menſtrua
B fluxerunt,erat verò ætas menſtruis matura,ſecanda erat
io talo,ex Aëtij decreto, ſic enim inclinationi naturæ
auxiliamur, quæ iam ætatis ratione propenſa eſſe de-
bet euacuationi per vterum, & ſimul reuellimus à ce-
rebro,quod ſemper morbus ſuperare,& expurgare ten-
tauit, & vt docui,ſi tam robuſtum non eſſet,periclita-
retur phrenitica. Verùm ſi morbus incepit ſimul cum
menſtruis,& procedebant copioſè, non erat præter ra-
tionem ceſſare ab auxilio illu,ſi conſtabat qoolibet die
euacuari à natura rantum quantum per artem euacua-
retur,quia minus debilitat euacuatio illa, & paulatim
fluens per totum diem reuellit efficaciùs à partibus
principibus,cum hoc tamen ſecurius cenſeo ſimul cum
menſtruis venam in talo ſecare, ob rationem dictam,
quia cùm menſtrua euacuatio paulatim fiat,& non de-
C biliter,ſuſtinebit optimè venæ ſectionem,& ſic breuiùs
occurrimus morbo tam periculoſo,& acuto,cui in prin-
cipio obſtandum eſt omni ingenio,ne creſcat,& augea-
tur malignè;& ſuadet hanc veritatem proprietas mor-
borum acotorum, non ſolùm quia ſunt breuioris con-
ſtitutionis,& vt indigent minùs alimenti,ſuſtinent plus
euacnare, ſed etiam quia incendium febrile tam graue
ſe in prima inuaſione oſtentans,vt in præſenti virgine,
impedire ſolet ſtatim euacuationem menſalem calore
viſcerum attrahente ad ſe quicquid à natura mouetur:
& vt Hippocrates expurgare in talibus ſtrictè formi-
dat, quia quod à medicamento agitatur trahunt ad ſe
carnes incenſæ, & ventres æſtuantes, ſic trahitur ſan-
D guis, & abſorbetur à carnibus calidis, & æſtuantibus
viſceribus,& in prima inuaſione menſium difficillima
eſt eurum commoda expulſio,vt libello de morbis vir-
ginum docuit Hippocrates; cùm oſculum exitus aper-
tum non fuerit, ſanguis non habens liberum exitum,
reſiliit ad cor præ multitudine, & ad ſeptum tranſuer-
ſum,& cùm hæc repleta fuerint,cor fatuum fit,deinde
ex fatuitate torpedo,poſtea ex torpedine delirium.Quæ
pericula præcauentur ſecta ſtatim vena, vt euacuetur,
quod reſilire poteſt cum tanto periculo,& in hac infe-
riori euacuatione perſeuerandum,donec ſatisfactum ſit
pleniſſimè euacuationi menſali, conſiderata natura
ægrotantis,& plenitudine.Dixi verò hoc eſſe faciendum
ex Aëtij decreto, quando iam medemur morbis acutis,
& nondum menſtrua apparuerunt,non enim latet con-
E trarium docuiſſe Aëtium quando ſolæ ſuppreſſioni ſuc-
currit,quem etiam Mercatus ſequitur,in quos tractatu
noſtro de morbis mulierum ſequuti Galenum latiſſimè
egimus.

Deinde ad venas brachiorum recurrendum eſt, & in
caſu hiſtoriæ ſemper ſecabitur vena communis, vt ce-
rebrum etiam deoneretur cum toto,non enim licèt par-
tem tam principem permittere vt repleatur,quia ſem-
per repletur cum ſummo periculo phrenitidis, aut
conuolſionis, vel alterius affectionis exitialis; & hæc
praxis obſeruanda ſemper,ſi cerebrum onerari Medicus
percipiat,& ſi non, ſecabitur vena interna,quia vt do-
cuit Galenus 4. *de victu acutorum*,plurimum, & veloci-
ter à partibus principalibus euacuat,præſertim ſi partis

A naturalis,aut vitalis inflammatorius affectus moleſtet;
in quo caſu,niſi cerebrum patiatur nimis, vt ei timea-
mus,ſemper internæ venæ ſecandæ ſunt.

Iis diebus attemperatio ſanguinis ſollicitanda erat;
nam à prima inuaſione erat ſiticuloſa,& inſomnis cum
ardente febre. Sitis verò,& peruigilium, ſemper deli-
rium machinantur,eratque neceſſarium capiti prouide-
re communi oxyrrhodino, & attemperatione,ne phre-
nitis firmaretur,quod in fœminis nunquam impero ex
aqua roſacea, præſertim ſi menſtrua fluant, aut ſint
enixæ,ne odor roſatum vterum perturbet,& ſurſum a ſ-
cendente, omnia excrementa cerebrum, aut cor cum
certa pernicie offendant,quod infortunium ſouet ſtre-
nuè hiſterica acceſſio, aſcenſus excrementorum occa-
ſio. Parandum ergo ex aqua plantaginis loco roſaceæ,
B aut ex centinodia cum guttulis aceti; nam quando vi-
giliam moderari cupimus, acetum fugiendum eſt, vt
ſomno inimiciſſimum, inde miſcendum eſt quando in
acceſſionibus dormire non decet, auferendum verò
quando dormire conuenit, & tunc vngendum eſt ſin-
cipur oleo violaceo, & ſuperponendum oxyrrhodinum
quod eſt vtile,vt docet Mercatus, ſomnum enim con-
ciliare ſuauiſſimè ſolet. Eſtque in hoc caſu pulchra
controuerſia, ſi quando phrenitidem timemus ob ſu-
perfluam vigiliam, liceat vti amygdalatis ad conci-
liandum ſomnum; nam ſi dormire faciunt,quia ad ce-
rebrum mulcebres vapores mittuntur, videtur vſus
eorum periculoſus, ſouent enim aſcenſum excremen-
torum ad cerebrum, & nos ſæpè experti ſumus exper-
C geſieri delirantes quando illo auxilio dormierunt, ob
quod ſemper vſum eorum formido,quando ab eis dor-
miendum eſt, & extrinſecis occurro,& quando ad dor-
miendum ſe recolligunt,iubeo, vt linteo madido aqua
frigidiſſima lactucæ, & plantaginis,aër leniter mouea-
tur,nullum enim auxilium certius,ſecurius, & ſuauius
ad dormiendum inuenies, vt quando vrgent vigiliæ
ob acres fuligines, & vſtas, imperare potionem frigi-
dam ſatis,vt poteſt permitti cum moderata aſtrictione
impediente acrium excrementorom aſcenſum, & mox
caput vt dictum eſt,præmunire,& aërem leniter moue-
re, quod inuentum ſemper conſulo poſt potum attem-
perantem in fine vigoris ardentium,& malignarum fe-
brium, & aliquando obſeruaui ſolam confectionem
D hyacinthorum in aqua idonea ſolutam ſomnum con-
ciliaſſe, quod referebam partim ob moderatam aſtri-
ctionem,vt docui,partim quia ſpiritus erat,& quia ſæ-
pè moſchus, & ambra ſomnum conciliant cerebrum ro-
borando, & tetros vapores reſoluendo, malignitatem-
que reprimendo, quod fuit inoentum doctiſſimi Cra-
tonis, vigiliis ſenum aromaticis calidis occurrentis.
Conſtat verò ex dictis talia odorantia fœminis danda
non eſſe, ne hiſtericæ pereant, quamvis illa Augenius
non renuat,dum iam acceſſio moleſtat,& experimeoto
prodeſſe ſuadeat, cuius dubij ſolutionem nullus ante
nos ſoluere potuit,quia nullus rationem idoneam red-
didit,cur vterus graueolentia fugiat,proſequatur verò
benè odorantia,vt tractatu de morbis mulierum docui-
mus,eiuſdem Augenij, & Magiſtri mei doctrinam ac-
E cuſantes.

In die ſexto reiteranda erat ſectio venæ ex talo, ru-
bor enim tam intenſus faciei raptum ad ſupera indica-
bat,eratque reuellendus humor ad diſtantiſſima, præ-
cipuè ſi,(vt erat probabiliſſimum,)in vteri regione par-
tialis plenitudo timebatur, aut reſtagnans ſanguis in
illo retrocedebat,vt docuit Hippocrates,ob quem me-
tum cucurbitulæ fœmoribus affixæ vtiliſſimæ erunt,
vt detineant retrogadum ſanguinem, & quæ aſcen-
dere in cerebrum conantur,quem impetum hyrudines
mariſcis firmatæ, & vbi ſanguis melancholicus datur,
optimè remorantur, & pedilaba ſanguinem attempe-
rantia,& conciliantia ſomnum,& ad cruta attrahentia
moderato calore, & laxatione vaſorum, & fricatione
aſſidua,

aſſidua, & ſi opus erat veſicantibus, & cucurbitis ſcarificatis in partibus inferioribus, ſemper quòd aſcenſus à toto mittente ſeruatur, & fouetur; foueri verò indicabant ſurditas perſeuerans, & horrores, & peruigiliũ, cum tanto faſtidio, & inquietudine ortis ex ipſa excrementorum malignorum commotione ſemper ſtimulante de nouo, & viſcera tetris halitibus replente, à quibus velut exanimata languebat, & ſpiritus diſſipabantur. Indicant verò omnia, eſſe imperanda auxilia mordacitatem inhibentia, & mouentia ad corporis ambitum, & malignitatem reprimentia, quod præſtant aquæ bugloſſæ, ceraſorum dulcium, violarum, cardui benedicti, & lupulorum, & maluarum, & portulacæ, quæ in atrabiliariis vitiis magni momenti eſt, quibus addes ſyrupos granatorum, oxalydis, & violaceum, & ſi opus fuerit de papauere, qui ſomnum concilliat, non quidem, vt amygdalatum, ſed vi narcotica, qua ſpiritus, & halitus acres quieſcere cogit. Eſt etiam celebris ſyrupus du nenuphare, ex quibus nprimè dilutis cum aquis relatis, & lacte margaritarum, aut earum puluere, ſalubris porio parabitur, aut cum puluere ſmaragdorum, & ſi opus fuerit chyſtalli præparatæ ſubtiliſſimè, aut electarij de gemmis ſine ſpeciebus, ſed ſyrupus roſarum rubrarum eſt etiam mirabilis cum ſyrupo portulacæ ad continendos mordaces humores in quiete, ne ſurſum impetuoſè aſcendant.

His erat auxiliandum huic virgini ſi obſtructa non erat, non ſi erat, minùs ſecura ſunt auxilia relata, quia obſtruunt, niſi vrgens erat cohibitio aſcenſus ad ſupera, & vitio febris in die decimoquinto, ſecanda erat cephalica, iam enim delirium perſeuerans cum minori febre in decimaquarta, ſignificabat clarè impactum eſſe ſanguinem, & implentem cerebri vaſa, & ſi natura ſanguinem per nares non reiiceret, periclitaretur phrenitica. Non decet verò fortuitum auxilium naturæ ſperare, cum tam certo periculo, & in hoc caſu operatur Medicus, quod à natura ſub dubio ſperat, & prodeſt, vt illa. Solùm de oxyrrhodini applicatione dubitandum erat, ſi Medicus tam doctus, & expertus erat, vt ſignis agnoſceret criſim per fluxum narium decimaſeptima venturam, in qua fælicitate oxyrrhodinum applicandum non erat, vt alibi docui ex mente ſummi Dictatoris *2. epid ſect. 5. text. 9.* vbi in fractura oſſis capitis, ex qua delirium ſuperuenit, dicit; *Si verò deliret, caput irrigare, niſi hypochōdria eleuata ſint*: quia eleuatio illa eſt ſignum fluxus ſanguinei per nares venturi; non fuit verò fluxus ille ſufficiens ad deponendam cerebri plenitudinem, quia & ſurdaſtra, & faſtidioſa, & delira erat, donec vigeſima excitato in pedibus abceſſu, & reiterato fluxu narium, etſi minori; & ſudore addito, ſurditas, & dilirium, & febris euanuerunt. Ex quibus euacuationibus vigeſimo euenientibus, deduces, aut in primis circuitibus non fuiſſe ſatis euacuatam, aut plus quàm deceret comediſſe, aut cum magna plenitudine ex menſtruis detentis febricitare incepiſſe, quia tardiùs fluere inceperunt, vt eſt frequentiſſimum, & totum corpus obſtruitur, occaſio magna ad morbi diuturnitatem. Inde Cardanus *in arte parua*, quod in noſtris temporibus pauciores criſes videantur, reducit ad plurimam ſanguinis euacuationem ſecta venā. Mirum certè eſt, quod natura diebus viginti fatigata, & morbo tam graui, tam robuſta maneret, vt poſt euacuationem abundantem die decimoſeptimo, tres criſes tentaret per abſceſſum, & in partibus tam diſtantibus, fluxum ſanguinis, & ſudorem.

Sed nec hæc fuerunt ſatis, vt febris cum ſurditate, & delirio non redierit vigeſimoquarto, perſeuerante, dolore pedum, & ſui muneris non oblita natura ſudore copioſo malum extirpauit vigeſimoſeptimo. Quibus docemur, quod ſi pulſus conſtabat poſt euacuationes decimiſeptimi, euacuanda erat, aut ſecta

A cephalica, aut reiteratis hyrudinibus, ſi conſtabat vterum, aut genus venoſum ad cerebrum mittere, aut ſcarificatis cucurbitis, in ſuris, aut natibus; in die verò vigeſimo quieſcendum erat, quia decretorius, & ex præcedentibus conſtabat inclinatio valida naturæ ad commotionem ſuccorum, & celebrandas criſes in diebus iudicatoriis, vt fecit excitato abſceſſu in pedibus ſudore, & narium fluxu. Dolor ille ſi grauis non erat, permittendus erat, & nullo modo repellenda erat cauſa illius, ſed ſi moleſtabat, demulcendus erat, & reſoluenda materia, ſi tumor non apparebat, in quo caſu balneum ex decocto meliloti, florum chamemali, radicum maluarum, foliorum artemiſiæ, & violarum vtile erit, nam dolorem demulcendo reſoluit attra-

B ctum, aut expulſum humorem, & laxando vaſa, paratiſſima reddit vt recipiant promptè expellenda à natura, & calore attrahente, iuuat expulſionem partium mittentium ad pedes, cauendo ſemper, ne à balneo infrigidentur; ſi verò tumor appareat, operandum vt fiat moderatus, ita vt idoneus ſit ad iudicium, & leuanda ſymptomata; ſi verò magnos tumor ſpontè excitetur, timendum eſt ne ſphaceleutur, non ſolùm quia magnus eſt tumor, ſed quia ex materia maligna, & non emendata, vt iam vidimus in alia nobili, & pulcherrima virgine, quæ maligna febre, & paraphrenitude oppreſſa, auxiliis idoneis liberato cerebro, & impedito aſcenſu, cœpit natura ad pedes, & crura, materiam malignam reiicere & ſphacelo mortua, animam

C egit.

Eſt verò dignum conſideratione quid agendum, ſi tumor magnus excitetur à natura, & timor ſit gangrenæ, eò quod materia maligna ſit, & non emendata, duret verò nihilominus febris, quia abſceſſus ſymptomaticus non iudicauit illam, præſertim ſi antea ſimili criſi & abſceſſu crurum periclitati fuerunt aliqui, nam tempore illo in quo virgo à me relata ſphacelo crurum periuit, alij duo ægroti ſimili abſceſſu oppreſſi in vnico ſolo crure, vt ſcinderetur conſultum fuit, & alter liber euaſit, alius verò defunctus fuit. Conſilium noſtrum eſt, quod ſi febris maligna ſit, & abſceſſus ſine correctione, & coctione materiæ breui augmentum ſuſcipiat, ſit ſtatim æger expurgandus, vt incrementum

D mortale abſceſſus impediatur; eſt enim natura expellens, & ad infera, & ſic leui medicamento materia ad crura fluxura deducetur ad aluum, quod ſi non ſufficiat, ex oppoſito crure ſecabitur vena, ſic enim motus naturæ non impeditur ad inferiora, & fluet multò minùs in latus oppoſitum: & ſi adhuc tumor augeatur, magnum periculum eſt, ſi permittatur maius incrementum, oportetque partem defendere ne recipiat ampliùs interpoſito roborante, altiore parte tumorante; ſic enim probabile eſt, quod mittet natura in aliud crus inferius, quia vtrumque in trunco venæ magnæ communicat, quo facto pars tumorans excitantibus, & euaporantibus extra à grangrena præcauebitur, admixto ſimul aliquo pharmaco contra malignitatem; nam ſi

E in abſceſſibus in crura, in pulmoniis periculoſis, in quibus malignitas non datur, timet Hippocrates 2. *prognoſt.* claudicationem, & multum negotium eſſe dicit, ſi ante coctionem abſceſſus excitetur, quid timendum non eſt quando maligna febris præceſſit, & ſine emendatione materiæ abſceſſus creatur, & pars affecta multis hyrudinibus inanietur, ſic enim tumor minuitur, & ventilatur pars multò meliùs, ſicque corruptio impeditur.

Illud verò conſiderandum, nimirum attendendum eſſe ſollicitè ad motiones, quibus natura in diebus iudicatoriis ſe inclinat, & morbum non iudicat; nam ſi ab illis meliùs ſe habeat, frequentiſſimum eſt in aliis diebus decretoriis reiterare ſimilem euacuationem, & morbum finire, ſicque inclinatio illa ſemper iuuanda eſt à Medico, huic euenit ſudore vigeſimi minorando

morbum, & vigeſimo ſeptimo ſudore maiori eradicando omninò, & ſi ſudor ille pernicioſus ſit, & morbus deterior factus, contraria ratione operandum eſt, obſtare nempe oporret omni modo ne natura illam euacuationem reiteret. Eſt verò frequentiſſimum ex corde nimis æſtuante diaphoreticos fieri, quæ cauſa ignorari non poteſt, & ſic cor refrigerandum eſt omni ingenio, exteriùs quidem cordialibus frigidis actu, & potentia; interiùs ſuſpectæ ſunt potiones frigidæ, niſi aſtrictoriæ etiam ſint, nam omne liquidum calefactum ad ſudorem ſemper prouocat, & aſtrictio non caret ſcrupulo ob putredinem, ſed in caſu tam vrgente inexcuſabilis eſt, corpuſque diſpones, vt in febre ſyncopali minuta docent omnes, celebreſque ſunt ſyrupi de acido citri, granatorum, agreſtæ, limonis, oxalydis, & portulacæ, ſi acrimonia ſuccorum magna ſit cum pulueribus chryſtalli, & electarij de gemmis, cum aqua deaurata, aut pro pauperibus chalybeata.

HISTORIA ANAXIONIS

Abdera Anaxion, qui ad Thracias portas habitabat, in acutam febrem incidit, dextri lateris aſſiduus dolor eum cruciabat, tuſsim aridam habebat, nec primis diebus expuit, ſitibundus erat, & inſomnis, vrina boni coloris, multa, & tenues; ſexto delirabat, fotibus nihil remittebatur, ſeptimo laborabat magis, febris intendebatur, nec ſunt imminuti dolores, ſimulque febres infeſtabant, difficulter etiam ſpirabat: octauo ſecui venam, multùm vt debebat effluebat, leniores ibi euaſerunt dolores, ſed tuſſes arida permanebant: vndecimo febres fuerunt minores, aliquantum circa caput ſudauit, durabant etiam tuſſes, & qua à pulmone exibant, liquidiora erunt: decima ſeptima incepit pauca concocta ſpuere, leuatus eſt, ſitibundus erat, & eorum, quæ à pulmone non vtiles purgationes: vigeſimo ſudauit, à febre liberatus eſt, poſt indicationem autem ſubleuatus: vigeſimo ſeptimo febris rediit, extuſsiit: excreuit cocta, multa, vrinis ſubſidentia multa, alba, deſiit ſitire, dormiuit: trigeſimo quarto ſudauit per totum, liberatus eſt à febre, indicatus eſt omninò.

ANAXIONEM pleuriticum fuiſſe fatentur omnes Expoſitores, & quatuor ſigna illius hiſtoria narrat, febrem acutam, dolorem aſſiduum lateris dextri, tuſſim ſiccam, & difficilem reſpirationem: deficit pulſus durus, & ſerrinus, vt tota ſyndromes compleatur, cuius Hippocrates meotionem non fecit, vt tacuit ſemper in ægrorum hiſtoriis pulſuum differentias, quarum ſilentium culpabile ſemper fuit in tanto Authore, niſi ſumma ſollicitudo narrandi reſpirationis difficilis differeurias, venia ſit tantæ oſcitantiæ, cùm reſpiratio, & pulſus mutentur eodem modo in communibus paſſionibus cordis, quod viſcus eiſdem etiam differentiis, pulſus, & reſpiratio tueri indefeſsè procurant. Galenus præter quinque ſigna exquiſitam pleuritidem oſteodentia, ſextum addidit *lib. de conſtitutione artis medicæ*, decumbere ſcilicet moleſtiùs, aut placidiùs ſuper latus affectum, aut ſanum, rationem *cap. proprio*

A latiſſimè tradidi, ſi teneas, quod tuſſire eſt proprium, & inſeparabile ſignum pleuritidis exquiſitæ: tuſſire verò ſiccè, aut humidè, accidentale omninò, & huius differentiæ cauſa ibi inuenietur. Febrem Anaxionis plus ſymptomaticæ, quàm putridæ habere apparebat, ob bonitatem coloris vrinæ; mirabile enim eſt, qood in febre acuta cuius focus tam vicinus cordi erat, colorem vrinæ non mutaret, niſi ceoſeas pituitæ mixtionem, & eius ſerum abundans intendi colotem impediſſe, vt crebrò experimur in concurſu ſimultaneo cauſarum contrariarum, cui permixtioni in lotio, reſpondet propriiſſimè vrina tenuis, multa, & boni coloris, nam intenſior colot creandus à febris incendio, impeditur ab albicante ſero pituitæ, & dilui, attenuarique multum ſerum ex pituita liquata neceſſe erat, & inde primis diebus B vrinæ fuerunt multæ, teoues, & boni coloris, ſitire, & vigilare ardeotium febrium, & acutarum propriiſſima ſunt, & vigilare, quando dolor aſſiduè cruciat, proprius quàm ſitire; quia duabus cauſis vigilat, calore nimiarum, & doloris moleſtiâ aſſiduâ, quia dolere eſt vigilare, vt teneas quod peruigilium ob dolorem non ita delitium præſagit, vt ſine illo, quia vigilare ob dolorem non pendet ex cerebro diſtemperato, ſed à cauſa manifeſta; ſine dolore verò, iam læſum illod ſignificat, vt adſit iam, quod à dolore timetur, in quem ſenſum dicitur 1. *prognoſt*. peſſimum eſſe nec noctu, nec diu dormire, nam aut dolore, aut labore vigilabit, aut delirium ſuccedet huic ſigno, vt in die ſexto Anaxioni contigit, cui conſueta medela Hippocratis in thoracis doloriC bus nihil contulit, tentare nempe fomentis calidis ante aliud magnum auxilium, dolorem auferre. Hippocrates narrat quod non minuebatur, probabilius mihi eſt quud creſcebat non dubiè, nam temeritate non caret in corpore pleno partem ob fluxionem dolentem, initio calefacere, ſi calor trahit, & partem dilatat, vt faciliùs recipiat, ſicq; merito die ſeptima dolores, toſſes, & reſpiratio difficilis, adde, & febris, plus moleſtarunt. Ex incremento omnium ſymptomatum diei ſeptimi coactus Hippocrates, & ſuam praxim accuſans, ſecuit venam die octauo, aduertitque quod fluebat multum vt debebat: diceret meliùs, fluebat multum quod multo ante fluxiſſe decebat, illud multum fuit quod 2. *acut. D text*. 10. ſuaſit inanire, nimirum vſque ad mutationem coloris, aut vſque ad deliquium, vt primo aphoriſmorum, & vtrumque non ſatis ſecurè in thoracis doloribus fortiſſimam vim thoracis requirentibus, vt impetu valido tuſſis, materia inflammationis (ſi liberandus eſt æger) pellatur, ob qoam expulſionem, & tam validam vim expoſcentem, ſorbitionis quaotitatem augere præcepit ipſe 1. *de victu acutor. text*. 23. quando os madefacit, & expectorare cocta æger incipit: Nec verum cenſeo quod ante octauum fuerit ſecta vena, vt Galenus inſinuat, & non admittit Valleſius, nam ſi priùs ſecta fuiſſet, non permitteret Hippocrates in die octauo tam copioſam fluxionem, nec ſine culpa erit, etiamſi admittamus cum Mercuriali, vocatum non E fuiſſe Hippocratem vſque ad diem quintum, & fomentis tentaſſe priùs dolorem ſuo modo ſedare; nam præterquam quod cum acuta febre, dolorem ſtabilem vſque ad ſextum permanere, ſi à flatu creabatur, non eſt probabile, arguit etiam tepidiſſimum diſcurſum, neſcire diſtinguere, ſi à flatu, aut affectu inflammatorio pleuræ dolor excitetur, cùm nihil meo iudicio facilius ſit in medica facultate; præterquam quod Hippocrates non ſtat ſuis præceptis; nam dolores, & perturbationes ſanguinis, & paſſiones apoplecticas à flatibus fieri docet ipſe, & docuit ſimul eſſe auxiliandum ſanguinis miſſione: 1. enim *epid. ſect*. 5 *text*. 11. in tranſlatione Valleſij ſic ſcriptum reliquit; *Anemien vena ſectio*. Eſt verò anemie idem quod flatus, vt ex Galeni expoſitione Valleſius ſequitur, & quid obſtabat dolor tam ſtabilis cum acuta febre, vt non ſecaretur vena, tam

neceſſa

neceſſarium remedium pro febre, & vt ſedetur dolor, ſi ob plethoram totios, aut partis dolentis, exitus flatui occludebatur, & reddito toto perſpirabiliori ſecta venæ, reſoluitur facilè, & minus diſtendit, & diſrumpit locum dolentem, ſicque euenit die octauo à ſectione venæ, & vndecimo diminuta fuit febris, & cœpit natura indicare leui ſudore capitis fore ſoluendam febrem ſudore maiori, vt contigit vigeſimo, & liber euaſit à febre, & meliùs habuit.

Vigeſimo ſeptimo rediit febris, & tuſſis, & excreuit multa concocta, & in vrina apparuit ſubſidentia multa, & alba; ceſſauit ſitis, dormiuit, & trigeſimo quarto reiterato ſudore totius corporis, febris euanuit, & fuit iudicatus in totum, recidiua inexcuſabilis erat, quia in augmento vniuerſali ſudor vigeſimi venit, in quo manifeſta coctio ſolùm in ſputo, & vrina aderat, nam à dicimo ſpetimo pauca, & concocta expuebat, quæ totam materiam non potuerunt abſumere, & ſic vigeſimo ſeptimo qui finis quartæ ſeptimanæ eſt, recidiua acceſſit, in qua probabiliſſimum eſt, febrem illam ex concoctione materiæ remanentis potius eueniſſe, quàm ex noua fluxione ad partem dolentem, hæc enim cruditatis nouum principium includit, & erat impoſſibile terminari in trigeſimo quarto & quia hic dies fuit finis ſeptimanæ à vigeſimo ſeptimo, clarè oſtendit non fuiſſe nouum principium cruditatis, ſed perſeuerantiam coctionis antiquæ materiæ ſine nouo affluxu, & ſic in ſputo, vrina, & ſitis defectu, coctio perfecta ſtatim apparuit, & ſudore trigeſimiquarti, ſine recidiua iudicatus fuit morbus.

Dubium non leue eſt quod modò dicebamus, eſſe eundem morbum ſine recidiua; nam ſi vigeſimo ſudauit, & fuit ſine febre, & vigeſimo ſeptimo rediit febris, & tuſſiit, multaque concocta excreuit, & apparuit etiam coctio perfecta in vrina, videtur impoſſibile quod fuerit pleuriticus Anaxion, & ſi fuit, non potuit ſine febre eſſe, & aliis ſymptomatibus eſſentialibus pleuritidi vſque ad vigeſimum ſeptimum, vnde deducitur quod non potuit eſſe ſine febre, aut quod pleuriticus non fuit. Mihi videtur fuiſſe duplicem febrem, vnam vocatam accidens inflammationis, hæc nunquam defecit, vſque ad perfectum iudicium trigeſimiquarti. Alia eſt putrida febris, quæ morbus propriè dicitur & comitatam appellant aliqui ex recentioribus, quia ſociam habet inflammationem, & hæc eſt quæ ſudore vigeſimi euanuit, & rediit vigeſima ſeptima, cuius focus erat locus inflammationis, ſed non identificatus cum loco inflammato; hic enim focum habet extra vaſa, in poris nempe, in quibus alimentum coquitur vt vertatur in carnem: focus verò febris putridæ erant vaſa minora immediata, & proxima loco inflammato, à quo ſudor vigeſimi diſſipauit multum: & fortaſſis quod erat tenuis, & non diſcuſſa craſſiori parte, remanſit in illa recidiuæ occaſio; & ſi hoc non placeat, diſcurres eodem modo circa cauſam inflammationis, cuius portio magna reſoluta fuit per ſudorem die vigeſimo. Erat verò quod putridum feruebat, & dolore cruciabat, craſſum verò nondum feruebat, nec quietum dolorem cauſabat, concoctum verò vnione noua caloris vitalis, & nouo feruore rediit febris; & tuſſis, & ex ſputo ex citato, & ſudore ceſſarunt omnia cum erlſi perfecta. Sed hæc ſolutio non videtur adæquata, ob coctionem perfectam vrinæ in illo ſeptenario cum ſedimento multo, & albo, vt narrat Hippocrates, quæ coctio non apparet poſſibilis in ſola materia inflammationis, quando hæc vrinam non mutat, quia extra vaſa concoquitur, & in regione thoracis, ex quibus lotium non emanat, nec poteſt, vt inde coactus dicere poſſis, æquale iudicium factum fuiſſe in materia pleuritidis, & putridæ febris, vigeſimo die, & in quolibet loco relictam fuiſſe portionem coquendam ex parte craſſiori, cuius coctio celebrata fuit in

A illa ſeptimana, & iudicatus vterque morbus, quia ex eadem materia cum ſimili aſpectu lunæ vterque incepit, non enim eſt nouum has febres, quas comitatas appellant, incipere ſimul cum inflammationibus internis, & iudicari ſimul, quia eadem natura, quæ victura eſt, eadem materia vincenda, & in aſpectu cæli propitio naturæ vt vincat, & ſi eodem tempore euenerunt vtriuſque morbi iudicia, & mutationes ſimiles ante iudicia.

Quod vt teneas, attende, quod quando pleuritis incipit ſimul cum febre putrida, non ſolùm eſt focus putredinis locus inflammatus, ſed vaſa etiam loco inflammato immediata, nam ſi ſolùm putreſceret humor inflammationem cauſans, non vitiaretur vrina, B quia ex loco inflammato nihil ad vias confluit vrinæ, non ſolùm ob defectum viarum, ſed magis quia in humore extrauaſato, & per poros partis inflammatæ diſperſo, nihil ferè ſeri datur, ſed ſyncerus iam eſt, quod euidenter ſuadet totum illud quod reſudat, & tuſſi extra pellitur, ex quo nunquam viſum eſt ſerum ſeparari ab ſputo, & ſic ſi in pleuritide vrina præternaturalis ſenſibiliter datur, non ſolùm computruit cauſa inflammationis, ſed humores etiam vaſorum maiorum, & capillarium, à quibus ſerum vitiatum, & in omni alia febre putrida emanat, vt pars mittens eodem impetu, & motu vaſa maiora, & minora, & poros partis inflammatæ repleat, ſed priùs maiora, deinde minora, & capillaria, vltimò poros, & inanitates partis tumentis: C & inde pendet, quod eiſdem diebus mutationes ſimiles fiant in materia inflammationis, & putridæ febris; ſimiles periodi ſeruentur in inflammationibus, vt ſeruantur ſine illis, ſi humor ſit idem, vt Galenus docet 1. *aphoriſm.* 12. dicendo, quod in pleuritide, & phrenitide, per impares acceſſiones repetunt frequentes, quia à bile creantur, cui proprius eſt per tertios moueri ad focum, & hinc etiam contingit pleuriticum ſiccè tuſſire, quia vt extra poros partis inflammatæ humor pellatur, maior virtus requiritur, quàm vt mittatur ad poros, & pulmonem extra pleuram effuſus, obſtruat, vt tuſſis excitetur, & ſic experimur, quod ſimul coquitur materia inflammationis, & putridæ febris ob rationes adductas.

D In hac hiſtoria notabis quod ad præſagium durationis conducit; eſt verò quod tantum tempus requiritur ad finiendum morbum, quantum vſque ad apparitionem manifeſtæ coctionis conſumptum fuit: Anaxion enim decimaſeptima excernere cœpit pauca, & concocta, quæ initium augmenti ſignificant, & trigeſimo quarto finitus fuit morbus. Notandum etiam, quod cauſa tuſſis ſiccæ poteſt eſſe denſitas pleuræ, reſudationem humoris ad thoracis inanitatem impediens, ſine qua nihil poteſt expui; & hæc eadem denſitas eſt occaſio diuturnitatis morbi, & perinde periculi, & mortis, & ſæpè ſuppurationis, quæ rarò exitialis non eſt, quod ſtatim in pleuritide ſpuere laudatur nimis, quia arguit (præter fortem virtutem coctricem, & E excellentem) pleuram eſſe tranſpirabilem, & faciliùs à morbo liberandam eſſe, quod docuit Hippocrates *lib. de alimento, comm. 4. text. 20.* iis verbis: *Raritas corporis ad tranſpirationem, quibus plus aufertur, ſalubrius; quibus minùs, morboſius: denſitas corporis ad tranſpirationem, quibus minus aufertur, morboſius, qui probè perſpirant, imbecilliores & ſaniores, & facile conualeſcunt; qui malè perſpirant, priuſquam ægrotent robuſtiores ſunt, cùm verò in morbum inciderunt, difficiliùs ſaneſcunt. Hæc autem, & toti, & parti.* Et mihi videtur probabiliſſimum, denſiſſimæ pleuræ fuiſſe Anaxionem ob tardam reſudationem, & longitudinem doloris pleuritici, vt teneas quod etſi denſitas robuſtum corpus efficiat, & ob id faciliùs deberet morbos ſuperare, verùm tranſpirationis difficultas lædit plus, quàm robur conferat, quia ſemper pars læſa excrementis obruitur, & calor vitalis ſuffocatus impo-

tens

tens redditur ad vincendum tot excrementorum congeriem, vt ob hanc occaſionem in illius loci expoſitione doceat Galenus, quoſdam à principio ſui tam malè conſtitutos eſſe, vt ſemper ægrotent, nec poſſint valete, etiamſi eis ipſum Apollinem præficias, & hæc non modò in toto corpore, ſed etiam in ſingulis particulis videri: *In cauſa* (inquit) *ſunt excrementa quæ per halitum non extruduntur*, in quam cauſam hecticæ febris originem quandam reduxi tractatu noſtro de hectica febre, quando viſcera præter naturam denſantur, & ex hac origine propriiſſimum illud ſignum nouæ incaleſcentiæ poſt cibum ſuſcitari, vt ibi explicui.

Curatio Anaxionis.

PLeuritidis curationem latiſſimè expoſui proprlo capite, omneſque diſcordiæ circa venam ſecandam, tam latè traditæ ab Authoribus ſunt, quilibet ſua experimenta referens, vt ſuum placitum ſtabiliat, vt nulla conciliatio poſſibilis videatur, quia experimenta nulla ratione poſſunt impugnari. Euentus varij pendent quotidie ex varietate partium mittentium ad pleuram, quarum ignorantia, remedia communia irrita, & infructuoſa reddit. Eſt aurea doctrina Hippocratis *lib. de locis in homine, in principio*, affirmantis, nullum principium corporis eſſe, ſed omnia eſſe principium, & omnia finis: eſt verò intelligendus in ordine ad originem morborum, nam ſingulæ partes corporis altera alteri morbum facit, venter capiti, caput carnibus ac ventri, & reliquæ omnes iuxta eandem rationem: quo ſuppoſito velut primum principium, ſic loquitur paulò inferiùs; *Et optimum fuerit ſic curare partes ægrotas, per has quæ morbos faciunt, ſic enim quam optimè principium ægrotandi quis ſanauerit.*

Eſt in primis accuſandus Galenus, qui in ſanguinea pleuritide in qua cruenta expelluntur, ſanguinem mittere dehortatur, cùm in nulla ſecuriùs mittatur, & temeratiè contrarium docet, ſiniſtrè interpretatus Hippocratem, cuius ſunt hæc verba 6. *epid. ſect. 3. text. vltimo. Impedimentum incruenta ſpuentibus, anni tempus, pleuritis, bilis:* in cuius loci declaratione exemplum tradit cuiuſdam pleuritici, cui ſine ſanguinis miſſione ſuccurrit, & ſanus euaſit, affirmans pleuritidem, in qua ſanguis tuſſi exceroitur, tam ſecuram eſſe, & facilem, vt tanto auxilio non egeat, cuius doctrinam Horatius Augenius *tom. 2. epiſtolarum lib. 12. epiſtola Luciano dicata*, tam erroneè contra Valleſium, vt Galenus, ſequitur, eſtque Valleſij expoſitio tam vera, & doctrinæ Hippocratis tam conſona, vt ſine periculo ægrotantium contrarium ſentire non liceat. Sic Mercurialis ſine fundamento ſugillat Medicos prima die pleuritidis venam ſecantes, quando Hippocrates ſexto die vocatus, tentauit prius quàm venam ſecaret, calidis fomentis dolorem auferre; exemplum quidē non imitandum, ſed damnādum potius, cum clarè ignorantiam arguat Medici non agnoſcentis dolorem lateris eſſe pleuriticum propriè, & fore fomenta noceotiſſima, cùm implicaret non irritari fluxionem laxata, & calefacta, & per conſequens debiliori reddita parte recipiente, vt Hippocrati euenit.

Ergo quod in pleuritide priùs conſiderandum venit, eſt, ſi vrgeat quod in parte affecta confluxit; vrgere agnoſcitur doloris vehementià, & reſpirationis difficultate, quæ duo ſi magna ſint, & non detur aliqua pars inferior tranſmittens, quia euacuatio per illam coſueta ſuppreſſa ſit, ſecanda eſt vena interna eiuſdem lateris, vt docuit Galenus 2. *de victu acutor. text. 10.* dicens, *venam in cubitu ſecare eam oportet, quæ ſanguinem ab affecta parte, & magis, & velociùs tum reuellere, tum vacuare poſſit*; & inferiùs ſcripſit; *Nec verè partem eam, quæ phlegmone obſidetur, tum celeriter, tum quam cæteras partes magis, in acutis præſertim morbis, vacuare contendimus, quod ſanè interna cubiti vena facit, multóque magis vbi ſanguinis redundantia ad ſuperiores ſurgere videatur, aut ſi ſuperiores partes thoracis affecta ſint.* Ex quibus ediſces ex eadem vena ſecta, reuulſionem, & euacuationem fieri, teſte Galeno, quod Mercatus nunquam capere potuit, & cùm hæc euacuatio ex reuulſione, & euacuatione componatur, largior permittenda eſt, vt euacuetur plus de loco affecto, & vrgenti, quia euacuatio ex parte læſa, minor eſt, vt eſt permiſta reuulſio, ob quod Hippocrates conſulit euacuandum eſſe vſque ad mutationem coloris, de quo dicemus inferiùs.

Si verò dolor, & reſpiratio difficilis non vrgeant, & corpus plethoricum ſit, non ſine ratione putant multi, vtilius eſſe venam lateris oppoſiti ſecare, ne tota plethora ad locum dolentem reuocetur; nam cùm totum mittat, & pars læſa dolore trahat, & calore, inſignis confluxio, & conuocatio fiet ad locum dolentem, & in hoc caſu copioſè euacuandum, quia multum fluxurum ſupponitur, & natura deonerata ſolet impetuoſiùs mouere, præſertim quando multitudine coniuncta qualitas ſtimulans eſt, quæ ſemper expultricem inſtigat, & non impedita ab onere, pellet non dubiè impetuoſiùs, vt quotidie experimur. Ego verò in hoc caſu ſecurius cenſeo venam in talo ſecare, quia rectitudo maior datur cum latere læſo: Semper verò docet in omni reuulſione ad longioqua rectitudinem ſeruare, quia plus ex latere læſo inaniendo, deriuatio, & euacuatio à parte, ſecando venam internam in brachiu efficaciores fiunt, & vtiliores. Verùm ſi corpus plenum non ſit, & inflammatio mediocris appareat, ſequenda eſt Galeni doctrina, & ſecabitur vena baſilica eiuſdem lateris, in hoc enim caſu probabilius eſt partem mittentem in eodem latere eſſe, & totum non eſſe culpandum: ſemper verò erit vtile in regione inferiore vtriuſque lateris cucurbitas multas affigere, vt detrahant quod ad latus affectum moueri poteſt, & hoc imperabitur neceſſariò, ſi vrgeat dolor, & corpus plethoricum ſupponatur, & ob vrgentiam ſecetur baſilica lateris dolentis: & in hoc caſu totum latus in inferioribus partibus onerabitur, dum ex dolente vena ſecatur. Conſtat verò in caſu plethoræ non ſemel, ſed bis, & ter eſſe eodem die ſecandam venam, multum enim fluxurum ſupponitur, eſtque Medici docti præcauere ſemper, ne morbi periculoſi incrementum acquirant, nam magni, & acuti rarò mortales non ſunt. Hoc verò ex nobis contra Galenum accipies, quod celeritas præueniendi ne creſcat pleuritis, neceſſariiſſima ſit in pleuritide, quam ſine ſectione venæ Galenus curare conſulit. Ratio eſt quia nulla vt ſanguinea ſecuriùs ſecta venæ curatur, & nulla vt hæc, ſi magna ſit, citiùs in ſuppurationem mutatur, quæ permutatio mortalis ſemper ferè, & moleſtiſſima fuit, tabe ferè occidens.

Conſulit Hippocrates 2. *acut. text. 10.* vt ſecetur vena, & reiteretur vſque ad mutationem coloris, & hoc celeriter eſſe exequendum; *auferendus itaque ſanguis eſt, donec rubidior multò, vel pro puro rubidóque liuidus fluxerit, nam vtrumque contingit*; quod non intelligas vt neceſſarium, ſed vt exemplum, cùm noſtris temporibus frequentius ſit ſanguinem totum infectum eſſe, & nihil, aut pauciſſimum rubri educi, vnde ſi corruptus totus ſit, quando iam extrahitur prauior, & malignior, ſignum erit quod ex loco affecto educatur, eritque notandum ſollicitè vt bonum finem ſperes. Galenus expoſitor ſic loquitur; *Quicquid ſanguinis in phlegmone continetur, id caloris abundantia colore permutatur, reliquum autem in partibus omnibus ſimile manet, & pinguioſiore exiſtente, rubicundior erit qui in eo quod phlegmone obſidetur latere continetur: quod ſi ſanguis in corpus totum diffuſus rubidus fuerit, is proculdubio qui ad phlegmonem eſt adustus, aſſatuſque, in nigrum permutabitur, liuidus autem*

in

in ea qua fit à rubido in nigrum tranſmutatione, medium obtinet. Coloris igitur mutatio ſanguinis ex particulata inflammata tranſlationem ſufficienter commonſtrat. Aduertit tamen Galenus *lib. de vena ſect. c.* 11. ob duo non ſemper eſſe euacuandum vſque ad coloris mutationem, aut quia virtus tantam euacuationem ſuſtinere non poſſit, aut quia phlegmaſeu inflammatio tam maligna ſit, vt nihil remittat; *Interdum* (inquit) *nihil ab ea emittitur, ſed inibi ſanguis fortiter conſtrictus eſt.* Heurnius verò, nec in deſcendente pleuritide talem coloris permutationem ſperat, quia partes inferiores thoracis nutriuntur ex vena ſub corde, & erit neceſſarium euacuare priùs copioſè cordis ventriculos, antequam coloris mutatio, quia extrahatur ex loco inflammato aliquid, percipi poſſit.

Multa in his exceptionibus difficilia inuoluuntur. Quod de virtute dicitur, clarum eſt; quod de colore rubro, & magis rubro, & de pituitoſo ſanguine, & poſteà rubro, difficile apparet: nam ſanguis inflammationis cauſà continens in pleuritide, neceſſario corrumpitur, quia putridus febrem acutam cauſat, per hanc verò rubriorem colorem acquirere eſt impoſſibile, quia ſi color ruber naturalis eſt ſanguinis, per putredinem corruptiuam ſanguinis color naturalis non poteſt intendi, nec ſi ſanguis pituitoſus ſit in toto corpore, poterit colorem rubrum in loco inflammato comparare ob inſinuatam rationem putredinis ſine qua febrem cauſare nequit. Eſt verò putredo corruptio illius à qua color naturalis communicati ſanguini implicat, quia oppoſita directè coctioni, per quam color ruber comparandus eſt. Sed hæc leuia ſunt, ſi quod dicit Heurnius accuratè notetur, inſinuat enim cauſam inflammationis pleuræ inferioris, ſi per ſectam venam euacuanda eſt, fieri non poſſe niſi priùs cor inaniatur multum, & gratià vacui, & conſequentià, eius trahatur per cordis ventriculos materia inflammationis vſque ad venam apertam, vt color mutatus percipiatur, quæ tractio ſi poſſibilis eſt, videtur periculoſiſſima ſectio venæ baſilicæ, quia materia putrida partis inflammatæ, non ſolùm in tranſitu per cor, syncopem cauſare poterit, ſed & mortem, ſi dum iam in corde erat, ceſſet fluere ſanguis per venam apertam, & tunc quietè permanebit intra cor materia venefica inflammationis cum tam certo periculo. Fortaſſe deſumpſit præceptum illud ex Galeno 2. *acut. text.* 10. dicente. *Verùm quæ partes thoracis inferiores propè ſeptum tranſuerſum infeſtant phlegmone, non abs re dolorem ad hypochondrium tranſmittunt, quo fit vt dolores huiuſmodi non admodum iuuet, quæ in cubitu fit vacuatio, corde ſcilicet medium occupante; nempe venam quæ inferiores thoracis alit partes, ſub corde emergere audiuiſti.*

Sed non eſſe neceſſariam hanc tranſlationem per cor, probabilius eſt, nec experimentu conſtat ita eueniſſe, etiam ſi pluries in pleuritide deſcendente ſecta vena fuerit; & ſoluitur difficultas eodem fundamento, quo eneruatur opinio putantium, in dolore pleuritico ſiniſtro, eſſe ſecandam venam internam ſemper in brachio dextro, quia ex hoc latere naſcitur è vena caua antequam cor ingrediatur ramus dictus vena ſine pari, qui diſtributus per inferiorem regionem pleuræ, totam illam ornat, & alit dextrè, & ſiniſtrè, & inde ex ſiniſtra parte nihil euacuari poteſt, niſi ſecando venam in latere dextro, à quo vena ſine pari naſcitur. Hi enim, & Heurnius, & cum illis Galenus, & antiquitas tota ignorarunt communionem inferioris pleuræ, cum axillari vena vtriuſque lateris, & communionem occultam oſculorum venarum, & carnis dextræ partis, cum dextra vena, & ſiniſtræ cum ſiniſtra; conſtatque ex anatome inter axillarem venam, & cephalicam propè iugulum ab vtroque latere oriri mediam quandam venam naſcentem ferè ab axillari, à qua plurimæ productæ propagines, tandem cum ramoſ-

A culis venæ ſine pari copulantur, & inde ſecta venà interna lateris affecti, magna rectitudo, & communio ſeruatur, & ſecatur vtiliſſimè, quam communionem Vaſſeius affirmat totam antiquitatem ignoraſſe, & præcepiſſe expurgationem in deſcendente pleuritide, putantes eſſe impoſſibile in illius inflammatione poſſe aliquid depromi ſecando venam baſilicam, & ſic expurgationem conſuluerunt.

Hieronymus Montuus habuit ſingularem ſententiam circa miſſionem ſanguinis, ſequitur enim firmiſſimè opinionem, quod ſemper ſit ſecanda vena priùs in latere oppoſito, & quod in dolente ſecare, non ſolùm non eſt neceſſarium, ſed moleſtum; nam facta in initio pleuritidis reuulſiua, & auerſiua ſanguinis miſ-
B ſione, quod reliquum inflammationis ſupereſt, per ſputum fæliciter magna ex parte ſolet expurgari, vt in ſexcentis notauit; *Palamque eſt* (inquit) *quod quæ in cubitu fit vacuatio deriuatiua, non iuuat in phlegmone notharum coſtarum, quia vena quæ inferiores thoracis partes alit, ſub corde emergit, teſte Galeno.* Hoc vltimum impugnatum, & ſolutum iam eſt; aliud verò perniciosiſſimè conſulitur, nam præterquam quod pars mittens in eodem latere eſſe poteſt, & hoc cenſeo frequentius contingere, & hoc certius eſt quando vterus, aut pars inferior mittit ad pleuram ob rectitudinem quam ſemper amat natura, & docuit Hippocrates 6. *epid. ſect.* 2. *text.* 11. & *ſecundo epid. ſect.* 3. *text.* 13. dicendo, *Secundum rectum, & coſtarum dolores, & lienis eleuationes*, &c.
C In quo caſu venæ maiores, & minores lateris inflammati plenæ fouebunt inflammationem, quæ tam magna eſſe poteſt vt ſuffocet, & tam diuturna vt interimat ſi expectetur vt tota cauſa per ſputum excernatur, aut quod priuſquam ſpuatur, ſuppuretur. Nec hic Author ſuccurrit durationi, & magnitudini quæ dolore trahente tam familiares ſunt, & obliuiſcitur ſimul doctrinæ Galeni docentis eſſe interdum tam malignam, & inſolentem inflammationem, vt nihil remittat: quod non ſolùm eſt verum per vaſa, ſed per reſudationem ad thoracem, cui auxiliari non poſſumus, niſi cucurbitis ſcarificatis, & diaphoreticis in locum dolentem applicitis, & talia remedia irrationabilia ſunt, & periculoſa, ſi latus affectum inanitum priùs non ſit,
D quod ſecando venam in latere oppoſito fieri nequit, aut ſi fieri poteſt, erit cum extremo virium languore per multas ſectiones, & tardiſſimè, vt docuit Galenus *lib. de vena ſectione c.* 16. quo periculoſo modo curandi coactus fuit docere, eſſe ſecandam venam ſemper in dolente latere. Nos teſtari poſſumus in quadam atroci conſtitutione pleuritica ſequutos Galeni doctrinam parum profeciſſe, quo viſo ex latere oppoſito ſanguinem priùs mittendo in principio (vt loquuntur multi) principiante, & nullam maiorem vtilitatem ſequutam fuiſſe, quin immò celeriùs periclitabantur.

De expurgatione in pleuritide.

E DOctrina Hippocratis 2. *de victu acutorum*, ſatis aperta videtur, nam in aſcendente venam ſecat, in deſcendente expurgat, nec venam ſecat antequam fomentis tentauerit dolorem ſedare ſollicitè, quibus ſi non cedat, ſanguinem mittit, aut expurgat: decernit verò ex ſitu doloris quod auxilium ex dictis eligendum ſit: Quæ doctrina tam indigna Hippocratis mihi videtur, vt putem ſpuriam, & additam eſſe, & ſi fortaſſis legitima ſit, non eſſe ſequendam, nec continet quicquam vtile, ſed eſſe potiùs verè Medicinæ nouercam. Iam inſinuaui, quod tentare ſemper dolorem auferre fomentis, quando poſt illa vrget indicatio ſecandi venam, eſt ignorantia craſſiſſima, quando inter acutos morbos, nullus meo iudicio facilioris cognitionis, vt pleuritica inflammatio, quæ ſi ſit, & Medicus tenter ſtatim reſolutoriis auxiliis medelam,

Digitized by Google

operator turpiſſimè, & cum ſummo periculo creandi inflammationem mortalem, incitando calorem, & partis recipientis laxitate deprauatam naturæ inclinationem mittendi cum tanto periculo in pleuram: eſt etiam error putare, quod ſi fomentis dolor non ſedatur, ſit neceſſaria ſanguinis miſſio, cùm poſſit eſſe cauſa doloris flatuoſa ſubſtantia craſſiſſima, & æger ſolidæ naturæ, quæ ſtatim fomentis non permittat nebuloſi flatus reſolutionem; aut tanta cacochimia, quæ ſectionem venæ recuſet, & fomentis fluxio augeatur, & ſit neceſſaria in aſcendente pleuritide expurgatio ſine qua medela doloris è tanta cacochimia pendentis, irremediabilis erit, cùm pluries Galenus docuerit, in doloribus, & fluxionibus eſſe adhibendam diſtinctionem ſi expurgare priùs, aut ſanguinem mittere expediat, & quid abſurdius, quàm in deſcendente pleuritide fouere priùs locum dolentem, & ſi dolor non ſedetur, expurgare? cùm ſine dubio deſcendens pleuritis multò vrgentiùs quàm aſcendens expurgationem dehortetur: in hac enim poteſt eſſe reuulſorium auxilium, & vtile, in illa verò tractorium totius cacochimiæ ad inflammatum locum, & mortis probabiliſſima occaſio. Et cùm hoc ſit euidens, pernicioſus Expoſitor eſt etiam Galenus, qui de vera inflammatione Hippocratem fuiſſe loquutũ admittens, docet minùs vtile remedium eſſe in deſcendente pleuritide venã ſecare, quàm expurgatio, licèt ſecurius, cum eſſet pernicioſiſſima praxis expurgare, vt nuper euidenter docui.

Ergo ſi de vera pleuritide loquamur, certum eſt non eſſe expurgandum in principio, ſiue aſcendens, ſiue deſcendens ſit, quia nulla inflammatio vera expurgationem indicat, niſi euidenter conſtet eſſe humoris fluentis ſupernatantiam, & ingentem cacochimiam, in quo caſu expurgare cogimur, quia ſine magno remedio tales inflammationes mitigari ignorant, & cùm ſectio venæ in ſupernatantia alterius humoris à ſanguine, periculoſa ſit, ſolùm ſupereſt expurgatio vt magnum auxilium contra humores fluentes, & cùm ſit in hoc caſu reuulſorium remedium, nequit ſine periculo in deſcendente pleuritide imperari, vt antea docui contra Hippocratem, Galenum, & alios. Sconphus pleuriticus die ſeptima animam egit, & expurgatus deorſum, delirauit, cùm die priori mentis eſſet compos, & à purgatione delirauit, quia vt inſinuauit Hippocrates, non fuit præ paucitate euacuatio idonea, hoc eſt, vt declarat Valleſius, multa excrementa fuere commota, verùm pauciſſima educta ad commotionem collata: eſt verò neceſſarium in locum iam dolentem & calidum impetuosè pelli, quæ agitata non exierunt, nam talia irritant plus, quàm quieta, & cœpta moueri à medicamento, & velut ſubleuata, pelluntur faciliùs à natura in locum dolentem, in quem iam irritantia, & ſuperuacanea deſtinauerat trudere; in cuius hiſtoriæ expoſitione reuulſoriam expurgationem Valleſius admittit, vt nos, ſed alia ratione, nam admiſſa expurgatione vt vtiliſſima in declinatione vniuerſali, quando corpus malo aliquo ſucco abundat, ſic loquitur; *Sed & antequàm fluxio in parte firmata ſit, aliquando (etſi rarum) ob dictas inflammationes vtile eſt reuulſoria vti expurgatione, id quod non temerè facias; ſed cùm febris non ſit omninò magna, & miſſus ſit ſanguis ſatis, & ſucci à ſanguinis natura degenerent, & nihilominus facultas fortis ſit ad ferendam alui fluxionem, & ad inflammationis tempus legitimum tranſigendum, & natura propria hominis non repugnet, ſed is ſit, qui facilè expurgetur, tamen difficultatis eſt pleuriticum nondum inclinante morbo expurgare, læduntur enim mille modis, aut aucta febre, & inflammatione ab ipſis medicamentis, aut debilitata virtute, & morbo nihil imminuto, vt non euacuetur quod oportet, neque vnde oportet, aut quòd commoueantur multa, euacuentur verò pauciora*; Hæc Valleſius.

A In qua doctrina non leue dubium inſurgit, quia ſi priùs mittendus eſt ſanguis ſatis, & iam miſſo, vrget indicatio expurgandi, cur ſanguinis non mittitur ampliùs; nam ſi cacochimia non erat tanta in principio, vt ſanguinis miſſioni obſtaret, non poterit obſtare reiterationi maiori, poſtquam miſſus eſt ſatis, vt ipſe loquitur; præſertim in opinione dicentium plus virtutis requiri ad expurgandum, quàm ad ſecandam venam, & videtur temeraria praxis in morbo ſectionem venæ petente, expurgare poſtquam miſſus eſt ſanguis; nam conditio à Valleſio petita vt ſecura ſit expurgatio, nimirum quod fiat antequam fluxio firmata ſit, non poteſt habere locum ſi iam miſſus eſt ſanguis ſatis, quia firmatum eſt quicquid fluxit. Si verò expurgat ne firmetur quod fluxurum timetur, cur non ſecat venam, & tentat remedium tot periculis plenum, & refragator Galeno conſulenti venam in deſcendente

B pleuritide ſecare, etiamſi expurgandum eſſet, quia ſecurius remedium eſt, etſi minùs vtile, expurgatio: Vrget hanc praxim, quod ſi priùs miſſus ſit ſanguis ſatis, iam erit inflammatio magna ſi cogit expurgare cum tanto periculo, alioqui cur remedium tam periculoſum tentat ſi inflammatio non vrget, & ſi vrget, erit neceſſarium, ſi ingens ſit febris, quam inter dehortãtia expurgationem Valleſius refert. Neque mihi probatur praxis quæ priùs venam ſecat ſatis, & mox expurgat, quia ſucci fluentes, à ſanguinis natura degenerant, quia quando ſic degenerant vt expurgentur crudi, debent expurgari ſtatim in principio ante venæ ſectionem, quia

C ſupernatantia eſt, & ipſa expurgatio, eſt optima diſpoſitio ad ſecandam venam ſine periculo, quia ablata cacochimia per exceſſum humoris creata, mutatur formalitas cacochimica in plethoram, manent enim humores cum ſanguine, ex quo adaucti, nullus ita excedit vt ſupernatantiam faciat: vt hinc teneas, quod quando dicitur, *ſi morbus indiget miſſione ſanguinis, & expurgatione, ſit priùs ſecanda vena, mox expurgandum*; non poteſt, nec debet intelligi, quando adeſt ſupernatantia, & magna cacochimia, in hac enim, priùs expurgatur, mox ſecatur vena, quia ipſa ſupernatantia eſt diſpoſitio vt facillimè humor excedens expurgetur, quia non eſt permiſtus per minima cum aliis ſuccis, alioqui enim non ſupernataret: & in hoc caſu intelligendus

D eſt Auicenna dum docuit, cauendum eſſe, ne ſecando venam permutemus bilioſum cacochimum ad bilioſorum incendium, & feruorem, aut pituitoſum, ad pituitoſorum cruditatem, & cachexiam, vt conſtet in dictis caſibus ſecare venam priùs quàm expurgemus, aliud non eſſe, quàm cacochimiam priorem augere: ſi verò expurgemus priùs, ponitur maſſa ſanguinaria in ſtatu ſectionis venæ idoneo, quia ſupernatantia tollitur, & remanent omnes humores permiſti per minima, in quo ſtatu eſt expurgatio periculoſiſſima, & maximè turbatoria ſuccorum, vſque adeò, vt ipſa natura in expellendo nocentia tam ſagax, nequeat malum, & lædens ſine bono reiicere, vt millies præſagiuit, & docuit Galenus, & tam rigoroſè 1. *aphoriſm*. 22. vt dixerit,

E *quo enim tempore à cauſis morbum facientibus natura grauatur, & adeſt humorum cruditas, tunc aliquid benè euacuari eſt impoſſibile.*

Ex dictis deduces, quod minoratiua expurgatio, vt communiter à practicis conſulitur, ſecando priùs venam, & mox crudam materiam expurgando, nec eſt rationalis, nec ſecura, nam cacochimia quæ in morbi ingreſſu ſanguinem mittere non impedit, nunquam illam admittit ante materiæ coctionem, quia prima indicantia ſectionem venæ ſemper perſeuerant, & ſi vrget morbus poſtea, indicatur ſectio venæ, quia creſcunt priora indicantia, vt vrget morbus, & inde indicatum remedium deſideratur efficaciùs, & expetitur, & vt nuper dicebam, quando non datur ſupernatantia in febri-

bus

bus putridis, non datur indicans expurgationem materiæ crudæ, quoniam permiſtio humorum cum ſanguine tam exquiſita eſt, & exquiſitior quando putredine ſanguinaria maſſa efferueſcit, vt verificetur tunc Galeni doctrina, quod aliquid euacuati vtiliter eſt impoſſibile à natura, & impoſſibilius à Medico; quia natura poteſt electiuè nocentia ſolùm pellendo, retinere vtilia, quod ab arte vt ab illa fieri repugnat, vt eſt euidens; & nihilominus natura ob exquiſitam miſtionem, non poteſt malum ſine bono expellere, vt Galenus notauit, & fuit Hippocratis oraculum; *Cocta medicari oportet, & mouere, non cruda, nec in principiis*: ergo ſi in illis ob cruditatem ſecatur vena, & expurgatio non conuenit, conueniet minùs, quando feruor maior moleſtat, & permiſtio eſt exquiſitior, quod mihi euidens videtur, quia tunc datur euidenter maior cruditas in humoribus, febres ſunt intenſiores, ſymptomata maiora, æger debilior, & expurgatio euidenter difficilior quàm in principio; & in internis inflammationibus periculoſiſſima; quia natura iam eſt determinata ad pellendum in partem determinatam, & pars læſa dolore, & calore auidiſſimè trahit, vt expultrix repugnet tractioni medicamenti, & pars calore, & dolore inflammationis ſimiliter trahendo ad ſe agitata à medicamento excrementa.

Si hactenus dicta teneas, dilues argumentum difficile, cur ſcilicet in principio pleuritidis, phrenitidis, inflammationis, pulmonis & aliarum partium, non expurgamus ſtatim, vt in turgentia imperatur; vrgent enim indicationes ſimiles; quia natura non retinet excrementa, & mittit illa in partem principem in ordine ad vitam, quia mortalem paſſionem creat; & in turgentia expurgamus, timendo ne humor vagans pellatur in partem internam, in qua morbus periculoſus firmetur, vt quando inflammationem iam creat; adſit quod in turgentia timemus, & per conſequens vrgentiùs expurgatio indicatur, quando natura errans incipit mortalem affectum creare. Eſt tamen ratio diuerſa; in primis argumentum non eſt ad rem, ſi inflammatio ſit propria, orta ex ſanguine, hic enim non cadit ſub expurgationis obiecto, ſi verò alius humor à ſanguine pellatur, dummodo non ſit ſupernatantia, expurgare non licet, quia in turgentia non eſt determinata natura ad pellendum in partem determinatam, & ſic ſi dirigatur à medicamento in vias euacuationis, obediet tractioni medicamenti, quia nulla pars in turgentia trahit ad ſe, nec pellit in determinatam, imò omnes excrementa mota recuſant. Quando verò inflammatio datur, iam errat natura determinatè mittendo in partem certam, & pars inflammata dolens, & æſtuans, allicit validiſſimè excrementa agitata, ſicque (vt dicebam) & expultrix ad illam pellendo, & illa trahendo ad ſe, pugnat egregiè contra tractricem medicamenti, & periculosè expurgatur, quoniam commota excrementa, & trahuntur à parte determinata, & pelluntur ad illam: & ſic intelliges faciliùs doctrinam Hippocratis 4. *de victus ratione*, *text.* 21. vbi dicitur. *Quicumque autem ea quæ inflammantur, ſtatim inter morborum initia medicamento ſoluere conentur, ij non ſolùm ab intenſa inflammataque parte nihil adimunt, cùm non cedat, obſequaturque quæ adhuc cruda eſt affectio, verùm quoque & quæ morbo aduerſa, & ſana ſunt, abſumunt, contabefaciuntque, ductóque ad imbecillitatem corpore, morbus ſuperior euadit, qui vbi corpus vicerit, remedium non habet*: obſecro attendas, quod non ſolùm non cadit quod inflammatum eſt, verùm nec ea quæ fluxura ſunt excrementa, ſed euacuantur quæ morbo contraria erant & ſana, ſed cur non euacuentur fluxura excrementa, pendet ex eo quod diximus, nempe quia pelluntur in partem in quam iam natura ſuperuacanea trudere cœperat, & pars dolens, & æſtuans trahit ad ſe quæ pelluntur. Medicamentum verò trahit quæ ſunt

A ſana, & morbo contraria, quia hæc non ſunt cauſa inflammationis, & ſic non pelluntur ad locum dolentem, ſed trahuntur à medicamento, & corpus colliquatum tabeſcit, & perit, & ſi hoc contingit in incipientibus inflammationibus, eueniet certiùs in antiquioribus, in quibus priùs fuit ſecta vena, quia conſuetudo mittendi in partem dolentem antiquior eſt, & locus affectus calidior, & plus dolens, nam ſi talis non eſſet, non eſſet opus tanto remedio, expurgatione ſcilicet cruda exiſtente materia, & debili ægro, & morbo magis affecto; & ſic cenſeo, quod in inflammationibus, quibus auxiliamur ſecando venam priùs, nunquam liceat expurgare, donec materia cocta ſit, & omnia remiſſa, & forè raro conueniet.

B Dices quod iuxta doctrinam Hippocratis, nunquam videtur conſentanea expurgatio in inflammationibus incipientibus, quia nunquam cedet cruda paſſio, & ſemper iuxta dicta modo, colliquabitur corpus; & videtur hæc doctrina, allatæ ab ipſo in deſcendente pleuritide oppoſita, in qua expurgationem ſtatim conſulit ante ſectionem venæ, imò nec huius recordatur: & Galenus in doloribus, & fluxionibus, priùs diſtinguit, ſi expurgandum, aut ſecanda ſit vena, vt medela incipiatur; & vt docui initio huius dubij; ſi tanta ſit cacochimia vt ſupernatantia detur, temerarium eſſet venam ſecare priùs, vnde in fine textus allati, Expoſitor Valleſius ſcripſit. *Alioqui multa occaſiones ſunt expurgandi in inflammationum initiis, cùm ſcilicet corpora valdè cacochima ſunt; atque ex mali ſucci fluxione inflam-*

C *matio accipit initium, præcipuè ſi nondum ceſſauerit fluxio; in talibus enim præſeruationis, & reuulſionis gratiâ, ab expurgatione incipitur.* Sed doctrinalia Hippocratis præcepta, nunquam prima principia peruertunt, nec poſſunt; loquitur ergo Hippocrates de fluxionibus non excludentibus ſectionem venæ, in quibus ſi expurgamus priùs, incommoda magna euenient, etiamſi expurgatione poſtea ſit opus, vt *text.* 21. docuerat. Vbi verò cacochimia venæ ſectionem dehortatur, inexcuſabilis eſt expurgatio, vt Valleſius & Galenus docuerunt, alioqui deſperata erit affectio, nec in ſupernatantia; verum eſt quod ſi cruda paſſio non cedat, euacuentur quæ morbo aduerſa, & ſana ſunt, ſed facillimè educitur quod ſupernatat, quia nec corruptum, nec permiſtum

D cum reliquis per minima eſt, nec retentum à natura, ſi iam illud pellere incipit ad locum dolentem, & quia incipit, nondum aſſueta eſt natura, nec locus inflammari cœptus, tam calidus, & dolens, vt tantum humorem ſupernatantem inclinare ad ſe poſſit, ſicque euacuatur fœliciſſimè humor ſupernatans, & vt docui, maſſa ſanguinea diſponitur, vt vena poſtea ſi neceſſitas vrgeat, ſecari vtiliter poſſit: quando verò cacochimia tanta non eſt vt ſupernatantia detur, & medela inflammationum ſecando venam incipitur, non decet expurgationem tentare ante materiæ coctionem, quia incommoda adducta ab Hippocrate *text.* 21. ſuperuenient.

Vrget iam difficillimus caſus ſi tanta ſit cacochi-

E mia vt humor ſupernatet, & inflammatio creetur in ventre, meſereo, aut hypochondriis, in quibus partibus certa erit pernicies expurgare, cùm trahantur ſucci ad locum affectum, & cùm ſit regio illa obſtructa, & tumida, impingentur ibi attracta excrementa, & aucta inflammatione morbus deſperatos fiet, & lypiricus æger peribit. Nec hic valet praxis communis expurgandi in dyſenteria, etiamſi humor ad locum affectum trahatur, quia in illo affectu non eſt impedita via expulſionis, eſt verò in inflammatione dictarum partium. Ego in poſito caſu, ſi æger facilè vomeret, illud conſulerem loco expurgationis, fieretque eum euacuatione reuulſio magna, & cucurbitis fluxum reprimerem, & clyſteribus lenibus lubricam aluum ſeruarem, vt deriuaretur aliquid ex venis loco inflammato pro-

A ximis,& aliquid expurgans reciperent, vt ex proximis partibus ſine attractione totius ad illas euacuarent quod nondum erat impactum, & aſſiduis frictionibus brachiorum,& dorſi verſus ſupera, impetum fluxionis ad extra retraherem, & ſi virtus conſtaret, venam ſecarem, Celſi conſilio dicentis, *ſatius eſſe tentare aliquid cum periculo quàm deſperatum ægrum relinquere*, & ſi virtus dubia eſſet, cucurbitas ſcarificarem in dorſo, & veſicantia brachiis affigerem; ſedato verò fluxu hyrudines mariſcis firmatæ eſſent magni momenti ſæpiùs reiteratæ,& vim expurgantem ænematum augerem, reſoluentibus miſtam. Habes ex Galeno methodum medendi phlegmonem cum ſupernatantia crudorum *lib.* 12.*methodi*, & nos proprio capite latè expoſuimus tra- B ctatu de febribus pernicioſis; ſi verò bilioſa ſupernatantia datetur, audaciùs in illa vena ſecari poteſt, nam in pituitoſa nullus hactenus auſus fuit venam ſecare, & ſi ex Galeno audacia deduci poſſet in Anaſarca venam ſecante, 4.*de victu acutorum*, quod præcipit, innixus ſuo ſatis temerario præcepto, quod præſentibus ſcopis non datur tanta copia ſuccorum crudorum, quæ ſanguinia miſſionem prohibeat, *lib. de venæ ſectione*, & nihilominus in ſyncopali humoroſa audaciam ſui theorematis depoſuit, etſi in illa virtus conſtare non repugnet, vt quotidie experimur contra ſuum placitum maiora quàm ille remedia imperantes; nam, etſi venam non aperiamus, expurgamus tamen ſæpe fœliciter.

C Parcas obſecro digreſſioni, nam quæ tam difficilia ſunt, etſi obiter dicta ſuum locum habent, & proprium, dum non ignores Hippocratem *lib. 3. de morbis*, medelam bilioſæ pleuritidis à purgante medicamento inchoare, & notat, *quod ſi non purgatus incidat in pleuritidem, expurgetur; priùs tamen* (inquit) *quàm ſaliuam bilioſam expuat. Si verò iam expuat bilioſa, medicamentum ne dederis, ſi enim dederis, ſputum ſurſum prodire non poterit, ſed ſeptima, aut nona die ſuffocabitur, maximè ſi præcordia doleant*; quod conſilium Valleſius omiſit non ſine ægrorum periculo, quando iam ſatis ſanguine miſſo expurgationem conſuluit, ob cacochimiam. Dubium verò eſt, ſi vt expurgatio eſt lethalis quando ſaliua bilioſa eſt, ſit etiam lethalis venæ ſectio, nam hæc, vt ex- D purgatio, reuolſorium remedium eſt, & retrahendo impediet ſurſum ſputum prodire, & æger ſuffocabitur, & ſi ſputum ceſſet debilitata natura, ceſſabit certiùs ſecando venam, quia in doctrina communi debilitat plus, quàm expurgatio; hæc enim vitioſa ſolùm eligit, illa verò omnes humores indifferenter euacuat, & cum tota maſſa, ſimul multum ſpiritum, quod ſollicitè contemplatus Galenus *de venæ ſectione, cap.* 1. aduertit, quanta animaduerſione ſit ſecanda vena, & *cap.* 5. aduertit, non ſolum ſanguinem eſſe alimentum commune, ſed quod calor natiuus perſeuerantiam, & ſtabilitatem in ſanguine habeat. Non ergo vena ſecanda, quando expurgatio lethalis cenſetur, quia ſputum prohibeat, ſi plus ſectio venæ prohibebit ſpuere: & quod dubium magis videtur, eſt quod ſi doctrina Hippocratis E vera putetur, vt non liceat expurgare ſi ſputum ſit bilioſum, nec licebit ſemper quod expuatur, quia ſemper retrahetur, & impedietur ſputum, & idem de venæ ſectione ſentiendum erit, & per conſequens in ſolis pleuritidibus ſiccis dicta remedia locum habent.

Non videtur facile cur expurgatio non conueniat in ſputo bilioſo, & cur ſputum ſurſum prodire impediat, & cum tam certo periculo, nam bilioſum ſputum arguit bilioſam cacochimiam, cui expurgatio debetur, & nulla expurgatur ſecuriùs ob tenuitatem humoris, quam præcipuè deſideramus, quando ante coctionem expurgatio imperatur. Cenſeo, ſputum plus quàm venæ ſectioni obſtare expurgationi, quia ſine dubio debilitat magis, & ſiccat, & diſtrahit plus naturam ab opere expellendi, non enim ſectio venæ

A debilitat tantùm, vt expurgatio, quia agitur ſine dolore, & minùs ægrum perturbat; tum quia ſeparat humores certos, & alios relinquit, in qua ſeparatione reparitur nimis natura, & in ipſa humorum expulſione, quæ nixu, & motione neceſſariò celebratur, & motio ſucci vitioſi, & ſynceri ſemper fuit naturæ moleſtiſſima, & hæc moleſtia reiteratur pluries in expurgatione, & durat ferè per horas duodecim reiteratio moleſtiæ, nixus, & motionis ad deiiciendum, & cùm pleuritidis ſpuitioni ſiccitas ſtrenuè reſiſtat, & expurgatio ſiccet bifariam, ſiccitate nimirum, & calore medicamenti, & etiam correctiuorum, quæ non ſolum ſiceant, ſed aſtringunt neceſſariò, inuenies facilè, quàm violenter expuitioni B expurgatio opponatur, & cùm expulſio deorſum totius repetatur, motioni ſurſum per ſputum reſiſtit, ſicque ſuffocatur æger. Expurgabat Hippocrates veratro nigro, vel peplio, corrigebat verò malitiam eorum, ſiccis, & calidis, dauco nimirum, ſeſeli cymino, vel aniſo, vel ſucco ſylphij, omnia quidem expuere impedientia, & ſiccant ſputum, & vias ſiccando denſant. Sed eſt aliud ſputum impediens in expurgatione, ipſa nempe attractio medicamenti, hæc enim lædentia ad medicamentum inclinat, natura verò ex pleura reſudare contendit in thoracem, & cùm cruda paſſio non cedat medicamento trahenti, luctatur ſemper contra naturæ impetum, ſic, etſi non trahat medicamentum, cohibet tamen re- C ſudationem, ſicque ſuffocatur aucta inflammatione, & diminuta reſudatione, & ſputo, vt necant deſperatæ ſiccæ pleuritides. His incommodis caret ſectio venæ, ſicque etſi aliquo modo ſputum diminuat, breuiſſimè fit, vt exercetur remedium, non ſiccat, neque diſtrahit, vt expurgatio, nec venenoſum includit, vt eleborus, & peplium.

Sed altiori examine indiget admonitio Hippocratis, videtur enim difficillima, nam ſi cacochimia bilioſa ſputo, aut ſaliua pallida arguitur, & quò plus bilis reliquos humores excedit, plus, & bilioſiùs expuitur, relinquetur æger deſperatos ſine expurgatione: quia indicatio expurgandi ſine ſaliua bilioſa non ceſſat, quia natura bilioſum expuere incipiat, præſertim D in morbi initio, in quo non expuere, non eſt præternaturale ob paucitatem materiæ, & eſt ingens cacochimia ad pleuram fluxura cum ſummo periculo, & non poteſt æger ſuffocari in morbi initio, quia nondum fluxerat, quod ſuffocare poterat, & eductio humoris fluxuri tam neceſſaria propter cacochimiam putatur. Cenſeo doctrinam Hippocratis admittendam non eſſe in caſu argumenti, vt efficaciter probat; nam ſi æger in exceſſu bilioſus, pleuriticus fieret, & ſtatim bilioſum expuere incipiat, temerarium eſſet non expurgare ſtatim reuulſoria expurgatione, ſi hoc remedium, & non miſſionem ſanguinis cacochimia poſcebat; de alio igitur ſputo bilioſo loquebatur Hippocrates, & eſt illud, quod coctionem iam naturam aggredi ſignificat, nam *in prognoſt.* ſic exarauit E 2. *prognoſt. Excretio in omnibus doloribus qui ſint circa pulmones, & coſtas, citò, promptéque excernatur neceſſe eſt, ſi permiſta appareat flaua bilis, admodum excerni oportet*: vbi laudatur, non quidem ſputum flauum, ſed quod ſi flauum eiiciatur, ſit valdè permixtum ſputo, quoniam ipſa exquiſita permixtio flaui cum ſputo, manifeſtè iam coqui materiam ſignificat, quo tempore pernicioſa erit expurgatio ob rationes allatas, & ſic damnando Hippocrates tale remedium dixit, quod expurgetur æger antequàm ſaliuam bilioſam expuat, hoc eſt, antequàm concoctio manifeſtetur; nam ſi iam manifeſta ſit, & expurgatio imperetur, non poterit ſputum ſurſum prodire, ſed æger ſuffocabitur ſeptima, aut nona, & inde inferes, quod ſi flauum ſputum non ſit, ſit tamen coctio manifeſta,

erit

erit expurgatio perniciosior, vt ſi rubrum cum ſputo, aut nigrum exquiſitè permiſtum iam ſit, quia rubrum expurgare non petit, & nigrum expurgatur periculoſius flauo, aut pallido, ipſaque coctio iam cœpta, innuit victoriam naturæ, & remedio tam periculoſo opus non eſſe, quia illo vtimur in principio, timendo ne natura pro tanta cacochimia ſufficiat; ceſſat verò timor ſi iam coctio manifeſta oſtendatur, & ſic ſi ſtatim in principio morbi pallidum ſpuatur ſine permiſtione cum ſputo albo, ſed ſyncerum, expurgandum eſt, ſi cacochimia ſectionem venæ ob ſupernatantiam dehortetur.

Zacuti error de expurgatione in deſcendente pleuritide.

ZAcutus *lib. 2. Hiſtor. q. 23.* in vera deſcendente pleuritide expurgandum eſſe contra Valleſium, & alios contendit enixè, nec Hippocratem expurgationem ante ſectionem venæ conſuluiſſe, ſed ſecta prius venà expurgandum eſſe, èſtque eius concluſio: Quapropter cùm primæ viæ ſint illæ à quibus tanquam à fonte praui, vitioſique humores cum ſanguine mixti fluunt ad pleuram, facta priùs phleboromia, neceſſaria eſt purgatio reuulſoria, quæ fluentes, & fluxuros humores ad inflammatam partem concurrentes reuellere, & retrahere poſſit ad illas, vnde manare cœperunt, in iis enim gigni, & colligi ſolent. Inculcat multa in relata quæſtione male digeſta, confundit alia ſine diſcrimine, & vera intelligentia.

Et in primis ſupponit falſiſſimum principium, quod pars mittens in deſcendente pleuritide ſit ſemper inferior regio, quod nec ipſe, nec turba Medicorum ab eo citata probabili ratione ſuadere poſſunt, cur enim regio ſecunda deonerari non poterit in pleuram, & deſcendentem pleuritidem creare? eſt enim via facilior, & proximior parti patienti, & hæc, & mittens maiori communione alligatæ. Vrget hanc partem quod antea docui, pernicioſius nimirum eſſe expurgare in deſcendente pleuritide, quàm in aſcendente, ſi reuulſoria expurgatio ſit, quia aſcendens diſtat nimis à loco in quem excrementa trahuntur, deſcendens verò vicinior eſt, videtúrque per conſequens, diminuta doctrina conſulens in deſcendente, & non in alia expurgare, & ſi ſub ſeptu tranſuerſo vera pleuritis dari non poteſt, difficilius erit quamlibet à fluxione incipiente à venis meſerei, creari, quàm à regione ſecunda, vt conſtat, & in hoc caſu non erit expurgandum. Et quod magis vrget doctrinam Zacuti, eſt quod in deſcendente pleuritide, non erat ſecanda vena in brachiis, ſed in talo, quia reuulſio ad originem fluxionis eſt celebre auxilium, & ob id expurgat in deſcendente pleuritide, quia putat eſſe retrahendos humores ad locum ex quo fluunt, & fluere cœperunt, in quo propriiſſimè philoſophatur, & impropriiſſimè loquitur: nam reuulſio ad originem fluxionum non conſiſtit in reditu humoris ad eundem locum, à quo fuit expulſus, hoc enim ſolùm erat onerare rurſus partem mittentem, vt expulſionem ad locum patientem reiteraret, & foueret, ſicque daretur inceſſans circulatio; euacuamus enim partem mittentem, vt inanita careat humore mittendo, ſicque fluxio ceſſat, & eſt ob id ſingulare remedium, & ſummè vtile, & meritò à Galeno commendatum.

Quod ſi ita fieri debet expurgando, imperandum etiam eſt venam in talu ſecare in deſcendente pleuritide, vt reuellamus ſuccos fluentes, & fluxuros ad ſuam originem, & erit per conſequens pernicioſum auxilium aperire venas ſupernas, quia trahetur ad locum patientem tota plenitudo primarum venarum, aut primæ regionis, èſtque damnandum hoc remedium, vt condemnantur vomitus ab eodem Zacuto, quia excrementa primarum viarum ad locum affectum conuocat, & extra dubium ſectio venæ brachiorum certiùs, & plus conuocabit, quia ſituatæ ſunt ſupra locum affectum, & hic in medio itineris cum ſumma rectitudine inter partem mittentem, & ad quam ipſa mittit, & in qua vena ſecatur, quod in vomitu non inuenitur. Vnde nunquam mihi placuit praxis Amati *centur. 7. cur. 2.* annuo menſtruorum defectu venam ſupernam ſecantis ſemper, præſertim vbi quartana præceſſerat, quam raro ex ſaburra meſerei non creari cenſeo, & ſecta vena ſuperiori trahitur tota ad locum affectum.

Imponit etiam Hippocrati Zacutus, quod in deſcendente pleuritide ſanguinem prius mittat, & poſteà expurget, cùm tale verbum non inueniatur *2. de victus ratione text. 11. nec 4. text. 76.* ſed ſolùm expurgare conſulit. Verum eſt quod *4. acut. text. 21.* docet, in illis affectibus eſſe priùs ſecandam venam, & poſt expurgandum, ſed expurgationem non conſulit reuulſoriam, ſed cocta iam materia, & ſic locus iſte eſt extra rem, & controuerſiam de expurgatione reuulſoria, de qua agit Zacutus, antequam coctiones appareant. Meritò igitur Valleſius, & reliqui à Zacuto ſugillari cenſuerunt in vera pleuritide deſcendente non eſſe expurgandum præciſè, eo quod deſcendens ſit, velut ſi in ea aſcendente expurgare non eſſet licitum, & rectè cenſet Valleſius, quod Hippocrates *2. acut. text. 11.* non loquatur de pleuritide in rigore, ſed de omni dolore laterali, & hypochondriorum, & ſic fomentis tentauit priùs dolorem ſoluere, alioqui abſurda diceret planè, conſulendo in omni vera pleuritide eſſe priùs fomentis vtendum, & in deſcendente eſſe ſemper expurgandum in eius initio.

Quod medicus in ſanguinea pleuritide erret ſi venam non ſecet, contra Zacutum.

NEmo qui inconcuſsè in verba Magiſtri iurauerit, etſi videat ſui præceptoris errorem, retrocedet à ſua proteruia dogmatica; ſic Zacutus *lib. 2. hiſt. q. 22.* contra Fuſium & Rorarium, & obiter contra Valleſium defendit acerrimè (ne à Galeno diſcedat) quod pleuritis aliquando venæ ſectionem impediat, & concluſio eum Galeno eſt, quod detur aliquando pleuritis ſanguinea, quæ ob benignitatem ſucci fluentis tam mitis ſit, vt ſine ſectione venæ eradicari, & ſecurè curari poſſit, ſicque cum Galeno locum Hippocratis exponit *6. epid. ſect. 3. text. vltimo*, dicentem, *Impedimentum incruenta ſpuentibus, annis, tempus, pleuritis, bilis.* Quæ explicatio violenta nimis, & præter mentem Hippocratis eſt, quid enim abſurdius doceri poteſt, quàm pleuritidem ſanguineam impedire miſſionem ſanguinis, cùm nullus humor quando morbum aliquem creat, & præcipuè inflammatorium, vt ſanguineus, venæ ſectionem expoſcat; ſi hæc propriiſſimè indicatur à ſanguinis copia, ſiue partiali, ſiue vniuerſali, & nullum auxilium detur, quod loco eius ſecurè ſubſtitui poſſit in morbis acutis breue periculum pollicentibus, eſſetque irrationale aliud ſubſtituere, ſi vena ſecari poteſt, eſtque falſiſſima illatio. In pleuritide ſanguis ſpuitur; ergo tam ſecura vt ſectione venæ non egeat. Vnde enim infertur, quod non fluet tam copiosè, vt mortalem pleuritidem cauſet, & ſi hæc doctrina ſequenda eſſet in morbo tam periculoſo, imitari debet in omni alio morbo à ſanguine pendente: vnde nec continentes febres ſectione venæ indigerent, quia à ſanguine oriuntur humore mitiſſimo, & nihilominus vſque ad deliquium à Galeno educitur. Eſt verò pleuritis genericè periculoſior febre putrida à ſanguine orta, nam, & hanc habet vt ſignum eſſentiale, & ſupra illam addit dolorem acutum,

acutum,reſpirationem difficilem, tuſſim aſſiduam, & focum putredinis cordi propinquiſſimum, & dolorem à ſanguine ortum inflammaote, moleſtiſſimum eſſe fatetur Galenus, reſpiratque difficulter pleuriticus bifariam, & propter febris incendium, & ob renitentiam inſtrumenti inflammati; rumpitur enim pleura in ipſa reſpiratione, & dolet in motu, & fugiendo dolorem reſpirat paruiſſima reſpiratione, quam febris acuta maiorem,& celeriorem naturali expoſcit,& has differentias pleuritis excludit,& magnitudinem magis, vt Galenus docuit,& ſic ſuffocat.

Nec obſtat quod ob paruitatem poſſit Medicus contemnere ſectionem venæ, vt Galenus feciſſe gloriatur; nam hoc cuicumque paruæ pleuritidi commune eſt, vt conſtat; nec inflammatio vera pleuræ quinque ſigna celebrata oſtentans,morbus leuis putandus eſt, & ſemper ſi augeatur, magni periculi eſt, & per conſequens temerariè Galenus docet, ſectionem venæ imperandam non eſſe ſi rubrum ſpuatur, nam ſi in aliis innumeris morbis non periculoſis ex ſe, venam ex Galeni præcepto ſecamus, vt præcaueamus eorum incrementum, & ne in alium periculoſum mutentur, & liberentur citiùs ab illis; qua rationali methodo in morbo ex propria idea acuto quando incipit, & mortali ſi creſcat, ceſſandum eſt à remedio mortem præcauente, & morbum iam incipientem breui curaturo, & ſic medendo, ſummi Dictatoris oraculum implemur, *citò,tutò, & iucundè* morbis occurrendo; indomiti enim iudicij videtur, non credere, quod mederur periculosè qui plus permittit dolorem cruciare,febrem intendi, quod fluxio periculoſa perennet magis, contagium putredinis iuxta cor protrahatur, peruigilium procraſtinetur,tuſſis moleſtia,dolorem pungentem excitando acerbiùs, & diotiùs lancinet, & animi paſſio ob mortis timorem cor crudeliſſimè opprimat, nullus enim ignorat, etſi ruſticus, dolorem pleuriticum periculoſiſſimum eſſe, & innumeros feretro tradidiſſe: omnia hæc in ægros crudeliter machinatur, qui ſine ſectione venæ ſanguineam pleuritidem eradicare procurat. Mirum eſt, quod ſi Medicus aſſequeretur craſtina die futuram pleuriſim ſanguineam, peccaret grauiſſimè ſi non ſecaret venam antequam apprehenderet, vt præcaueretur, & quod venam non ſecet poſt apprehenſionem, velut ſi morbus præſens leuiùs indicaret remedia, quàm futurus. Fuit Galenus ſiniſter interpres oraculi Hippocratis ex ſexto epidemion, & ne palinodiam recantaret, ſuamque expoſitionem retexeret, ſuaſit illam periculoſam praxim, & Zacutus Valleſium referendo, aut totus eſt fallax, aut illum oſcitanter legit, nunquam enim dixit, quod pleuritis ſit obſtaculum ſectioni venæ, vt ſcribit Zacutus, imò Galenum ſugillat,quia illud ſic expoſuerit. Verba Valleſij ſunt; Galenus atque vt ipſe refert, alij eo priores intellexerunt dici hic impedimentum, quod ſanguinis miſſionem prohibeat; cæterùm durum eſt dicere, pleuritidem prohibere mitti ſanguinem, nec Galenus ſe expedit ab hac difficultate quantumuis laboret, quapropter in alium ſenſum feror, intelligoque impedimentum dici, non quod miſſioni ſanguinis, ſed quod curationi ſimpliciter obſtat. Et inferiùs exponendo cur obſtet,ſcripſit. Iam verò pleuritis non aliter curari poteſt quàm excreando, nec Hæmoptay quicquam petit magis,quàm thoracis quietem,vt ne loqui quidem talibus libenter permittamus. Obſtant igitur hæc omnia ſputi cruenti curationi: & confirmat ſuam expoſitionem ex ipſo Galeno 1. *aphor. text.* 16. dicente, contraria curatione indigere ſputum ſanguinis, & pleuritidem,& ſi contraria petunt auxilia, neceſſe eſt mutuo ſibi impedimentom ſint.

Eandem ſententiam ſcripſit Hippocrates *ſect.* 3. *de humoribus*, *text.* 31. verba ſunt. *Impedimentum hic, qui cruentum ſpuunt, tempus anni, pleuritis, bilis.* Eandemque

A interpretationem Galenus attulit, quia ſemel damnati pœnitentià priuantur: non damnatur in rigore Galenus, quia docuerit dari poſſe pleuritidem tam leuem,vt ſine ſectione venæ curari poſſit; nam, & maiores poſſunt, ſed quia conſulat eſſe ſecurios, aut ſecutum non ſecare venam, (vt nuper docui) ſi rubrum ſpuatur, cùm nullum ſputum venæ ſectionem minùs recuſet, damnatur etiam, quia extra intentum Hippocratis tota Galeni expoſitio eſt, nam ille non docet, ſi in pleuritide ſit, aut non ſecanda vena, nec de pleuritide ſanguinea potiùs quàm de aliis loquitor, ſed de omni cuiuſuis naturæ ſit, & ſic ſolùm dixit, *pleuritis*, & dicit quod quælibet impedit idoneam curationem ſputi ſanguinis, ſi cum illo complicetur, quia pleuritis

B quælibet tuſſim vt ſignum eſſentiale mouet, quæ perniciosa cauſa eſt, in ſpuentibus ſanguinem, ob vehementem concuſſionem thoracis,qua vena aperta, aut eroſa dilaceratur amplius, & recluditur. Eſt verò remedium vaſis, occluſio,& coalitua cum tuſſi impoſſibiles, & ſi non, difficillimæ: pleuritis laxantia petit, ſputum cruentum,quæ aſtringunt, & denſant; pleuritia febre continua vaſa & eorum oſcula recludit, & cruorem attenuat, ferueteque cogit, bilioſum reddit, repugnantia omnia ſanguinis expulſioni: hæc denſantia glutinoſa aſtringentia,& frigida amat, quæ pleuriticum ſuffocant; nam hic excrementa ex phlegmone reſudare, & reſudata tuſſiendo expellere, vt liberetur, ſatagit, & his augendo cruoris fluorem ſe necat: ergo

C ſi tam clara, veraque eſt Hippocratis doctrina, quod pleuritis impediat idoneam curationem ſputi ſanguinei, nugatur Galenus tam perſpicuæ, & veræ doctrinæ miſcendo medelam pleuritidis, in qua expuitur rubrum, & omittendo quod declarare tenebatur, præſtigiis alios eluſit, vt ob ſuæ doctrinæ tutelam inculpatos accuſent, vt Valleſium Zacutus,& Horatius Augenius, & ſunt alij plures apologeticè, velut laniſtæ ſe vulnerantes in dogmate intelligentiæ tam facilis vt à Valleſio noſtro expoſitum fuit, contra Galenum veriſſima expoſitione egregiè pugnante.

De reliquis auxiliis pleuritidis.

D PRæter dicta quæ difficiliora vt controuerſa ſunt, attende quod vt expurgatio damnatur ſi ſputum coctum iam appareat, ita ſanguinis miſſio quando coctio maior eſt non caret ſcrupulo, qoia & retrahit, vt docuj, & vt datur, alimenti copia maior quando plus expuitur coctum ob thoracis firmitudinem ſine qua tanta virtus vt ad tuſſiendum requiritur,non datur, ob eandem rationem ſanguinis detractio non caret periculo. Eſt verò docti Medici obſtare ſollicitè ne inflammatio ſit magna ob mortis periculum,aut ſuppurationem, quæ raro lethalis non eſt, præcipuè timenda in ſanguineis ob facilem ſuppurationem, qua veritate praxis Galeni, & ſequacium non ſecantium venam in ſanguinea pleuritide ſatis reiicitur, & impugnatur,

E committunt quidem voluulo fortunæ, quod ipſi breui ſecurè, & certè ſecando venam conſequi poſſunt, & debent ad præcauendum periculum imminens: alimentum in principio fluxionis tenue eſſe debet, nam in tempore in quo plus vena ſecatur præcauendo inflammationis augmentum, eſt etiam cibus detrahendus, præſertim in pleuritide petente plus cibi quando os madeſcit, & copioſè materia cocta tuſſiendo debet excerni, aluus ſeruanda lubrica emollientibus ſolùm, & deterſoriis; ſunt enim omnia ſiccantia inimica pleuriticis, ſputum enim retardant, reſudationem reprimunt, & thoracis motum difficiliorem reddunt, ob quod Tralianus dicebat, quæ humectant,& abſtergunt eſſe pleuritidis antipharmaca. Potus in principio parcus, tepidus eſſe debet, nam frigida potio, etſi fluxionem cohibeat, tuſſim auget, reſudatio impeditur thorax,

thorax effœminatur,ſed vinum,vt venenum in princi-
pio ſugiendum, in quo aqua decocta Iuiubis, violis,
aut carne pingui paſſulatum deacinatarum optima eſt,
non tam ſecura ſaccharata, aut ex hordeo integro,
quia in tempore fluxionis detergentia ſuſpecta ſunt,
fluxionem enim ſtimulant, & fouent. Vbi attende,
quod biliosa fluxio duabus cauſis fouetur, copia, &
mordacitate, & in principio quæ acrimoniam ob-
tundunt, & attemperant, vtiliſſima ſunt;ſunt verò iam
dicta,& flores bugloſſæ,& radices, flores,& radices mal-
uarum,& ordeum excorticatum, & mihi videtur vti-
liſſima tragacantha in principio biliosæ pleuritidis;eſt
amica thoraci,fluxiones biliosas mirè reprimit, & ne
tam crebrò tuſſis reiteretur,nec tam concuſsè torqueat
occaſio eſt, & eſt hoc in doloribus thoracis pulcher-
rimum inuentum, quando tuſſis violenta concuſſione
dolorem atrociſſimè acuit, quia ſubitò, & inſolenter
continuum diſſoluitur,inflammata parte concuſſa, eſt-
que ſæpè ſuga doloris, occaſio periculi, & mortis,
quando nec reſpirare, nec tuſſire ob metum doloris
pleuritici audent,& ſic ſuffocantur;omne enim inflam-
matum integram quietem deſiderare, Galenus docuit,
quoniam motu dilaniatur & rumpitur,& dolor accreſ-
cit,& torquet validiùs,& fluxiones prorritat.

Dolor hic ſuo modo pernicioſus eſt, nam contra
dolorem eſt ſomnus validum remedium,& hoc in vni-
uerſali principio auget fluxionem omnem internam,&
thoracis maximè, ad illum enim plus quàm ad alias
partes ſanguis in ſomno ſugit, præcipuè ſi retracto vi-
tali ſpiritu à corde ſomnus cauſetur, vt Galenus cen-
ſuit. Verùm,etſi hoc modo lædat, prodeſt vt vires in-
ſtaurat,& mirabiliùs,quod à pleura mouendo,ſit ſimul
reuulſorium auxilium, nam ſi dolor trahit, & ſom-
nus dolorem eliminat, reuellit ſuo modo, (etſi im-
proprio) quod dolore trahendum erat. Et ne ignores,
quod in thoracis doloribus trahuntur ſucci bifariam,
& dolore per ſe, & adiuncta triſtitia doloribus irre-
mediabiliter vinculata; triſtitia verò ad partem vi-
talem, ſanguinem; & ſpiritum retrahit. Ratum ergo
erit ſomnum non prodeſſe, ſi per indolentiam tractio
illa impeditur,& ſimul debilitas cauſanda à dolore,vt
dolor,& vt vigilare cogit,tot ſunt vtilitates dormien-
di; eſtque ob id ſignum mortale ſi dormiens à ſomno
(dum dormiat in tempore idoneo) non ſolùm non ex-
pergeſiat robuſtior, ſed cum nouo febris,aut aliorum
ſymptomatum incremento, vt in aphoriſmo dicitur;
*In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale; ſi verò iuuerit,
non mortale.* Ob hæc, vigilia in vniuerſali principio
fluxionum internarum conſulitur,ſomnus in principio
externarum,& longior, nam ſi calor trahit, vt omnes
cum Galeno docent, in ſomno calent interna, tepeſ-
cunt externa, quia vt docuit Hippocrates, ſanguis in
ſomno intrò magis fugit, & rurſus, manifeſtè qui vi-
gilat eſt extrinſecus calidior, internè frigidior, dor-
miens è contra.

Reuulſiones ad inferna aſſiduæ debent eſſe, frictio-
nibus crurum,cucurbitulis,& veſicantibus fortioribus,
& ſecta venà dolor mitigabitur oleis anodinis,etiamſi
exquiſitè totum inanitum non ſit; nam doloris miti-
gatio omni ingenio procuranda, ob commoda multa,
& ad impediendam attractionem doloris effectum tam
certum. Communia ſunt olea amygd. dulcium, ſeſa-
minum,violaceum,chamemali cum liquamento axun-
giarum recentium, & recenti butyro facto linimento,
fouere locum dolentem cum decoctione rerum diuer-
ſarum, nunquam mihi placuit, reducitur enim facil-
limè,& infrigidatur locus cum ſummo periculo, præ-
ſertim hyeme, olea verò ſemel calefacta, & actuara,
tenaciter calorem conſeruant, præſertim lana ſuccida
ſuperpoſita. Ore verò ſumitur oleum amygd.dulcium
recentiſſimum, & quod vt expertum extollit Phrigius
de ſemine lini, cuius ſex vncias præbet, etiamſi fe-

A bris ſit magna, ſic hoc auxilium confert vt pleuritidis
proprium alexipharmacum putes. Vtile eſt ius opti-
mum cum lacte amigd. dulcium, & ſaccharo, cui ſi
emulſionis ſeminis papaueris albi aliquid miſceas, op-
timè conſules, non enim ſomnum conciliat quia fri-
gidum, vt antiquitas credidit, ſed proprietate occulta
narcotica in calidis multis inuenta; imò, & doctiſſi-
mus Platerus docuit hæc,quæ non frigore,ſed narcotica
vi ſoporem inducunt, eſſe etiam ſudorifera, effectus
tã neceſſarius medelæ pleuritidis, eſt enim ſudor felix
illius terminatio, vt quotidie experimur. Vnde ſi vr-
geant vigiliæ, dari poſſunt propriè narcotica in deco-
cto pectorali,quicquid dicat Riuerius, eſt enim incre-
dibile quod laudani opiati granum conciliet ſomnum,
B quia totum infrigidet corpus,quando,& ignis actiuiſ-
ſimus omnium in ea quantitate, vel leui tactu extin-
guatur; & putandum ſit quod calor febris ardentis
vincatur ab vnico grano laudani opiati,eſſet enim ne-
ceſſarium ante ſomni inuaſionem ſentire ægros infri-
gidari vehementer,vt ſentiunt ſi frigidam potent,& ni-
hilominus non ſoporantur ab illa,etſi in tanta quanti-
tate bibatur. Nec ſibi conſtat Riuerius dando in initio
pleuritidis aquam papaueris rubri cum ſyrupo einſ-
dem in notabili quantitate, in quo auxilio doctrina
Plateri firmatur, quod narcotica ſunt etiam ſudorem
cientia,vt in papauere rubro experimur, & ipſe Riue-
rius,ſemen papaueris albi cum aliis admittit.

Si dolor tam pertinax, & indomitus ſit, ſequenda
C eſt doctrina Galeni 6. *epid.* quam optimè expoſuit
Vallerius, docens eſſe applicandam ſupra locum do-
lentem cucurbitam cum ſcarificatione, vt euacuetur
cauſa continens tam atrocis ſymptomatis, ad quod
auxilium non ſemper requiritur exquiſita totius eua-
cuatio,ſed imperandum eſt quando reuulſionis per ſe-
ctam venam,& alia remedia, & topica anodina dolor
non moderatur,nam cùm ipſe ſit attractionis occaſio,
fluet ſemper humor donec dolor remiſſus non ſit.Hoc
ex me accipiendo, quod quando dolor nullis auxiliis
moderatur,eſt de genere illorum, qui ex loco inflam-
mato nihil permittunt euacuare,vt propter malignita-
tem eorum Galenus docuit 2. *de victus ratione*, & in
his notat non eſſe ſperandam in ſanguine extracto co-
D loris mutationem; illa ergo inſuperabilis,& indomi-
ta retentio in loco inflammato, ſola cucurbita ſca-
rificata profundioribus plagis ſuperabitur, ſi ve-
rum eſt ex Galeno, eſſe ſtrenuum auxilium ad ex-
trahendos humores firmiter impactos in profundo
corporis, qua praxi multos à faucibus Orci liberaſſe
Valleſius docuit. Nec ignores ex Hippocrate, debere
eſſe cucurbitam oris ſtricti, ſed ventricoſam; eſt enim
hæc formatio ad trahendum ex alto valentiſſima, &
ſi opus fuerit, vnam, & alteram repetes immediatè,
nam tractio gratia vacui debilior fit ad proportionem
qua prima cucurbita repletur, & cum hæc immediata
excrementa trahat priùs, educet ſecunda, quæ pro-
fundiores partes lancinabant, & excedebant. Eſt aliud
E ad ſcarificationem cogens notandum, quod dolor
tam pertinax arguit aut ſuppurari materiam,aut ſpha-
celari locum affectum ob corruptionem malignam
cauſæ inflammantis, quod in aliis partibus experti
ſumus,dolere nimirum violentiſſimè, & dolorem de-
ficere penitus,& gangrenam ſubſequi occultam,vt fue-
rit neceſſa membri mutilatio cum inſigni vitæ pe-
riculo,& frequentiùs ſine remedio, & contingit faci-
liùs pleuritidibus nihil ex ſua cauſa remittentibus ob
malignitatem,vt Galenus admonuit,qui quod nos mo-
dò docemus, tenebatur aduertere, vt cauſam tantæ
inflexibilitatis tradendo, remedium vt debebat tanti
periculi diuulgaret, quod & nemo quem hactenus le-
gimus fecit, & ſi aliqui doceant malignas pleuriti-
des eſſe inungendas oleo Mathioli, & theriaca ad
refractionem veneni, & nos addimus oleum viperi-

num, quod eſt ſingolare reſoluens, & alexipharmacum. Verùm hæc poſt ſcatificationem partis affectæ excellentiùs, & efficaciùs operabuntur, præſertim ſi oleo cetæ miſceantur, in quibus malignis pleuritidibus communem confectionem hyacinthorum repudiabis, & electatium de gemmis, ſiccant enim, & aſtringunt, & ſputum cohibent, vt experimentum docuit, quo magiſtrum meum doctiſſimum redargui, & conuictus præcepit, ne deinceps in illis conſuletentur; ſed ſolùm lapis bezoat, dummodo ſyncopales ſudores non graſſarentur, vt in malignis ſolent.

De vſu acidorum in pleuriticis non leue dubium eſt, Galenus enim 3. *de victu acut. text.* 2. ſic ſcripſit, *ob id ſanè viſceſos humores tuſſes non expurgant, nempè manent, & interna viſci inſtar occupant branchia, ergo quæ ad eductionem eorum, qui in pulmone continentur craſſorum humorum factura ſunt idonea medicamenta, moderatam humiditatem habere debent: quod ſi viſcoſi humores fuerunt, non humiditate ſolùm eſt opus, verùm quoque, & ea quæ ab acidis fiat ſuccit deterſione, ob eam rem melicratum ad craſſorum humorum expuitionem eſt conuenientiſſimum, oxymel verè ad viſceſorum:* & Hippocrates *libro de affectionibus* 8. ſcripſit, *& potiones dandæ ſunt acidiores, quo ſputum de latere repurgetur.* Eſſe verò pernicioſa ex eorum natura facilè deducitur, ſiccant omnia, & frigida ſunt, & aſtringere certum eſt, quod & guſtu clarè exploratur, nec mirum, quia ex acerbis tranſeunt in acidos ſapores, ſicque exaſperant, vt 1. *de victu acut.* Galenus docet, & 5. *de locis affectis*, acida gulam comprimere aduertit, quæ qualitates pleuritidi aduerſiſſimæ ſunt, ſiccæ præcipuè, & aſtringenti, ob quod Galenus 1. *de victus ratione, tex.* 17. vt mortis autorem diuulgat illum, qui pleuritico, iam in declinatione conſtituto lentes cum aceto dedit, eſtque acidus ſapor acris, vt 4. *ſimplicium* docet Galenus, & tuſſim irritare neceſſe eſt, & moleſtiam augere, citatiori tuſſi.

Cenſura noſtra eſt, acida ſola nunquam eſſe ſecura, & in principio eſſe pernicioſa, mixta verò calidis, & detergentibus, quando cocta eſt materia, optima ſunt, quia ſputum coctum craſſeſcit, fitque glutinoſum, & quia dulcius iam, & naturalius ob coctionem, expultricem irritat minùs, & ſic inciſoria, detergentia, & tuſſim leniter mouentia magno commodo dantur, vt acida ſunt, & habent eundem locum cocta iam materia, quem in morbis venarum medicamenta expurgantia, cocta enim medicanda ſunt in venis medicamento expurgante, quod in thorace venenum erit, quando in vigore cocta expuuntur, & loco illius acida ſunt exhibenda cum aliis, vt feliciùs thorax expurgetur, & citiùs.

Periculum, & frequentia huius morbi multa conſiderare obligarunt, ſic tempore hyemis intra cubiculum vas plenum aqua calida perpetuò tenendum, in qua coxerint liquiritia, fœnugræcum, melilotum, tuſſilago, chamemali flores, & lini ſemen, cuius vapor aſſiduè inſpiratus, coctionem excrementorum thoracis, & reſudationem à pleura optimè ſollicitat, eſtque neceſſarium auxilium in multo frigore, tuſſi ſicca, & quando melancholicus ſanguis pleuritidem cauſat, eſt imperandum ſecta priùs venâ, nam in principio fluxionem calefaciendo thoracem fouere poterit. Ex me accipies, quod ſi aſthmaticus corripiatur pleuritide ſolet periclitari quando inflammatio videtur ſecurior, eſt verò quando multum, & coctum expellendum eſt, tunc enim cùm branchia pulmonis ratione aſthmatis ſupponantur obſtructa & cùm obſtructio ſit indelebilis, ſuffocari ſolent multitudine ſputi, (etſi cocti) hærentis locis obſtructis ob defectum commodæ, & liberæ viæ, & ſi aſthma à crudo tuberculo creatum ſit, certiùs pereunt, quia occaſio impediens, penitus irremediabilis eſt, obſtructio vero à craſſis poteſt idoneis auxiliis diminui, quod optimè faciet, ſi oxymel ſquilliticum ido-

A neis aliis admiſceas, aut ſeminis erucæ, vel vrticæ ſubtiliſſimum puluerem, & florum ſulphuris: eſt ſingularis puluis ex thymo cum mulſa datus, & in extremo periculo chryſocollæ.

Sed quod te illuſtrem faciet, erit ſi ſollicitè attendas ſuppurationis inflammationis initia, vt celeriùs euacues, ne confirmetur quod eſt difficillimum: verùm tunc profundè latus ſcarificare, & vlcera manantia ſeruare celebre eſt, vt paulatim euomant, quod internè ſuppurat natura, ſic impedies ne intus vomica rumpatur, à qua pauciſſimi euadunt. Signa incipientis ſuppurationis ex Hippocrate in præſagiis accipies, quæ in omnibus thoracis inflammationibus, quotidie memoriâ repetes, vt internam ſuppurationem præcaueas, mirabiliſque fias, & vulgi fugias opprobrium ex B morte ſubita, dum internè vomica rumpitur venturum, ſi illam non præſagaueris, vt te docuit Hippocrates 7. *aphoriſm. text.* 8. dicendo. *A tuberculi intro ruptione, exolutio, vomitio, aut animi defectio fit*: & Galenus Expoſitor ſicuti tuberculorum in thorace, atque pulmone ruptio, non vomitiones, ſed neceſſariò quidem tuſſim excitat, ſæpiùs etiam ſtrangulat; vnum tamen ſignum ſuppurationis in præſagiis tacuit, diuulgauit verò in coacis prænotionibus inter alia ſigna mala, ſcribendo; *in doloribus pleuriticorum vtile eſt aluum mollem eſſe, ſputa colorari, vrinam facilè prodire, ſtrepitum in pectore non fieri, at contraria ſis difficilia, & ſputum dulce factum*: eſt enim dulcedo ſputi ſuppurationis ſignum, non extinctionis vitalis caloris, vt malè Hollerius expoſuit. Nec Iacotius veritatem attigit, C ad delitium, & colliquationem reducens ſputi dulcedinem: eſt ergo exponendus hic locus per alium Hippocratis 3. *de morbis, titulo, Peripneumonia*, dicentem: *Sit minùs interroga ipſum an dulcior ſit ſaliua, & ſi affirmauerit hoc, ſcito pulmonem ipſi ſuppuratum eſſe, & morbus annum durabit, ſi non in quadraginta diebus pus eduxerit, ſtatus morbi lethalis eſt*; En dulcedo nec ab extinctione, nec delitio, aut colliquatione, ſed actione ſuppurante orta, in quem ſenſum dixit idem author in coacis; *Qui futuri ſunt purulenti, primùm quidem ſputum ſalſa, mox dulciora.* Breuis, & melior Hollerij tranſlatio *fol.* 789. *Futuris purulentis, ſputa primum ſalſa, deindè dulcia.* Fit dulcedo à calore, intra limites natura D les, ſed non exquiſitè in pleuriticis, & pulmonariis, cùm laborent febre, & acuta; eſt etiam materia ſuppuranda putrida priùs, nam calor partis qui illam ſupparat, coquit alimentum naturale, nutritur enim dum laborat, & reliquæ partes ſimiliter, quamvis febricitent vt inflammata, ſed non tam intensè. Inde fit, quod in ipſa ſuppuratione dulce fiat quod anteà putridum, ſalſum, aut amarum erat, quia vt docuit Galenus, quædam coctio in ſuppuratione includitur. Vt ergo aſſimiletur pus membris coquentibus, ſuo modo dulcibus, neceſſe eſt, vt quod ſuppuratur, benè reddatur dulce, & ſimiliter, quod coquitur, etſi non ſuppuretur, & eſt per conſequens dulcedo communis excrementis coctis, ſuppuratis, ſed maior in ſuppuratis percipitur, quia pus diſſolutum plus eſt, quàm E ſimpliciter coctum, & penetrat, diſtribuiturque profundiùs per linguam, ſicque dulciùs ſentitur, quàm coctum, quod in pus verſum non eſt, hoc enim lentum eſt, & nullo modo diſſoluitur quando expuitur, ſed integrum pellitur, & minùs linguam immutat, & ſic meritò præcepit Hippocrates, quod pulmonarius interrogetur, *ſi dulcior ſit ſaliua, & ſi affirmauerit, ſcito pulmonem eſſe ſuppuratum.* Omnia verò quæ coquuntur, dulceſcere, & fieri ſemper dulcia docuit Hippocrates de aëre, locis, & aquis, de dulcedine aquæ pluuialis tractans in fine numeri octaui. Hæc ſunt quæ non paruo labore ad explicandos textus Hippocratis acquiſiui; ex quibus deduces, quod dulcedo maior potiùs confirmatam ſuppurationem ſignificat, quàm

inci

Digitized by Google

incipere, & ad cognitionem incipientis aſſe tenenda tenaciter ſigna adducta ab Hippocrate in ptognoſtico opere, & quolibet dia curationis inflammationum iuretnaruoi eſſe in ægrotis aduertenda, vt fias illuſtris, & upprobria vulgi præcaueas, ob mortem poſſibilem inopinatam, ſi ſine prædictione euptionis eueniat.

Quæ alexipharmaca pleuritidis putantur.

QVercetanus, vt tradit etiam Riuerius, pomum curtipendulum excauat, & puluere thuricis maſculi foueam teplet, & igne coquitur, donec puluis cum pomo exquiſitè incorporetur, & cum ſaccharo cando ſumitur, & ſuperbibantur aquæ cardui benedicti ℥ iv. & B æger ſtragulis coopertus multum ſudet; datur poſt tres, aut quatuordies morbi euacuato corpore, quo auxilio innumetos priſtinæ ſaluti reſtitutos vidit. Quod remedium vtila eſt, qoia ſudore reuellit mirificè materiam totam ad cutem, quod præcipuè præſtat aqua cardui beodicti, malignitatem ſimul reprimendo; pomum idem præſtat, (nomine cuius canuſias noſtras intelligo) calore enim moderato, & humore pingui, & odore, cor recreat, & thoracem laxat, vt ſudore euacuentur illius excrementa; thus narcoticum eſt, & dolores ſedat, & ſimul partem dolentem aſtrictione firmat, ne amplius recipiat, partibuſqne aromaticis ſudorem C etiam fouet, & concoctionem iuuat, ſed ſuſpectum illud facit Dioſcorides *cap. proprio*, dicendo; Sed in ſecunda valetudine hauſtum inſaniam mouet, & largiùs cum vino ſumptum interficit, ſecurius proinde cenſeo drachmam dimidiam ſulûm miſcere, ſi experiri remedium velis, & loco alterius dimidiæ, lapidis bezoat grana ſex addere poſt coctionem thuricis in pomo, non enim lapis coquendus eſt. Non retulit Dioſcorides modum occidendi, nec alius quem legerim, eſt mihi probabile, necare, vt occidunt narcotica in maiori quantitate ſumpta: indicium eſt, quod ſûmptum cum vino occidat, quod etiam narcoticum eſt, etſi leuiſſimum. Sic videmus hyoſciamum inſaniam mouere, & largiùs ſumptum occidere, non quidem frigore, vt tota putauit antiquitas, ſed vi narcotica. D

Securius auxilium videtur dare puluis radicis lappæ maioris in aqua calida, potenter enim ſudorem prouocat, & dolorem ſanat, doſis drachmæ duæ, ieiuno copore, eſt experimentum Alexandri Benedicti, *cap.* 18. *de Pleurit.* qui lappam recenſet; eſt ea Bardana ſeplaſiariis, & Græcè Arction dicitur: Dioſcor. *lib.* 4. *cap.* 108. De aqua ſtillatitia, aut decocto florum papaueris rubri, aut puluere, vel ſerapio ex decocto eius parato, concors eſt omnium opinio, vtiliter dari, & ſigna deducunt recentiores ſcriptores, quidam in principio ſolûm illis vtuntur, cenſent enim ſputum prohibere, vt narcotica omnia quatenus ſenſum ſuſpendunt, & moleſtiam, ſine qûa ſputum non pellitur; verum cùm E ſudorem efficaciter moueant, ſemper erunt vtilia, cùm terminatio illa ſit tam idonea pleuriticis, habet enim (vt reor) flos ille multum ſulphureum quo vtiliſſimus eſt ad expectorandum, & mouendum ſudorem ſimul, eſtque aſtrictionis ſenſibilis expers, nec vt frigidus ſomnum conciliat, oh quod ne impediat ſputum ſine ratione timent: indicant hæc ſubtilitas, & ſumma raritas, & tenuitas floris, & ſic cenſeo omni tempore dari poſſe; nec Mathiolus tempus certum definit ad vſum eius, & Serapium præcipuè laudat *lib.* 4. *c.* 6. Vbi lentor ſputi, & craſſities ſputitionem remorantur, celebre eſt auxilium mulſa cum puluere ſeminis vrticæ, nam, & cum melle linctum laudat Dioſcor. *lib.* 4. *c.* 89. & omni difficili pectorationi ob lentorem, & craſſitiem auxiliatur validè mulſa in qua therebinta reſina cocta ſit, ſic A puluis, aut raſura dentis apri, vt expertum laudatur remedium, etiamſi ſicciſſimus ſit ob vim ſulphuream, quam oſſa (humana præſertim) vbertimè participant, quia, & arthrides peruicaces ſanant, & ſummum præcautorium remedium ſunt electaria ex cineribus eorum compoſita, ſimulque articulos ſtrenuè roborant, ſiccitate qua pollent, & moderata aſtrictione.

In bilioſa pleuritide crebet vſus ptiſanæ eſſe debet, præſertim cum cremore ſeminis melopeponis, cucurbitæ, cucumeris, & papaueris, vt docet Mathiolus, ſicut mulſa, in piruitoſa, largiorque potus concocta materiâ concedetur, vt in aſthmaticis Galenus docet, vt faciliùs expuatur. De vſu lentium in pleuriticis controuerſiam tractat Zacutus *lib.* 2. *hiſtoriarum, quaeſt.* 21. in qua B multa falſa docet, vt Auicennam defendat, eſtque periculoſa eius deciſio, dando in principio pleuritidis primùm lentium decuctum quod fluxionem proritare & ſollicitare eſt certum, ſi deterſorium, & mundificatiuum thoracis eſt, & vt inferiùs dicit Zacutus, nitroſum, calidum, eſt ſolutiuum, & inde in pleuritidis calide principio minùs conueniet, cùm in nulla ſit vtile, & ſemper ſuſpectum in principio. Quod verò dicit de aceto, nullam aſtrictiunem habere, abſurdum eſt, experimentum enim docet contrarium, & omnes practici, vt repulſorium fluxionum commendant; at in inflammationibus incipientibus applicatur, & Galenus medicum qui lentes cum aceto dedit, damnauit, & clarè docuit 14. *methodi cap.* 1. & guſtus ipſe oſtendit, igno- C tóque ſi mixtum ſiccum in tertio, & frigidum à prædominio ſine aſtrictione ſit poſſibile; & Oribaſius *cap. proprio*, os ventriculi acetum roborare docet, quia aſtringit. Securius ergo eſt rem in controuerſiam poſitam fugere, vt ſoleo in paſſionibus acutis, in quibus nullus error leuis eſt, præſertim quando dantur alia ſimplicia ſine diſcordia idonea, vt ſunt plurima, lentium decoctum ſecutiſſimè impleoria, & ſemper debet Medicus (ſi poteſt) quodcumque auxilium praui ſucci in acutis affectionibus fugere.

D

HISTORIA HEROPYTHI.

A die prima ad ſexageſimam.

Abderis Heropythus caput erectè obambulans dolebat, non multò autem poſteà decubuit, habitabat prope ſuperiorem viam; febris ipſum corripuit ardens, acuta, vomitus in principiis multorum bilioſorum, ſiticuloſus, difficilis tolerantia, multa, vrina tenues, nigra, ſublime appendiculum, aliquando quidem, aliquando non; noctem laborioſè, febris aliàs aliter exa- E *cerbeſcebat, plerumque ſine ordine. Quatuordecima verò ſurditas, febres intendebantur, vrina per eadem: vigeſima delirauit multùm, & ſequentibus: quadrageſima multus ſanguis exiit de naribus, & intelligebat magis, ſurditas inerat quidem, minùs tamen, febres remiſerunt, ſequentibus diebus ſanguis erumpebat crebrò, & paulatim.*

RARA, & ſingularis duratio morbi tam acuti, vſque ad centeſimum, & in aliis tranſlationibus vſque ad centeſimum, & vigeſimum affligentis, cuius fortaſſis durationis admiratus Hip-

pocrates, non ſolùm à morbi initio notauit fuiſſe febrem ardentem, & acutam, ſed in fine narrationis ſcripſit; *ardens febris*. Nec minus ſtupendum eſt morbum tam acutum in tanta duratione ægrum non ſuſtuliſſe, cuius fælicitatis, duplex ocaſio fuit, & ægroti robur mirabile, & quod in initio acceſſionum multum biliosum euomebat, ob id enim dixit Hippocrates *vomitus in principiis*, eſtque probabiliſſimum illam inſignem expulſionem duraſſe vſque ad quatuordecimam per omnium acceſſionum initia, quæ vt Author narrat, inordinata erant, vt nullus typus certus ſeruaretur, fuitque per conſequens febris illa ex inconſtantibus, quarum antiquus magiſter meminit 4. *de victa acut. text.* 52. Præter inconſtantiam habuit aliud prauũ hæc febris, eſſe nimium difficillis tolerantiæ, & æmulari febres *Aſſodes*, dictas de quibus eodem libro *text.* 47. mentionem fecit, & periculoſas nimis eſſe diuulgauit, vt admiratio maior videatur, potuiſſe Heropythum febrem tam grauem ſuperare. Mihi verò minus mirabile apparet, cùm cenſeam expulſiones antecedentis materiæ, in rigore ſymptomaticas non eſſe, ſed vtiliſſimas, quia nondam materia illa cruditatem contraxit, præſertim quando à morbi initio illius materiæ expulſionem natura procurat, vt cenſeam, quod ſi tam inſignis euacuatio per vomitum non fuiſſet, periclitaretur breuiſſimè Heropythus, ſi teneas, vt debes quod ſi tota illa materia vomitibus pulſa, pelleretur ad focum, (vt erat neceſſarium, ſi non vomeretur) mortales, & deſperatas acceſſiones cauſaret, aut in initio acceſſionum ſuffocantes, aut in vigore, & declinatione ſudoribus diaphoreticis, aut ſyncopalibus. iis in declinationibus; illis in ſummo vigore, quia in hoc ob ſummum incendium digeſto vitali ſpiritu, in declinationibus verò, debilitata naturá, vt par erat in tribus primis temporibus, de quibus Galenus 3. *de criſibus cap.* 9. docuit in declinatione acceſſionum inopinatò necare, nequeunte naturá, vitales ſpiritus detinere, quando ad finiendam acceſſionem laxatur, & expanditur tota, & corpus recluditur, liberéque ob debilem retentricem exhalari vitalem calorem permittit, verba Galeni ſunt; *Debilior verò, atque inordinatior & inæqualis eſt pulſus in mortalibus declinationibus; nam vnà cum illis, tunc calor febrilis expirat, atque hinc ſpes melioris exoritur: mox cùm ad leuandum ventrem ſurrexerint, animi defectam incurrunt, & nonnulli pauco; & tenaci ſudore effuſo moriuntur, vel etiam ſine ſurrectione.*

In hac pugna, & inordinatione acceſſionum, vſque ad decimumquartum perſeuerauit affectio, & ob id nullum diem determinatum vſque ad illum expoſuit, aut enarrauit Hippocrates. iam verò in decimo quarto ceſſante expulſione per vomitum, cœpit materia ſurſum moueri, & ſurditas inuaſit in tranſitu ab infernia ad cerebrum; eſtque ob id phreniticidis timendum præconium, ſicut ſalutis, quando ſurditatem morbus grauis cerebri præceſſit; ſimul cum ſurditate creuerunt etiam febres, quoniam vt ſuſpicatus ſum, ceſſarunt vomitus in acceſſionum initiis, & plus materiæ ad focum pellebatur, nec fuerunt mortales acceſſiones ob multam euacuationem in paroxiſmis acceſſionum præcedentem. Vigeſimo ſurditas promiſſis ſtetit, & multùm delirauit, cœpitque natura velut nouum morbum excitans, nouum focum acceſſionum errans eligere, cerebro proximiorem, vnde delirauit continnò vſque ad quadrageſimum, in quo fluxu ſanguineo narium, & multo, remiſſum delirium fuit, & moderatior ſurditas, & tepidiores febres, & vt deonerabatur cerebrum à natura, fluebat minus per nares, durauitque ſtillicidium vſque ad ſexageſimum. Qui fluxus in primo circuitu criticorum dierum ardentium febrium cum magna vtilitate ſolet à natura moueri, vt in prognoſticis docuit Hippocrates; non fecit verò, quia (vt docuit) per vomitum in duabus ſeptimanis inſignem euacuationem celebrauit, mortem præcauendo, & fortaſſis ſi fluxum ſanguinis in principio natura tentaret, tentaret illum periculoſiſſimè, quia cacochimia biliosa erat magna, & vt in illa eſt perniciosa ſanguinis miſſio, eſſet fluxus ſanguinis narium, & docuit, quod expurgatio ingentis cacochimiæ diſponit mirè vt ſecutè ſanguis mittatur, ſic ſagax natura loco medicamenti expurgantis à Medico imperandi vomitibus biliosis ſupernatantiam ſuſtulit, & poſteà venas narium aperuit, vt ſecurè detracto ſanguine cerebrum delirans liberaret. Fuiſſe ingentem cacochimiam biliosam oſtenderunt vomitus priores, & ruſſus quando ceſſarunt declarauit aſcenſus ſanguinis ad cerebrum, & delirium tam pertinax; & efficaciſſimè diuulgauit illam ſanguinis fluxus copioſus priùs per nares, & poſtea euidentiùs publicauit ſtillicidium illud tot diebus reiteratum tam crebrò, quod clarè denotabat infectionem biliosam ſanguinem totum inquinantem, vt in minima quantitate illius detur ſufficiens irritatio, vt ſit naturæ intolerabilis, qua prauitate ſtimulata expultrice, vſque ad mortalem ſyncopem ſine remedio euacuat; vt in cura noſtra de ardente febre latiùs explicui; quam inſolentem euacuationem fortaſſe in hoc ægroto natura perficeret, niſi priùs (vt docui). ſanguinem tot vomitibus defæcando, tulerabilem naturæ reddidiſſet, & vtilem.

A die ſexageſimo ad finem.

Circa ſexageſimam autem fluxus ſanguinis ceſſauerunt, coxæ autem dextra dolor fortis, & febres intendebant, non multo autem tempore poſteà dolores omnium inferiorum partium, contigit autem aut febres eſſe maiores, & ſurditatem multam, aut hanc quidem recedere, & ſublenari, infernarum autem partium circa coxam maiores eſſe dolores; iam verò circa octogeſimam omnia remiſerunt. nihil autem defecit, vrina enim boni coloris, & plures ſubſidentias habentes prodibant, & deliria minora erant; circa centeſimam autem aluus multis biliosis turbata eſt, & tempore non exiguo multa huiuſmodi prodibant, & rurſum dyſenterica cum dolore, aliorum autem quies, in ſumma febres defecerant, & ſurditas ceſſauit, in centeſima indicatus eſt perfectè febris ardens.

Nunquam putabo materiam huius febris coctam fuiſſe, quia nunquam illam quietam inuenio, incoctile verò eſt, quod nunquam quieſcit, quia non retinetur; nihil verò non retentum coquitur, nec reuerà poteſt, & maiori retentione eſſet quod malignius eſt, vt fuit materia huius febris. Priùs excedebant vomitus, iis deficientibus ſurditas, deliria, & fluxus ſanguinis, cum iam reiterato ſtillicidio ſuperuenerunt, fluxibus iſtis ceſſantibus dolor fortis dextram coxam oppreſſit, & febres erant maiores, mox omnia inferiora doluerunt, & in omnibus inſignis, & periculoſa ſimul mutabilitas, & inquietudo naturæ apparebat, quia modò maiora, modò minora erant tam inſolentia, & varia pathemata. Quæ volubilitas, & inconſtantia vſque ad octogeſimam moleſtauit, in qua remiſſa iam erant omnia, nullum tamen defecit, cœperuntque vrinæ naturales apparere cum multis ſubſidentiis, & deliria erant minora, & cùm leuiora eſſent, non fuit ſatis vt ſuam conſuetam iracundiam expultrix deponeret, ſed velut furens de nono per ſeceſſum prauam materiam eliminare penitus decreuit, qua exilium adimplente, teſtimonium ſuæ peregrinationis vlcera inteſtina fideliſſimum tradiderunt, doloribus, nixu, & inquietudine à dyſenteria inſeparabilibus, quæ coctam non fuiſſe, nec cicuratam morbi materiam declararunt, ſed potiùs expulſam, & reſolutam, ſicque ea eradicata, cœpit natura cibum vt debebat concoquere, & fortaſſe in putridis febribus non datur alius modus coctionis,

ctionis, hoc eſt nihil verè putridum coquitur, ſed pellitur modis diuerſis, & quando quod remanet non poteſt naturam peruertere, incipit cibos perfectiùs concoquere, & ob id coctiones ſunt ſignum victoriæ naturæ, de quo argumento alibi ex profeſſo.

Ex relata inquietudine diuerſas partes de nouo velut nouum focum occupante, & tam diuerſa creante ſymptomata, ſequentem partitionem morborum Valleſius fecit; *Verùm hic morbus,* (inquit) *non ſemper fuit febris ardens (nam non habuiſſet conſtitutionem tam longam) ſed multas fecit mutationes; vſque ad diem vigeſimum fuit febris ardens, inde vſque ad quadrageſimum fuit phrenitis, inde vſque ad ſexageſimum fuit etiam phrenitis, ſed cum fluxu ſanguinis de naribus inclinans ex acutie, à ſexageſimo ad octogeſimum fuit ſchias vocatus morbus, ſeu dolor coxæ, ab octogeſimo diarrhæa, & dyſenteria vſque ad centeſimum, qui fuit morbi finis.* Quibus ſentire videtur Valleſius phrenitidem eſſe leuiorem affectionem ardente febre, & breuiorem conſtitutionem per conſequens febri ardenti dicauit, nimirum vſque ad vigeſimum; & phrenitidi quadraginta dies accommodat, velut ſit phrenitis non eſſet acutior multò, & periculoſior, ſine diſcordia omnium Medicorum, dicente Galeno 1. *prognoſticorum, omne genus phrenitidis eſſe exitiale*; ſed quod in initio expoſitionis hiſtoriæ dicit, videtur difficilius; in morbis longis, (inquit) rariores eſſe iudicatorios dies, vſque adeò, vt perinde ſit in illis quadrageſimos, & vigeſimos notare, atque in acutis ſeptimanas, & quaterniones, dictum eſt antea, & ex hac narratione etiam intelliges, quæ poſt vigeſimum, ſemper per vigeſimos additio facta eſt, quadrageſimi, ſexageſimi, & centeſimi mentione facta, & paulò poſt dicit, illud eſt notatu digniſſimum, omnes vigeſimos attuliſſe magnas mutationes.

Difficile eſt credere, fuiſſe Heropytum verè phreniticum, vt eſt difficile admittere tam longam conſtitutionem in morbo exitiali, cùm dies quadraginta phreniticum fuiſſe Valleſius concedat: ob id docui anteà focum nouum putredinis ortum fuiſſe in parte cerebro proxima, vt ob proximitatem delirium eſſet perpetuum, & modò clariùs explico mentem noſtram; eſt verò, quod à die quatuordecimo ceſſarunt vomitus, & cœpit natura verſus cerebrum bilioſum ſanguinem pellere, quod indicauit ſurditas, & etiam nouum febrium incrementum, & confirmauit delirium à vigeſimo die, vſque ad ſexageſimum; nunquam tamen cenſeo veram inflammationem cerebrum obſediſſe, ſed vaſa maiora impleri ſanguine aſſiduè miſſo, & læſum fuiſſe tranſeunter, quin aliquid extrauaſaretur in cerebro; onus verò illud ſanguinis bilioſi in vaſis cerebri, delirare ſemper cogebat, donec quadrageſimo ſanguinem per nares cœpit expultrix reiicere, in magna quidem copia viginti diebus paulatim congeſta, nec antea expulſionem cœperat, quia delirantes ſentiunt ſolùm obiecta vehementia, & ſæpe intenſiſſima neceſſaria ſunt, vt expultrix operetur, & Heropytus à vigeſimo delirabat multùm: fuit verò moderatius delirium poſt copioſum ſanguinis fluxum, depoſita magna ex parte plenitudine parciali vaſorum cerebri, & ſimul remiſſiores febres ſucceſſerunt, quia quod mittebatur ad ſupera erat minus euacuato per nares, fuit enim inſignis euacuatio diebus viginti perſeuerans. Qua ceſſante, nouum hoſpitium inimicorum excrementorum natura inquirens, & ſecurius, coxæ articulationem inuenit, quam non leuiter, & totam inferiorem viciniratem, excrementorum cohorte oppreſſit. Verùm quia in illa, velut in angulo domus propriæ patiebatur ſemper natura, extra domum reiicere inimicos antagoniſtas decreuit, & diarrhæà priùs, & tandem dyſenteriâ moleſta tam pernicioſos hoſtes proſcripſit.

Si inquiras occaſiones rantæ varietatis, non erit reſponſio facilis; inquires enim, cur natura vt cœpit per A vomitum ſe exonerare, non ſeruauit hunc modum, & ſi illum dereliquit, cur non reiecit per inteſtina, vt fecit in fine morbi, & tam deprauatè operata fuit, vt cerebrum tam periculosè per dies quadraginta expugnare contenderet; & tandem tantorum errorum in proprio capite periculum faciens, reſipuit, & per ſeceſſum lædentia reiecit. Scire licet, quod in cacochimia vniuerſali totius, omnes partes ſe exonerare procurant, & quælibet in debilem cum qua aut vicinitate, aut rectitudine viarum communicat: ſic caua iecoris pars, & venæ ei affines per vomitum ſe facillimè liberant, ob viarum, & partis recipientis capacitatem receptioni tam commodam, & ventriculus per os, aut ſeceſſum, Sic meſerei ſaburra vomitu, & ſeceſſu expurgatur, quod tenebis, ſi via morbosè impedita non ſit, & hic B modus primæ regioni proprior eſt; regio verò ſecunda totum corpus habet ſubiectum, quia per totum excrementa, vt alimentum neceſſariò diſtribuit, cuius furorem quælibet pars experietur, ſi debilis ſit; erat verò ante morbi inuaſionem cerebrum Heropyti debile, & ſic mundata priùs per vomitum prima regione, cœpit ſecunda cerebrum vt debile iam expugnare, & ſurſum feruentia miſit, & errorem expellentis ad cerebrum, fouebat non dubiè capitis dolor tractione ad ſe incitando expultricem, & non dubiè laborauit multum Hippocrates præcauendo ne firmaretur phrenitis, timendo quod ipſe in aphoriſmo ſcripſit. *Si ante morbum aliqua pars doluerit, ibi firmatur morbus*; & roborando cerebrum, aliiſque reuulſoriis auxiliis: & quia C quod craſſius erat, difficilè ſurſum aſcendere poterat, & dictis auxiliis inclinabatur natura, & deorſum coxam expugnauit, craſſiorem excrementorum partem in illam pellendo, hæc enim in longis febribus vincitur tardiùs, non ſolùm quia talis magis reſiſtet, ſed etiam quia in ipſa affectione aſſiduè creatur, vſto ſanguine, & melancholico reddito, & tandem diarrhæa, & dyſenteria ſuperuenerunt, quas omnes Medici ab Hippocrate edocti, clyſteribus attractoriis, & fortibus vt iſchias eradicetur accuratè ſollicitant, quibus natura errans, & tempore tanto rectiſſimè ducta, morbum finiuit, & non ſine magno vlcerum incommodo, quia vt docui, materia morbi emendata non erat, alioqui non exulceraret in tranſitu.

D

Curatio morbi Heropyti.

QVid agendum ſit primis morbi diebus vſque ad quatuordecimum, tam difficile mihi apparet, vt in tam arduo argumento mallem eſſe docti magiſtri diſcipulum, quàm tantorum magiſtrum. Decreti ambiguitas ex hiſtoriæ defectu pendet, cùm non referat quæ à primo die vſque ad quatuordecimum, ægrum moleſtarunt, & vt inſinuaui iam, probabilius videtur per primos quatuordecim dies paſſum fuiſſe Heropytum in acceſſionum initiis, grandem bilis euacuationem per vomitum, & quia vniformis fuit vſque ad deE cimumquartum modus ille affligendi, non retulit Hippocrates, quæ quolibet die euenerunt, ſed putandum eſt, laboraſſe, vt in principio ſcripſerat vſque ad decimumquartum. Ob id tranſlatio Mercurialis, & Valleſij mihi magis probatur, quàm Galeni, & Phrigij, quæ vomitus moleſtaſſe in acceſſionum initiis, refert; experimur enim in febribus, aliquando dari in omnium acceſſionum initiis determinata ſymptomata, hoc, aut illo modo affligentia, vt in quartanis rigores per annum integrum, & in aliis leuem diarrhœam, rigoris eſſe certiſſimum nuncium conſtat, aut iamiam ſine rigore paroxiſmi imminentis, vt alij ſoporantur, & ſatis moleſtè, alij cardialgici cum ſummo periculo fiunt, & nos vidimus duas ægrotantes, quarum vna ſudore copioſo inundabatur in quolibet acceſſionum introitu, & quadraginta diebus hoc ſymptomate fuit regulariter afflicta.

ſta. Alia verò hiſtericis accidentibus ſubiecta, cùm Medicus imprudens pro cordis tutela odorum auxilium regioni cordis applicare iuſſiſſet, ſubitò exanimis facta, difficillimè potuit reſtitui; ex qua inuaſione tam prauam conſuetudinem vterus acquiſiuit per totum morbum (erat enim duplex tertiana) vt in initio cuiuſuis acceſſionis, vt velut iam defuncta haberetur, & vltra menſem tam ſtupendum ſymptoma oppreſſit omnia remedia hyſterica illudens, donec meo conſilio aquam meliſſæ fruſto camphoræ ardente in illa ſæpius extincto, in initio acceſſionum ſumeret, quo reiterato hyſterica accidentia euanuerunt & fuit ſecretum Patris doctiſſimi Hanuij, qui non in aqua apialtri, ſed communi camphoram extinguebat. Simili ergo modo potuit natura in initiis acceſſionum Heropyti bilem per vomitum expurgare, & durare per totam conſtitutionem febrium ardentium, nempe vſque ad decimumquartum; nam & nos alium vidimus tertiana exquiſita menſe Augusti oppreſſum, qui in initio acceſſionum tuberculis magnis, & rubris totus ita fœdabatur, vt feram potius quàm hominem iudicares, cum intolerabili ardore, & pruritu, ſummaque inquietudine.

Sic cenſeo affectum fuiſſe Heropytum, & ob tantam bilem expulſam, non fuiſſe ſectam venam in primis duabus ſeptimanis; præſertim potuit obſtare cardialgia continua, & dolor ventriculi, ob quæ fuit febris tam difficilis tolerantiæ, quam exaggerãdo Hippocrates dixit, *difficilis tolerantia multa*: quod ſymptoma, eſt vnum ex dehortantibus venæ ſectionem, vt rigoroſè docuit Galenus 1. *ad Glauconem*, *cap.* 14. de febre cum accidentibus, vbi docet, quod quamvis ſit febris cum plethora, dummodo ſit afflictum os ventriculi, aut ex recentibus cruditatibus, vel ſi etiam humorem aliquem malum euomuerit, & in huius tranſitu non parum ventriculus ſit offenſus, vt grauiter ſe habeat, atque ventriculo ſit prouiſum; & poſtquam circa hoc benè ſe habuerit, euacuationem totius faciendam eſſe, & experimento hanc doctrinam ſuadens, dicit. *Multos itaque ſæpius vidi, qui ita affecti erant, quoſdam interiiſſe, aut ad extremum periculum fuiſſe perductos, cum Medici eos vacuare tentaſſent, antequam os ventriculi corroboraſſent.* Si hanc doctrinam vomitioni multæ bilis copules, & ingenti cacochimiæ, & rurſus quod febris fuerit ex inconſtantibus in primis duabus ſeptimanis, & quod iuxta dogmata Hippocratis, febres inconſtantes non ſunt curandæ antequam conſtiterint, non ſolùm non miraberis venam ſectam non fuiſſe, ſed extolles meritò praxim Hippocratis, & Galeni accuſantium ſimul plurimorum Medicorum impatientiam, qui ignorant omninò febrem continuam curare niſi ſtatim venam ſecando, quicquid complicatum inueniant, velut ſi febres cum accidentibus ſimplici curatione delendæ ſunt, vt quando ſolæ fatigant, & fortaſſe Hippocrates notanter ſcripſit (vt traduxerunt Valleſius, & Mercurialis) *vomitus in principiis multorum bilioſorum*: vt explicaret ſupernatantiam humoris bilioſi, dehortantem ſectionem venæ, donec ſponte, aut arte depoſita, detur locus ſanus ſectioni venæ, & ſic (vt antea docui) prudentiſſimus Medicus natura, non tentauit ſanguinis fluxum priùs quàm vomitibus multis ſanguinem defæcauit, ſic enim cacochimia in plethoram vertitur, cui ſectio venæ directè debetur: plethoram voco, ſanguinem defæcatum remanentem, non propriam, ſed vt excedit in corpore affectu acuto iam oppreſſo, in quo caſu naturaliſſima ſanguinis quantitas ſi fluat, aut corrumpatur, multa eſt, & minorari petit pro illo ſtatu, & ſic in ordine ad illum plethora eſt ſuo modo, quatenus corpus plus inanitum eſſe petit, ne pereat.

Et Hippocratem non ſecaſſe venam tempore dicto, videtur deduci ex copia multa expulſa per nares, & tam diuturna; durauit enim ferè viginti diebus, nec ex hoc inferas, erraſſe tardiùs ſecando venam, ſecaret enim illam, ſi natura occaſionem idoneam ante Hippocratem, vt debebat, agnoſcens, cœpit ante illum ſanguinem fundere, eſt enim licitum quando nullo modo Medico, huic; huic enim, nec in acceſſionum initio, nec in augmento, & vigore, licet venam regulari curatione ſecare, nec ſi recens paſtus ſit æger, in quibus occaſionibus poteſt natura vtiliſſimè ſanguinem fundere. Errauit Phrygius in multis in huius morbi medela; ſanguinem mittit ſtatim, paruipendendo vomitus tantus indicantes (vt docui) ſupernatantiam bilioſorum, expurgationem petentem, & venæ ſectionem dehortantem, ſicque (vt docui) ſagax natura vomitibus tantis cacochimiam deponendo, expurgationem ſuppleuit exequandam à Medico, ſi natura vomitus non moueret. In relata ergo complicatione debet Medicus conſiderare, ſi per totam acceſſionem, vomitus moleſtabat, in quo caſu, vt Phrigius conſuluit, non erat licitum arte vomere plus tentare; ſed ſinere ſi virtus conſtabat, donec finita acceſſione, daretur locus attemperationi ventriculi, robori ſummo, & refectioni vitium. Verùm ſi per ſola acceſſionum initia (vt eſt frequentiùs) vomitus moleſtabant, notandum erat, ſi morſus ventriculi, & anxietas (vt ſolet) ægrum affligebant, in quo caſu primam regionem probabilius erat ſatis mundam non eſſe, & ſecuriſſimè expurgans medicamentum imperabitur, quod ex toto non trahat, ſed impactum in ventriculo, & primam regionem occupans euacuet, ſimulque ventriculum firmet, ne deinceps recipiat, aut non tam facilè, quod mirè præſtat ſyrupus ex pluribus infuſionibus roſarum Hyſpanicarum dilutus cordiali decocto, & tamarindorum, facto in aqua endiuiæ, & arnogloſſæ, cum drachma dimidia recentis rhabarbari, & poſt idoneis aſtringentibus ventriculus firmabitur, quo facto iam vidimus in ſequenti acceſſione totam cacochimiam bilioſam per ſeceſſum depoſitam, & febrem pernicioſam penitus euanuiſſe.

Verùm ſi finita acceſſione quietus maneat ventriculus, & copia bilis euacuata fuerit, rectè ſperabitur ſine nouo remedio acceſſio ſecunda, & ſi eodem modo, vt antecedens, inuaſerit, conſiderabis ſollicitè ſi fluxio ex regione ſecunda incipiat, quod declarabit vrinæ flauities, corpulentia, & turbatio, dolor lumborum, & renum, & vt dixi, ſi nullus morſus ventriculi, aut ventris inferioris moleſtia & implaciditas ægrum lancinet; & ſic notabis, ſi exceſſus choleræ magnus ſit, & ſi ſit, expurgatio ſecurè imperabitur, ſyrupo regio cum decocto priùs dicto, & medulla caſſiæ fiſtulæ, aut rhabarbari infuſione, mox roborabis ventriculum, & ſi acceſſio, vt antea oppreſſerit, ſanguinem mittes, & auxilium reiterabis, vt ſcopi indicauerint, & permiſerint: nunquam tamen expurgare conſules ante ſectionem venæ, niſi certum ſit ſupernatantiam bilioſam dari, ex bile genita ante febris ardentis inuaſionem, vt non ignores poſſe bilem ſubitò abundantem creari in ipſa inuaſione febris per putredinem ſanguinis, ſi vera eſt doctrina Galeni docentis partem tenuiorem ſanguinis per putredinem in bilem mutari; diceret meliùs partem pinguem ſanguinis bilioſam fieri, vt dicebat Hippocrates; *bilioſam autem à pingui*. Hæc autem bilis creatio ſubita, non petit neceſſariò expurgationem, ſed ſectionem venæ, quæ febrem contemperet, & materiam ex qua bilis creatur, minuat, quod notabis ſollicitè, ne ſubita mutatio coloris in pallidum, ſupernatantiam dari tibi imponat, & purgare conſulas, quando ſectio venæ fortiter indicatur, ſemel hanc permutationem vidi, & ſtatim expurgaui, non ob illam, ſed quia æger vorax, bibulus, & venereus erat, & fœliciſſimè ſucceſſit, tales enim primam regionem crudis, & corruptis excrementis obrutam habent, quæ ſi ante ſectionem venæ non educantur, ſta-

rim

rim in acutis febribus, in graue periculum æger deducitur.

Robur ventriculi in tot vomitibus bilioſis nunquam procules oleis, vt practici docent, inflammantur facilè, & oleum vim aſtrictoriam ſymplicium ſua emollitione, & oleaginoſa natura retundit, & deſtruit: fouebitur verò vtiliſſimè ſi ſumas ſucci roſarum rubrarum ℥. vj. ſucci citoneorum ℥. ij. ſucci abſynthij ℥. j. aceti roſarum ℥. ß. m. quo calilo foueatur ventriculus continuò. Interius verò vtiliſſima erunt ſerapia de agreſta citoneorum, & granatorum, ſine aquarum mixtione, vt validiùs operentur, & plus in ventriculo detineantur, & niue infrigidata paulatim ſumentur, & ſi æruginoſa bilis euomatur, puluerem ſmaragdorum miſcebis, aut ſi opus fuerit chryſtalli præparatæ, aut margaritarum, vel electarij de gemnis ſine ſpeciebus; in robuſtis verò ſuccus agreſtæ, & citoneorum, & granatorum acidorum cum decocto menthæ viridis mirificè prodeſt, & efficaciùs quàm ſyrupi operantur, & minùs bileſcunt, quia nec cocta fuere, nec ſaccharum facilè bileſcens accipiunt; eſt etiam optimum auxilium ſumere farinæ hordei partes tres, oryçæ vnam, & cum ſuccis iam dictis, aut aliquo eorum emplaſtrum molle parare cum pulueribus roſ. rubratum, coralli vtriuſque, & maſtiches, & in linteo extenſum ventriculo hæreat, nec omninò incaleſcere permittatur; ſed mutetur de nouo quando incaleſcere, & ſiccari iam agnoſcatur; nunquam tamen actu frigidum applicetur, niſi incendium inſigne, & grandis æſtuatio ventriculum fatiget; tepidum verò conueniet nunquam, quia omnia tepida vim ventriculi natiuam diſſoluere, publicum eſt, & vomitoria ſunt, vt debilitant.

Verùm ſi ante febris ingreſſum caput Heropyto dolebat, muniendum erat oxyrrhodino communi, ne in illud morbus firmaretur, vt in aphoriſmo timuit Hippocrates, ſimulque omni reuulſionum genere infra humores inclinandi erant; vomitio enim tantorum dierum inclinauit non dubiè excrementa regionis ſecundæ in cerebrum, & ſic finitis vomitibus, cerebrum expugnatum fuit, quem raptum, & ſurditas, & æneorema ſublime ſemper pollicebantur, vt ceſſatio vomitionum in morbo crudo, & materia tam feroci, & naturæ moleſta, vt velut turgentem ſemper eſſe cogeret; erat ergo neceſſarium in alias partes excrementa, & prauos humores reiicere, ſicque caput obſederunt, ante febrem grauiter læſum, dolens, & debile.

Hic grandis quæſtio ſuſcitatur circa remedia maiora, nam ſi vt apparebat, turgens, & inquieta, & velut in perpetuo motu ſuccorum erat expultrix, rationabile videretur dare medicamentum expurgans, vt in omni turgentia imperatur, & in caſu præſenti fortiſſimè indicatur, quia quod in turgentia timetur, iam adeſt, moueri nempe humorem, & pelli in partem principem, ob quem metum in turgentia expurgamus: ſed eſt fallaciſſimum argumentum, alioqui in omni incipiente phrenitide, lethargo, & apoplecticis paſſionibus expurgare ſtatim liceret, contra communem, & receptam praxim, venam ſecare in relatis paſſionibus, imperantem; & in caſu Heropyti venam ſecandam eſſe natura docebat, quando tam copioſo, & largo ſanguinis fluxu ſanauit phrenitidem; fuit itaque motio non humoris ſolius à ſanguine ſeparati, ſed totius ſanguinariæ maſſæ, in quo euentu expurgare eſſet certa pernicies, vt conſulit Phrigius, iam enim docui, ſupernatantiam bilioſi humoris eradicatam fuiſſe tam copioſa vomitione priorum acceſſionum, ſicque ſectionem venæ ſecuriſſimam fore poſt illam defæcationem ſucci bilioſi, & tempeſtiuè fluxus narium ſanguineus, motus à natura fuit, quo delitia ſedauit, & meò iudicio ſtatim à ſurditate ſecanda erat vena in talo, vt imminens paſſio phrenitica præcaueretur, crura fricanda erant continuò, veſicantia cruribus firmanda, & cucurbitis

A crebro reiteratis obſtandum ne tam violentus aſcenſus ad cerebrum daretur, quod & clyſteribus idoneis ſollicitandum erat; deinde per ſectiones ſuperiorum vaſorum cerebrum deonerandum erat, ne inflammatio exitialis crearetur. De oxyrrhodini applicatione ante inceptum ſanguinis fluxum ex naribus, dubium eſſe non poteſt, iam verò incipiens tale remedium dehortatur, impediet enim indicationem delirij fluxu illo luctandã; quod ex ſacrariis magni Dictatoris deduces *1. epid. ſect. 5. text 9.* dicentis; *Si verò deliret, caput irrigare, niſi hypochõdria fuerint eleuata*; Quibus oxyrrhodinum damnat, ſi detur hypochondriorum eleuatio, quia ſignificat fluxum ſanguinis per nares venturum, & ablaturum delirium: quod præceptum ignorans Phrigius, oxyr- B rhodino aſſiduò caput fouere præcepit, etiamſi tantus ſanguinis fluxus reclamaret, auxilium illud idoneum non eſſe, ne tolleretur, & intro repulſus occideret Heropythum; ex dictiſque intelliges, nullum aliud auxilium reuulſorium ad infera conſulendum fuiſſe, dum natura fluxum ſanguinis conſeruabat, ſed ſinendum eſſe, & ſeruandum vt phrenitidis tam certum remedium.

Mirum eſt quod poſt fluxum tam copioſum ſanguinis reiteretur à natura crebrò, & minutè, indicium certum quod ſanguis totus erat bilioſa infectione culpabilis, & ſic in minima quantitate erat infeſtus naturæ, & pellebatur crebrò, & minutè, vſque ad ſexageſimum diem, vt in iis ita affectis ſoleat eſſe talis fluxus C periculoſiſſimus, quia in qualibet minima ſanguinis parte datur ob prauam infectionem irritatio ſufficiens vt pellatur, de quo ſymptomate in medela cauſonis latiſſimè egimus, & indicationes ſalubres ſunt tecur æſtuans contemperare, & ſanguinem totum etiam idoneis potionibus frigidis, & mordacitatem obtundentibus, vt fortè decocto radicum, & foliorum fragariæ, portulacæ, centinodiæ, ſonchi, hordei decorticati, cum ſyrupis de acido citri, oxalidis, granatorum, violarum, & roſarum rubrarum, & iis vtendum poſtquam iam natura euacuauit ſufficientet copiam idoneam, vt ceſſaret phrenitis; ſic enim iudicium illud non peruertitur, & præcauemus ne vſque ad ſyncopem homo diſſoluatur, vt iam viſum eſt, & notauit Valleſius. Nos D verò mulierem cognouimus tam inſolenti fluxu per nares affectam, vt poſtquam natura totum ſanguinem reiecit, humorem aquoſum, nullo rubore tinctum guttatim pellebat donec ſatiata fuit expultrix, donec ſimul cum fluxu illo ſeroſo animam ageret cum omnium admiratione.

Poſt vſum attemperantium, methodicè dabitur medicamentum bilem craſſam ob aduſtionem educens, & ſimul attemperans ſanguinem, vt ſerum depuratiſſimum cum ſerapio ſolutiuo regio, aut roſarum Perſicarum, & tamarindorum medulla, aut rhabarbari infuſo in eodem ſero; dolores enim coxæ poſt ſexageſimam graues fuerunt, & indicabant acrimoniam ſuccorum fluentium, aut ſanguinis atrabiliarij E iam poſt tot vſtiones ex acceſſionibus prægreſſis contractã acrimoniã. Conſtabat verò ex tam repetita expulſione ſanguinis, & tam diuturna, fuiſſe ſemper naturam incitatam ad pellendum, nec ſuccos retinere firmatos, in quo caſu fæliciſſimè expurgatio tentatur, & deorſum excrementa trahuntur, & viſcera perpurgantur, & Medicus doctus expurgare debebat ſtatim quod natura in coxam cum atrocibus doloribus humores non coctos mittebat, ſunt enim periculoſiſſimi abſceſſus excrementorum vſtorum, & expurgando Medicus ſequebatur naturæ inclinationem mittendi deorſum, quæ cerebrum, & partes principes exitioſè expugnabant, & præcauebat errorem naturæ mittentis in coxam, quæ extra corpus reiicere tenebatur. Verùm ſi ob aliquod inconueniens expurgare non liceret, conſtabat ſecandam eſſe venam ex

oppo

oppoſito crure, & clyſteribus aſſiduis obſtandum, ne abſceſſus tam grauis, & moleſtus crearetur, ſimulque anodinis dolores mulcendi erant, non ſolùm vt moleſtia illorum, & debilitas ſequenda moderatiores fierent, ſed etiam vt tractio merito dolorum ad locum dolentem inexcuſabilis, tepeſceret, & temperaretur, quæ ſi non ſufficerent, vena ſchiatica in pede coxæ dolentis ſecanda erit, nam vbi tam euacuatum corpus ſupponebatur, magni momenti erit illud auxilium breui imperare.

Poſt tam diuturnam paſſionem ſanguinis, neceſſe fuit copiam excrementorum erodentium aſſiduè creatū, quam per ſeceſſum exturbans natura, Heropythum ſanauit, & quia (vt docui) cocta non erant, moleſtus, & dyſentericus fluxus fuit, exulcerans, & lancinans in tranſitu, cui tormento ſuccurrendum erat deterſoriis contemperantibus, & anodinis clyſteribus, & lac hordei frigidum cum pulueribus margaritarum conſulendum; & ſi dolor intolerabilir erat, vt ſolet, dabitur lac illud cum ſyrupo portulacæ, & papaoeris, & ſmaragdorum puluere, aut in maiori peruigilio, & tormento, laudanum opiatum imperabis in aqua portulacæ, & plantaginis ſolutum, cum confectione ex hiacynthis, aut electario de gemmis: reprimentia fluxum pernicioſa erunt; expurgare verò vbi tot euacuationes præceſſerunt, neceſſarium non eſt, ſecuriſſimum tamen omentum arietis recens extractum, & ventri applicatum, ad mitigandos dolores, & ſolanda inteſtina, nulla alia mixtura alteratum, vt multi practici docent, qua vitales ſpiritus, quibus imbutum eſt, alterantur, & vitiantur, & dum mixtura fit, reſoluuntur. Sunt verò ſpiritus, quibus præcipuè indigemus ad moderationem omnium ſymptomatum, eritque probabile ægrum tot euacuationibus inanitum, indigere balneis aquæ dulcis ad omnium viſcerum attemperationem, & præcauendam ex morbo ſenectam, quam victu idoneo, & ſpinæ totius lotione ex lacte cadente ab vberibus mirificè impedies, ſomnumqoe longiorem à cibo conſules.

HISTORIA NICODEMI.

A die primo ad decimum.

In Abderis Nicodemum ex venere, & pota febris prehendit, incipiens autem anxius erat, & cardialgicus, ſitibundus, lingua exuſta eſt, vrina tenues, & nigra, ſecundo die febris exacerbata eſt, horridus, anxius, non dormiuit, vomuit biliosa, flaua, vrina ſimiles; nox quieta, dormiuit, tertio die relaxata omnia, leuamentum autem erat, circa ſolis occaſum rurſus implacidè habuit, nox moleſta. Quarto rigor, febris multa, omniā dolores, vrina tenues cum ſuſpenſionibus, multum deliraujt. Septimo leuamentum: octauo cætera omnia remiſſa ſunt; decimo ſequentibuſque diebus erant quidem dolores, ſed omnes minùs affligentes, huic exacerbationes, & dolores ad finem in paribus erant magis.

OMnia mala, etſi grauiſſima, minùs mortalia putantur, ſi à cauſis externis, & prauo viuendi modo creentur, quàm ſi inculpatis eueniant, quod præſens hiſtoria ſuadet, referens morbi mortalis initium, in quo febris cum
A cardialgia, ſiti implacabili, lingua aduſta, vrinis nigris, & tenuibus Nicodemum prehendit, quorum ſymptomarum perniciem auget, moueri talem febrem per pares, vt notanit Hippocrates. Quid verò faciat ad maiorem ſecuritatem, aut teporem periculi, à cauſa externis pendere, nullus quem legerim ſcripſit præcipuè; nos verò putamus pendere ex eo quod cauſæ externæ, & prauus viuendi modus generant morborum materiam, ſine interna viſcerum malitia, & intemperie, verùm ſi cum inculpabili viuendi modo, ſimiles morbi fatigent, & creentur, internum vitium datur, illorum origo, & inde pugnandum eſt non ſolùm cum prauis excrementis creatis, & morbum cauſantibus, ſed etiam emendandum eſt vitium internum viſcerum prauos ſuccos creantium. Vbi verò error externus ſolus
B excrementorum fuit anthor, illis ablatis, aut coctis, eradicantur morbi, habemuſque naturam minùs læſam, quæ illorum humorum generationem non fouet, Imò contra illos ſemper egregiè pugnat, & nullum malignum generat, morbos fouenrem.

Ergo Nicodemus, veneri, & ventri obſecundans, vt cenſent Mercurialis, & Phrigius, praua excrementa creanit, febris malignæ cauſam; cuius prauitatem effugit, quia nullum viſcus affectum erat ex ſe, ſed patiebantur omnia ab excrementis errore victus generis, venerei enim nullum peccatum, & errorem recuſant, cibis enim, & mero ſe replent, vt ſaginati fortiores venerei fiant, & cum à venere debiliores ſe ſentiant, replent ſe rurſus cibis, & mero, ſicque mutua circulatio in erroribus datur, quovſque in morbos deſperatos, aut
C grauiſſimos incidant. E multo cibo cruda creantur, non propter ventriculi lapſum, ſed ob exceſſum obiecti, non enim tantam copiam concoquere tenetur, ſed quæ ſit ſibi idonea, & proportionata, eſtque velut miraculum à multa venere, & ciborum ingluuie læſum grauiſſimè non manſiſſe ventriculum, dicente Galeno *3. epid. sect. 1. text. 4.* Atqui venus quidem quanquam ex vacuatione non ſinat plethoram ſubali, ſtomachum tamen abundè exoluit, cùm veneris abſtinentia robuſtiſſimum ipſum efficiat, doctiſſiméque Valleſius noſter incommoda vtriuſque vitij deſcripſit, & ad vnguem Phrigius tranſtulit.

Cæpit laborare anxioſus, accidens inſeparabile,
D quando os ventriculi malignis, & ſeroſis excrementis imbutum eſt, cardialgias cauſantibus: ſymptoma certè grauiſſimum, & quod regularem febrium medelam ſtrenuè peruertit, & extremè debilitat. Galenus *7. aphor. 56.* Sic ſcripſit: *Dicunt igitur, alycen, idest anxietudinem habere homines ſanos, qui ſemper præſentibus moleſtantur, & ab vno negotio, atque actione ad aliud tranſeunt; eodem modo, & ægros illos anxioſos eſſe dicunt, qui accubitum non perferentes, figuras euariant, quia ſemper præſens aggrauat eos. Hoc vero præcipuè illis euenire conſueuit, quibus in ora ventriculi humoris aliqua propria qualitas continetur ventriculo moleſta, qua nec plurima eſt, nec in ventriculi fluitat cauitate, ſed eam ipſa imbiberunt tunica.* Eſt verò ſitis implacabilis ſymptoma familiariſſimum affectionibus oris ventriculi calidis, vt & linguæ aduſtio, ob commu-
E nem tunicam vtrique parti, quæ ſymptomata fortiora fiunt, ob praua excrementa, & vſta, in prima regione ſtabulantia, ſaburra inexcuſabilis lurconibus, & venereis, vt indicibilis ventriculi languor.

Dubitant Mercurialis, & Phrigius de cauſa vrinarum nigrarum cum tenuitate primi diei, non capientes in prima inuaſione tantam vſtionem in ſanguine dari poſſe, quæ nigras vrinas cum tenuitate creet; vnde Phrigius non ex vi morbi tales fuiſſe cenſet, ſed ex depoſitione ſeri ſanguinis propter emulgentium dilatationem, à calore vehementi factam. Mercurialis cenſet, per nigras eſſe intelligendum ruborem quendam intenſum ad nigredinem proximè accedentem, ortum ab incendio febrili, & non à ſucco atro, & melancho-

lico

ſito vrinæ permixto; putat etiám fuiſſe occaſionem veræ nigredinis, quod laxationes, & vaſa ſeminaria profuderint ſanguinem atrum in veſicam à quo tincta vrina ſit. Verùm (inquit) ſi hoc eſſet, non fuiſſent tenues vrinæ, & idem debebat aſſerere de prima occaſione; nam rubor tam intenſus, vt proximus iam ſit nigredini, ortuſque ab incendio febrili ſanguinem aſſante, repugnat omnino tenuitati vrinarum, eſt enim color paſſeus ex ſeri conſumptione creatus ab incendio ſanguinem vrente, & reddente nigrum, à quo tenuem vrinam reddi repugnat; ſed opacam vſto ſanguine, & ſero conſumpto: opacitas verò vt ſplendorem tollit, & lucem, hoc eſt lucem non recipit, nigritiem induit, vt vmbra talis apparet ob lucis defectum: res à nullo quem legerim notata, qualiter nimirũ lux remiſſa ob interpoſitum corpus opacum quæ vmbra nominatur, nigritiem tam claram repræſentet, ſi vmbra ſolùm eſt lumen remiſſius? Sic enim ob eandem rationem lux remiſſa ſine præſentia corporis opaci nigra percipi debebat, quod non contigit.

Solutio Phrigij eſt etiam falſa, quia apertio oſculorum vaſorum emulgentium, nunquam tenues vrinas, ſed craſſas, & perturbatas generat, vt eſt euidens nam lege contrariorum, ſi viarum occluſio tenues vrinas, & albas creat, reſeratio earum, & dilatatio præternaturalis, craſſiores neceſſariò reddet, & ſanguinolentas, quia neceſſariò reſudabit aliquid ſanguinis, & vrinæ miſcebitur, ſaltem. Ex illa cauſa tenues fieri poſſe, non eſt probabile, nec in philoſophia poteſt admitti. Hæc verò vt primum principium docet, leue agens in paſſo nimis diſpoſito ad alicuius effectus introductionem, illum poſſe producere, potuitque per conſequens ex incendio inſolente, & reiterato veneris, vſu & meri potione in dextera ſanguis vſtus iam eſſe, vt antecedens calor putrefaciens, atrum, & melancholicum redderet, & nigræ vrinæ fieri: tenues verò in principio eſſe poſſunt, non ſolùm propter putredinem propriam, ſed etiam ob liquationem ſuccorum crudorum, quibus venerei lurcones imbuti ſemper ſunt, ſicque experimur in primis febrium inſultibus, crebrò, & multum lotium excerni ob ſeri magnam cobiam ex ſuccis crudis liquati. Calorem verò Nicodemi primo inſultu vehementiſſimum fuiſſe, ſymptomata primi diei publicarunt ſatis viua voce, vt materiam vſtioni iam proximam atram poſſet reddere, & ex crudis ſuccis multum ſerum liquare, tenuitatis vrinæ concauſam; & quid prohibet, Nicodemum ob errores iam relatos, magnam copiam ſucci melancholici creaſſe, aut ſanguinem talem fuiſſe, & putrefacto humore, aut ſanguine atro, nigras, & tenues vrinas apparere, ſi vera eſt doctrina Galeni, & melancholiam à calore maiori moderato creari, & melancholicorum ſanguinem ichoroſum eſſe.

Secundus dies, grauiſſimus fuit, vt eſt ſemper quando febris per pares mouetur; in illo enim febris exacerbata fuit non quidem quæ die ſecundo cœperat noua inuaſione affligere, ſed prior quæ primo die cœperat, exacerbata fuit die ſecundo, quia in illo habuit deteriorem partem acceſſionis, nempe ſummum vigorem, à quo vehementer oppreſſus Nicodemus, & anxius, non dormiuit per diem, ſed vomuit bilioſa flaua, velut criſia pimæ acceſſionis, poſt quorum vomitum ſecuta fuit nox diei ſecundi quieta, & dormiuit, & à ſomno noctis ſecundi diei inſtauratus, (quia dormiuit in declinatione primæ acceſſionis) relaxata fuerunt omnia ſymptomata in ingreſſu tertij diei, nam in febre per pares mota, dies ſecundus & grauiſſimus partim leuior eſſe debet; grauiſſimus quidem in primis horis, in quibus ſummus vigor neceſſariò incidit, leuior in horis poſtremis, in quibus declinatio iam datur, duratque hæc leuatio, donec in die tertio ſecunda acceſſio incipiat affligere; & huius ſecundæ acceſſio-

A nis vigor cadere debet in primis horis diei quarti, & in vltimis declinare, ſicque in die quarto riguit, vt in ſecundo, febris erat multa quia erat in ſummo vigore, omnia dolebant, & delirauit multùm: ſeptimo verò habuit melius, vt in omni impari euenire debet, quando febris per pares mouetur, vt motus per pares contingat in febribus, quarum materia cuiuſuis acceſſionis in tanta quantitate mouetur ad focum putredinis vt principium, & augmentum occupent primum diem integrum, & vigor in die iam ſecundo moleſtet, ob idque periculoſiſſimæ ſunt febres quæ per pares mouentur, quia ſemper pendent à multa materia confertim ad focum expulſa, cuius copia ſuffocat nimis vitalem calorem, & opprimit, ſicque principium longiſſimum eſt,
B & augmentum ſimiliter, vt ambo diem integrum occupent, totaque materia ardeat, vt poteſt in die ſecundo, quod eſt in vigore eſſe, & deinceps in vltimis horis diei ſecundi remittatur, & leuiùs æger ſe habeat, & hoc eſt moueri per pares, vt in hiſtoria Philiſci docui.

Hoc quod retuli, & eſt veriſſimum, multi non capiunt, & putant moueri per pares, eſſe, quod acceſſio primi diei ſit leuior, & acceſſio noua ſecundi ſit grauis, & maior multò priore, ſicque explicuit mouerã per pares Saxonia, & in conſultationibus magna altercatio ſemper inuenitur circa explicationem motus per pares, omnes ferè Saxoniæ explicationem ſequuti, ignorant tamen doctrinam ſummi Magiſtri, & Galeni, docentium, periculoſiores eſſe febres mo-
C tas per pares, quàm per impares, adeò vt doceat Galenus, in motis per pares interdum alios perire in die ſecundo, & alios in quarto, & plurimos in ſexto: Deſumpſit ex Hippocrate 1. *epid. ſect. 2. text. 15.* vbi referendo malignam conſtitutionem febrium ardentium, inter ſigna lethalia numerat, quod febres ardentes mouebantur per pares, & in fine ſcripſit, *Nec reuerſio alicui horum facta eſt, ſed ſexto die cum ſudore moriebantur.* Ratio à priori eſt, quia moueri per pares, aut impares, eſt motus debitus morbis, aut febribus ſimplicibus, vt febris ardens vnus morbus eſt, & per pares mouebatur in illa conſtitutione ab Hippocrate relata; Non ergo eſt cogitabilis alius modus mouendi per pares, niſi quod acceſſio quæ hodie cœpit, extendatur per
D diem primum, & totum occupet ſemper creſcendo, & deterior pars acceſſionis, quæ eſt ſummus vigor, in die ſecundo prehendat, & conſequenter omnia ſymptomata vigori debita grauiora ſint: & inde pendet, quod aliquando prima acceſſio hominem occidat, vt docuit Galenus, quia totum primum diem creſcendo ſemper afflixit, & in die ſecundo, in quo fuit ſummus vigor, mors contigit, & inde noctes dierum parium ſemper ſunt leuiores, vt ex hiſtoriis conſtat, quod eſſet impoſſibile, ſi in diebus paribus noua acceſſio, & grauior priori vehementiorque ſuccederet, vt conſtat planè ex hiſtoria Pythionis, qui in noctibus dierum parium dormiebat, & in noctibus imparium peruigilio corripiebatur.

E Confirmatur quia alioqui, deterius eſſet moueri per impares, nam deterius eſt primam acceſſionem vehementiſſimam eſſe, & ſecundam leuiorem, quàm è contra, vt eſt deterius maiora mala, priùs quàm leuiora, ægrum prehendere; eſtque inexcuſabilis ignorantia veritatis, dicere, quod moueri per pares ſit, quod acceſſio noua ſecundi diei ſit vehementior prima, & quarti diei fortior acceſſione tertij, hoc enim non eſt vnam febrem ſimplicem moueri per pares, ſed darẽ duas tertianas, vnam maiorem altera, quia quælibet per tertios vniformiter repetit, eſtque per conſequens duplex morbus, & duplex periodicatio, duplexque motus, non vnicus: & dicant mihi huius doctrinæ aſſertores, ſi febris ardens mouetur per pares, vt docuit Hippocrates, quid eſt in illa ratio conſtitutiua

motionis per pares? Nam cauſus,ſeu febris ardens,ſimplex,& vnica tertiana continua eſt, & per tertios dies acceſſiones repetunt,& eſt euidens, & nihilominus ducuit Hippocrates, quod in illa maligna conſtitutione febris ardentis, mouebatur per pares,& talem motum inter ſigna peſſima enumerat. Eſt ergo peſſima illa motio,quia febris ardentis acceſſiones tam longæ ſunt, vt ſemper creſcendo vſque ad diem ſecundum,habeant in hoc grauiorem partem illarum, ſummum videlicet vigorem,ſicque in die ſecundo poſſunt occidere, & in quarto,& multos in ſexto,vt docuit Hippocrates, & ex illo Galenus, lege Valleſium 1. *epid.ſect.3.text.59.& text.29.*

Quod modo docemus conducit nimis ad praxim, & ad præſagiendum periculum,tum etiam ad idoneam medelam, & ſic Galenus loco citato docuit, quod in febribus his acceſſionum grauitas,& intolerabilis moleſtia, cogit naturam tentare criſes in primis acceſſionibus cum ſummo periculo,quia tentat illas ferè ſemper cum materiæ cruditate, quia cùm pendeant ex multa materia,& ob copiam nequeat breui emendari, pellit illam incoctam & ſic plurimi occiduntur in ſexto,& alij in quarto,& aliquando in ſecundo,& qui ſaluantur,liberantur tardiſſimè, quia multa materia eget longa maturatione,ob quod Galenus 4. *aphor.*36.dixit, *quod morbi qui diebus paribus habent acceſſiones, tardant in iudicio*; hoc eſt,ad ſalutem; nam in ordine ad mortem breuiſſimi ſunt,ob dictam rationem,quia nimirum acceſſionum vehementia naturam cogit vt criſes mortales ſtatim in primis acceſſionibus procuret: verba Galeni ſunt; *Didicimus autem quod in vehementioribus acceſſionibus iudicia fiunt, & quod morbi qui in diebus imparibus acceſſionem habent, citius iudicant; qui verò paribus, tardant; Atque ideo ſi in principio aliquis morbus, peracerbus eſt, hoc magis accidit in diebus imparibus, ſi tardare debeat, in dies pares acceſſiones vehementiores incidunt, indéque intelliges,* quod iudicia per ſudores, de quibus in aphoriſmo loquitur Hippocrates, poſſunt eſſe bona in tertio,in quinto, & ſeptimo die, quia motus eſt per impares, & pendet febris à minori, & tenuiori multù materia, quàm ſi per pares moueretur, & ſic non repognat breuiori tempore concoqui, & ſecurè ſudari. At quando per pares mouetur, ipſa acceſſionum longitudo declarat à multa, & craſſiori materia creari,cuius coctio longius tempus requirit, & oppreſſa natura acceſſionum vehementià criſes intempeſtiuas tentat cum ſummo periculo, à quibus pereunt in ſecundo,aut quarto,& plurimi in ſexto, quod periculum ſi effugiant, & ſani fiant,longiſſimum tempus requiritur, ad concoctionem, & reſolutionem tantæ materiæ.

Ad praxim pertinet probabilitas opinantium cum Auicenna, quòd expurgatio poſſit celebrari in febrium principiis ſub cruda materia, ob copiam illius timorem indicentis ne non poſſit à natura ſuperari, de quo latè egimus in curatione febris quotidianæ, vbi docui in hoc caſu non expurgari crudam materiam, ſed antecedentem, futuram coniunctam, & mouendam ad focum ſi non educatur, in quo per putredinem cruda redditur, ſimulque nouiter probaui, quod euacuatio illius ſponte facta, à natura, nullo modo ſit ſymptomatica, ſed in naturæ commodum, vt eſt euidens. Nihil verò quod tale eſt poteſt eſſe contra naturam, & inde nec ſymptomaticum; hoc enim contra naturam non eſſe repugnat, eſtque expreſſa doctrina Galeni *libr. de differentiis ſymptomatum, cap. vltimo*; Quæ ſi conſideres, inuenies nec Phrigium intellexiſſe quid ſit moueri per pares; nec Mercurialis aſſequutus fuit mentem Hippocratis dum eodem die ſecundo,dixit Nicodemum dormiſſe,& non dormiſſe, nam vt docui non dormiuit in prima parte diei ſecundi, in qua vigor aderat, dormiuit verù in fine in

A quo erat declinatio, & occaſio optima conciliandi ſomnum.

Fuit febris Nicodemi in modo affligendi vniformis in reliquis diebus vſque ad vigeſimumquartum, in quo iudicatus fuit; cœperunt verò dies pares leniores eſſe ab octauo, nam etſi affligerent ſemper plus quàm impares, erant nihilominus minus moleſti prioribus paribus, in quibus natura, vt Galenus dicebat criſes tentauit,rigorem mouendo die ſecundo,& quarto,oppreſſa acceſſionum vehementià, vt in motu per pares conſueuit, & quia vigeſimus eſt validiſſimus ex parte lunæ,& ex motu per pares adiuta natura à benignitate diei, & iam manifeſtè concocta materià, tentauit eodem die ſudore abundante morbum eradicare, & reuerà non potuit ob multitudinem materiæ, vt neceſſe

B fuerit in vigeſimoquarto,multo expulſo ſedimento, & inundante ſudore morbum omnino extirpare; vt teneas eſſe vera, quæ diximus, morbos nimirum qui per pares mouentur, tardiſſimos eſſe ſi liberari debent infirmi. Nec reclames ſi dicas, hunc morbum tam tardæ ſolutionis non fuiſſe, ſi vigeſimoquarto iudicatus fuit; fuit enim reuera tardiſſimus, ſi initium illius conſideres,quod peracutiſſimum fuit reuerà, & mortale, incipiens cum anxietudine, & cordis dolore, ſiti clamoſa, lingua exuſta,vrinis nigris & tenuibus; quæ non dubiè mortem in quarto,aut in ſexto machinabantur certiſſimè,vt tantùm valeat, dies vigeſimus quartus in tarditate in morbo tam exitialiter incipiente; vt ſexageſimus aut quadrageſimus in acutis ſimpliciter, nullus

C enim morbus per pares incipiens,extra claſſem acutorum eſſe poteſt.

Mercurialis Vallaſium noſtrum ſugillat in hujus hiſtoriæ expoſitione, quod putet ſine concubitu cum contagioſa poſſe ex immoderata venere morbum Gallicum creari, & præter rationes contrarium ſuadentes contra Valleſium non parui ponderis, eſt noſtra indiſſolubilis meo videri, deberet enim eſſe tam antiquus morbus Gallicus, vt eſt immodica venus, ſi hæc ſola poteſt eſſe cauſa morbi huius; quod eſt contra veritatem, & experimentum, cùm tot ſæcula venerem immodicam per hiſtorias conſtet Gallicam luem præceſſiſſe,& vt arguit Mercurialis, immodica venus non re-

D linquit ſemen quod putrefieri poſſit,& hoc corruptum, rorem partium inquinare, & ob id ſudaſſe multum vigeſimo,& vigeſimoquarto, cum tanta vtilitate,vt ſolet eſſe vtiliſſimus ſudor Gallicatis,velut ſi bibentes multum,(vt Nicodemus) egerent corruptione roris ad ſudandum,& poſſet eſſe febris ſalubris,quæ hominem ex venere immodica rores corruptos habentem tam acutè primo impetu inuaſit,& tot dies oppreſſit; & ſeminis putredo familiaris eſt caſtè viuentibus, vt roris abundantia putrefieri potens, libidinoſi verù ſic ſemine carere ſolent, quod loco eius ſanguinem effundant inconfectum ex vaſis ſeminariis, narrantque hiſtorici morbum Gallicum ob ſcortorum contagioſorum contactum cœpiſſe.

E

Curatio morbi Nicodemi.

SI Galenum conſulas 1. *ad Glauconem, capit.*14. facilè inuenies à quo auxilio ſit incipienda curatio, non enim admittit ſectionem venæ, vbi morſus oris ventriculi,& anxietas ægrotum moleſtant, antequam circa ventriculi læſionem benè ſe habuerit, & roboratus iam ſit; læſionem verò illius,& quod maximè eſſet afflictus, ſymptomata primi diei validè publicabant, vnde meritò Mercurialis, & Phrigius non ſolùm ob dicta, ſed quia occaſio febricitandi tam acutè, fuit immodica venus; venam ſecare formidant, meliuſque Phrigius leniens medicamentum ſtatim præſcribit ad deponenda excrementa maligna, cardialgias,&

anxieta

anxietatem cauſantia, cuius remedij Mercurialis non recordatur, ſed rimidus ſecandi venam, cucurbitas ſcarificatas conſulit, velut ſi illæ ad mitigandum morbum grauem, adæquatum remedium eſſe poſſent, præſertim in homine, quem fatentur omnes ſine robore inſigni virium tantum morbum ſuperare non potuiſſe, vt ſit probabiliſſimum, Nicodemum non fuiſſe veneteum, ſed thoriſomenum; incidiſſe verò in morbum non ex immodica venere, ſed ex indextero vſu vt qnotidie contingit ſi immediatè à prandio, aut cœna concubuiſſet, aut eodem die plus quàm expediret, & ſi vt putat Mercurialis, æger ille appellarus fuit Nicodemus, quoniam lucta, & aliis certaminibus publicis cunctos vincebat, potiùs videbatur venerem fugiſſe, vt venenum fortitodinis, ſi nulla res tam inſolenter vt illa vires eneruat. Videtur ergo probabilius, vt alios Athlatas cibo, & potu vini ſaginatum fuiſſe, vt roboſtior reliquis à nullo vinceretur, & ſic onuſtum ſanguine, & excrementis febricitaſſe, & ob copiam (vt docui) per pares febrem moleſtaſſe, & tam grauiret, & quia ventri obſecundantibus, & præter modom exercitatis in lucta, & publicia certaminibus, raro non eſt immundiſſima regio prima, & ita eſſe cardialgiæ, & anxietares Nicodemi oſtendebant, rationabiliter ergo expurgario primæ regionis conſulitur primo morbi inſultu celebranda, nam morbi inuadenris tam exitiosè remedia nullam muram admittunt.

Hoc auxilium ſuſpectum faciunt ſymptomata primi diei, quis enim expurgare audebit ægtum tam anxium cum ſiti implacabili, & lingua exuſta, & lotio nigro, ſigna quidem febris ardentis, in qua Hippocrates libello, de medicinis expurgantibus, expurgationem acerrimè dehorratur, dicendo; *Quicumque igitur à febribus fortibus corripiuntur, his medicamenta purgantia dare non oportet, donec remiſerit febris, ſin minus ſaltem non intra quatuordecim dies.* Sequenturque tot mala ab eo relara quæ grauiſſima ſunt, & mortalia, ſemperque vbi lingua exuſta eſt, & clamoſa ſitis farigat, timendum eſt medicamentum expurgans, quia aut interna inflammatio, aut æryſipelas darur, quibus tale remedium velut venenum eſt, & certa pernicies, & velut lypirici pereunt. Attende primò, quod Nicodemus caruit inrerna inflammatione, quia nulla mentio illius in hiſtoria fit, & ſemper Hippocrates ſollicitus fuit explorandi hypochondriorum præternaturales diſpoſiriones, & eas narrat accuratiſſimè, velur origines morborum, quibus ve illi auferantur, enixè occurrendum eſt. Nota ſecundò, contingere ſæpè per morbos acutos, vt vſta lingua, & ſitis moleſta expurgationem eſſe neceſſariam indicent, ita vt ſi vena ſecetur, ſit error grauiſſimus, hoc contingit quando biliosa excrementa, aut attabiliaria cauam partem iecotis abſque affectu inflammatorio poſſidenr imbibita ibi, aut in ore ventriculi, pyloro, vel meſereo ſtabulantur; in his enim locis manentia, linguam exurunt, ſitim implacabilem ſuſcitant, & anxietatem, & cardialgias, & implacabiles nauſeas; & ſi vena ſecetur, certa pernicies erit, non ſolùm quia intus perniciosa illa excrementa trahuntur, ſed etiam periculoſiſſimè commouentur cum ſummo periculo ſyncopis, & ventriculo debiliori reddito, patitur magis ab illis, & minùs poteſt illa ſuperare. Hoc videtur conſonum doctrinæ Galeni 5. *de locis affectis*, *cap*.6. vbi referendo ſigna cauæ partis iecotis inflammatæ, ſcripſit; *Quæ in imis iecoris partibus eueniunt inflammationes, vt magis quàm illæ, quæ in eius gibbo ſunt, faſtidium, nauſeam, vomitum bilioſum, ſitim ingentem inducunt*, &c. Conſtat verò quod vt ſitim ingentem inducunt, inducent etiam linguæ ſiccitatem, & vſtionem, ob communionem tunicæ vtriuſque partis, Si ergo Medicus agnoſcat, bilem, aut bilem atram in caua iecoris ſtabulantem, ſiccare linguam, & vrere, ſitimque inextinguibilem inducere, anxium reddere ægrum, & os ventriculi mordicare, dummodo inflammatio non detur, periculosè venam imperabit ſecare, & vtiliſſimè expurgare conſulet decocto tamarindorum cum ſyrupo regio, & medulla caſiæ fiſtulæ, aut rhabarbaro infuſo in ſero lactis, & tamarindorum pulpa, aut manna in eodem ſero ſoluta.

Si verò ob aliquod inconueniens expurgate non liceat, & venam ſecare non conuenit, ve dictum eſt, ad clyſteres emollientes, & expurgantes confugies, & in dicto caſu aquæ potu frigidiſſimo incendium, & mordacitatem, æſtuationemque ventriculi, & meſerei attemperabis, quo, & venter fortaſsè laxabitur, aut recreata natura vt ſolet, vomitu bilem lancinantem reiiciet cum ſummo commodo, hocque facies præcauendo febrem futuram colliquantem, aut lypiticam. Quid enim aliud ſperandum eſt à febre, quæ primo morbi inſultu linguam vrit, ſitim implacabilem excitat, cum anxietate, & vrina nigra, eiuſque cauſa iecoris caua per primam regionem diſtribuitur, ſunt enim febres ſic incipientes in primo die in ſummo vigore lethales, & ve tales ſtatim tractandæ ſunt, ſi mortem præcauere velimus, & vt alibi docui, permutandæ ſunt in principio, ſi fieri poſſit, vt docuit Auicenna, ad febres frigidas, & vt hoc præcipit in cauſone, quando in vigore conſiſtit, idem cunſulendum eſt, quando prima inuaſione ſignis publicat futuram febrem colliquantem, aut lypiricam, aut incendio & anxietaribus lethalem, cum ſudoribus diaphoteticis, aut ſyncopalibus, & inflammando interna, & erodendo viſcera, retracto virali calore, & ſanguine, externa frigere: eſt quidem generoſi Medici, morbos tam graues imminentes omni ingenio præcauere, ne tam exitiosè vt promittunt inuadant, cùm ſit rarum, ſi vt machinantur, aduenianr, non occidere, & frequentiſſimè pereunt paraphrenitici, aut verè tales, in religione Chriſtiana ſumma infælicitas. Sic Hippocrates 5. *epid*. famulam Oniſedemi, ſtatim frigidæ potu ſuccurrendo curare tentauit, & in habitum contrarium permutare, agnoſcens ingreſſum morbi tam acuti fuiſſe, vt in tertio eam occidit. *Hæc autem* (inquit) *videbatur omninò moritura, minimè verò, quod aquam frigidam bibiſſet, vſque dum vomitus tenebat.*

Expurgara prima regione ſi expediat, & roborato ventriculo, ſecanda erat vena, publicabant enim vrinæ nigræ, & tenues regionis ſecundæ immunditiem, & putredinem, & vt reor, hyrudines mariſcis affixæ erunt vtiliſſimæ, quia in linguæ vſtione, anxietatibus, cardialgiis raro non ſunt imbibita excrementa atrabiliaria in meſereo, aut iecoris caua, aut iuxta lienem, quibus auferendis maximè conferunt, vt largiores potiones niue infrigidatæ, aut lympidiſſimum ſerum lactis ad exturbanda illa excrementa, & ſi cauſa cardialgiæ à iecore æſtuante ad ventriculi os reiiciatur, ſectio ſaluatellæ dextræ vtiliſſima erit, & iecur exteriùs attemperabis, capiti occurres, ne phreniticus fiat, & cucurbitis ſcarificatis in inferioribus partibus ſimiliter, ligaturis & crurum aſſidua frictione iuuabis, & ſi ad veſicatoria confugias, cruribus applicita, non erit præter rationem, aut loco illorum pedilabia imperabis ante cœnam, ex decocto violarum, foliorum ſalicis, chamemali floribus, & nympheæ ſcariolis, & aliis huius naturæ, quæ calore actuali humores caput petentes reuellunt, & mordacitatem eorum retundunt, ſomnumque conciliant. Sunt qui conſulant plantis pedum columbas diſciſſas, & calentes affigere; cenſent enim prauos ſuccos attrahere; deducuntque (neſcio ſi benè) ex inſigni fœtore humorum attractorum percepto: timeo ne fœtor exhalet ex ſanguine columbarum corrupto à calore febrili, ſcimus enim ſanguinem extrauaſatum, ex ſe ſolere malignè corrumpi, nedum pedibos febrientibus, & calore maligno, & contagioſo alteratum. Nec ignotes vim attractoriam ob calorem nitroſum columbis ineſſe, ſic probabilitas ſic opinantium ſuadetur. Lædere

n .n poſſe certum eſt, cùm nunquam lædat per febres æſtuoſas, & malignas pedes calidiſſimos eſſe; eligas ſ mper columbas campeſtres, & ſeniores, nam cicuratæ vt excrementitiæ magis, ſunt minùs calidæ, minuſque nitroſæ, & nitrum in ſenioribus auibus in copia maiori inuenitur: præcipies tamen vt crebrò renouentur, ſi commodum auxilium putes, quia calor vitalis columbarum actiuiſſimus eſt, & reſolutionis facillimæ, ſanguinemque pedibus illitum, & agglutinatum vino calente abſterges, quia corruptus, & fœtens, & impediet, ne quæ de nouo applicatur, tam intensè vt poteſt, alteret, & trahat.

Eſt aliud remedium inſigne ad extinguendum calorem æſtuoſum, & colliquantem poſt euacuationes totius, olei roſacei, lactis mulieris, ſucci cucurbitæ, & endiuiæ ana partes æquales, miſceantur benè, quo linimento vngantur partes ſqualidæ, illo enim Rodericus à Caſtro liniebat dorſum, lumbos, plantaſque manuum, & pedum, & totum corpus præter caput, & regionem ventriculi; ab eius vnctione æger in lecto contineтur quietus, nam ſæpè eueniunt ſudores orti à naturæ vigore, roboratur enim à frigore remedij æſtuoſum, & ſqualidum calorem extinguente, quo ſolo vnguento à grauiſſimis, & moleſtiſſimis ardoribus intra breue ſpatium multos liberauit, quibus reliqua auxilia incaſſum fuerunt applicita.

In victus ratione febrium per pares moleſtantium illud attendes, quod in primis circuitibus, & vſque ad ſextum, tenuiſſimè cibes; nam ſi vt docuit Galenus, acceſſionum vehementia ita vrget naturam, vt vſque ad ſextum criſes procuret, & plurimos in illo occidat, & aliquos in quarto, & interdum in ſecundo pereant, ſunt febres illæ in primis acceſſionibus in vigore lethali præ nimia intenſione, & copia materiæ ferè inſuperabili, & inde velut in ſummo vigore cibandæ ſunt, in quo tenuiſſimum cibum Hippocrates commendat, vt non diſtracta natura in cibi commutatione, emendet plus, & breuiùs morbi materiam, cibique parſimoniâ, & tenuitate perſpirabilius ſit corpus, & expulſioni excrementorum obediens, obſtructum enim, & plenum in hoc genere febrium neceſſariò ſupponitur, & publicat tam inſolens longitudo acceſſionum; quod onus ſi cibo craſſiori creſcat, ſuffocatus æger debitum ſoluet, quando criſes natura tentat, in quibus cùm vehemens ſuccorum commotio fiat in ſecretione vtilium à prauis, & in hac noua repletio duabus ex morbi materia, & cibi plenioris addatur, à tanta ſarcina onerata natura, & oppreſſa, ſi ſudare procuret, ſudabit ſymptomaticè, quia ſuffocata, etſi per aluum ſe exoneret, in ipſa euacuatione exoluta deficiet, quia tam abundantem materiam, & incorrectam pellere ſollicitat, abundantem commouet, ſed non pellit, quia robur eſt ſarcina inferiùs, & incorrectè commotio exitioſa ſemper eſt; replet enim corpus totum euaporatione maligna, terroque halitu, à quibus vitalis calor detractus, & frigidum velut lypiricum corpus redditur, & frigore externorum denſatum, & intranſpirabile redditum, repletur de nouo, & ſuffocatus æger animam agit.

Si verò in ipſa criſi non pereat, & ſpes ſaluris aliqua detur, pleniùs cibare incipies, quia iam lethalis vigor euanuit, anticipata criſi, & ab illa incipit morbus lineam acutorum ex decidentia admittere, & tardiùs criſes euenient, vt Galenus docuit, aut ſine illis coctione diuturna finietur, incipieſque velut nouum morbum curare, ſi non in ſpecie, ſaltem in acutie, & vt diuturnior tractabitur. & cùm in primis diebus acutiſſimus ſit, cibum præparabis ſpirituoſiſſimum in mole, & in virtute, hoc eſt, ſit facillimæ commutationis, vt totus facilè coquatur à natura tunc tam oppreſſa, & ſi fieri poſſit, totus fiat ſpiritus, cuius copiâ magna eget natura, ſi tam breui tempore tam periculoſum certamen cum tam indomito hoſte ſperat, contra quem ſola copia vitalis ſpiritus eſt ſuperior antagoniſta; & vt cibus ſpirituoſior paratur, pauciora, aut nulla excrementa ſuperſunt corpus alterantia, & replentia, quia ſi defæcatiſſimus in præparatione non ſit, & velut volatilis, ſpirituoſiſſimum eſſe repugnat; & vt priùs notaui, æſtuoſas acceſſiones primas refrigerantibus validis reprimes, ne calor earum vitales ſpiritus diſſipet, & vt ille remittitur, robor naturæ additur, ſi verum eſt, hoc in copia ſpirituum, & idonea temperie conſiſtere.

De occaſione auxiliorum in his febribus, ſcripſit nullus quem legerim; & cùm ſit commune præceptum, declinationem acceſſionum ſperare in acutis, vt magna remedia dentur, non videtur poſſibile ſeruari poſſe in febribus per pares moleſtantibus; nam ſi authore Galeno, poſſunt in ſecundo die occidere, & in quarto, & plurimi pereunt in ſexto, ſine auxilio relinquitur febris in ſecundo occiſura, quia nunquam declinat, & pro occiſura in quarto, ſola vnica acceſſio præbet occaſionem auxiliis, in qua repugnat auxilia reperere idonea, & adæquata morbo, ex tanta copia materiæ creato. Ob id mihi videtur, eſſe operandum in iis, vt in continentibus ſemper creſcentibus, in quibus declinatio nunquam datur, vt Medicus operari præcipiat, ſed vt decliner, & mortalis non fiat, toto tempore quo increſcit auxilia imperantur: ſicque in moris per pares operandum eſt in ordine ad ſectionem venæ, vt prima acceſſio in die ſecundo non occidat, & ſic in reliquis. Sperandum ergo eſt acceſſionis augmentum, in quo ſecabitur vena, & abundè, vt in continentibus fit; nam in primis acceſſionibus datur ſemper ſummus vigor plenus periculo præ nimia intenſione, cuius remedium ſola ſectio venæ copioſa eſſe poteſt; in principio verò paroxiſmi ſecanda vena non eſt, quia in illo conſtare non poteſt, ſi febris per pares mouebitur. Nec reclames, quod nec in vigore primæ acceſſionis conſtare poterit, poteſt quidem conſtare, ſi quæ diximus tenuiſti, in acceſſionibus enim paribus tria prima tempora longiſſima ſunt; ergo longitudo principij ſuſpicionem trahet motionis per pares, quam augmenti longitudo declarabit, ſi hæc duo tempora integrum diem occupare debent, eſſetque imprudentiſſimi Medici in his temporibus tam longiſſimis, non inferre febrem incipientem, aut continentem eſſe, aut mouendam per pares, & poſſe in ſecundo occidere, aut in quarto, vel ſexto, & eſſe per conſequens neceſſarium venam in augmento ſecare, ſi mors præcaueri poſſit per artem, & ſi vires conſtent, in declinatione reiterandum remedium eſt, vt mors in quarto præcaueatur, & in fine augmenti ſecondæ acceſſionis, & declinatione eodem modo operandum eſt, & ne occidat in ſexto, debet medicus ſimili, aut æquali celeritate qua morbus mortem machinatur infortunium præcauere, vt extremis morbis extremis auxiliis occurrere, ſemel vidi principium acceſſionis occupaſſe quindecim horas, & in vltima tam oppreſſum, vt ſi prima fuiſſet, periturus erat, in quo venam ſecare præcepi, timens ne æger ſuffocaretur, quo auxilio deoneratâ naturâ reſpirare cœpit, hoc eſt pulſus cœpit dilatari, velociùs moueri, calefieri corpus, & æger leuari, conualuit tandem etſi longiſſimo tempore.

Erit verò ſumma infœlicitas, ſi in his febribus ſecare venam non liceat, & expurgare ſit opus, videtur enim ſine diſcrimine vitæ, non poſſe medicamentum in augmento exhiberi, quoniam expurgatio futura eſt in vigore ſummo, quando carnes æſtuant, & trahent ad ſe excrementa agitata, ſequentur incommoda relata ab Hippocrate *lib. de medicamentis expurgantibus.* Caſus quidem deſperatus, nam ſi ſupernatantia, & cacochimia ſit tanta, quæ ſectionem venæ recuſet, & in tanta copia ad focum mittatur, vt paribus moueatur, exitialis febris erit, & hæc eſt, quæ in prima acceſſione die ſecundo interficit, de qua meritò dicitur, quod in proœmio prognoſticorum ſcripſit Hippocrates, occidere

priùs

prius quàm arte Medicus poſſit repugnare, & ſolis prognoſtici, agendum eſſe videtur; dubitoque ſi in tanta cacochimia, & in acceſſione die ſecundo occiſura, puſſent dari vires magna remedia admittentes, præſertim ſi ſupernatantia melancholica ſit, quæ difficillimè expurgatur, & nunquam datur cum idonea ſpirituum quantitate ad ferendum morbum, & remedium propoſitum, & ſi dentur, periclitari oportet venam ſecando, vt corpus tranſpiret, & impediatur tam inſolens tranſmiſſio ad focum. In cacochimia verò bilioſa ſupernatante, ſecurius iudico expurgare quàm mittere ſanguinem, quoniam humor bilioſus facillimè ſi ſupernatat educitur, & medicamenta plurima ſunt, & ſecuriſſima bilis eductoria, & ſemel incepto motu, largior euacuatio ſuccedere ſolet, ob eius tenuitatem, & maioris, aut moleſtioris irritationis, nec præter rationem erit in fine augmenti frigidiſſimam potionem date, expurgantem, & attemperantem ſimul, vt frigore roboretur natura vt ſolet, & roborata ferè ſemper expellit morbi materiam, & ne carnes calidæ abſorbeant in ſe excrementa agitata, vt ſi ſeri lactis depuratiſſimi ℥.xij. cum vnciis duabus pulpæ tamarindorum, aquà violarum lotæ, & guttulis olei vitrioli frigidiſſimas præbeas, quo auxilio non ſolùm bilis educetur cum ſumma ſecuritate, ſed tentabis ſimul colliquantem febrem futuram, aut ardentem, & malignam permutare in frigidam, & ſecuriorem, vt Princeps docuit, iam enim notaui huiuſcemodi febres in ſecundo, quarto, aut ſexto occiſuras, incipere cum ſumma lethali pernicie, hoc eſt eſſe ſtatim in ſummo vigore lethali, & tepeſcere, aut moderari non poſſe, niſi extremis contrariis, & hoc genus remedij ſecurius in bilioſis febribus conſulitur, ſi ex vſtione creentur, quia vt doctè Valleſius notauit, vſta non coquuntur, ſed coctio, eorum attemperatio eſt, & inde vt incipiunt cum ſummo vigore præ nimio incendio mortali, ſumma attemperatio indicatur ſtatim, ſi mors tam proxima impedienda eſt. Sic Galenus febres in corporibus ſqualidis prima inuaſione frigida data extinguere curat, ob timorem celeris tranſitus in hecticam, & *lib. de marcore* hecticam primò incipientem potu frigido ſtatim eradicare procurat, ne in maraſmum irremediabilem abeat, & maraſmum torridum balneo frigido extirpat, & in frigidum maraſmum permutat, vt torridum inſanabilem, ſed tardiùs necantem.

HIST. MVLIERIS MOROSÆ.

In thuſa mulier moroſa ex mœrore cum occaſione erectè ambulans, inſomnis facta eſt, & cibum non capiebat; & ſiticuloſa erat, & faſtidioſa, habitabat verò prope Pyladem in Leia. Primo ſub initium noctis terrores, ſermones multi, triſtitia, febricula tenuis, mane conuulſiones multa, tùm autem intermiſiſſent conuulſiones illa multa, delirauit, turpia loquebatur, multi dolores, magni, continui: ſecunda eadem, nihil dormiuit, febris acutior; tertia conuulſiones quidem defecerunt, ſomu autem, & caruphora, & rurſum vigilia; extitit, continere ſe non poterat, delirabat multa, febris acuta, ad hunc autem noctem ſudauit multa, calida per totum, liberata eſt à febre, dormiuit, omnia intellegebat, iudicata eſt; circa diem autem tertium vrina nigra, tenues, appendiculum verò valde

A *rotundum, non ſubſidebat, circa iudicationem autem muliebria multa fluxerunt.*

HVMOREM melancholicum eſſe efficaciſſimam cauſam delirandi, conſtat, quando inter humores naturales, ille ſolus imputridus morbum, melancholiam dictum generat; mentem itaque perturbat per ſolam copiam, vnde Philoſophus dixit, *melancholicos per ſomnos plurimas viſiones videre*, hoc eſt, ſpectris diuerſis moleſtari, & ſæpè terribilibus. Carent melancholici copia vitalis caloris, nullè enim tam terrei, ſicci, & craſſi ſanguinis ſunt, qui creandis ſpiritibus ineptiſſimus eſt, inde inſomnes, & vigiles, & animi deiectiſſimi, omnia moleſtè ferentes,
B implacidi, vt ſæpè videantur familiares, & proximos velut inimicos fugere. & quia in triſtitia pariter nimis ventriculus (præter cor, & cerebrum) cibos abominantur, quando ſanguis intro per triſtitiam retractus, & concluſus, aliquod vitium contraxit, vt ferè ſemper in menſali per vterum expellendo inuenitur, cuius ſuppreſſio in hac muliere orta ex imoderato mœrore, tanti morbi, & tam terribilium ſymptomatum occaſio fuit. Frigus ſucci melancholici, elationem vaporum impedit, quibus cerebro obſtructo ſenſus ſuſpenduntur per defectum influxus, ſicque vigilia importuna melancholicos fatigat, & effeminat, & ſi à calore illorum vapores ex alimento cerebrum petant, exſiccati à ſucco atro cerebrum obſidente, denſantur tantiſper & cadunt, humiditatemque, & lentorem amit-
C tunt, quibus hærere in cerebro, & permanere debent, vt ſomnus permaneat. Vigilia, & inedia corpus ſiccant, & mæror non minùs, qui tam validè hoc præſtat, vt oſſa ſiccare ab Eccleſiaſtico noretur. Tantæ ſiccitati annexa ſitis erit neceſſariò, indeque hæc mulier, vigil, ſitibunda, anxioſa, & cibum abominans antequam febricitaret ob melancholiam erat; verùm ſi ſanguis melancholicus factus fuit à calore maiori moderato, vt Galenus putat, fuliginoſus cum certa prauitate creatur; & vt dicebat Montanus; igneam quandam proprietatem ſortitur, velut empyreuma maioris caloris à quo generatur. Diceret meliùs quandam vim fermentatiuam habere, qua omnia, quæ contingit, reſoluere procurat, & fermentando ebullire, & moueri, qua proprie-
D tate mentem mouet, ſpecies ſenſibiles ad operandum determinat, vigilare cogit, & ex illo ſanguine non vapor ſuauis, vt ad ſomnum requiritur, ſed vſta fuligo ſiccans cerebrum, & ſuaues vapores ſomnum conciliaturos reſoluit, extenuat, & diſſipat, ſicque vigilare cogit; nam ſi bilis atra à maiori calore genita terram tam craſſam, & denſam fermentando ebullire cogit, melancholia à maiori calore moderato creata, occultam illam vim fermentandi acquiret, & quæ diximus, mala ſemper machinabitur.

Huius naturæ fuit ſuccus, aut ſanguis melancholicus infirmæ huius hiſtoriæ,paratiſſimus creationi omnium ſymptomatum moleſtantium illam, vt mæror, peruigilium, ſitis, anxietas, cibi abominatio, ſermo-
E nes multi, timores, & conuulſiones multæ, cum febricula tenui in primo die morbi; cœpit verò febricitare inchoante nocte, quia eſt tempus diei Autumno correſpondens, in quo melancholia exaltata ſuam prauitatem oſtentat; nam ſi ve docui, mens à melancholia naturali deprauatur, iam vſta, aut putrida, calidior reddita, deprauationem efficaciùs cauſabit; ſicque in primo die delirauit multum, & manè multæ conuulſiones neruorum affixerunt, hoc eſt motus conuulſiui orti à fuligin oſa, & acri materia cerebrum petente, & in aſcenſu offendente neruos, qui moleſtiam illius ægrè ferentes, concuſſione conuulſiua illam reiiciebant, ſuntque per conſequens delirandi nuncius, vt in aphoriſmo vigeſimo ſexto ſectionis ſextæ ita dicitur; *Qui in febribus ardentibus tremores fiunt,*

Digitized by Google

delirio ſoluuntur. Notat verò Hippocrates, quod quando deficiebant conuulſiones multæ, delirabat, & loquebatur contumaciter, vt conſtet veritas aphoriſmi, nimitum quod ſoleant ceſſare tremores ſuperuenicnte delirio, quia materiâ, quæ in aſcenſu neruos offendebat, traoſlata iam ad cerebrom, & neruos non offendente, delirium adfuit, & tremores ceſſarunt, & hoc non putes eſſe perpetuum, contrarium enim crebrò in malignis febribus experimur, perſeuerate nempe tremoſes etiamſi æger deliret, ſignum quidem pernicioſum copiam magnam malignorum ſuccorum portendens, cerebrum, & neruos ſimul offendentem. Veritas tamen aphoriſmi in præſagio delirij futuri potiùs conſiſtit, certiùs enim eſt delirium ſuperuenire, ſi tremores dentur, quàm tremores ceſſare, ſi ſuperueniat delirium: alins ſenſus probabilis eſt, ceſſare nempe tremores, ſi ſuperueniat delirium, quia vt hoc ſenſationes dolorificas ob mentis diſtractionem ſuſpendere ſolet, ſic irritationem excrementorum, ant ſuccorum ad cerebrum aſcendentium obſeurando, conuulſiui motus deficient, ſed hoc infrequens eſt. Verùm poſſibile ſi delirium vehementiſſimom ſit, quod habuit hæc infirma, vt ad litteram Græci expoſuerunt Valdeus, & Phrigius; Valleſius verò, & Mercurialis non valentes, ſed turpia, aut obſcœna loqui ſcripſerunt, vult verò Mercurialis obſcœnam loquelam vehementiſſimum delirium innuere, eſt enim pudor naturaliſſimus fœminis, & magnum receſſnm à naturali ſtatu arguit obſcœna, aut turpis loquela.

Dolores erant multi, magni, & continui die primo, & ſecundo, capitis videlicet, & neruorum, ſed præcipuè membranarum cerebri, ſoli enim dolores magni à delirantibus percipi poſſunt, nam mediocres, ob aduertentiæ defectum obſcurantur, vt in aphoriſmo dicitur, mentem ægrotare quando dolor præſente eius cauſa non percipitur: aduertcſque, huiuſcemodi dolores ſignificari in delirantibus per vociferationes ſolùm quia, etſi dolorem percipiant, non loquuntur, nec locum dolentem, neque dolores explicanr directè, ſed ſolo vlulatu dolores grauiter publicant, inde peruigilij altera occaſio magna, & incrementi febris; nam ſi dolor vehemens febrem ſuſcirat, facilius erit, iam creatam augeri, & acutiorem fieri, die verò tertio defecerunt coouulſiones; hoc notat, etſi iam defeciſſent, ſignificaos non repetiiſſe die tertio, vt erat conſentaneum, aut timendum, ſuperuenit tamen cataphora, vt in perturbationibus criticis, & præcipuè quando per ſudorem iudicandus eſt morbus, conſentancum eſt, ſi humor pellendus in vapores humidos vertendus priùs eſt quàm exudari poſſet. Verùm cataphora illa breui deficiebar reſolutis vaporibus, & ad cutem expulſis vt ſudor ciraretur, redieruntque vigiliæ, anxietates, deliria tumultuoſa, & ſe continere non poterat, quia critica perturbatio tam acutæ febris, & peſſimæ, horrenda ſymptomata, & multa ſemper conuocat, quæ non ſolùm aſſiſtentes, ſed Medicos adcò rerrere ſolent, vt mortem inſtare, quando ſalus à natura procuratur exiſtiment, ſuntque terribilia, ſi perturbatio illa febri tertio die iudicandæ copuletur, quæ ex extremè acutis cùm ſit, eritque incendio, & prauitate pernicioſiſſima, & velut portentum erit, in tam breui tempore coctam vt decet materiam eſſe, & hìc non fuiſſe nigræ vrinæ, & tenues oſtendebant, occaſio magna, vt cum grauiſſimis accidentibus perturbatio critica fiat, replentur enim viſcera omnia malignis vaporibus ex materia agitata, eleuatis, & inſigni crudelitate, & varietate ſymptomatum torquent, vt ſunt variæ partes patientes.

Dubitat Valleſius de bonitare tam perfectæ criſis, cum vrinis tenuibus, & nigris. & ſedimento rotundo, non ſubſidente. hoc enim vitum ſanguinem, & non coctum ſignificat, vt vrinæ nigræ bilem atram, & cruditatem oſtendunt, & reſpondet, illas vrinas ob inſtantes A euacuationes menſtruas, fuiſſe nigras factas: ſucceſſit ergo (inquit) euacuatio à qua veriſimile eſt ſanatam fuiſſe mulierem illam, & relictam ſimul magis ſanam, quàm antequam febricitaret, qnia non ſolùm febria tam acuta, ſed mœror, qoi febrem anteceſſerat ſolutus fuit. Sed non ſatis explicat propoſitum dobium, inquirens modum, aut rationem criſis tam perfectæ cum vriois tam prauis, & crudis omninò. Non aſſerimus in præſenti hiſtoria vterum fuiſſe partem mittentem ad focum putredinis, vt eſſe ſolet, qnando menſtrua defecerunt, redeuntibus verò, & copioſè, vt dicitur hîc, euacuata tuta materia fuit, antecedens, conſeruatura illam febrem, ſicque cum prauis vrinis eradicata fuit febris illa, quia origo illius à qua fouenda, & conſer- B uanda erat, expulſa cum menſtruis fuit. Mercurialis, non putat impoſſibile quod criſis perfecta cum ſignis coctioni contrariis contingat, & hoc velut ratum inſinuans Hippocrates dixit, circa diem tertiam fuiſſe vrinas nigras, & tenues, nullam rationem tradens. Eſt verò à nobis relata veriſſima, nam portiones quæ ad focum mittuntur, vt cauſa aceſſionum, ipſo putredinis feruore in fuligines verſæ finiuntur, & euolant, indéque ſi non mittatur alia noua portio ad focum putredinis, non reiteratur morbus, ſed ceſſat omninò, & hoc euenit, quando materia tota antecedens pellitur extra corpus, vt eſt euidens, quomodolibet ſe habeat vrina, & cauſa quæ illam tingit, poteſt eſſe materia antecedens, cuius expulſio nòn eſt ſymptomatica, vt ma- C lè cenſent omnes, qoia nihil contra naturam includit, vt menſtrua euacuatio huius mœroſæ, fuit ſaluberrima euacuatio, febris vlterioris præcautoria, & ſudor quo præſens euanuit, ſalubris etiam vt cauſa fuit; nam vt actiones morbum aoferentes ſunt morbo contrariæ, debent eſſe nobis neceſſariò naturaliſſimæ, ſic opera naturæ morborum præcautoria contra naturam eſſe repugnat. Eſt tamen Mercurialis dignus cenſura diem tertium vt repugnantem optimæ criſi renens, contra Galeni, & Hippocratis placitum, hic enim aphoriſmo trigeſimo ſexto quartæ particulæ diem tertium inter reliquos pro optimis ſudoribus, enumerat, & Galenus in per acutis extremè ſimiliter, redditque rationem cur in die quarto qui primos de- D cretorius eſt, criſes non fiant, in tertio aotem celebrentur, & Hippocratis doctrina eſt, qnod quæ imparibus febres mouentur, imparibus iudicantur, & quæ per pares, iudicantur in diebus paribus, criſes enim in acceſſionum vehementia debere fieri, illo aphoriſmo docuit Galenus, indeque primus decretorius febribus motis per impares eſt diea tertius vt paribus eſt dies quartus, vt 1. *epid. ſect. 3. text. 13. & 14.* Hipppocrates docuit. Er ſicut hæc mulier ob acutiem tantam febris criſim ſalubrem in die tertio habuit, ſic alrer phreniticus eodem occiſus fuit, quia vt in prognoſticis docuit Hippocrates, febres iudicantur eiſdem diebus numero, quibus ſuperſunt homines, & quibus moriuntur, & mitiſſimas febres, & ſignis firmatæ ſe- E curiſſimis, quarto die, aut citiùs finiri, deterrimas autem, & cum ſignis grauiſſimis factas, die quarto, aut citiùs interimere, ibi docuit.

Dubium non leue eſt, quod videatur idoneam non fuiſſe criſim medio ſudore, ſi mœroſa illa ex mœrore eum occaſione ambulabat, non dormiebat, cibos auerſabatur, eratque ſitibunda, & anxioſa, quæ omnia exſiccatam illam declaraot, & carere humiditate morboſa, quæ in vapores à calore extenuata, & rarefacta, poſſet eſſe cauſa illius febris tam acutæ, & ſudoris tam abundantis, vt hiſtoria narrat: verùm ſi ſiticuloſa erat, potuit ob id multum bibiſſe, & habere ſudoris idoneam materiam, aut quod certius apparet, habuit illa ſanguinem ichoroſum, melancholicis, & rimntibus proprium, vt 6. *epid. ſect. 2. text. 41.* Hippocr. docet ſequenti ſententia, *De ſanguine ichoroſo conſiderandum, quod*

timen

timentibus talis ſit, vel in peruigilibus, ſiue bonus, ſiue malus fuerit, vbi Galenus norat, ſanguinem ichoroſum non appellari tenuem, & aquoſum, ſed qui cum virulenta quadam, & maligna ſit virtute, & inferiùs ex doctrina Platonis vocantis agreſtem ichorem nigræ bilis, & acidæ, ſcripſit, *ichoroſus itaque ſanguis vocatur, qui prauam in ſe humiditatem continet, non aquoſam, & mordacitate vacuam, ſed tum mordicantem, iam rodentem*: huius ergo naturæ eſſe potuit ſanguis illius mulieris, & planè indicarunt tam grauia ſymptomata, & acuties febris malignæ, habuitque materiam, vt abundè ſudando mortem effugeret, & vrinarum tennium, & nigrarum eſſet occaſio, cenſeoque ichoroſam illam materiam incoctilem eſſe ob ſeroſitatem malignam, & tenuem, ſicque potuit ſalubris eſſe ſudor, quia putredo ſerum illud potius quàm ſanguinem infecit, ſicque tam citò ſolui potuit morbus, quia materia tam tenuis erat eius cauſa, & aptiſſima creationi ſymptomatum, quibus fuit mulier illa, tam oppreſſa, & in textu Hippocrates docuit timentibus, & peruigilibus ineſſe.

Curatio morbi mulieris moroſæ.

MIror quàm ſine examine Mercurialis, & Phrigius venam ſtatim ſecant in talo, in febre acuta, cuius occaſio fuit ingens mœror ex occaſione ortus, quæ non dubiè magna fuit, ſi cibi inappetentem, peruigilem, anxiam, ſitibundamque reddidit, cauſæ quidem omnes exſiccantes, inanientes, & debilitantes, quæ contemperatione, & humiditate pingui ciborum, & potus auffetendæ potius erant, quàm ſanguinem inaniendo. Galenus quidem *aphor. 16. ſecundæ partis*, apertè ſentit contrarium dicendo; *nec ægris aliquis vehemens motus adhibendus, ſimul cum cibi abſtinentia, nec ſanguinem mittere oportet, nec citare vomitum, nec purgare, nec multis vti frictionibus, nec in vniuerſum aliquo motu forti, vel corporis alteratione, in talibus ſiquidem motibus omnibus, vbi cibus defuturus ſit, vires deficiunt, ſiue ægrotent, ſiue ſani ſint homines, vbique verò Hippocrates magnum ſtudium habet ſeruare fortem eam quæ regit animalia potentiam*, quod præceptum in muliere Romana adimplens venam non ſecuit in affectu tam vrgente ſpuendi ſanguinem, quia famem ſuſtinuerat prius, velut remedium ſputi ſanguinei.

Quidquid ſit de relato præcepto, vrget etiam ad non ſecandam venam anxietas illa, quâ premebatur, antequam febre corriperetur, cuius cauſa erant ichores maligni in ore ventriculi imbibiti, vt Galenus docuit 7. aphor. 56. dicendo, *hoc verò illis præcipuè euenire conſueuit, quibus in ore ventriculi humoris aliqua propria qualitas continetur ventriculo moleſta, quæ nec plurima eſt, nec in ventriculi ſinueat cauitate, ſed eam ipſa imbiberant tunica*: docuerat verò Galenus 1. *ad Glauconem, cap. de febre cum accidentibus*, ſecandam venam non eſſe, ſi os ventriculi afflictum, occaſio ſit anxietatis, ſed priùs tollenda anxietas, & roborandus ventriculus, niſi velimus in graniora pericula ægros deducere, vt contigit plurimis, quibus ſine tali præparatione venam ſecare præceperunt. Hæc notanda ſunt prius in medela mali tam acuti, vt ſecutè vena aperiatur, ſemperque plorabimus, non ſcripſiſſe Hippocratem auxilia imperata in morbo tam graui, & prima facie lethaliſſimo, vt alias infirmas methodo ſua ſimiliter oppreſſas vt ille liberaremus. Certum ergo ſit, quod ſi cibum non capiebat, vigilabat, & ab iis duobus exſiccata, premebatur ſiti clamoſa, cum anxietate, non erat locus ſectioni venæ, ſed attemperatione, cibo, & potu, & idoneis potionibus tentanda erat curatio, potiones verò medicatæ largiori manu, & ſatis frigidæ concedendæ erant ſtatim, & ad retractionem humorum caput petentium cucurbitæ ſcarificatæ in cruribus vtiliſſimæ erunt, caput oxyrrhodino communi munietur ad repulſionem excrementorum

A iam delirare cogentium, & obſtandum ne aſcenſuram reciperet, emendandam ſiccitatem cerebri, & demulcendum ſqualorem inedia, peruigilio, & anxietate contractum; prius verò balneo ex lacte ſuccurres, à quo oxyrrhodinum applicabitur, & totam ſpinam oleo amyg. dulcium, & cucurbitæ illinies ad moderandos motus conuulſiuos, imò & totum dorſum inunges oleis dictis, & anthemidis, mox verò deterſis oleis, & poris recluſis, potionem dabis ſudorem cientem, qua non ſolum ſudare facies, ſed ad ambitum mittes excrementa, & mordaces exhalationes, neruos, & cerebrum offendentes, rurſus hyrudines mariſcis applicare præcipies, mirè enim cerebrum offendentia retrahunt, & melancholicis paſſionibus ſuccurrunt, eaſque reiterabis ſi opus fuerit, quoniam deliria ſtrenuè ſuſpendunt, ad-

B uerteſque ſollicitè, tam acutas, & exitiales paſſiones medicorum præſentia aſſidua indigere, nunquam enim affligere vno, aut alio ſymptomate deſinunt, vario modo ægros torquendo, aut auxilia, quæ modo neceſſaria putantur, paulo poſt non conueniunt, ob mutabilitatem ſymptomatum, eſt enim in hiſce paſſionibus ſemper turgens expultrix, & velut furens, & delira per omnes partes tam principes venenoſos humores diſtribuens, medicos, etſi doctiſſimos terret varietate ſymptomarum, quibus ſatis clarè hortatur criſim proximam eſſe, vt huic accidit tot accidentibus oppreſſæ, & continenter, mox præter ſpem ſalubri ſudore, & menſtruo profluuio abundante febrem eradicare, & recidi-

C uam præcauere.

Verum ſi extenuata non ſit, quia, etſi innappetens cibum ſumebat, & euacuationem ferre poterat, attende, quod menſtruorum ſuppreſſio fuit occaſio febricitandi malignè, vt Expoſitores putant, & in illa eſt frequentiſſimum, ventriculum per conſenſum lædi, vt ob eandem occaſionem in grauidatione compati ſolet, quatenus menſtrua tollit, in quo euentu non decet ad tollendam anxietatem expurgare prius quàm ſanguis mittatur, patitur enim ob retroceſſum ſanguinis ex vtero ad ventriculi vaſa, quibus communicat, vt anxietas illa ſit inflammationis, aut eryſipelatis initium, tolliturque retracto ſanguine ad fluxionis originem, vt ſecatur vena quando per vias alimenti in pernicioſa tertiana mit-

D titur humor ad oſtium ventriculi, & in caſu hiſtoriæ mittitur ſanguis ſecuriùs, quia ſanguis retrocedens non cadit ſub expurgationis obiecto. Conſtat verò eſſe ſecandam venam in talo, & in affectu tam graui, bis, & ter eodem die, ſi celeritas iudicationis agnoſcatur, nam morbi tales principium, & augmentum celerrimè tranſeunt, vt propriè dicas ferè ſemper eſſe in vigore malignitatis, & ſummè affligere, vt ſi fortè vnum prauum ſymptoma deficiat, ſuperueniet ſtatim aliud, vt huic contigit, ceſſabant enim conuulſiones, & ſuperueniebant deliria tumultuoſa, & dolores magni continui, aut pugna ſomni præter naturam cum ſuperflua vigilia proprietas quidem morbi maligniſſimi, inceſſanter naturam ad expulſionem inſtigantis, & aſſiduis incre-

E mentis à leui remiſſione reiterantis naturæ moleſtiam, vt nunquam expultrix, vt (nuper docui) quieſcat; vt verè dicere poſſis, totam morbi conſtitutionem fuiſſe perturbationem criticam, ſicque tam celeris iudicationis febrem illam fuiſſe, vbi obſecro ſollicitè attendas; tantam & tam aſſiduam perturbationem à duobus præcipuè creari, exquiſito nempe ſenſu tactus, & excrementis atrabiliariis, quorum fuligines tam acerrimæ ſunt, etiam moleſtæ noſtræ naturæ, vt ceſſet nunquam ab earum expulſione, ſicque tam pertinaces fuerunt motus conuulſiui neruorum, & partium ſentientium, & ſymptomatum tam varia afflictio, & moleſtia, quia (vt docui) erat ſemper turgens natura præ ſenſus acutie, vel minimas irritationes non ſuſtinens, ſed omnia excrementa, vt creabantur reiiciens, donec excitato inundante ſudore febrem fugauit die tertia.

A Redditus menſtruorum poſt ſudorem,& tam copioſos monet nos operandum eſſe omni ingenio pro redditu illo, præſertim ſi recens defectus ſit, operabimur verò non ſecando venam ſupernam ſi non detur morbus ſectionem brachiorum petens ob eius vrgentiam, & ſi vterus pars tranſmittens putatur, ſecatur periculoſè vena brachiurum, præſertim quando cerebrum pati iam per conſenſum conſtat, & diuulgabant ſatis conuulſiui motus, quorum ablatio potenter ſollicitatur ſecando venas infernas, vt aſſiduis frictionibus in vnctis manibua oleo chamemali, aut Yrino calidis, & cucurbitis in parte domeſtica fœmorum, hyrudinibus etiam mariſcis affixis, & vnctione ab vmbilico inferius oleo liliorum alborum, crocino, chamemali, & amyg. dulcium, aut oleo angelicæ, & vtero indetur ſuccus B mercurialiom in bombace imbibitus cum puluere croci, & in medicatis potionibus miſcebitur ſemper aliquod ſimplex menſtrua mouens. Vt damnatur ſectio venarum ſuperiorum, ſic, & vſus cucurbitarum in regione ſuperiori vituperatur, notanter dixi, ſic operandum eſſe, ſi recens ſuppreſſio ſit, & ex occaſione externa, vt huic contigit, non ex vitio vteri, aut eius obſtructionibus antiquis, quæ dum morbus acutus fatigat, medicandæ non ſunt, & iam corpus totum menſtruo ſanguine plethoricum eſt, petitque ſectionem venarum ſuperiorum, poſt ſectionem infernarum, & in opinione multorum Aëtium ſequentium, priùs ſecantur ſupernæ, vt menſtrua reddant, quando plethora partium ſuperiorum obſtat contractioni fibrarum tranſuerſarum, vt datur iſchuria ob ſolam veſicæ replerionem impeC dientem contractionem fibrarum qua lotium pellendum eſt, verum ex occaſione externa, ſi eueniat menſium ſuppreſſio, redditus eſt facilior, & in acutis paſſionibus plus indicat, vt redditum intendamus celerrimè modo iam dicto ceſſat enim vterus mittere ad ſuperiora, & ceſſat per conſequens morbus prior: hic locum habet doctrina Galeni contra Aëtij praxim, *Epid. 6. ſect. 3. text. 29.* tenet Siluaticus in Hiſt. Gal. *hiſt. 70.* ſecuit enim venas infernas in illa cui menſtrua per octo menſes ſe abſconderant, etiamſi ſatis eſſet extenuata, & in vitio ſanguinis inſigni ſeſqui libram ſemel detraxit, & die ſequenti libram, & tertio libram dimidiam, & plus, virium verò tam inſigne erat, vt D diſſecto vaſe, pici liquidæ, & craſſæ ſimilis ſanguis appateret.

HISTORIA VIRGINIS. in Lariſſa.

In Lariſſa virginem febris corripuit ardens, acuta, inſomnis, ſiticuloſa, lingua fuliginoſa, arida, vrina boni coloris, tenues verò; ſecundo laborioſè, non dormiuit; tertio, multa, ab aluo flu- E *xerunt, vt aqua biliosa, & ſequentibus fluxerunt, hac cum bona tolerentia. Quarto minxit tenue, paucum, habebat appendiculum ſublime, non ſubſidebat, deſtrauit ad noctem; ſexto per nares largiter fluxit multum, horrore correpta, ſudauit multo calido per totum ſine febre, iudicatu eſt, in febribus autem, & iam iudicata muliebria fluxerunt tunc primum, virgo enim erat; erat autem ſemper faſtidioſa, horrida, rubor faciei, oculorum dolor, capitis grauitas, huic non fuit recidiua, ſed iudicata eſt, dolores paribus.*

VEhementem fuiſſe febrem hiſtoriæ, & de genere ardentium, ſymptomata primi diei clarè oſtendunt, eſt enim ardoris inſignis primo die ſitim magnam, linguam fuliginoſam, & aridam, & peruigilium inducere, fuitque fœliciſſimum ægrotanti, quod ſimul cum febre tam graui, & poſt illam, menſtrua fluxerunt tunc primum, aluus multa biliosa, vt aqua reiecit, ſudauit die ſexto abundè. Quibus euacuationibus potuit tantam materiam ſuperare, alioqui in ſexto debitum ſolueret, vt multis euenit quibus febres per pares mouentur, vt Galenus docuit, mirùm verò fuit cum lingua fuliginoſa, & arida primi diei, fuiſſe vrinas tenues, & boni coloris, ſi recte Hippocrate, lingua vt lotium ſignificat, eſt verò fuliginoſus color proximus atro, vrina verò boni coloris, hoc eſt, rufa, tenuis. Vrger etiam diarrhœa tertij diei, euacuans multa, vt aqua biliosa, nam tam ſeroſa bilis, nec linguam aridam, nec fuliginoſam cauſare ob ſeri multitudinem valet, humectat enim nimis, nigredo verò linguæ, & ariditas, vſtam, ſiccamque fuiſſe ſignificant, vſtiu verò cum tanta copia ſeri dari repugnat, fit enim à calore ſicco, non humido, vt eſt calor bilis nimis ſeroſæ. Sic Hippocrates 6. *epid. ſect. 5. text. 14.* dixit, quod lingua arida fit à fuliginoſa exuſtione. Verùm Hippocrates non dixit, quod ſi lingua ſit viridis, aut nigra, debet lotium eiſdem coloribus ornari, nec è contra, ſed quod lingua ſignificat, vt lotium, & vt hoc ſi ſit nigrum, nigram bilem ſignificat, ita, & lingua nigra, & ſic de reliquis coloribus, cum quo ſtat, vt lotium poſſit eſſe nigrum, & lingua alterius coloris, vrina enim habere poteſt plurimum ſeri, & potus naturalis, lingua verò per morbos mutata, totum quod recipit præternaturale eſt, quia ſolum illud quod calor febrilis, in fuligines permutauit, & ſurſum mouetur, ſicque nequeunt lotium, & lingua ſemper ſimilia eſſe, imò infrequens eſt ſimilari, quoniam ſemper vrina recipit multa excrementa, quæ lingua non poteſt, potuit ergo in hac virgine liquata pituita, & multum illius ſerum vrinas tenues reddere, & euacuata ſimul bilis naturalis, aut rufa, vrinas tenues, & boni coloris; lingua verò à fuliginibus vrentibus, exuri, quia nec ſerum, nec liquatam pituitam recipit. Nec ignores, quod febris ardens, & acuta vt fuit huius virginis debet habere focum putredinis vbi ventriculus patiatur nimis, vt ſitis implacabilis ſymptoma eſſentiale febris ardentis exciterur, cui lingua ſtatim conſentit ob tunicæ communionem, ſicque ſiccatur, & vritur, quando vrina excrementa cruda, & ſerum liquata ſuſcipit, & vſtionem non oſtentat vt lingua. Scias etiam cerebrum delirans, & vigil, præter naturam ſiccum, & calidum eſſe, à quo lingua ſiccatur, & nigricat, & lotium non mutatur ab illo, nec poteſt ſemper, vt diſcas ſi videas linguam vſtam, & ſiccam, quando febris tam fortis non eſt, vt linguam tam validè poſſit mutare, apoſtemati cerebrum, aut eryſipelari cum ſummo vitæ periculo, vt nos vidimus, & alibi docui.

Cœpit diarrhœa biliosa, & tenuis à die tertio, & durauit vſque ad quintum & ſextum, in quo ſuperueniente ſudore copioſo fuit iudicata perfectè, cum largo etiam ſanguinis fluxu per nares, notat verò Hippocrates has euacuationes contigiſſe cum bona tolerantia, in qua iudicatione duo inuenio mirabilia, vnum quod in febre per pares mota cœperit criſis die tertio, & fuit ſalubris, ſecundum, mirabilius eſt. nimirum quod cum vrina tam tenui, & cruda contingeret criſis tam ſalubris, vt hic caſus apertè Galenum accuſet, quod dixerit, 1. *aphor. comm. 22. Quo enim tempore à cauſis morbum facientibus natura grauatur, & adeſt humorum cruditas, tunc aliquid vtiliter euacuari eſt impoſſibile.* Quæ doctrina ſi eſſet vera, erat neceſſarium omnes euacuationes in crudo morbo factas, eſſe ſtatim cohibendas, quia ſi nihil vtile includunt, neceſſe eſt læſuras eſſe, & ideo ſitû

ſtatim

ſtatim debere, quod erit pernicioſiſſimum præceptum, vt millies experti ſunt omnes. Verum cur ſint vtiles inſinuatum à me ſemper eſt, quoniam euacuatur materia antecedens, quæ corrupta non eſt, nec cruda, nec eſt eius euacuatio ſymptomatica, vt docui, & inde non læditnec poteſt, & ſic vt toleratur, confert etiam, quia nunquam poteſt lædere, euacuare materiam, quæ cruda non eſt, & eſt futura materia coniuncta ſi detineatur, in hac enim non eſt vera doctrina Galeni loco citato dicentis, *ſiquidem oportet coctionem præire, ſubſequi verò diſcretionem, & poſtea euacuationem, vt bona ſit criſis, ſiue iudicium*, non enim coquenda ſunt, quæ nondum putrefacta fuerunt, nec in iis aliquid datur diſcernendum, & poſtea euacuandum, ſed tota materia expellenda eſt, quia tota eſt futura materia coniuncta, & eſt vera præcautio morbi futuri, & ſic naturaliſſima eius expulſio, nunquamque ſagacior natura agnoſcitur, quàm euacuando ſtatim materiam antecedentem, in febribus per pares affligentibus, quoniam (vt docui) pendent ſemper ex multa materia, & ferè inſuperabili ſi tota ſeruetur ad fouendas febres, quod dum hæc ſcribo, ſumma fælicitate in regina Hiſpaniæ fuimus experti, habuit enim diarrhæam magnam, & variegatam quatuor primis diebus, cum intolerabilibus alui totius torminibus, non à cauſa erodente, ſed flatuoſa, & humorali benigniori: die quarto, & fine tertij cœperunt apparere variolæ, exieruntque in magna copia cum ſumma afflictione, putaruntque omnes ſuffocatam perituram, ſi tota materia ante variolarum apparitionem expulſa, ſeruaretur, in vaſis ad fouendas variolas.

Dilues ex dictis quod contra Galenum docui, ſi intelligas non poſſe euacuari aliquod vtiliter, ſi euacuetur ex cruda materia, non implicare verò vtiliſſimè euacuari, ſi ſola antecedens cauſa pellatur, quod videtur ridiculum, ſi materia coniuncta putrida eſt, & habet plus excrementi, eſtque naturæ moleſtior, & vera cauſa morbi, & per conſequens ſalubrior erit eius expulſio quàm materiæ non putridæ, ſed huius dubij ſolutiooem in tractatu de febre maligna inuenies.

Quarto die minxit tenue, & paucum, eratque æneurema ſublime non ſubſedens, & delirauit in noctem, durante diarrhæa neceſſariò ſequitur vrinæ paucitas, *nam ſi mictio plurima noctu contingens, paruam ſignificat deiectionem*, ſic lege contrariorum aluus multum fluens, patuum lotium ſignificabit, mirum tamen eſt, quod durante alui fluxione, & euacuatione menſtrua delirium ſuperueniret in nocte quarti diei, præſertim in motu per pares, in quo noctes parium dierum ſolent eſſe placidiores, vt ob id Hippocrates velut ſingulare notauerit, non dormiſſe in die ſecundo, cùm acceſſionum declinatio in motu per pares contingat in fine illorum, delirare verò in declinationibus, ſolum in vera phrenitide contingere poteſt, verum in hac febre ſemper natura turgens apparuit, tentans per omnes regiones materiam antecedentem reiicere, vt tantam excrementorum ſarcinam deponendo, (vt dixi ſagaciter) exitium tam certum præcaueret, in die ſexto venturum, vt in motu per pares docuit euenire Galenus plurimis, & vt in ſexto ſalubris fuit iudicatio, foret non dubiè mortalis, ſi tot euacuationes non præceſſiſſent, quia *febres iudicantur in eiſdem numero diebus, in quibus ſuperſunt homines, & in quibus moriuntur*, non ergo fuit mirum in tanta commotione excrementorum, & per tam diuerſas regiones, velut in critica perturbatiooe delirare in nocte diei quarti. Notat Valleſius, quod Hippocrates nunquam aduertit fuiſſe ſublime appendiculum, quin eodem die, aut ſequenti delirauerint ægroti, vt huic contigit, deſumpſit ex Galeno in huius hiſtoriæ expoſitione, in qua inuenies doctrinam noſtram à tanto authore confirmatam, nimirum non eſſe actionem ſymptomaticam expulſionem materiæ antecedentis, etiamſi fiat ante coctionem materiæ, ſed eſſe opus naturale, & perfectiſſimum, & morbi futuri præcautorium, verba Galeni ſunt. *Manifeſtum itaque erat, quod ſola indigeret vacuatione, & hanc natura incepit quidem operari tertio die, compleuit verò ſexto*, quod autem ratione naturæ, non morbi ſymptomatica per ventrem vacuatio fuerit, manifeſtè ipſe indicauit, ſcribens, tertio die multa à ventre percurrerant aquei coloris, & ſequentibus diebus talia tolerabiliter erant, & Valleſius refragatur tanto authori, & veritati, ſymptomaticam illam diarrhæam cenſendo, maléque Galenus cenſet, diem ſextùm quam fideliter iudicare, nam in motu per pares iudicatorius eſt, vt per impares ſeptimus, aut quintus, aut nonus, dicente Hippocrate, quod ſi in febre per pares affligente fiat criſis in imparibus, ſit infida, & recidiuam, aut mortem ſignificare, vt dicitur 1. *epid. ſect. 3. text.* 15. Mirabilius fuit, quod in motu per pares fieret criſis ſine recidiua in die ſexto, non quia in ſexto, ſed quia vt docui creantur à multa materia quæ intra ſex dies ſuperari, & concoqui repugnat, & reſponſio Galeni ad fidelitatem diei ſexti, accommodanda eſt motioni per pares, fuit enim præcautio recidiuæ, menſtrua euacuatio poſt criſim perſeuerans, vt hinc etiam ſtabiliatur, noſtra doctrina, quòd euacuatio materiæ antecedentis nunquam eſt ſymptomatica, ſi verè per illam recidiua redimitur, vt docuit Galenus.

Notat Hippocrates quod hæc infirma erat ſemper anxioſa, horrida, cum rubore faciei, grauitate capitis, & dolore oculorum, ex quibus ſuſpicari poterat fuiſſe illam febrem hæmitriteum ſpurium, nam febris ardens tertiana continua eſt, & ſi erat ſemper anxioſa, & horrida, hæmitriteum ſpurium æmulabatur. verùm probabilius eſt, laboraſſe ob menſtruorum poſtpoſitionem reſpectu ætatis, ob quam plethorica facta, tantam ſarcinam materiæ accumulauit, vt febris moueretur per pares, & tot euacuationibus indigeret, vt periculum fugeret, oſtenderuntque ſymptomata relata, cerebri inſignem plethoram, eamque tam extenſo ſanguinis fluore depoſuit, horrores verò illi non erant maligniſſimi, ſed nec omninò malignitatem recuſarunt, quia (vt reor) pars tranſmittens ad focum putredinis, erat vterus, cuius proprietas eſt malignè quæ deprauat vitare, vt hiſterica ſymptomata ex menſtruorum corruptione quotidie publicant, & efficacius ſi ex genitura creentur, ob id tam anxia, & horrida ſemper fuit, ob terram prauamque naturam fuliginoſi excrementi veneni æmulam, eſtque vteri monarchia tam valida, ſi ſemel cruorem corrumpat, quod nullum viſcus eius poteſtatem, & imperium repellere poſſit.

De rubore illo faciei aduertes, eſſe ſymptoma communiſſimum mulieribus, quando iam menſtruorum ſuppreſſio proxima eſt, & præcipuè ſi ante debitum tempus ſupprimantur, fatigat verò magis, & intempeſtiuiùs moniales, & alias religioſè, & caſtè viuentes, & mirum eſt, quod tam communiſſimum accidens, & eodem die ſæpe repetens, & interdum cum graui moleſtia, & deiectione virium, dum ab vtero ſurſum pellitur ſanguis ille vaporoſus viſcera in aſcenſu non leuiter offendens, à nullo quem legerim examinatum ſit, nec tam frequentis, & moleſti aſcenſus idonea cauſa reddita, ſolus Sennertus *lib. 4. de morbis mulierum, p. 2, ſect. 3. c. 10.* breuiſſimè illud tetigit in affectu hypochondriaco ex vtero, verba ſunt. *Fœminæ tales ſunt cogitabundæ, triſtes, ſolitudinis amantes, vbi ſanguinis ſtius pars tenuior incaleſcit totum corpus, & in primis faciem flogoſis quadam ſubitò occupat, qua ſubitò iterum euaneſcit*, &c. Et cùm vterus venis multis, & arteriis ornetur, affliguntur, torquenturque moleſtiis ſi per arterias vapor ille, aut ichor malignus, & tenuis ſurſum moueatur; ſed

cùm

cum hoc accident detut, (vt dixi) in quamplutimis ſine affectu melancholico, alia ratio illius tradenda eſt, eam eſſe cenſeo, quod vteri vaſa denſentur, prinſquam iecur deſiſtat præ frigore, & ſiccitate ſenectutis à generatione ſanguinis ſoperflui per vterum expurgandi: breuiùs explicatur ſi dicat, vterum conſeneſcere antequam iecur, & inde hoc create plut ſanguinis quàm pro nutritione corporia requiratur, & qund tedundat mouetur vt ſolebat ad vterum, in quo detentut iocaleſcit, & pars tenuior, & ſerum calefactum, ſutſum pelluntut per varias partes in illo aſcenſu non leuiter offenſat, & quia ſeneſcere prius vtero conuenit quàm iecori, cariſſimum eſt non infirmari fæminas, quando iam inſtat. & proxima eſt naturalis menſium ſuppreſſio, quia redundat ſanguis, per vterum vt ſolebat pellendut, & inter accidentia ex tali detentione menſtruorum oriunda, frequentiſſimum eſt incendium faciei, ſubitò, & crebrò euenieot, cum non leui moleſtia antecedente, quando in aſcenſu exerementi iam dicti viſcera intermedia non leuiter offenduntut.

Ex hiſtoria præſenti deduces; qood Galenus etiam docuit, quemlibet diem criticum eſſe poſſe, nam ſextut, quem tyranno comparauit, iudicauit hanc virginem perfectiſſimè, idemque & meliut, octauus, & decimus, & duodecimut efficerent, ratio eſt, quia etſi dies decretorij proprij pendeant ex motu lunæ ſuo modo, dependent magit ex ipſo motu morborum; quam veritatem expertus Hippocrates, diuulgauit illam dicendo, quæ paribus mouentut, paribut iudicantnt. Quorum verò acceſſionet diebut imparibut fiunt, diebus imparibut iudicantur, & numeratis diebus vtriuſque motor iudicatorij, dixit; ſcire autem oportet; quod ſi extra præſcriptos diet fuit iadicatio, futura recidiua ſignificatur, ſiancque mothi lethales, vt conſtet ex eius doctrina, quod virgo præſens iudicaretut cum periculo recidiuæ, aut mortis, die ſeptimo, qui ex parte lunæ iudicat validiſſimè, & vt dicebat Galenut, non. vt tyrannus, ſed tanquam Rex, quia criſis celebrabatur in die impari in febre quæ pet pares mouebatur, & meo iudicio, ſine ratione aliqua docuit Galenus, diem ſextum tyrannicum in iudiciis eſſe, ratio enim contrarium ſuadet, cùm dies ille mediut inter quintum, & ſeptimum, qui in peracutis morbis validiſſimè iudicant, repugnat verò diem intermedium duobut tam validit proximum, omni bonitate ſpoliatum eſſe, ſi verè eſt duorum tam perfectorum vinculum neceſſarium, & copula, & cum ſit euidens in opinione aſtrologica motum lunæ æqualem non eſſe, poterit aſpectus ſeptimi in motu celeriori lunæ in ſexto incipere. & vit quinti in tardiori motu ſextum etiam attingere, & in illo fieri criſis non tyrannica, ſed optima, licet non talis vt fieret in die acceſſionit. & cùm certum ſit determinari naturam ad expellendum morbi cauſam, quando iam emendata eſt, & cocta, & coctio ad criſim in fine quinti, aut in prima parte ſexti poſſit perfici, eueniet criſis optima in die ſexto, quia mala eſſe repugnat, ſi coctio præcedat, dicente Galeno, quod cum millies criſibus intereſſet, nullum perire vidit, coctione præſuppoſita materiæ.

Curatio morbi Virginis Lariſſæ.

DVo in hiſtoria præſenti verificantut, primum, Hippocratis oraculum, quod natura ſit morborum medicatrix, nam ſi ſollicitè euacuationes à ſola natura tentatas attendas, agnoſces, illas ſolas fuiſſe capacet occurrendi morbo tam periculoſo, per aluum multa bilioſa, & tenuia excreuit, fluxu abondante ſanguinis pet nates, cerebri plethoram depoſuit, menſtruit per totum morbum reiteratis, totum corpus onuſtum menſali purgatione ante morbum ſuppreſſa ſecurum reddidit, & ſudore innundante cum decreto.

A tio rigore, morbi rigorem, & periculum diluit, & quia in febre per paret moleſtante occiduntur plurimi ſexto die, tribus euacuationibus eo die celebratis inimicum eliminans, in tutu virginem poſuit, & ne recidiuaret, menſtruam purgationem, à morbi purgatione continuans, conualeſcentiam ſecuram dictis bonit accumulant vires colapſat duello tam terribilis hoſtis, breui inſtaurauit.

Secundum eſt, quod dixit Galenus, in febribus per pares moleſtantibus, vehementià acceſſionum ita irritari naturam, vt ante idoneum tempus nullaque ſpectata coctione, criſes, vt ſe defendat procuret, occaſio certa vt plurimi in ſexto occidantur, quia ratò in illo motu morbus in ſexto ſuperior non eſt, quia magnus B in mole, & peſſimus, quia non emendata, pugnatque per conſequent copia, & malignitate, quando natura præ temporis anguſtia copiam tam grandem non coxiſſe repugnabat, à quo auxilio deſperant, aliud, etſi cum periculo tentat, hoſtem nimirum non correctum è medio repellere, cuiut commotio nunquam periculo caruit, fugiunt verò illud in illo conflictu, qoi robuſti cum ſint, incipiunt ſtatim à morbi inuaſione grandem copiam materiæ antecedentit trudere extra, quo impeditur coniunctæ incrementum, & ſic liberantur quia coniuncta abundant non eſt, & antecedenti nondum corruptæ permixta, contemperatur, ſicque cicurata dum agitatur ab expultrice, minos offendit, vt tardiùs venenum necat cibis permixtum ſyncero, hincque pericli- C taretur natura certiſſimè, quando corruptum aut non emendatum humorem expellit, quia terra, & venefica exhalatione viſcera replet, & quicquid io tranſitu offendit, contaminat, & creſcit corruptio, qoando natura corruptum non cicuratum ab ipſa minuere tentat, ob quod deiectiones fœtidas vltra modum vt exitioſas damnauit ſummut Dictator, quia fœtor inſignis putredinem altam, & ſordidam innuit; nullaque emendatione naturæ domatam, quæ deiectiones non ſolùm vt ſignum, ſed etiam vt cauſa ſunt exitiales, ſi quæ diximus teneas. Quod Phrigios non intellexit docendo, quod euacuatio ſymptomatica eſt mala vt cauſa, quia omnis fluxus ſymptomaticut vires diſſoluit, frequentia ſurgendi reſolutis ſpiritibus, ratio quidem ficulnea, & fal- D ſa, quia ſymptomatica euacuatio non eſt neceſſario frequens, imo paruiſſima eſſe ſolet, & tarda, ridiculumque eſſet dicere, quod ſanguinis ſtilla ſymptomatica lædebat, quia vires diſſolueret, frequentia expulſionis ſpiritu reſoluto.

Relata ſagacitate operant virgo hæc fuit liberata, vt ex deiectionibus, & aliis euacuationibus conſtat, diſceſque ex illa, ne turbent te anxietates aſſiduæ, & horrores continui, peruigiliumque & alia accidentia quando natura tot euacuationes celebrat in morbi principio, ſunt enim agitationi tot excrementorum, & per tam diuerſat regionet propriiſſimat, & propriiſſima magit, quando materia non emendata pellitur, tribuendo enim tot ſymptomata prauitati morbi, & E non criticæ perturbationi, tentabis fortaſſe remedia naturam rectè operantem turbantia, & impediendo criſes idoneat, obſtabis ſalutis remedio, ergo extra controuerſiam in huiut mali initio ſecanda erat vena in cruribus, neque ad brachia recorrendum erat, quia nunquam menſes apparuerant, ſi iam reſpectu ætatis tardauerant, vt expoſitoret cenſent. Phrigiut venas brachiorum ad deponendam plenitudinem totiut conſulit eſſe prius ſecandas. & docet eſſe exequendum hoc dato leniente expurgante, & ſyrupis modicè deobſtruentibut exhibitis, praxis quidem temeraria in narratione hujus morbi, nam plenitudo maior erat noo dubiè in vterò: ex illo enim (authore Hippocrate lib. de morbis virginum) recurrit ſanguis præ multitudine ad cor, & ſeptum tranſuerſum, recurrit verò quia qui vterum replet non habet in virginibus

A bus liberum exitum, quando iam primò inſtat fluor menſalis, & ſunt fœminæ viro maturæ, vt erat huius hiſtoriæ: eſt verò irrationalis praxis, ſi vterus eſt pars tranſmittens ad focum, qui cùm ille ſit, ex brachiis ſanguinem mittere, ſed ex cruribus, vt deoneretur pars mittens, & reuellatur ad crura quod ad focum pellebat, ſecta verò venâ brachiorum, tota plenitudo vteri, & meſerei ad ſupera trahitur cum ſummo periculo, & in partes principes irruens in eis firmatur, quia iam in morbo tam graui debiles ſunt, alioqui tam periculosè non ægrotarunt; iamque in hiſtoria antecedenti docui, quod quando ex vtero recurrit ſanguis ad viſcera, & ventriculus etiam patitur, anxiaque redditur fœmina, non decet ventriculi damnum expurgatione tollere, quia ſanguis retrocedens, non eſt expurgationis obiectum; & omnia ſigna primi diei expurgare dehortabantur, & cùm creſcerent in die ſecundo, B & in motu per pares, plus in illo expurgatio erat ſuſpecta, nec leniens expurgans in principio febrium ardentium, deobſtruentia ſerapia requirit, ſi humor educendus in prima regione habitat, vt eſt neceſſarium; nec acuties, & tam imminens periculum febris occiſuræ, aut iudicandæ in ſexto, deobſtruentia ſine graui damno permittit, quoniam ſine auxilio relicta tribus diebus deſperata redderur, ſecanda ergo vena erat ſtatim in cruribus, & iam docui, quod in motu per pares non eſt expectanda declinatio acceſſionum, vt vena aperiatur, ſed in vigore optimè imperabitur, vt citius declinet, & impediatur ne fiat colliquans, aut maligna, aut occidat in die ſecundo, vt ſolet febres C mota per pares, temerariè enim in febre per diem integrum inceſſanter creſcente ſperabitur declinatio, vt vena aperiatur, cum declinatio dubia ſit, & primo ingreſſu imaginem continentis ſemper creſcentis delineet, in qua amethodè declinare ſperatur, vt imperentur auxilia maiora, *& libro citato* hoc auxilium Hippocrates commendat, & Galenus inſinuat dicendo, *manifeſtum eſſe quod morbus erat plethoricus*, & ita fuiſſe inferius ſignis demonſtrat, vnde intulit, *manifeſtum itaque erat, quod ſola indigeret vacuatione, & hanc natura incepit quidem operari die tertio, compleuit verò ſexto*, oſcitanter quidem loquutus admittens diarrhœam, vt idoneum auxilium in morbo plethorico, & oblitus menſtruæ purgationis, vt adæquatum auxilium D plethoræ, aduertente Hippocrate quod in febribus, etiam facta iudicatione muliebria tunc primum prodierunt.

Secta vena in vigore, ſi hic diem ſecundum grauiſſimum, pernicioſumque fecit, vt narrat hiſtoria, arripienda erat occaſio in declinatione, vt ſectio venæ ante ſecundum vigorem reiteraretur, quia in quarto, in quo vigor erat venturus occidere poterat, & vigor ipſe erat futurus occiſor, & inde in declinatione primi paroxiſmi, erat reiteranda venæ ſectio, vt periculo tam præcoci occurramus, mox æger alendus, & die tertio ab hoc auxilio ceſſandum, quia multa ab aluo ſubbilioſa prodiderunt, & cum bona tolerantia, & vt nar- E rat Hippocrates, ſanguis menſtruus etiam fluebat, nam in febribus, etiam facta iudicatione perſeuerauit, non erat verò rationale duabus euacuationibus conferentibus nouam addere, ne caderent vires, quando natura tot euacuationibus tam attenta requirebatur, robuſta, vt opus tam vtile cœptum perficeret, & reuera fecit inundante ſudore, & fluxu nouo ſanguinis per nares, die ſexto morbum ſuffocando, quarum euacuationum præſaga fuit paucitas vrinæ in die quarto, iam enim incipiebat natura ad ambitum corporis ſerum declinare, & ſanguinem etiam, vt pelleretur per nares, ſurſum mouere, ſicque lotium diminuit, & in illa commotione delirare non erat nouum, neque terribile.

Dubium ſe offert ſi æneorema ſublime poſſit eſſe ſignum delirij venturi, nam Valleſius docet ſemper quòd Hippocrates illius memoratur; delirium ſuperuenire eo die, vel ſequenti ſcribit, Galenus idem docet, putat verò nullo modo per ſe delirium venturum ſignificare, ſed interdum per accidens commonſtrare, quoniam flatuoſius ſignificat eſſe æneorema, nam in illo quod prorſus flatu caret, ad fundum vaſorum deferuntur æneoremata, videturque mihi eandem habere ſignificationem quam ſubiugalis vrina, quæ à copia flatuum turbata, dolorem capitis præſentem, aut futurum ſignificat, quoniam in illo aphoriſmo docet Galenus, quod flatuoſus ſpiritus ſimul cum calore promptè fertur ad caput, ſecumque deferens aliquid humoris, delirium ſuperueniet, quod Hippocrates reſpiciens, ſæpè in coacis prænotationibus ex ſublimi æneoremate, delirium præſagauit, & nos etiam vidimus, eſtque fallax Galeni ratio, nimirum quod in opere prognoſtico in quo de præſagiis vrinæ tam diffusè egit, nunquam ſcripſit ſublime æneorema delirium polliceri, velut ſi omnia poſſibilia in quolibet tractatu deberent adduci, per exemplum, in opere prognoſtico ſigna ſignificantia inflammationem thoracis ſuppurari, ſollicitè exarauit, & non adduxit aliud quod in coacis ſcripſit, fieri nempe dulce quod ſpuitur, verba ſunt, in doloribus pleuriticorum, vtile eſt aluum eſſe mollem, ſputum facilè prodire, vrinam benè colorari, ſtrepitum in pectore non fieri. At contraria his difficilia, & ſputum dulce factum: & 3. *de morbis* præcepit quod laborans peripneumonia, tranſacto die vigeſimo, & vigeſimo primo; interrogetur ſi ſaliuam dulciorem quàm antea percipiat, & ſi eſſe affirmauerit, intellige pulmonem ipſi ſuppurari, & quod morbus annum durabit ſi in quadraginta diebus pus non eduxerit, ex quo teſtimonio intelligitur, cur ſit malum in pleuriticis ſputum fieri dulce, quia perículoſiſſimum eſt ſuppurari pleuritidem, raro enim non pereunt phthiſici, & hectica febre, in opinione communi, & Galeni, colligeſque ex dictis, quod ſi æneorema ſublime delirium portendere poteſt, ſignificabit illud certiùs, ſi craſſiſſimum ſit, quod ſubleuatur, quia quod ponderoſius eſt ſubleuari, arguit flatuoſius eſſe, dummodo regio inferior vrinæ, & medium etiam non occupentur excrementis aliis, nam tunc ſitus ſuperior non indicat ſubleuari à flatibus, ſed impediri à reliquis corporibus craſſis deſcendere.

Si impetus euacuationum, & diuerſitas conſiderentur, ſufficienter naturam euacuare colliges, ſoluſque timor erit, ne vires ſub tanto conflictu labaſcant, quatum lapſui idonea victus ratione, & ſomni conciliatione ſuccurrendum erat, & capitis attemperationis ne firmaretur aliquid ex malis timendis meritò ab eius pleuritide, rubore faciei, dolore oculorum, & grauitate capitis publicata, fouebaturque ſemper euaporatione inceſſante à critica excrementorum commotione, modus ſuccurrendi tantæ inquietudini naturæ indicibilis eſt, pendetque ex aſſidua infirmorum viſitatione, ſunt enim varia, & terribilia ſymptomata in tanta oppreſſione fatigantia, Medicum præſentem requirentia, cor ſemper roborandum intus, & extus, ſemper verò benè odorantia exterius appoſita recuſabis in fœminis menſtruantibus actu, aut recenter enixis, & fere ſemper in omnibus, quia vterus odore ſuaui ſurſum commotus, grauiſſimorum accidentium eſt author, & ſæpè inopinatæ mortis, dixi ferè in omnibus fœminis, quia aliquæ non ſolum offenduntur, ſed lætantur, & roborantur ſuaueolentibus, imò quandam vidi à graueolentibus tam euidenter hyſtericam fieri, vt aliæ ſuaueolentibus, & ab iis læta, & fortior reddebatur ſemper, oleum Mathioli ſecuriſſimum eſt exterius applicitum, quia graueolet, interius verò ſi hyſterica accidentia fatigent, mirabilis eſt aqua m.l.t.e,

aut

A aut huius decoctum, in quo fruſtum camphoræ ardens ſæpè extinctum ſit, & dentur in potu vnciæ tres, aut quatuor, potentiſſimè enim flatus malignos camphora diſſoluit, ob eximiam partium tenuitatem, ob quam etiam ex accidenti refrigerat, etſi calida ſit, meliſſa verò cor, cerebrum, & ventriculum roborat, & plus vterum, venenaque refrangit, menſtruaque mouet mirificè, eſt enim aromatica cum leui amarore, & magna partium tenuitate cum moderata aſtrictione, qua omnia viſcera firmat, eſtque antidotum contra inſomnia melancholica, & terribilia, quæ etiam aniſum viride (hoc eſt tota planta) cerebro proximum dum ſomnus conciliatur ſtrenuè ſuſpendit, & delet.

HIST. APPOLONII.

A die primo ad decimumtertium.

Appollonius Abderis ſeſe erectè ambulans ſuſtentabat multum tempus, erat autem magnis viſceribus, & circa hepar dolor continuus multo tempore comitabatur; & ſanè tunc ictericus fiebat, flatuoſus colore ſubalbido, comedens autem, & bibens bouinam carnem, incaluit primùm modicum, decubuit, lacticiniis verò vſus, crudis, & coctis multis, caprinis, & ouinis, & victu prauo omnium læſiones magnæ, febres enim exacerbatæ ſunt, & aluus ingeſtorum nihil mentione dignum reddidit, vrinæ tenues, & paucæ prodibant, ſomni non erant, inflatio mala, multa ſitis, comatoſus, hypochondrij dextri eleuatio cum dolore, extrema omni ex parte ſubfrigida, parum delirauit, obliuio omnium quæ loquebatur, mouebatur mente.

VAGA nimis huius partis tranſlatio ſcribitur: Valleſius; *erat autem magnis viſceribus*, quem ſequitur Phrigius. Mercurialis. *erat autem magni lienis*, Vaſeus tranſtulit, *erat autem magni lienis, tumefacto viſcere*, Cornarius, *erat autem magnis viſceribus præditus*, quæ tranſlatio vt iacet, de naturali formatione intelligi debet, vt Valleſius cenſet à Phrigio tacitè reprehenſus, de morboſa magnitudine textum intelligendo, Vaſei tranſlationi conformior hiſtoria mihi videtur, *& per viſcus tumefactum*, iecur intelligo, ob eius principatum reſpectu viſcerum quorum tumefactio Medico perceptibilis eſt, tumebat verò, quia non leuiter obſtructum, & ob inſignem obſtructionem turgidum clatè percipiebatur, & faſtigiatum præter naturam eſſe, moueor ob paſſionem ictericam obſtructo iecori tam propriam, & quia circa illud dolor continuus multo tempore comitabatur, & quia colore ſubalbido cum icteritia ſimul fœdabatur, ob læſam diminutè ſignificationem, ſymptoma etiam iecoris, aduertens Hippocrates fuiſſe ſimul flatuoſum, quod intelligo inſigniter, & velut quid repugnans ictericis, nam vt in aphoriſm. vltimo. ſect. 5. dicitur, *qui morbo regio laborant, admodum flatuoſi non ſunt*, verùm hic cachecticus incipiens iam erat, vt indicabat albedo, & ob hanc complicationem fuit ſatis flatuoſus, à qua etiam dolores ſatis moleſti creati conſueuerunt, ob id diminutum calorem in materiam crudam, inceſſanter agentem, & flatus nebuloſos, & craſſos eleuantem, quorum generationi icterica affectio auxiliabatur, nam copia bilis crudis ſuccis copulata, duorum contrariorũ miſcella, & diſſymbolorum erat, mutuo ſe expugnantium, & corrumpentium, in quo duello craſſorum flatuum eleuatio inexcuſabilis erat, quæ pugna orta ex contrariis, quorum neutrum eſt in naturali ſtatu, violenta, & moleſtiſſima debet eſſe naturæ, & ſic Galenus dixit peſſimas eſſe affectiones ex bile, & pituita creatas.

Hic ergo antequam febricitaret obſtructus, & cachecticus erat ob prauam victus rationem, non vt tacitè Mercurialis, ſi ita læſus carnem bubulam comedens, incidit in febrem, conſtat prauo cibo vſum fuiſſe in tota illa ante febrem mala diſpoſitione, quæ leuis non erat, eamque Cornarius clariùs expoſuit dicendo: Appollonius erectè titubans ambulabat multo B tempore, iam enim ante febrem debilis cerebri, & neruorum erat, & fortaſsè dum mouebatur initium deliquij patiebatur, aut occultæ vertiginis, ſicque titubans ambulabat, debilitas quidem prauo victui debita, vtebatur enim multo lacte ouillo, & caprino iam cocto, iam crudo, & aliis cibis prauioribus, quorum causâ omnium læſiones magnæ ſequutæ fuerunt, hoc eſt omnes partes corporis læſæ fuerunt, quia ſanguis aquoſus, & pituitoſus per omnes tanquam commune alimentum diſtribuitur, nulla ſecura eſſe potuit, in qua communi læſione viſcera plus ſemper patiuntur, quia in illis alimentum magis abundat, & ab eorum læſione crudioris ſanguinis generatio ſemper dependet, & fatendum eſt in meo conſenſu, & fortè in communi Medicorum, C quod quando ex praua victus ratione occaſio talis cruditatis datur, læditur priùs ventriculus, quia non ſolum eſt officina prior, ſed quia cum tota mole ciborum, & omninò diſſimilium pugnare debet, & illos exquiſitè defæcare, vt poſſit iecur ſanguinem peſſimum generare ex chilo cocto perfectiſſimè, peccatum verò primæ coctionis eſt generale pro reliquis, & velut originale contractum pro omnibus, ſi vera eſt recepta ſine lite doctrina, quod vitium primæ coctionis à ſecunda nequit omnino corrigi, quod non ignorans Galenus 1. *ad Glauconem* dixit, rarò dari quotidianam febrem, quin ventriculus patiatur, quia febris illa ex crudis ſuccis dependet, quorum origo ventriculus eſt ob allatam à me rationem. Hinc intelliges Hippocra- D tis oraculum, vt intellexit Galenus 6. epid. ſect. 3. text. 1. *quod alui ſtupor, ſeu torpor, ſit vniuerſorum confuſio*, intelligendo per aluum (ventriculum) qui dum ſtupet, hoc eſt diminutè, & ſegniter concoquit torpiduſque eſt in chilo, ſic omnia in corpore confundantur, quia omnia læduntur ſanguinem malè confectum ſuſcipientia, quia nec partium omnium tam perfectæ ſubſtantiæ ſit, & præter hoc infortunium, aliud eſt inexcuſabile, generatio nempè plurium excrementorum in qualibet particula, à quibus corpus totum variis modiis, & indicibilibus rheumatiſmis torquetur, præſertim ſi denſæ cutis ſit, & minus tranſpirabile, vt lib. de alimento docuit Hippocrates.

Tanta excrementorum copiâ ex prauis cibis creata, omnium partium magnæ læſiones emanant, & fe- E bres exacerbatæ fuerunt, quæ ſunt omnium partium etiam læſiones, & aluus ingeſtorum nihil mentione dignum reddidit: non dicit, quod aluus excrementa fæcalia non pellebat, ſed quod nihil ingeſtorum reddebat vomitu, aut deiectione ſub forma alimenti incocti, ſed omnia alimenta ingeſta concluſa permanebant, coquebantur, etſi malè, eratque inde neceſſaria diſtributio ſanguinis incocti per totum corpus, & à naſarca, aut malo corporis habitu fædari, meliuſque ſcriptum fuiſſet, quod nihil ingeſtorum reddidit, ſine annotatione per aluum, cum vtentes prauo cibo, & multo, non minus inuentur vomitibus aſſiduis, quam aluo lubrica, imò plus, quoniam vomitus non ſolum cibos recenter ingeſtos reiicit, ſed conatu, & concuſſione violenta

crudos

crudos ſuccos iam genitos, & ventriculo agglutinatos tenaciter, cum alimentis aſſumptis hærentes expellit, præſertim poſt horam, aut duas à cibatione, quoniam coctio ſine fermentatione non fit, nec hæc ſine permixtione cruditatũ cum cibo coqui incepto, vt verè dicas, in ipſa fermentatione ſubleuatas eſſe, & feruentes cruditates antiquas, ſicque vomitu tunc cum cibis recenter ingeſtis pelluntur, quia ſunt in motu, & velut turgens ventriculus, quem caſum, & effectum olfaciens Galenus, nothas tertianas antiquas vomitu à cibo eradicare procurat, & ſumma felicitate: dixi verò talem effectum Galenum olfeciſſe, quia fortaſsè vim fermentandi, & diſſoluendi cibos ignorauit, actio ad coquendum ingeſta tam neceſſaria, vt fruſtra ſine illa, etſi calor abundet, alimenta ſumantur, nam ſine illa defæcari cibos, & excrementa fæcalia, ab alimentoſa parte ſeparari repugnat, ignoraretque ſine illa ſtruthiocamelus ferrum diſſoluere, nam calor igniti ferri, vret ventriculum illius, & non diſſoluit ferrum, nec liquat, vnde neque illud animal calore ſolo ventriculi liquabit, alioqui liquaret, vreretque ſeipſum, ſic cenſent Spagyrici, nunquam chilum perfectum dari, ſine aliqua aciditate in fermentatione priori contracta, eſtque ob id verus aphoriſmus Hippocratis, *bonum eſſe in longis læuitatibus inteſtinorum ructum acidum ſuperuenire*, qui prius non erat, quoniam ſignificatur acore illo, iam eſſe inceptam fermentationem ciborum, qui antea ſine aliqua immutatione pellebantur, non itaque erat ſatis ad bonum præſagium, quòd ructus ſuperueniat, ſed quod ſit acidus, nam hic inſeparabilis eſt ab incepta cibi coctione, quem aphoriſmum coarctauit Galenus ſine ratione, quia hunc effectum fermentationis ignorauit, & acidus ructus ſuperuenire poterit, à quacumque cauſa læuitas inteſtinorum orta ſit, non à ſolo frigore, aut pituita acida creata, oblitus itaque videtur oraculi Hippocratis, libro de veteri Medicina, hæc continens verba; *Non enim ſiccum, nec humidum, nec calidum, nec frigidum, nec aliud quicquam ex his putauerunt hominem lædere, nec aliquo horum homini opus eſſe opinati ſunt, ſed quod in vnoquoque fortè, & humana naturâ potentius eſt, quodque non poſſit ſuperare, hoc ipſum lædere duxerant, & hoc auferre quæſiuerunt: fortiſſimum autem eſt inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariſſimum, inter acida acidiſſimum, & in omnibus adeò rebus vigor ipſe, ac ſumma, hæc enim & in homine ineſſe viderunt, & hominem lædere, ineſt enim in homine & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & fluidum, & alia infinita omnigenas facultates habentia, copiamque, ac robur. Atque hæc quidem iuxta atque inter ſe temperata, neque conſpicua ſunt, nec hominem lædunt, vbi verò quid horum ſecretum fuerit, atque ipſum in ſeipſa fuerit, tunc, & conſpicuum eſt, & hominem lædit*, &c. Vim verò fermentandi acori annexam eſſe, experimenta infinita teſtantur, ſic atra bilis terram grauem fermentando ſubleuat, & extenuat, quæ acidiſſima eſt, acetum idem facit, & ſucco acido limonum lapidea diſſoluuntur, & aliis innumeris acidis idem cauſatur, & fermento acido calore temperato actuato turget maſſa, attenuatur, leuiorque reddita, ſalubris fit, vt ſine fermento pernicioſus ſit cibus, & in mea opinione ſaliua humana inſignem vim fermentandi tenet, vt cenſeam probabiliſſimum coctioni ciborum ſummè prodeſſe, vt eorum in ore ſpatioſa attritio, non ſolùm conferat vt cibum in partes tenues diuidit, ſed multo plus vt ſaliuâ copioſa totus in attritione imbutus, ſecum ad ventriculum ferat ſuum fermentum, vt facilius coquatur, ſuppletque partim dentium commodum quando deficiunt, ſicque quibus deficiunt conſulendum, vt mandibulis comprimant ſpacioſè cibos, vt exquiſitè ſaliuæ miſceantur, & fermententur magis, vt facilius vincantur à ventriculo, hoc etiam ex dictis

A diſces, quod quando aciditas in excrementis abundat, & vt dicebat Hippocrates ſecreta ab aliis fuerit, & ipſa in ſeipſa conſiſtat, cauſat vrinæ ardorem, quam cauſam omnes ferè practici tacuerunt, per ardorem intelligo lotium reddere cum magna moleſtia, & dolore, præſertim in fine expulſionis, quod ſymptoma ad vrinæ ſalſedinem omnes ſine lite reducunt, & rarò curatur ob legitimæ cauſæ ignorantiam.

Conſtat iam hunc ægrotum vario genere excrementorum intra vaſa vitiatum ſurdidumque ſanguinem habuiſſe, lacticinia enim tribus, aut quatuor excrementis imbuta ſunt, caſeo, butyro, ſero, & eius parte nitroſa, quæ corrupta vario modo ægros excruciant, caro etiam bubula melancholiam generat, obſtruit nimis, & vigiles homines reddit, & ſi per toB tum morbum ictericus fuit, non potuerunt vrinæ tenues, & paucæ fuiſſe, ſine inſigni tenum obſtructione, nam morbi regij vrinæ craſſiſſimæ ſunt, ob magnam bilis copiam illas tingentem, vt experimento quotidiano docemur, & à turba Medicorum putantium quod bilis ad inteſtina expellenda, vt irritata eius acrimoniâ ſtercora pellant, excernitur cum vrina, indeque alui fæces albicant, & pigriſſimè deiicit illas, ob irritationis defectum, quando obſtructo iecore, & poro per quem bilis ad veſicam felleam deriuatur ex iecore icteritia cauſatur, ſed hanc cauſam non fuiſſe certius videtur, etſi eam omnes expoſitores adducant dubij à me propoſiti obliti, & quia Hippocrates aduertens aluum nihil mentione dignum eoC rum quæ deuorauerat reddidiſſe, nutaret neceſſariò deieciſſe ſtercora alba, vt quid tam præter naturale in febribus acutis, & ictero ex iecoris obſtructione orto tam debitum, & cùm malum tenderet ſemper in peius, & iecur tumidum, & inflammatum magis, & dolens apparuiſſet, & mortem attuleri t, creſcere in dies debebat affectus ictericus, & æruginoſus periclitari, quod etiam tenebatur Hippocrates narrare, & ita non fuiſſe vrinæ nigræ, & paucæ quas ſemper obſeruauit, aptè ſuadent, vtpotè ictero alieniſſimæ, croceæ, & craſſæ ſemper apparentes, niſi icterus niger, non flauus fuit, de quo probabiliter ſatis interpretari poterat narratio, præſertim in tranſlatione MercuD rialis, dicente fuiſſe magni lienis, & obſtructo vaſe per quod viſcus illud melancholiam ad excitandam famem expellit, diſtributa per corpus, ictericus niger crearetur, ſed nec hanc expoſitionem permittit color ſubalbidus ab Hippocrate accuratè notatus, vnde opinor ictericum affectum creatum fuiſſe ob copiam maiorem bilis à iecore calidiori genitam, quæ ſupernatans in ſanguine, ruborem illius obſcurans pallida cutis apparuit, quod facillimè euenit, quando ſanguis crudior generatur, ob diſtemperiem calidam, vt putat communis Medicorum doctrina, dum docet qualiter à iecore calido hydrops creari ſolet, quorum placitum euidenter (vt reor) falſitatis conuincit, *cap.* de hydrope; ſi aquam aſcitis à iecore calido morboſè, vt E efficiente generari cenſent, cùm chilus ſit hepate frigidior, & vt in aquam vertatur, debeat à frigore iecoris poſitiuo, & reali alterari, quod veræ philoſophiæ repugnat, ſi iecur eſt chilo calidius; fuiſſe verò calidius ſuadet affectus inflammatorius ortus malo creſcentes cum multa ſiti, peruigilio, extremorum omnium frigiditate, mentis errore, habuitque iecur ſigna eſſentialia inflammationis, eleuationem nempè cum dolore, & febre acuta. Eſt verò facillima tranſmutatio lacticiniorum in bilem præternaturalem, quando viſcus commutatiuum ciborum in ſanguinem, obſtructum, & calidum eſt, vt erat iecur Appolonij, cui ſtatui lac eſſe pernicioſum Hippocrates, & Galenus docuerunt 5. *aphor.* 64. habuitque Apollonius omnia mala lac dehortantia, & ſic ab vſu eius omnium viſcerum læſionem

magnæ fuerunt, cum febtium maiori exacerbatione, & capitis noua læſione, & varia, vſque ad decimumterıium.

A die d:cimoquarto.

A *Decimoquarto autem ex quo cùm riguiſſet, decubuit, inſaniuit, vociferatio, turbatio, ſermones multi, & rurſum quies, & coma tunc temporis acceſſit; poſt hæc autem aluus turbata multis biliofis, meris, crudis, vrina nigra, pauca, tenues, multa difficilis tolerantia, deiectiones variæ, aut enim nigra, & pauca, aut æruginoſa, aut pingues, & cruda, & mordaces, poſtea verò videbatur, & lactoſa reddidiſſe, circa autem vigeſimumquartum cum ſolatio, alia verò eodem modo, parum autem delirauit, ex quo autem decubuit, nullius recordabatur, rurſus autem celeriter reſipiſcebat; procedebant omnia in deterius, circa autem trigeſimumquartum mortuus eſt. Huic vſque ad finem ex quo ego illum noui, aluus turbata, vrina tenues, nigra, comatoſus, inſomnis, extrema frigida, delirus vſque ad finem, phreniticus.*

In die tam decretorio tam varia, & grauia ſymptomata cœpiſſe ægrum moleſtare, pernicies certa ſperanda erat, quia vt docent omnes, mala in diebus iudicatoriis grauiora ſunt quàm in aliis, quia omnibus ſiue malis, ſiue bonis firmitudo quædam additur virtute diei, nam ſi ille ſemper eſt naturæ commodus, mala grauiora erunt ſi perniciem eorum auxilium à cœlo ſoſceptum moderari non potuit, rigor ergo qui in ardentibus febribus iudicatorius eſſe ſolet, & morbum eradicare, vt in aphoriſmo dicitur, peſſimus fuit vt ſignum, non ſolùm quia non iudicauit, ſed quia omnia in peius murata fuere, & mors inde certiſſima, *quia decretoria non decernentia, aut mortalia, aut difficilia*: fuerunt verò lethalia, quæ à rigore euenerunt, inſania nempè maniaca, vociferatio, ſermones multi, & deiectiones exitioſæ. Rigor ergo ille non ita videbatur decretorius, vt fuit potius ſignum aſcenſus excrementorum in cerebrum, & vt motus conuulſiui delirio ſoluuntur in ardentibus febribus, ſic rigor Apollonij ſolutus fuit delirio maniaco, & ſermonibus tumultuoſis, & vociferatiune, & quia materia impetuosè in cerebrum delata, acerrima erat, & impulſus & acrimonia membranas cerebri lancinans, & erodens, tam graues dolores creauit, vt à delirante perceptos moleſtiſſimè, vociferatione tormentum declaret, ſermones verò tumultuoſi, ab efficiſſima ſpecierum variorum repræſentatione pendebant, quarum repræſentata phantaſmata tam præſentia proponebantur, vt iudicans realia eſſe obiecta repræſentata, & non phantaſtica, cogeretur circa illa diſcurrere, & tumultuoſe delirare, multaque ſine ordine loqui, totumque pendet, ex cerebri ſiccitate, & calore excrementa humida reſoluentibus, quæ claritatem phantaſmatum obſcurare poterant, & ſimul ſpiritus cerebri variè, & tumoltuosè mouendo, conditio magna ad tumultuoſam, & confertam obiectorum diuerſorum repræſentationem, quia cerebrum reuera attonitum redditur, ſeu obrutum ſpectrorum varietate, & celeritate, à nullo ſe corrigere poteſt, & inde omnibus conſentiens circa omnia propoſita delirans loquitur, nunquam quieſcens, donec aſſidua vigilia, motibus, & vociferatione fatigatus, & debilis, pacataque tumultuoſa illa ſpectrorum apparitione, ſomnum capit, & coma ſuperuenit, non ita vaporum ſuauitate cerebrum obſtructum, vt non ſentiens ob ingentem ſpirituum reſolutionem, qua inducta, vel leuiſſima vaporum obſtructione ſomnus profundus ſuperuenit, & ſubito, ſi vera eſt Galeni doctrina ſoporem caroticum immediatè ſolere ſuperfluis vigiliis ſuccedere, qui interdum ſuperuenit, colliquatis à ſuperfluo calore

A ſicco humiditatibus excrementitiis, ſed magis naturalibus, quibus irrigato cerebro, cum ſummo periculo dormit, ſi à ſuperflua vigilia, & variis deliramentis ſubito dormiat, prouenit enim quies illa (quæ breuis eſſe ſolet) à reſolutione ſuperflua ſpirituum cerebri, & ab irrigatione dicta, quæ præternaturales ſunt, & periculoſiſſimæ, & ſic ab eo ſopore, non ſolum non iuuantur, ſed expergefacti delirant vt antea, & ſæpè deteriùs, vt verum ſit in hoc caſu deſperatum eſſe morbum, in quo *ſomnus laborem facit*, vt Apollonio euenit, qui à comate eiicere cœpit plurima, biliofa, mera, cruda, vrinas nigras, tenues, & paucas, cum difficillima tolerantia, & tandem deiectiones in exitiales mutatæ fuerunt, nigras nimirum, æruginoſas, pingues, B crudas, & mordaces, in opere prognoſtico ab Hippocrate damnatas, & quia variegatæ, oſtendebant plures partes læſas eſſe, varia excrementa, & praua generantes, quarum prauitatem augebant deiectiones pingues, febris colliquantis certiſſimum ſignum.

Notat Hippocrates habuiſſe poſt tot ſortes prauarum deiectionum albas, & lacteas, vt eſſent ad finem velut lac in colore, & conſiſtentia, Vaſeus ſic tranſtulit; *Tandem viſa ſunt, & lacti ſimiles.* Mercurialis ſcripſit, *ſecundum autem tempora viſus eſt & lactea reddere.* Valleſius verò: *Poſtea videbatur, & lactoſa reddidiſſe.* Phrigius. *Tandem etiam lacti ſimiles reddere viſus eſt.* Cornarius ſic, *per tempora verò videbatur etiam lactoſa egerere.* Mercurialis dicit, talem loquutionem hic ſolum C inuentam eſſe in ſcriptis Hippocratis, Phrygius lacteas hic ſcriptas vniuocat cum albis ſolùm, vt idem ſint lacteæ, & albæ, in confirmationem tradit aliud teſtimonium Hippocratis ex 1. *prorrh. text.* 13. dicentis, *phreniticis alba deiectio malum, vt Archecrati, an, vt in eis veternus fiat, rigor in iis peſſimus*? cauſam albedinis cum Galeno reddit, quoniam bilis ad cebrum tota mittitur, verba Galeni ſunt, *at quomodo plerique alij Medici deiectiones in morbo regio albas fieri dixerunt, ita & nunc in phreniticis dixit*, quaſi eas prorſus flaua bile carere dixerit, fit autem id cùm ea non amplius in ventrem confluat, ſed vnà cum ſanguine qui in vniuerſum corpus diſtribuitur, ſurſom fertur, idque vel propter aſtrictionem quandam eius canalis, qui bilem in ventrem D defert, veluti in morbo regio laborantibus vſu venit, vel propter vehementem ardorem, qui in ſuperioribus iecoris partibus exiſtens, ſanguinem ſimul cum bile ſurſum rapit. Ex quibus Phrigius cum Galeno, iecoris incendium fuiſſe cauſam delationis bilioſi humoris in cerebrum. Quæ expoſitio peccat in multis, quoniam coarctat præſagium, vt alba deiectio ſolum ſit mala in phrenitide orta per conſenſum cum iecore æſtuante in parte ſuperiori, vt Galenus dixit, & cùm alba deiectio ſit pernicioſa, à quauis cauſa phrenitis creetur, eſt non dubiè diminuta expoſitio. Secundo peccat, quia pars æſtuans, & inflammata, vt erat iecur Apollonij, tantum ab eſt, quod præ incendio pellat à ſe, quod potius, ſi ſtet Galenus ſuis principiis, debeat alli- E cere, & trahere ad ſe ſanguinem ex toto corpore, & lypiricam febrem creare, vt in locis innumeris Galenus docuit, explicando cur ſit caſus lethalis frigere externa, & interna vri, vt 7. *aphor. text.* 1. & 4. *aphor.* 37. & 48. Rurſus eſſet neceſſarium, quod ſemper quòd deiectio ſit alba ob rationem Galeni, deberent etiam vrinæ eſſe tales, quia in eius doctrina, vrina & ſtercora ab eodem humore palleſcunt, quod non experimur, deinde non datur ratio ſufficiens, cur veſica fellea non trahat ex iecore tantam copiam bilis creante, potionem ſibi debitam, vt per ſalutem ſolebat, nam obiectum trahendum abundantiùs datur, & calor febrilis tractionem non tollit, ſed potius vigorat, & illam ob vehementiam deprauat, immodicè, & inſolenter trahendo. Nec minus difficile videtur, quod bilis ſeorſim pelli poſſit à iecore ſimul cum ſanguine ad cerebrú, videtur enim Galenus

ſignificare

ſignificate quod bilis ſeparata à ſanguine velut quid diſtinctum pellatur cum ſanguine, quod eſt abſurdum, quia iecur non generat bilem à ſanguinaria maſſa diuerſam, ſed omnes humores quatuor confuſos, & exquiſitè permixtos creat, ſeparatio verò bilis fit à veſica fellea, & ſi fit, trahitur, & ſi trahitur non erunt albæ deiectiones, ſed pallidæ.

Vrget etiam Galenum expoſitio ſua 4. *aphor.* 72. vbi dicitur, quibus vrinæ albæ ſuut, & perſpicuæ, malæ, præſertim verò in delirantibus apparent, vbi dicit, quod tales vrinæ ſignificant bilem flauam totam ad caput rapi, & ratio falſa videtur, quoniam implicat bilem ſeparari totaliter à ſero naturali, cui tam exquiſitè permixta eſt, vt repugnet expultricis impulſum pellere bilem ſeorſim, & nullo modo ſerum, quod totum per minima imbutum eſt bilioſo ſucco, & vrget etiam, quod ſerum eductum cum ſanguine in ſectionibus venæ phreneticorum, deberet eſſe tam album, & perſpicuum, vt apparet vrina, quod nunquam viſum eſt, ſed potius oppoſitum, imò, & ſanguis eductus ſine bile permixta eſſe deberet, ſi tota ad caput rapitur, quod non eſt verum, quia nunquam Medici illud experti ſunt, nec tale præceptum notarunt, aut aduerterunt, vt Medicus colligeret, bilem ad cerebrum raptam fuiſſe, quia in ſanguine extracto nullo modò conſpicitur, ſed dicas totam bilem raptam non eſſe, ſed mitti partim, & partim remanere, iam redarguis Galenum dicentem rapi totam, & ſi tota rapta non eſt, quomodo vrinæ ſunt albæ, nam tales totam fuiſſe raptam euidenter publicant, quia renes ſerum humorum alliciunt, vt eſt in vaſis, & (vt nuper docui) calore febrili omnibus partibus communi, non læditur diminutè tractio partium, ſed potius deprauatur ob vehementiam tractionis, & trahi reuera, ipſa vrinà oſtenditur, nec Galenus idoneam rationem reddit, cur vrina naturalis ſi ex bile permixta cum ſero integratur, non eſt amariſſima, idem de ſtercore dico, quod cani, & auibus ſuauiſſimus cibus eſt, & ſi amareſceret, vt deberet, ob tantam bilem permixtam, illud fugerent, vt fugiunt panem, ſi tantilla particula fellis illiniatur, & vrgeo Galenum non leuiter diaphaneitate vrinæ, quam habere repugnat, ſi à bile permixta cum ſero pallida fieret, conſtat planè, quia humor bilioſus cum ſuo ſero vomitu, aut deiectione expulſus, opacus eſt prorſus, omnem lucis receptionem intus impediens, vt impediunt opaca, ergo vt hæc ſi vrinæ permiſceantur naturali tam exquiſitè, & per minima, vt bilis miſcetur, diaphaneitatem tollunt, vt euidenter conſtat, ſic bilis opaca cum ſit, ſeri diaphaneitatem impediet, vt nihil intra lotium concluſum percipi poſſit, per viſum, ſed hæc per otium expreſſa contra communem doctrinam ſunt, non vt illam reiiciant vt falſam, ſed vt exactius ad vnguem veritate Galeni examinata, certior ſit praxis tam neceſſaria, & tam frequens ex permutationibus vrinæ deſumpta, ſimilem difficultatem facit dubium à nobis non ſemel in publicis controuerſiis adductum, nempè, quod quando datur vrina alba, quia renes obſtruuntur, deberet eſſe occaſio incidendi in morbum regium, quia alba redditur, eo quod bilis nequeat cum ſero percolari quia craſſior, vnde, vt ictericus fit homo, quòd via obſtruatur per quam bilis ad inteſtina deriuatur, & deiectio albicat, deberet ob eandem rationem icterus creari, quando vrina albicat, eo quòd bilis non deſcendat cum ſero, qood nonquam viſum eſt, nec hanc cauſam icteri authores tradiderunt. Omitto, quod pueri lactantes carent temperie, & materia ad bilis creationem tantam, vt experimur; ſunt enim iecoris humidiſſimi, & nutriuntur lactè frigido, & humido, & crebro videmus alui excrementa flaua, & vrinam ſimiliter, vt videatur impoſſibile veſicam felleam tam paruam poſſe capere in ſe tantam copiam bilis, vt ad tin-

A gendas alui fæces requiritur, quæ in illis copioſiſſimæ ſunt, & ſi attendas ſollicitè vniformitatem vrinæ, & coloris pallidi æqualitatem per totam ſuperficiem vrinæ, dubitabis meritò ſi ex duobus corporibus tam diuerſis, poſſit fieri tam vniformis, & æqualis modus ſubſtantiæ, vt in vrina naturali experimur. Et interrogabis obiter, cur bilis illa cum ſit craſſior liquore, non deſcendit paulatim, quia ponderoſior, & poſt tempus aliquod ſedimentum pallidum in fundo appareat, & liquor albus reddatur, hoc enim debebat eſſe argumentum conuincens ex illis duobus corporibus conſtare lotium naturale.

Redeuntes ad rem de lactoſis delectinnibus Apollonij, mihi videtur verior tranſlatio Cornarij, quod per tempora videbatur etiam lactoſa egerere, hoc eſt
B per interualla, non continuò, eſt enim frequentiſſimum ſimul cum excrementis corruptis, & prauis expelli quod eſt incorruptum, abundat tamen, erat verò neceſſarium plurimum lactoſæ ſubſtantiæ immutatum manere, quia præter modum lacticiniis ſe expleuerat, nos iam vidimus ægrotum, qui per quadrageſimam lac multum ingeſſerat, & ſimul cum ſanguine ſecta vena lac ſeroſum, & tenue ſub propria forma apparuiſſe, ſerum enim non eſt commutabile in carnes ob aqueam naturam coagmentationi requiſitæ ad membrorum ſoliditatem oppoſitam, quod nunquam in magna copia deuoratum, tam defæcatum, & ſincerum redditur, quod butyroſæ, & caſeoſæ partis aliquid non includat, quod per aluum emiſſum lactoſas
C deiectiones cauſauit, & quia Apollonius fuit lacticiniorum voraciſſimus, lacteas deiectiones narrando Hippocrates, periculum edacium declarauit, repleri nimirum incommutabilibus cruditatibus, & lethalibus morbis obſideri, ob excrementorum varietatem, vt huic contigit per aluum eiicienri nigra, æruginoſa, mordacia, cruda, & præ cæteris in pernicie pinguia, & meritò ita euenit lacticiniis variis vtenti, coctis, & crudis, quæ corrupta degenerant neceſſario in difformia excrementa; ob variam compoſitionem caſeoſæ, butyroſæ, & ſeroſæ ſubſtantiæ, quarum corruptio addita prauitati victus alterius generis, pernicioſos morbos cauſare neceſſe eſt, & hinc intelliges, variegatas deiectiones non ſemper arguere varias diſpoſi-
D tiones morboſas talia excrementa creantes, vt ſine diſtinctione Galenus cenſuit, cum poſſint oriri ex varia ciborum corruptela ab eodem agente, & de his verificatur aphoriſmus. *In profluuiis alui, mutationes excrementorum iuuant, niſi ad praua mutatio fiat*, contingit enim cibos ita malignè corrumpi, vt venenum æmulentur, & hoc ſæpè in lacticiniis contingit, præſertim ſi diuerſis alimentis miſceantur, vt non ſemel vidimus, ita vt in qualibet deiectione æger velut ſyncopi caret in ipſa commotione excrementi expellendi, velut ſi tunc venenum deuoraſſet de nouo. Tam peſſima eſt malignorum commotio, prauis, & venenatis vaporibus cor, & viſcera obruens, indeque intelliges cur expulſio materiæ putridæ ſit ſymptomatica, &
E non antecedentis materiæ, cum ſit illa deterior, & præternaturalior, & videbatur naturalior eius expulſio, & plus neceſſaria, quia cauſa iam erat continens morbi, & malignè corrupta, nam eo ipſo, quod tam peſſima eſt, alterat corpus violentiſſimè in ipſa commotione, & permiſcetur vapor malignus cum omnibus bonis ſuccis, & vitali calore, & ſpiritu, & inquinat omnia, & corrupto ſpiritu vitali exanimat ægros, quod infortunium materia antecedens excludens, quia nondum corrupta, nihil præternaturale includit, & eſt eius expulſio ſecura, & vera morbi præcautio, & ſi materia corrupta poſſit expelli ſine læſione relata, eſſet non dubiè extra rationem ſymptomatis, quia nihil contra naturam includeret, & eſſet vera morbi curatio, nam ablatio cauſæ facientis morbum, ſemper ex ſe

eſt naturaliſſima, dummodo in ipſa expulſione non lædat neceſſariò, ob quod aliquid contra naturam includat, & ſic verificetur Principis documentum, *multa mota nocent, quæ ſi non moueremur non nocerent*, & hinc non leue argumentum inſurgit contra expurgantes in principio materiam malignam, aut venenoſam, cum ſit eius commotio tam periculoſa, tenebaturque Galenus rationem reddere 3. *epid. ſect.* 3. *text.* 56. cur purgationes ita læderent laborantes peſte, & peſtilentibus febribus, & non tacere negotium tam neceſſarium in praxi, melius Valleſius noſter ſcripſit dicendo; *Pharmaca verò rarò non lædunt in morbis peſtilentibus, quia malignos ſuccos verſus cor conuocant*, & in os ventriculi, niſi mox in initiis turgentibus ſuccis, nec ſanè niſi raro ſpontaneæ alui fluxiones in talibus vtiles ſunt. accommodatiores enim ſunt euacuationes, quæ ex alto corpore in cutem euocant, & talea etiam ſunt arte procurandæ, vt euocatio ad cutem per frictiones, cucurbitulæ cum ſcarificatione adhibitæ, & prouocatus ſudor, non tamen ob hæc nego antecedere debere miſſionem ſanguinis, etſi res exigat expurgationem turgentium, quam praxim non ſeruat in febre maligna, in qua indiſcriminatim expurgat ob malignitatem, vt ex hiſtoria Fullonis conſtat 7. *epid.* de qua indicatione latiſſimè egi tractatu de febre maligna.

Notat Hippocrates quod Apollonius nullius recordabatur etiam à morbi principio quando nondum delirauerat, quod eſſe ſignum peſſimum Valleſius docet, quia non recordari chariſſimæ vxoris, aut dulciſſimorum pignorum, aut amicorum, qui vnicè amantur, magnum receſſum à naturali ſtatu arguit, ſed cauſam talis obliuionis non reddit, cenſeo illud fuiſſe melancholicum ſymptoma, quo taciturni multi redduntur, & nullis lætantur, nam in morbi principio leuiter febricitauit, vnde febris non potuit tantam læſionem imprimere, vt ob virtutis languorem memoria deficeret, erat ergo accidens melancholicum ſilentium inſigne, vehementi triſtitiæ alumnus, & iam ferè delirium, donec auctis febribus, & vſto ſanguine delirare cœpit, & loqui: melancholiam abundare declararunt vigiliæ, vrinæ nigræ, & vt narrat Hippocrates, parum obloquebatur, nec abundantia ſucci melancholici deficere potuit in homine, bubulam carnem, & in lacticiniis, ouilibus præſertim, caſeum plurimum comedente, & præter hæc praua victus ratione vtebatur in aliis cibis, eſt verò talium effectus neceſſarius melancholiæ creatio. Quæ ſi attendas, & quod deliraturi ſolent multo antequam delirium manifeſtetur, contemplari attentiſſimè obiecta circa quæ deliraturi ſunt, inuenies facilè cauſam taciturnitatis Apollonij, & quod nullis (vt docui) delectaretur, vt non delectantur melancholici, ſuſpenduntúrque ſenſus velut ſtatici in attentione obiectorum, quæ deliraturis à phantaſia præſentantur, ſicque tacent, & nullis ferè propoſitis reſpondent, quia etſi non dormiant, dormiunt tamen ſuo modo in ſtatica contemplatione phantaſmatum, quæ per morbos viuaciſſimè repræſentantur, & hæc viuax contemplatio, ſomnus eſt, aliorum reſpectu, quia vt in ſomno deficit animæ concurſus in ordine ad obiecta, ſicque in intenſa determinati obiecti contemplatione, deficit in ordine ad propoſita per ſenſus, aut aliter, ſic intelligo per non recordari ſiluiſſe multum velut omnium oblitus, ſed rigoroſè obliuio non eſt, nam vt notat Hippocrates, ante mortem reſipuit, etſi breuiter deſipicoria rediit.

Curatio morbi Apollonij.

CONcordes video Mercurialem, & Phrigium, quod ſit incipienda curatio auferendo cruditates primæ regionis antequam vena ſecetur, erat ergo voraciſſimus, & prauorum ciborum, & ictericus antequam febricitaret, & iam febricitans leuiter, perſeuerauit in prauitate ciborum, à qua omnia mala creuerunt, vnde implicabat primam regionem incocta, & praua non continere, ſine quorum eductione venam ſecare certa eſſet pernicies, clyſteres ſatis non eſſe certum mihi eſt, quando morbus acutus ſperatur, & ſarcina cruditatum tanta præſumitur, vt partes ſuperiores ventriculi, & cauam iecoris partem occuperet, vt icterici publicabat, ex qua regione craſſa, & lenta excrementa poſſe breuiter per clyſteres eradicari difficillimum iudico, deponenda erat leuiori pharmaco, quod ſolam primam regionem moueret, & non ex diſtantibus traheret, quia iecur obſtructum erat, aut fortaſſis iam inflammari cœperat, vt poſtea apparuit, expurgans per ipſum trahens ex ſecunda regione, venenum eſſet, & occaſio certa inflammationis, quando neceſſe erat, quicquid ad illud veniret, impingi in illud, quia non erat deobſtructum, nec obſtruentia diſſecata, attenuata, & inciſa, vt erat requiſitum ad eorum eductionem, in qua indicatione craſsè Phrygius peccauit, conſulendo medicamentum totum corpus commouens, & ex toto attractorium ſine præparatione aliqua, ignorans Galeni doctrinam dicentis, eſſe ineptos ad expurgationem qui multa cruditate laborant, & deſiderantis adhuc in turgentibus ſuccis, inuenire occaſionem dandi prius aliquod inciſorium quàm medicamentum expurgans, & peccat grauiſſimè ſi curare intendit obſtructiones tam tenaces, antequam febris ſuperueniret, tunc enim temerariè præberet medicamentum expurgans ex toto, ſed alia viâ, & ſecuriſſima incipienda medela erat, de qua modò non agimus, ſed de illa debita homini obſtructo cachectico, cum icterico colore, & ſubalbido flatuoſo, qui iam leuiter febricitare cœperat ob dicta mala, & potum aquæ, & eſum carnis vaccinæ, & iam febricitans, non timens periculum praui victus vt par erat, lacticinia varia deuorauit, quo errore aucta febre, & obſtructionibus, grauiùs laborauit, & exitioſè.

In hac complicatione exitiali, rectè dictum eſt, eſſe ſtatim ſuccurrendum clyſteribus, & leui medicamento expurgante, tenui, & leuiſſimo cibo, & priſana, cum ſaccharo, & melle, ad deterſionem crudorum, aut iuribus cum multo petroſelino, & ciceribus coctis, cum ſucco limonis, arantiorum, aut citri, & ſaccharo, aut mellis tantillo, bis eodem die clyſteres reiterandi erant, ante cœnam, & prandium, & meo iudicio expurgatio etiam vt prius erat reiteranda, quia ictericus color, & albicans ſimul, ob copiam crudorum, vitalem calorem ſuffocari oſtendebant, & securè ſecari venam non poſſe ſine concoctione crudorum, & recuperato colore viuidiori: nota, quod Apollonius poſtquam omnia mala creuerunt ob prauam victus rationem, & febres exacerbatæ, venter nihil ingeſtorum reiecit, vrinæ fuerunt tenues, & paucæ, & inflatio mala, ſoporoſus cum multa ſiti, & peruigilio aliquando, quæ omnia calorem vitalem cruditatibus præcipuè, & bilioſis, & melancholicis excrementis obrui publicabant, obſtantia non dubiè ſanguinis detractioni, & ſubfrigida extrema non minus tale auxilium dehortabantur, & ſi Apollonius facilè euomebat, celebre auxilium erat ad vomitum cogere, & maximè à prandio, ſic enim lenta excrementa tenaciter hærentia eradicantur meliùs quàm leui expurgante, mirum eſt qualiter dum cibi coquuntur in ipſo feruore cum ſuccis crudis miſceantur, & ſecum dum vomuntur agglutinata excrementa pellantur, quod fælicius eueniet ſi raphanorum cortices ſyrupo acetoſo ſimplici imbutæ, initio prandij ſumantur, & prandium ſit priſana colata cum melle. Conſtat verò non eſſe dandum vomitorium ante horam à prandio, vt exquiſita permixtio excrementorum cum cibis ſit facta, in clyſteribus ergo reiteratis, & etiam

expur

expurgatione vt docui, vomitibuſqoe perſeuerandum erat donec clarè conſtaret,etadicatam fuiſſe totam ſaburram primæ regionis, & roborarum ventriculum, putandumque in hoc conſiſtere totum curationis momentum. Nec in hac tam certa crudorum copia, terrere debent febres, etſi leues non ſint, vt perſeuerante cruditate ſanguis mittatut,quia ſequitur,quod Auicenna timuit,permutatio nimirum ad frigiditatem, & cruditatem pituiroſorum, & ventriculus crudis iam debilis,ſanguine extracto ita eſſe minatur,vt deinceps concoquat debilius, & ſemper nouam materiam ad fouendas febtes generet, eratque perniciosum in tanta cruditate vrinas eſſe tenues, & paucas, vel obſtructis renibus craſſorum copia, aut iam ferè paraliſim eſſe attrahentis virtutis,quod ſymptoma inceſſanter affixit,eſtque in acutis ſignum peſſimum, ſi aluus nimis laxata, occaſio paucitatis vrinæ non ſit.

Sic tractandus erat donec (vt dixi) regio prima defæcata perfectiſſimè ſit, & ventriculus firmior idoneis roborantibus, & iam inſtat febris, & iecoris inflammati, aot diſtenti præ ingenti obſtructione curatio, & Mercorialis venam communem ſecat, nos baſilicam dextram vt iecoris inflammatio moderetur, quod focum putredinis erat; & ſi lien culpabilis erat, ſiniſtra baſilica etiam aperietur,ſi verò læſus non erat, dextra baſilica ſemper aperietur, & poſtea iecoraria ſeu ſaluatella in extrema manu quæ ſulet plurimum prodeſſe in dolente, & turgido iecore, & mox hyrudines mariſcis firmatæ vtiliſſimæ erunt, & dum hæc auxilia celebrantur, deobſtruentia,& temperantia imperanda ſunt, nam ſiti moleſtabatur tam propria hepati,& meſereo obſtructis, & æſtuanti hepati, eritque vtiliſſima potio lac hordei extractum ex decocto radicum rumicis endiuiæ,radicis fragariæ,& eupatorij, & graminis,& filicis,de quo ſex venciæ dari poſſunt, cum vncia medullæ tamarindorum, & modico ſaccharo, deturque bisquolibet die,aut loco medullæ addes olei vitrioli guttas quatuot aut quinque, quod erit efficacius, & plus deobſtruet, ſemper tamen conueniunt radices fragorum, & rumicis ob inſignem proprietatem auxiliandi ictericis, & firmandi deobſtruendique iecur, quod etiam fouehis exteriùs decocto florum chamemali,abſynthij,ſquinanti, ſo ſ. rubrarum, & eupatorij cum oleo roſaceo, ſpicæ, & chamemali cum guttulis aceti roſacei, eſt etiam mirabile decoctum centinodiæ, radicum pentaphili, florum nenupharis, ſpicæ vtriuſque,& radicum apij,cum guttulis omphacij, quibus moderatè calidis iecur blandè foueatur, & linteo detetſo fotu vngetur iecur vnguenti decpilatiui ſuccorum iecoris, duabus partibus, & vna vnguenti ſantalorum ſtrictè mixtis cum tantillo camphoræ,quæ validè extennat,& ſic reſoluit mirificè flatus, ex accidentique refrigerat optimè.

Quod ſi malum non moderetur, reiterandæ hyrudines ſunt. Et ſi tumor iecoris, & dolor moleſtent,cucurbita ſcarificabitur profundè ſupra tumorem, & reiterabitur (ſi videatur) noua alia, vt plus ſanguinis à loco inflammato educatur, id enim ſæpè neceſſarium eſt,vt tumor minuatur, & tota mali origo euaneſcat, quæ ſæpè,aut ferè ſemper in loco inflammato, aut inſigniter obſtructo reſidet,& ſi leuamen ſuſcipiat, reiterabitur applicatio cocurbitæ ſine noua ſcarificatione eodem die, & vlcuſcula aperta ſemper ſeruabuntur vt virus reſudet, & per illa fuligines malignæ tranſpirent, quod auxilium inexcuſabile eſt, quamuis aluus varia excrementa reiiciat, ſunt enim illa colliquatio praua viſceris æſtuoſi, cuius attemperatio nulla maior, & validior quàm eradicatio excrementorum tumorem creantium,& viſcus corrumpentium, & in iecore tam prauè diſpoſito vt in Apollonio, ſelata auxilia neceſſariiſſima ſunt, nam vt eſt alimenti communis officina, communicat partibus omnibus vitium

A ſanguini inſertum,& difficiliùs commorabilem reddit) vt reddit ſanguinem neceſſariò magis diſſimilem,& ſupra ipſum iecur tumidum hyrudinum applicatio vtiliſſima erit, vt fuit expertus Zacutus *text. 2. fol. 417.*

Si excrementa alui conſideres, praua ſunt omnia,& inſignem corruptelam oſtendunt, vt pinguis deiectio notificat febrem colliquantem eſſe, & inde lethalem, vt teneas vſum lactis hordei antea deſcripti, crebrum debere eſſe, & clyſteres attemperantes, & detergentes imperandi; recurreſque ad tractatom noſtrum,de colliquantibus febribus,vbi omnia inuenies huic febri debita, & non ignores quod ſit poſſibile ægros delirare continuò, quamuis per conſenſum delirent, poſtquam delirare cœperunt, ratio eſt clara, nam ſi iecoris in- B flammatio cœpit trahere cerebrum in conſenſum, & illa creſcat ſemper,& creſcit quando mortalis eſt, non ſolùm non deficiet delirium, ſed intendetur ad phlegmonis augmentum, quia huius eſt phlegmon adæquata cauſa, vt inde teneas,plus eſſe attendendum curationi partis phlegmonoſæ, quam cerebri, nam hoc nunquam ſanabitur ſine ſalute partis illud lædentis, quod noto quia delirium ita tenet ſæpè Medicos, vt cerebro ſolum auxiliando, partem delirandi radicem incuratam relinquant, eſt verò facillimum diſtinguere delirium per conſenſum ab alio,quia morbus cui caput conſentit præceſſit ſine delirio, & hoc raro ſuperuenit, niſi morbus prius inſigniter creſcat, & ſi hic augetur ſemper,poſtquam delirare coëgit,delirabit inceſſanter infirmus, tuncque ſi oculos ſollicitè attendas in rubo- C re, phlogoſi, aſpectu tremulo,aut motu inordinato,& etiam ſi motus tremuli brachiorum dentur antea non viſi, turgetque facies, timebis meritò cerebrum iam inflammari, & cerebro ſollicitè occurres, & ſimul parti quæ cerebrum tam inſolenter expugnauit, & cum tam certo periculo, accipieſque ex propriis capitibus auxilia tam neceſſaria, & communia, & ex Gentile, quod ad ſedationem delirij maniaci, aut furioſi, ſit remedium validiſſimum applicatio continua carnis ranarum, à quibus ſi dormiat ſummè proficient, & idem auxilium conſoles, ſi, etſi delirium furioſum non ſit, detur ſemper cum perpetua vigilia, quia calori, & ſiccitati, à quibus vigilat æger, mirè opponuntur, & calorem febrilem mirè extingunt, D deliriaque ſedant.

Si quando deiectiones tam prauæ moleſtabant, poterat eſſe vtilis expurgatio, magnum dubium eſt, omnes enim tam pernicioſæ velut venenum apparebant, & à natura inſuperabiles, videbanturque efficaciſſimæ ad corrumpendum omnia, quæ in tranſitu attingebant, vt demonſtrabat variegatio tam peſſima, erant enim deiectiones bilioſæ, ſynceræ moltæ, crudæ, tenues, virulentæ, pingues, nigræ, mordaces, vt ſuſpicari liceret, eſſe interius imbibitam, & impactam cauſam aliquam, velut venenum putrefaciens, à qua tot, & tam malignæ corruptiones ſemper fouerentur, vt cenſeam trigeſimum quartum attigiſſe ob tam aſſiduam corruptorum expulſionem, quæ interius ſtabulantia breuiſ- E ſimè Apollonium occiderent, velut occidiſſent tot venena accumulata, ſi exterius data non euomerentur ſtatim. Prodigium certè eſt, quod æger tam cacochimus antequam tam acutè febricitaret, poſſet vſque trigeſimumqoartom durare, & verè phreniticus, vt cenſuit Hippocrates, & cum iecoris tam magno phlegmone, erat ergo non dubiè cordis robuſtiſſimi, & expultricis validæ non permittentis quietem excrementorum malignorum iuxta cor, ſine cuius offenſa magna ignorant ægri perire, in tali ergo ſuſpicione, ſi iecus inflammatum non obſtaret, & in ægro tam robuſto, rationabiliter expurgatio imperatur medicamento ſeligente, & roborante naturam, vt & cauſa putrefaciens in aliquo viſcere

firmsta euacuetur, & ſi iecor illam occultabat, euacuanda erat dato medicamento, quod corpus totom non turbet, ſed ſolum iecur mundificet, vt Galenus docuit in cura iecoris inflammari, miſcendo cum priſana epithimum Cnicum, vrticam Mercurialem, & filiculam, vt totum corpus non agitaretur, ſed euacuaret ſolum à iecore impactos, & malignos humores, & hoc remedium conuenientiſſimum mihi videtur, quando partem cauam iecoris excrementa poſſident, vt ſæpè inſinuaui, tunc enim ſectio venæ inutilis, eſt, & expurgatio ſecuriſſima, & vtilis, quia euacuatur leui medicamento quod iecur, ventriculum, & partes vicinas deſtruit, & eſt magna occaſio corruptionis omnium ciborum iam conuerſorum in chilum, imò, & antequam conuertantur, quoniam diſtemperies, & alia vitia cauæ B partis iecoris fiunt ſtatim communia venis miſerei, quod exemplo inflammationis Galenus docuit 13. *method. c.* 14. dicendo, *cauo autem iecinoris phlegmone obſeſſo, proximas etiam venas, quæ in meſentereo ſunt, vna phlegmone laborare eſt neceſſe, quando ex ea quæ ad portam pertinet omnes ſint orta.*

Ex qua doctrina deducendum eſt præceptom ad praxim mirabile, nimirum aliquando euenit tanta excrementorum corruptio, & difformitas, ob excrementa cauam iecoris partem obſidentia, & radicem venæ portæ, à qua reliquæ meſerei deriuantur, vt totum remedium diarrhœæ malignæ in acutis, ſit expurgatio excrementorum prauorum illam regionem cauæ partis, & truncum meſeraicorum vaſorum occupantium, C & quo plures fuerint praui colores excrementorum, maior, & certior erit ſuſpicio, quod corrumpentis origo in dicta regione habitet, ratio eſt pulchra, nimirum vſque ad cauam iecoris impuriſſimam eſſe regionem, non ſolum quia eſt locus deſtinatos defæcationi ciborum, vt puriſſimus chilus creetur, vt ſit depuratiſſima, & lympidiſſima ſanguinis materia, ſed etiam quia ex veſica fellea, & liene ſua excrementa recepit, & hac regione, (vt docent omnes) vaſa illius fæculentum, & craſſiorem ſanguinem continent; ſecunda verò regio purioris ſanguinis domus, tam malignæ, & variegatæ corruptioni ineptiſſima eſt, non ſolom ob hoc, ſed quia excrementis fæcalibus careat ad alterandum validiſſimis, & inde deſperatus eſt caſus ſi tam varia, & ma- D ligna excrementa ex corruptione ſuccorum ſecundæ regionis emanent, nam præter difformem præternaturalitatem ob dicta, lædunt in tranſitu, valentiſſimè iecur offendunt, & commune omnium partium alimentum inquinant. Hinc docuimus in medela iecoris inflammati non eſſe ſperandam coctionem phlegmonis, vt detur leue medicamentum expurgans, ad extrahenda aſſidua excrementa ex caua parte emanantia, & fuit doctrina Galeni methodi *c.* 14. iis verbis: *nam expelli ex iecinore oportet, quicquid in eo tum amara bilis, tum ſanies, quæ ex phlegmone prouenit, eſt collectum:* id fieri nequit, niſi & vaſa, quæ ſunt in viſcere detergeantur, & meatus qui ad ieiunum pertinet, ſit apertus, ſunt verò rò ſecuriſſima medicamenta medulla caſiæ fiſtulæ cum E pulpa tamarindorum, aut ſerapium regium cum pulpæ tamarindorum decocto, aut infuſiu rhabarbari cum ſyrupo exploribus infuſionibus roſatum hyſpanicatum, ſi infuſio fiat in ſero lactis cum floribus cordialibus. Quæ medicamenta in omni tempore inflammationis ſecuriſſima ſunt, & eſſe imperanda Maſſarias expreſſe conſulit, & noſter Vega mercuriali vtitur ad eundem finem, vt Galenus docuit, ptiſanæ miſcendo expurgantia nuper relata; aſſerendo vt certum phlegmonem cauæ partis expurgatione curandum eſſe.

HISTORIA HABITANTIS in Cizico.

In Cizico mulieri quæ gemellas pepererat, & ægrè pepererat, & non ſatis expurgata erat, primò febris horrida, acuta, capitis, & ceruicis grauitas cum dolore, inſomnis à principio, taciturna, & tetrica, & non obſecundans, vrina tenues, ſiticuloſa, faſtidioſa plerumque, aluus erraticè turbata, & rurſum aſtricta; ſexta ad noctem multa delirabat, nihil dormiuit, circa vndecimam inſaniuit, & rurſum intelligebat, vrina nigra, tenues, & rurſum intermittentes, oleoſa, & aluus multis tenuibus turbata Quatuordecimo conuulſiones multæ, extrema frigida, nihil iam intelligebat, vrina ſuppreſſa ſunt, mortua eſt Phrenitis.

CVr gemelli fiant, & quomodo eorum generatio à ſuperfætatione differat, ex Hippocrate diſces *lib.* 1. *de diæta, & lib. de ſuperfætatione*, non enim hoc diſcutere huius loci eſt, ſed ad tractatum de ſemine pertinet. Pertinet verò non ignorare, quod cum parturire nunquam careat periculo, huic partus fœmineus proximus eſt, & plus ſi ſit gemellarum, nam duplicatur occaſio periculi, vt geminatur partus, repugnat verò non eſſe laborioſiſſimam partum gemellorum, vt conſtat ex multis præternaturaliratibus, ſine quibus partus, etſi naturaliſſimus fieri ignorat, hoc infortunium experta mulier huius hiſtoriæ, debiliſſima à partu relicta, & langueſcente expultrice, lochia diminutè fluxerunt, & febris horrida, & acuta eam inuaſit, potueruntque excrementa à partu expurganda horrores ſuſcitare dum ſurſum ferebantur caput petentia, & gemino etiam dolore illud cruciantia, graui nimirum, & alio, quos innuit Hippocrates dicendo, *capitis, & ceruicis grauitas cum dolore*, multum verò in caput confluxit, quando non illud ſolum, ſed ceruicem etiam onerauit, & oppreſſit, eſt verò ſurſum latorum excrementorum communiſſimum ſymptoma, vt ſignum prauiſſimum, horrere ægros in acuta febre, rarò enim non terminantur in delirium, vt in aphoriſmo ſæpius allato dicitur, & die ſexto hæc enixa experta fuit. Sanguis à partu expurgandus, etſi fæmineo, nunquam eſt bonus, quia rarò non eſt melancholicus, & atrabiliarius, & mordax, nam ſi authore Hippocrate puriorem in ſui nutritione fœtus abſumit, craſſior, & terreus expurgandus relinquitur, qui melancholica ſymptomata creat, peruigilium, tetricum aſpectum, & tenacem apprehenſionem obiectorum circa quæ delirant, vt hæc apprehendit, vt conueniens omnia propoſita recuſare, nullis precibus obſecundans, ſanguis etiam à partu expurgandus, eſt qui per nouem menſes ex menſtruis detentis relinquitur, & ſi menſtrualis vt in plurimum vt prauus damnatur, prauiſſimos certè erit à quo potior pars ſecreta iam eſt, vt fœtus alatur, quo fit vt non ſolùm craſſus, ſed mordax, & acris ſuperſit, quia acrimonia exaltata ceſſat taciturnitas, & varia, & multa deliria mouet, vigilare cogit, & in vndecima inſaniuit, velut maniaca, creſcit verò acrimonia non ſolum vſto plus ſanguine acceſſionalibus febribus, ſed etiam conſumptis ſpiritibus à quibus contemperari deberet vt à ſomno, vt ſint tres cauſæ mordacitatem acuentes febrilis

Digitized by Google

febrilis calor, peruigilium, & ſpirituum inſolens re-
ſolutio.

Notat Hippocrates, quod à furore rurſus intellige-
bat, quoniam furor ſæpè ſolet eſſe criſis partialis ali-
cuius partis humoris facientis furorem, à qua libera-
tum cerebrum reſipiſcere ſolet, in ipſa verò commo-
tione delirant ægri vehementiùs, & expulſa, aut ſepa-
rata materia illa mentem ſubitò recuperant, breui ve-
rò ad delirium redeunt, vt in aliis criſibus imperfectis
frequentiſſimum eſt, præſertim quando in parte con-
ſentiente, non in primaria criſis celebratur, hinc intel-
liges aphoriſmum quintum difficilem 7. *aphor.* dicen-
tem, *à furore difficultas inteſtinorum, vel aqua inter cutem,*
vel mentis alienatio, bonum. Galenus expoſitor ſic reli-
quit ſcriptum, *mentis autem alienatio tantum abeſt, vt ſit*
furoris ſolutio, quod quiſpiam magis diceret eſſe incremen-
tum, ſed ſi reuera Hippocrates continuum atque ve-
hementem furorem, alienationem mentis nominauit,
quendam vidimus à furore mediocri, quo prius deti-
nebatur, fuiſſe liberatum, vnde ratiocinando perpen-
dimus ex vehementi motu cauſarum efficientium, fu-
rorem, ſolutionem fuiſſe conſequutam, quemadmo-
dum in morbis acutis, vehementiſſimi caſus ſolent ali-
quando bonas criſes operari, & quod Galenus nouit,
vidimus etiam nos in iuuene, qui ex ingenti inſulatio-
ne capitis, & cibi tenuitate maniam contraxit, delirus
in horto propriæ domus ſe clauſit, vt nullis precibus
Patris, & amicorum perſuaſione ad redditum obedi-
ret, permanſit in horto duobus diebus, ficus multas
comedens, à quarum eſu vehementiſſimo, & inuincibili
delirio oppreſſus, ſanus repente præter ſpem omnium
euaſit, & poſt duos annos ex inſolenti muſicæ, & lite-
rarum ſtudio, rurſus maniacus factus, eum ſanauimus
aſſiduo lactis aſinini vſu, poſt multa alia remedia, &
efficaciſſima, vt peruigilium continuum quo reſolue-
batur, moderaretur.

De vrinarum varietate, & pernicie ſæpè dictum eſt,
vt de deiectionibus prauis, ſciendum verò eſt, quod
vterus inflammatus (vt eſſe cenſuit Galenus) magnas
permutationes in lotio, & alui excrementis creat, ſed
in lotio magis, & inde minus periculoſæ ſunt ſignifi-
cationes prauæ quando vterus æſtuat, quàm ex vitio
vaſorum ſecundæ regionis oriantur: mulier verò hæc
inſigne virium per corpus totum contraxit, & præci-
puè in cerebro, ſicque erant peſſimæ ſignificationis
praua illa excrementa, erat enim totum corpus vitia-
tum, vt ferè ſemper eſt enixis à partu febrientibus;
quoniam totum corpus menſtruo ſanguine per men-
ſes euacuando oneratur, & expurgatur, defæcatúrque
totum per lochia à partu emanantia, pingues verò
vrinas in acutis prauas eſſe omnes fatentur, ſunt enim
conſumptionis ſigna, & febris vſtoriæ, & colliquantis
affectus, liquantur verò pinguedines, caro recens, &
antiqua, & neruorum roridus ſuccus, qui pinguis non
eſt, ſed ſi liquatur, ſuccus albus, ſanioſus, tenuis, &
glutinoſus emanat, Valleſius per pingues vrinas, intel-
lexit, vt apparerent velut ſubiugales, ex admixtione
craſſiorum, ob agitationem magnam, oleoſas tranſtu-
lit, non pingues, vt Mercurialis, & huius tranſlatio
melior mihi videtur in febre maligna cum tam inſi-
gni raptu ad cerebrum cœpto à primo die febris, cui
propriiſſimum eſt tenues vrinas ſuperuenire, de quibus
in aphoriſmo dicitur, in delirantibus maximè apparere,
& in hac ægrotante ſemper tenues fuerunt etiam in
vndecima, à qua ſuperuenientes magnæ conuulſiones,
& multæ in quatuordecimo, clarè publicarunt raptum
ad ſupera magnum, & mortalem fuiſſe, & vrinas ſub
tenuitate perſeueraſſe, aut tenuiores extitiſſe, quod eſt
veroſimilius, & ipſa Valleſij expoſitio dando rationem
cur vrinæ prope mortem defecerint, noſtram mentem
confirmat, dixit enim occaſionem fuiſſe raptum excre-
mentorum in alias partes, qui fecit, vt huic iam morti

A vicinæ vrinæ ſupprimerentur, velut ſi in delirantibus
non ſoleant deficere ob ſolum delirium, & iam morti
proximis certiùs ob expultricis languorem, & ſenſuum
extinctionem, ad quod ſymptoma contulit etiam vte-
ri inflammatio magna, vt fuit in noſtro caſu, & indica-
runt conuulſiones ingentes diei decimiquarti, ſym-
ptoma graue in vteri inflammatione, eam eſſe ma-
gnam ſignificans, & à maligna, & atrabiliaria mate-
ria creari, cuius contactum vt moleſtiſſimum natura
refugiens, violenter concutitur, vt tam peſſimam ma-
teriam expellat, ſemperque nota, has horrificas febres
maligniſſimas eſſe, & hæmitritei naturam æmulari, qui
non ſolum ex praua materia creatur, & atrabiliaria
ferè ſemper ... occaſio maior eſſe ſolet viſcerum inci-
piens corruptio, vt proprio tractatu docuimus, & com-
B muniſſima, & frequens eſſe conſueuit in partu difficili
& gemellorum præcipuè, quando ex defectu lochio-
rum vterus inflammatur, eſt enim cauſa tam praua, vt
rarò vterus non afficiatur contagio putrilaginoſo, ſic-
que tam periculoſas eſſe febres enixarum. Quod in-
fortunium meo iudicio indicant fortiſſimè diarrhϾ
enixis ſuperuenientes tam fœtidæ, & variegatæ, origi-
nantur ferè ſemper ex inſolente corruptela totius ſan-
guinis, in vaſis tam magnis vteri concluſi more veneni,
vt conſueuit vterus corrumpere, quæ inquinat, vt ex
hyſtericis accidentibus omnes cum Galeno fatentur,
& quotidie experimur, & erit malignior corruptela,
quando putrilago iam vterum occupat, eruntque deſ-
peratæ diarrhϾ ortæ ex hac cauſa, vt ſunt frequen-
C tiſſimè mortales enixis ſuperuenientes, ob lochia ſup-
preſſa, & vterum inflammantia ob dictas rationes, ſunt
enim vaſa capaciſſima, vt continentes febres ex illis
creentur, vt Galenus docet, inde materia cui conta-
gium communicetur abundat nimis, cauſa putrefa-
ciens validiſſima, vterus nempe inflammatus potens
ob duo, magnitudine, & prauitate natiua, qua ſolum
ignorat, quæ corrumpit, corrumpere leuiter, & cùm
omnibus partibus principalibus per venas, arterias, &
neruos ſit alligatus, omnia quando inflammatur, gra-
uiſſimè offendit, & turbat, eſt enim ſemivenenum quid-
quid per illa poſt partum diſtribuit.

Quod cum ita ſit, rationabiliter morti tam proxi-
D ma habuit frigida extrema, non ob rationem Valleſij
dicentis, calidum naturale ad partem malignè inflam-
matam raptum, extrema deſeruiſſe, & frigida reddita
eſſe, quando ſi hæc eſſet occaſio, non expectaret diem
vltimum, in quo animam egit, & calidum vitale ex
propria morbi grauitate extinctum iam ferè eſt, & cum
in doctrina Galeni, habuit vterus grandem inflamma-
tionem, & eſſet alia in cerebro, vt putat Valleſius, mul-
tò ante diem obitus algerent extrema, occaſio tanti
frigoris partes inflammatæ fuiſſent, ergo defectus ca-
loris vitalis in morti tam proximis inexcuſabilis, &
conuulſionum vehementia, & multitudo, clariores cau-
ſæ penuriæ caloris fuerunt in extremis corporis. Nam
defectus obſtat diſtributioni ad extrema, & ſi concuſſi-
E ui motus calorem, etſi abundantem intro ita retra-
hunt; vt totus corporis ambitus algeat, repeſcet ma-
gis, quando calor ferè extinctus iam eſt, & hæc etiam
fuit cauſa, cur in die vltimo nihil intelligebat; non vt
putat Valleſius, aucta nimis phrenitide; diceret me-
lius, mutata in deliquium ob extinctionem caloris, &
nouam grandemque obſtructionem cerebri, à quibus
omnibus ſenſibus ſuſpenſis, non ſolum delirare non
potuit, verum nihil percipere, velut iam ſemimortua,
vt ſit mihi probabiliſſimum, mortuam fuiſſe epylepti-
cam, cuius affectus ſymptomata eſſentialia ſunt con-
uulſiones totius cum ſenſuum omnium læſione inſi-
gni, vt habuit hæc, & ſæpe nos vidimus delirantes per
febres malignas humore expulſo impetuosè in cere-
brum in vltima acceſſione epilepticos fieri, & ita perire,
probabilius expoſuit hanc partem Mercurialis, redu-

R 4 cendo

A cendo (nihil intelligere ad phrenitidem hecticam, in
qua tam obſtructum eſt cerebrum per minima ſui, vt
nihil intelligat, & lanis tinctis Galenus aſſimilauit,
& per illas explicuit phrenitidem hecticam, 1. *prorrit.*
Quod infortunium ſi homine viuo poſſibile iudices,
intelliges phrenitidem fuiſſe in carum mutatam, aut
leuem apoplexiam, ne dicam fortiſſimam, ignoro
enim, ſi obſtructio maior excogitabilis eſt quàm illa
per quam alieno humore tam imbutum eſt cerebrum,
vt penitiſſima eius tincta ſint, vt lanæ tinctorum, quo
dato, non ſolum non erit phrenitica affectio, verum
omninò contraria, nam phrenitis ſine cognitione non
datur, vt non datur ſine illa delirium, [illegible] verò
tinctum vt lana, paralyticum erit, q[illegible]ormiet pro-
fundiſſimo ſomno, aut negare tenebis ſomnum cere-
B bro obſtructo non dari, & ſi dari vt debes concedas, ſi
non datur obſtructio maior, quàm illa, per quam to-
tum cerebrum, vt lana tingitur, dormiet profundiſſi-
mè, & nihil percipiet, vt nihil ſomniat quando natura-
liter profundiſſimè dormit, quia totum cerebrum na-
turali vapore imbutum irrigatumque eſt, tuncque nul-
lum phantaſma ſenſus expergefacit, quod eſt adæqua-
tè dormire, nihil ſomniando, quia teſte Philoſopho,
inſomnium, eſt viſum, quod in ſomno apparet.

Si teneas relata, alia duo non leuia, etſi noua edis-
ces, ſit primum, intelligentia loci difficilis Galeni 6.
epid. ſect. 6. text. 80. vbi exponendo hanc ſententiam
Hippocratis, pro quibus, qui morbi dicit lethargum
ſanari à phrenitide, & per conſequens eſſe peſſimam
C permutationem phrenitidis in lethargum, expoſitio
vera difficilis, nam phrenitidem eſſe affectionem gra-
uiorem lethargo, extra dubium eſt, & indi implicat eſ-
ſe bonam permutationem lethargi in phrenitidem, &
malam phrenitidis in lethargum, hoc vltimum intel-
ligo de lethargo orto per incrementum phrenitidis,
quod eſt via ad phrenitidem hecticam, quo teſtimo-
nio probaui, lethargum à bile cauſari poſſe, creſcente
itaque fluxione biliosa, quæ prius cauſauit phreniti-
dem, obſtruitur ita cerebrum, vt incipiat dormire pro-
fondè, & vt dormit, ceſſat phrenitis, quia ceſſat de-
lirium illius conſtitutiuum, & ſi magis creſcat ob-
ſtructio, dormiet profundius, delirabit nihil, & tan-
dem apoplexiâ peribit vt antea dicebam, quod verò
D phrenitis ſanet lethargum, & ſic homo liberetur à
morte, temeratiè diceretur, ſi vera phrenitis poſt lethar-
gum ſuccederet, cùm Galeno authore mortale ſit omne
genus phrenitidis, ergo delirare lethargicos bonum
ſignum eſſe poteſt, quia delirium vigilia eſt, & melius
eſt delirare, quam ita profundè dormire in lethargo, vt
ſomni profunditas, ſenſationes internas ita impediat,
vt ob illam delirare nequeant, hoc enim apoplexiæ
finitimum eſt, & mortale.

Secundum eſt, quod in phrenitide iam ad hecti-
cam tendente, pernicioſa ſit oxyrrodini, & aliorum, re-
pellentium applicatio, quia (vt docui) præ nimia ob-
ſtructione, iam incipiunt dormire, & cauſa obſtruens,
aſtringentibus, & frigidis impingitur magis, & illa, &
frigore, & virtute aſtringente, totaliter claudetur tranſ-
E piratio cerebri, & animam aget phreniticus, ergo re-
ſolutoriis, & roborantibus cerebrum medela tentanda
eſt, omne quod ſomnum conciliet tollendo, ſi phreni-
tis illa incipit eſſe via ad lathargum, per exemplum
ſome camphoræ ℈. j. caſtorei drachmam vnam, moſchi
gr. xiv. decocti ſerpilli, & tymbræ, & florum chamemali
ana ℥. xx. m. & calidum capiti deraſo applicabitur per
omnes ſuturas capitis, nunquam infrigidari permit-
tendo, quod fiet, ſi ſupra lintea illo decocto malida, alia
ſicca, & calida, aſſiduè applicentur moderato ca-
lore: aut ex alto cadente decocto, vt intimius pe-
netret, caput prius irrigabitur, mox verò linteum
madidum ſuperpoſitum, vt dictum eſt, relinquetur,
idemque præceptum tenebis, ſi phrenitis ex irriga-
tione potius quàm ex tumore præter naturam crectur,
in ea enim ſtrictum tempus eſt, in quo aſtringentia,
& repellentia conueniunt, latum verò in quo non,
ſed reſoluentia, & roborantia cum leuiſſimis repellen-
tibus.

Eſt aliud notandum circa phrenitidem hecticam,
Mercurialis, illam fuiſſe, dici, impoſſibile, nam hæc
mulier die vndecima ad mentem rediit, quatuorde-
cima defuncta fuit cum ingentibus conuulſionibus,
quæ planè arguunt impetuoſum raptum in cerebrum
in die iudicatorio tam validò, & factum fuiſſe abſceſ-
ſum per erroneum, & mortalem decubitum in cere-
bro, quo vt in epilepſia ſtimulatum conuulſoriè qua-
tiebatur, & conuellebatur, aut ſi hoc non credes,
conuulſiones illas ortas fuiſſe ex maligno irritamento
excrementorum ſurſum aſcendentium, & neruos, par-
teſque ſentientes lancinantium, & non ex ſiccitate
cerebri, vt Mercurialis cenſuit, quæ conuulſiones cau-
ſare implicat, ſed ſolum pulſum indurat, neruoſumque
reddit, motus verò conuulſiui ſemper oriuntur à ma-
teria mordente, quam concuſſionibus repellere natura
procurat, nec hectica phrenitis ſubitò fit, ſed ſenſim
irrigato cerebro per minima ſui, vt penitiſſimè totum
tingatur, paulatim phrenitide in lethargum mutata,
nam fluxio conferta, & ſubita non irrigat. ſed aut
tumorem cauſat, aut obſtruit ventriculos, & ſubſtan-
tiam cerebri, ſed nunquam æqualiter, vt in apoplexia,
& epilepſia contingit, & hoc in die decima quarta
euenit mortali humorum decubitu, & non irrigatio
per minima cerebri totius, quæ vt docui, ſtuporem, &
inſenſibilitatem, non irritationem conuulſoriam cau-
ſat, hinc ad præſagium ediſces, poſſe eſſe in phreniti-
cis pernicioſiſſimum moderari deliria, ſi irrigatione
creſcente moderari poſſunt, vt poſſunt, tendente ad
lethargum phrenitide incremento ſui, aut propriùs
ſuæ cauſæ incremento, ſenſus per obſtructionem ma-
iorem tollendo, in quem ſenſum in prorriticis dicitur,
blandæ deſipientia valde phrenitica, velut ſi diceret, creſ-
cente cauſa phrenitidis, mitigantur diſipientiæ, & de-
liria, per inſenſilitatem à nimia obſtructione ortam, &
ad dormiendum inclinantem, vt docui.

Curatio mulieris in Cizico.

PErſpicuæ ſatis ſunt indicationes huius febris ortæ
ex difficili partu, & diminuta lochiorum purga-
tione, quæ principaliſſimæ ſunt redditus nempe pur-
gationis, aut illius incrementum, & præcautio phre-
nitidis machinatæ à primo morbi inſultu, vt declara-
bant dolores & grauitas cerebri, & colli, quæ non ſo-
lum oſtendebant vteri plenitudinem, ſed raptum etiã
ſanguinis in eas partes: maximas, & plures eſſe venas
vteri ex anatome conſtat, & inde quando ſanguis [illegible]
illis putreſcit, continentes febres fieri Galenus docet
6. epid. ſect. 1. text. 1. Quod cerebrum vteri poteſtati
ſit ſubiectiſſimum, experimento aſſiduo docemur, non
ſolum, ob magnitudinem, & copiam venarum, ſed
etiam ob communionem arteriis, eodem loco Galenus
refert, dando cauſam ob quam ſyncipur dolore ſoleat
per conſenſum cum vtero, *arteria* inquit, *ex colli ap-
pellata fornace vtrimque ad ſyncipur recta aſcendentes ap-
parent*, hæc compaſſio ſine tranſmiſſione excremento-
rum non fit, & multa euaporatione ex feruente ſan-
guine in vaſis tam capacibus, & oppletis, præſertim
in vltimis menſibus, erat ergo neceſſaria largior ex
cruribus euacuatio, vt obſtaret medicus inflammatio-
nis incremẽto, aut quod crearetur, & præcaueret phre-
nitidem tam proximam, vt publicabant dolores ca-
pitis, & colli cum grauitate; eodem ergo diè, bis, &
ter ſecanda erat vena, ſi vires tolerarent tantam ina-
nitionem, in hac enim ſola primis diebus copioſè facta
ſpes ſanationis collocari poterat, nam pars mittens
validiſ

validiſſima eſt & materia expellenda abundans ſatis eſt verò tam neceſſaria euacuatio conferta, vt obſtemus creationi phlegmonis; timendæ ex attractione totius ad vterum, ob quod authores conſulunt, incipientis vteri phlegmonas, curandas eſſe ſecta prius baſilica ne plenitudo totius (ſi ſecarentur crura) traheretur à vterum, & incremento tumoris occaſio daretur, quod in caſu hiſtoriæ verum non poteſt eſſe, ſed crura aperienda ſunt, vt retrahatur ab origine fluxionis, quod cum tanto periculo ad cerebrum mittitur, eſt enim vterus plenus barathrum, ex quo exauritur, quod cerebrum, & ipſum vterū inflammat, & datur materia continentibus febribus, in quo caſu ne delirare ſeducat te, vt ex brachiis educatur ſanguis delirio occurrens, niſi certiſſimus ſis, verum apoſtema factum iam eſſe, & durus pulſus appareat, ob cerebri tumorem, quoniam ſi vterus inanitus bene prius non ſit, & venas ſuperiores appellas, appetitus vteri, & totius corporis mittendi ad cerebrum incenditur, & impetuoſè expulſo ſanguine ad ſupera, conuulſiones, & deliria aucta breuiſſimè occidunt, & in caſu hiſtoriæ, eſt alia occaſio fallaciæ, nam ſi uterus inflammatus erat, vt Galenus putat, aucta inflammatione illius, creſcent deliria, indurabitur pulſus, & putabis cerebrum euacuatione indigere, cùm illa vterus, egeat cuius phlegmon increſcens traxit plus cerebrum in conſenſum, & totius læſionis maioris origo, vteri affectus eſt cui ſi non occurras, vt debes, & breuiter, breuiſſimè feretro æger tradetur.

Eſt ergo breuis occurſus ſecare venas in cruribus, bis, & ter eodem die ſi vires ſuſtineant, nec ad reiterationem remedij, declinationem febris ſperes, vt in continentibus non ſperatur, nec ad eductionem veneni remiſſio accidentium ſpetanda eſt, ſed vt creſcunt, auxilliari decet, cum ſit tam incerta remiſſio, & morbi tam grauis inſultus à primo die, non celat exitium ad quod tendit directè, ſi primo inſultu horrida febris datur, acuta, cum peruigilio, colli, & capitis grauitate, & dolore, taciturnitate, & non obſecundans. Deinde hyrudines mariſcis affixæ vtiliſſimæ erunt ad deriuationem melancholici, & fæculenti ſanguinis, quæ in caſu hiſtoriæ locum ſemper habent, & reiterandæ ſunt, eſtque ſalubre remedium, & efficax ſcarificare cucurbitas in loco pudendis immediato, ſi ſcarificentur profundè, & vlcera manare procures, & appoſitis vtero auxiliis lochia prouocantibus, quæ phlegmonem non irritent, ſed dolores demulceant, & emolliant, relaxentque oſcula, per quæ vterus venenum exteriùs repellat, & virus expiret malignum, credes nunquam quantum hoc conferat, etſi paucum ſit quod expellitur, quia vt maligna, & venefica, etſi ſint pauca in mole, ſunt magna in virtute, & poteſtate lædendi, ſic moderata eorum euacuatio lege contrariorum eſt vtiliſſima, quia in pauca mole tollitur læſurum multùm, ſemperque per inferna bene odorantibus recreabis vuluam, vt cicutata, eius irritatio, & furioſitas minor ſit, ſicque minus pellat ad ſupera, quia benè odorantibus ſe expandit, & velut effeminatur, vt quæ poſſunt decidant ſponte, tuncque graueolentibus cubiculum ſuffias, aut vt odorentur permittes ob effectus oppoſitos.

Vt in aphoriſmo dixit Hippocrates, quod *ſi ante morbum aliqua pars doluerit, ibi morbus firmatur*, ſic tene, quod ſi in morbi exordio aliqua pars incipiat per conſenſum ſenſibiliter pati, firmabitur in illa, vt fiat conſentiendo morbus ſecundus per ſe, & ſæpè certiùs quam primarius occidens, vt huic euenit, quæ laborans inflammatione vteri, ſic cerebrum læſit, vt in opinione Expoſitorum cerebri inflammatio illam interfecit, & non phlegmon vuluæ, indè parti ſtatim læſæ conſentienti, occurrendum eſt ſi ſit princeps, ne morbus ſecundarius ob partis nobilitatem certiùs

A occidat primario, erat ergo occurrendum ſtatim ne firmaretur phrenitis, cuius præcautio (vt monui) in reddita copioſo lochiorum, & euacuatione abundante, per talos præcipuè conſiſtere videbatur, mox verò cerebrum erat firmandum, ne facilè recipiat quod mittitur, & collum etiam, vt capite de caſtoreo Galenus docuit, ſic enim clauditur via, per quam partes infernæ cerebrum expugnant, peruigilium vt melancholicis pernicioſum eſt, ſic ſomni conciliatio ſummè vtilis erit, vt ex omnibus delirantibus, & omni ingenio procuranda; timent omnes narcoticorum vſum in enixis, ob exceſſiuum frigus eorum, quo putant ſomnum conciliare, eſtque nocentiſſimum lochiorum purgationi, eam enim cohibet, & totum ſan-

B guinem immobilem reddit, & euidenter falluntur, vt fuit in hoc decepta antiquitas tota, ignorans vim narcoticam influxum viralem, & animalem impedientem indicibili modo, ridiculum enim eſt putare, quod vnicum granum laudani opiati ſomnum cauſet frigefaciendo, deberet enim frigiditas ſentiri intenſiſſima ſtatim quod ſumeretur, & in opinione Galeni certius multo, ſi verè docuit frigida venena eſſe actu talia, & non potentiâ, vt in eius doctrina, ſi opium in magna quantitate manui applicaretur, deberet ſtatim emori ſtupida, quia totum frigus quo operatur, & ſomniferum eſt, actu habet, vt nix, & glacies, quod eſt contra euidentiam ſenſus, & contra eandem, quod infrigidet manui applicatum, *eſt vero ſtolidum* (dicebat

C Hippocrates) *contra id quod ſenſu percipitur opinari*, & libro de decenti ornatu, *opinio enim maximè in medicina in crimen vertitur eam adhibentibus, iis verò qui ea in ſe vſi ſunt, perniciem affert*, ſenſus verò oſtendit, quod opium, & hyoſciamus non refrigerent, & quod vnicum granum laudani opiati ſomnum ſine ſenſu frigoris conciliet, aqua verò frigidiſſima, & in magna quantitate bibita, refrigerat validè, & dormire non facit, in morbis in quibus opium ſenſus omnes ſuſpendit, eſtque opij legitimi probatio, quod lucernæ applicatum ardeat, & hyoſciamus euidenter delirare cogit, ſenſuſque ſtrenuè perturbat, & poſt ſomnum præternaturalem cauſat, & mortem, coriandrum calidum eſt, aluum ſiſtit, ructum acidum ſedat, & ſomnum

D conciliat, vt ſcripſit Hippocrates lib. 2. de diæta, aliaque ſunt innumera calida, & ſicca, & ſomnifera, vt oleoſyrax, abſinthium viride, & anethum, aqua vitæ, & vinum, in quibus vis illa narcotica inuenta dormire cogit, & non frigus, cum nos manifeſtè calefaciant, ergo concedi debent narcotica enixis, ſi peruigilium, & delirium vires omnes effæminent, conſtatque omnium conſenſu, crocum ſomniferum eſſe, & ciere non ſegniter menſtrua, ſecundinaſque pellere, allium narcoticum eſt, & menſtrua validè mouet, eſtque tam igneum, vt ſit illud ſolum idoneum veſicatorium, ſenes ſi vigilent, & frigidis ſomnum conciliare tentes, oleum, & operam perdes, & non ſine eorum læſione, & calidis ſaniores, & dormientes reddes,

E vnde doctiſſimus Crato *ex duobus ſcrupulis ſpecierum diambra, & drachma dimidia diamuſci dulcis, & granis tribus ambre griſia, & ſcruptulo ſuccini albi cum ſyrupo corticum citri, pilulas parat*, & tribus ſolum deuoratis ſomnum conciliat in ſenibus, nec te terreat, quod ſomnus omnes euacuationes cohibeat excepto ſudore, nam de menſtrua purgatione, & à partu, verum non eſt, quoniam ſine ſenſu moleſtiæ ſenſibilis celebratur, & experimento docemur, menſtrua ſine ſenſu præcedente vigilando manare, & incipere ſæpè dormiendo, vndè probabilius eſt, fluxura lochia abundantius per ſomnum, quia in illo intro retrahitur ſanguis, vt in vigilia extra mouetur, dicente Hippocrate, *manifeſtè qui vigilat, eſt exterius calidior, interius frigidior, dormiens è contra*, & alibi, *ſanguis in ſomno intro magis fugit*,

Digitized by Google

fugit, ſunt itaque expulſiones quædam ſine ſenſu moleſtiæ celebratæ; nemo enim expulſionem chili per meſereum agnouit, nec ſanguinis à iecore poſt totam confectionem, nec excrementorum communium tertiæ regionis, & expulſiones tales internæ, augeri ſolent dormiendo, quia plus onerantur interna, & calor vitalis interius plus abundat, quia exteriùs infrigidatur qui dormit, vt ſit in hoc ſomnus, velut quædam hyems partialis, omnia viſcera roborans, ob copiam vitalis caloris, & inde omnia eorum opera perfectius aguntur, vt 1. *aphoriſm. text.* 15. Galenus docet.

Eſt mihi vſitatum ius pullæ cum petroſelino, & ciceribus coctæ, & condrilæ radicibus, in prandio, & cœna concedere, cum puluere caſiæ ligneæ, & croco, quando ſumitur iniecto, vt menſtrua, & lochia abundè emanent, & copiam illius impero, vt ſanguis melancholicus dilutus ſatis, fluxilior reddatur, nec ignores eſſe concedendum potum largiorem ob eandem cauſam, nam in febre vſtiua ſanguis melancholicus craſſiſſimus redditur, quia terreus, & ad fluendum ineptiſſimus redditur, velut exſiccatum lutum, in qua indicatione omnes ferè cæcutiunt, potum largiorem negantes, aquam verò parabis decoctam ex adianto viridi, caſia, & condrilæ radicibus decoctam, efficacior erit ſi radices acetoſæ addantur, quas mouere menſtrua Dioſcorides docet, ſuntque contra febres ardentes, & malignas antipharmacum, vt contra morbum regium, & quia enixæ ſolent implacabili ſiti torqueri, decoctum parabis ex dicta radice, adianto viridi, radice condrilæ, ſemine paſtinacæ, & radicibus cardui mariæ, ſeu lactei, & calendulæ floribus, & aromaticabitur ſelectiſſima caſialignea, ex quo iulebis parabis ad ſolandam ſitim, menſtrua mouenda, & moderandum ardorem, cum ſyrupo adianti, condrilæ, & borraginis ſuauior fit potio, ſi ſola ſerapia prius ſumantur, & mox decoctum, quod moderatè frigidum concedes, frigidius enim primo occurſu lædere ſolet, lochia detinendo cum ſummo periculo, inter alimenta concedit Mercurialis ouorum vitellos, præſertim vltimis diebus morbi, quos vulgus in enixis dehortatur, & ipſæ enixæ, quoniam experimentum docuit ſi tremuli ſumantur, hyſtericis accidentibus ſtatim torqueri, cuius effectus nullam rationem inuenio probabilem.

Clyſteres in enixis non ſunt multi vſus, verùm in caſu hiſtoriæ inexcuſabiles ſunt ex iure carnis parati, cum oleo violaceo, amyg. dulcium, ſaccharo, & melle, & diacatholicone, coquentur verò in iure folia mercurialium, artemiſiæ, & chamemali flores, eis enim laxatur vterus, & tumore mollitur, & concoquitur, dolorque demulcetur, & mitigatur incendium, vtiles etiam erunt, ſi folia tenera maluarum, & violariæ in iure coquantur, ſi inflammatio propriiſſima ſit, cum dolore, pulſu duro, & incendio, nam vt (alibi docui) magnum remedium eſt, ſi poſſibile ſit, huiuſmodi inflammationes breuiſſimè ſuppurare, rupta enim ſuppuratione, cloaca noua creatur, per quam virus collectum ſpiret, & tota colluuies lochiorum per corpus errantium reuocetur ad vuluam, quam mutationem, & fotu emolliente, & vnctione concoctoria poſt fotum procurabis, vt magnum auxilium ad præcautionem tam certi periculi ſi ſuppuratio non detur, quæ in vulua inflammata breuiùs contrahitur quàm reſolutio, ob loci proprietatem, & magnitudinem tumoris, eſtque error turpiſſimus magnæ inflammationis reſolutionem tentare, præſertim in membro natiua propenſione ad ſuppurandum inclinato, eſt enim humidum, & calidum, carnoſum ſatis, & ad putorem, corruptionemque alienorum validiſſimum, non ad reſolutionem eorum, vt experimento conſtat, ſi ſupprimantur menſtrua, aut ſemen turgeat, cui infortunio non parum auxiliatur ſitus vicinus inteſtinis, & veſicæ, in quibus excrementa ad putorem introducendum, & corrumpendum vicina, ſemper ſtabulantur.

Hactenus dicta redditum lochiorum, & præcautionem phrenitidis magis reſpiciunt, verùm ſi quod cerebrum inuaſit vrgeat, occurrendum eſt periculo illius, vt in vera phrenitide, & dum ſecantur venæ ſupernæ, cucurbitis fæmoribus, & cruribus applicitis, aut ligaturis moleſtantibus, retractio lochiorum ad ſupera impedietur, etſi mihi minus probentur ligaturæ, quia dolore ſine quo non trahunt, retrahitur purgatio ob triſtitiam verſus cor, & ad viſcera, ſi verò doloroſæ non ſint; neque ſunt vtiles, nec carent certo detrimento pellendo ad vuluam fæmorum, & crurum ſanguinem per compreſſionem vaſorum, & dum vrget phrenetica paſſio, nulla vena ſecuriùs, & vtiliùs ſecatur, vt in naribus, quia vt cerebro affecto propinquior euacuat plus ex illo, ſic minus inclinat raptum ſanguinis ad ſupera, & minus per conſequens purgationem vteri remoratur.

Epithemata cordi applicanda ſunt, quæ tamen benè odorantia non ſint, vidimus enim perire aliquas ex optimis odoribus ſubito exanimatas, quod Phrygius non notauit, & ſine ratione præbet enixis aquam acetoſæ, cum acido citri, eſt enim periculoſiſſima potio, quia occaſio hyſtericæ paſſionis, & ex acidis, periculoſior omnibus eſt acor citri, quia eſt actiuiſſimus, & ſummè penetrans, eſtque exitioſum accidens in enixis, quia ſurſum lochia impetuosè pelluntur, aliud notat cum ſumma exaggeratione, nimirum quod mel, & dulcia nunquam per clyſteres iniiciantur, quia ſæpè expertus fuit periclitaſſe, quibus ænemata cum melle, aut dulcibus imperata fuerunt, præcipuéque enixis eſſe exitioſa, eſt verò periculi occaſio, quod à dulcibus tormina excitentur, eſt animaduerſio contra communem medicorum praxim, & experimentum, nam etſi mel crudum flatuoſum ſit, non ita vt tormina mortalia cauſet, & poteſt impediri flatulentia, ſi coctum iniiciatur, & deſpumatum, ſaccharum verò flatuoſum non eſt ita vt propter flatus ſenſibiliter lædat, nec Galenus mellis flatulentiam, & calorem in clyſteribus timuit, quando in iecoris inflammatione clyſteres ex melle, oleo, & aqua conſulit.

HISTORIA VXORIS dealcis.

In Thaſo Dealcis vxorem, quæ decumbebat in Leio febris horrida corripuit ex mærore, à principio autem contegebatur, & vſque ad finem ſemper tacita, palpabat, vellebat, ſcalpebat, pilos legebat, plorabat, & rurſus ridebat, non dormiebat, ab aluo irritatio, nihil exibat, exiguum ad monita bibebat, vrinæ tenues, pauca, febres ad manum tenues, extremorum frigus; nono multum delirauit, & rurſum quieuit tacita. Quartodecimo ſpiritus magnus, rarus per tempus, & rurſum breui ſpira, decimoſeptimo ab aluo turbulenta irritatio, deinde ipſi potus prodibant, nihil conſiſtebat, omninò nihil ſentiebat, cutis arida circumtenſio, vigeſimo ſermones multi, & rurſus

ſui quieſcebat muta, breui ſpira, vigeſimo primo mortua eſt.

OCCASIO febricitandi fuit mœror, qui cum ſoleat febris diatiæ eſſe origo, fuit in vxore Dealcis febris malignæ, & lethalis, tantus eſſe poteſt conſenſus cum cauſa externa, ob prauum corporis excrementorum apparatum: ſæpè docui ex doctrina Galeni, quam ex Platone deſumpſit, ſerum melancholicum certam prauitatem inducere, & quando putredine inficitur, malignius fieri, & velut erodens neceſſe eſt, quia prauitati natiuæ additur noua ex putredine, prauitas verò oritur, quia Galeno authore, melancholicus ſuccus à calore maiori moderato creatur, qui in terrea ſanguinis fæce impreſſus, vſtionem quandam paritur, & ſerum illius acre, & malignum redditur, & vt docuit Montanus, reliquias igneas, & velut fermentantes ſemper publicat, vt in atra bile ex eo per maiorem vſtionem genita clarè experimur, quæ terram tam denſam, & grauem fermentando, ita attenuat, & rarefacit, vt velut maſſa fermentata, lenior, tenuior, & rarior reddatur, & vt reor, hoc ſero fermentante eſt cauſa deliriorum ſine febre, & multitudinis inſomniorum dum melancholici dormiunt, vt docuit Philoſophus, nam vt fermentatio ſine motu locali fieri nequit, & delirandi, & inſomniorum nulla maior occaſio quàm agitatio, & motio ſpirituum, & vaporum, ſic melancholia efficaciſſimè mouet phantaſiam, & delirare cogit, ſi ſeparetur à reliquis ſuccis, aut in eis ſupernatet, hoc ſerum putredine factum malignius, per ſentientes partes ſeminatum horrores cauſat, & eſt ſignum permutationis in atram bilem, contulit verò multum ad horrendum nimis, denſitas cutis tranſpirationem impediens, contracta quidem à mærore, & copia ſucci melancolici, triſtitia exſiccat oſſa, & melancholia ſiccat bifariam ſiccitate nimirum, & aſtringente vi, quæ præternaturalitas, magna non dubiè fuit cuius magnitudine obligatus Hippocrates dixit, *cutis arida circumtenſio.*

Hæc denſitas cutis in febribus putridis pernicioſa eſt, corpus prauis exhalationibus, & ſuccis putridis replendo, impedita occulta tranſpiratione, ob quam lib. de alimento, dixit Hippocrates, corpora denſa eſſe robuſtiora, verùm per morbos periclitari magis quàm rara, ob tranſpirationis defectum: varia nimis fuerunt huius hiſtoriæ deliria, vt dantur quando (vt docui) varius eſt, & inquietus ſpiritus vterque, ſimulque cum vaporibus aſſiduè, & inceſſanter agitantur, in qua commotione variæ obiectorum ſpecies proponuntur ſenſui interno, circa quæ tumultuosè delirat, hoc verò contingit, quia in ſpiritibus ſpecies obiectorum conſeruantur, vt in memoria, excitatur verò ſenſus ad perceptionem obiectorum, quorum ſpecies de nouo producuntur, ſicque tumultuoſa deliria, & difformia mouentur, quod ſi impotentes ſint ſimiles ſpecies productæ, & ſenſum non moueant, mouetur per productionem illam de nouo, quia eiuſdem obiecti multiplicantur ſpecies, à quibus potentia plus fœcundata excitatur ad opus, eſt enim receptiſſima Philoſophorum opinio, quod multæ ſpecies ſolo numero differentes dari poſſint in eodem ſubiecto.

Mirabile fuit, quod in ægrotante ex mærore, qui ſine dubio fuit magnus quando traditur vt cauſa morbi tam deſperati, & per totum illum melancholica ſymptomata oppreſſerunt, inuenta fuerit occaſio ridendi, quæ complicatio Expoſitores malè torſit, & variis opinionibus diſtracti fuerunt. Mercurialis paradoxus fuit, & ſui placiti nullam probabilitatem tradidit. Phrygius abſurdam cauſam reddit, dicendo, *ita hic humor citiùs, aut tardius in atram bilem, & melancholiam de-*
A *generare ſolet, & cùm pars materiæ feruens, & vratur, alia verò iam vſta ſit, illa riſum, audaciam, hæc autem pauorem, lachrimas facit*; & alia id genus, ſolutio quidem abſurda, non numerans materiam vrendam, nullam enim aſſignat, eſt etiam falſum, quod vſtio cuiuſuis humoris ſit, incliner prius ad riſum quando incipit vſtio, & aucta vſtione timorem, & lachrimas cauſet, nam nulla vſtio ad ridendum inclinat, ſed ad furorem ſemper, & iram, & vt vſtio intenditur, datur occaſio maior furoris, riſus itaque non excitatur à putredine, aut vſtione ſuccorum, ſed ex copia ſanguinis optimi antequam putreſcat, aut vratur, quia grata ſemper repræſentat, quæ velut noua delirans concipiens, ridet, & lætatur, Valleſius cauſam nullam reddidit, ſed ſolum dixit, ex ploratu verò, rurſum ridere, maior inſania erat, præcipuè laborantem ex mœrore, & nunc cum multis verbis, nunc
B tacitam eſſe, diceret melius, duplici inſania laborare, & contraria, non maiori, quando deterius eſſet non dubiè ſemper plorare, nam ſi ridere delirè, arguit ſanguinis optimi præſentiam in cerebro, ob quam *deliria cum riſu ſecuriora*: in aphoriſmo putauit Hippocrates, minus periculoſum erit flere modo, & poſtea ridere, quàm perpetuò plorare, quia eſt ſanguis non dubiè antipharmacum, & remedium melancholiæ, quia calidus, & humidus, & ſpirituum idonea materia, & non ſine ratione putes, vſque ad vigeſimum primum durare potuiſſe, ſub morbo tam graui, ob ſanguinis miſcellam melancholiæ correctiuam, cenſeoque hanc infirmam fuiſſe ſanguineam, & mœrore cauſa ægrotandi ſanguinem vſtum fuiſſe, & factum melancholicum, & prauum, in-
C ſuperabiliſque fuit naturæ, vt eſt ferè ſemper ſuccus in confinio atræ bilis, potuit verò permanere aliquid ſanguinis ſine corruptela, & ad riſum inclinare, obiecta grata præſentando, quando minus à ſucco melancholico cerebrum lædebatur, quæ pugna per morbos acutos communiſſima eſt, vt in vera phrenitide interdum mens redit, & in ſuperfluo peruigilio, ſæpè ſomnus, etſi breuis conciliatur; & à turbulento delirio ſilentium ſequitur, vt ſunt alia innumera in morbis aduerſiſſima, ob cauſas oppoſitas, quarum vna ſuperatur ab alia, & obſcurato ſymptomate priori oppoſitum ſuccedere. Quod etiam in reſpiratione inuenitur in hiſtoria præſenti, modo enim erat reſpiratio magna, & rara, modo *breui ſpira*, modo *loquebatur multum*, modo *erat*
D *taciturna*, & hoc vſque ad finem. Conſtat verò ex alibi dictis, quod datur magna, & rara reſpiratio quando delirium vrget, & conſtat facultas, vſus verò auctus extremè non eſt, *breui ſpira* verò fiebat, hoc eſt, parua, & rara erat reſpiratio, quando præ malignitate, exoluto vitali calore, facultas motiua ita languebat, vt per magnum ſpatium non poſſet thoracem mouere, neque celeriter, & vbi calor vitalis extinctus nimis eſt, eſtque etiam putredinalis ſapultus & cor infrigidatum, paruam, & raram reſpirationem requirit, & tardam per conſequens, eſtque exitialis caſus, vt fuit in Hermocrate deſperatus, febrem deficere ob extinctionem vitalis
E caloris, & natura ad mortem properante, vt Galenus docuit *text*. 8. illius hiſtoriæ; timenda verò eſt talis extinctio, quando febres admodum tenues apparent, extremorum frigefactio inuenitur, caſus propriiſſimus, quando materia craſſa eſt, & terrea propter vſtionem ex mæſtitia ortam, intus detinente ſanguinem, & veluti ſuffocante tempore multo, vnde inflammabilis multum non eſt ob terream naturam, neque ex eius vſtione, aut putredine fuligo multa eleuatur, quæ per totum diſtributa grandem febrem oſtentare queat, ſed potius tota materia craſſa interius fixa, & irreſolubilis permanens totum obſtruit interius, febreſque ſepultas vocatas creat cum externorum tepore, & extremorum frigiditate, ad quem effectum conducit plurimum tam inſolens mæſtitia, reuocando continenter calorem interius, & ſanguinem totum, vt teneas à tam vehe-

menti

menti paſſione, idem pati corpus quod interno viſcerum incendio, non quantum ad æſtuationem internam, ſed ad reuocandum calorem interius, vt externa repeſcant, & internè ſuffocato calore periclitetur, & fiat æger *breuiſpirus*, quando ſuffocatio magna eſt, & velut iam extinctus calor viralis, natura ad mortem properante, durat verù hoc ſymptoma, donec reaccenſa materia extenuatur, & calor reuiuiſcit nouam flammam concipiens, & reſpiratio parua, tarda, & rara mutatur in ratam, & magnam, delirantibus debitam, etſi calor reaccenſus crebram expoſtulet.

Ex dictis inuenies cauſam turbulentæ irritationis ab aluo, triſtitia enim ſemper aluum ſollicitat, quatenus ſemper ventrem infernum retractione ſuccorum grauat, & ipſa tetractione, ſeipſam aſtringit, & denſat, tranſitum ſuccis tetractis impediens, & cùm ſupponantor acres vſtione, aut putredine, irritant expultricem, quæ naturam ſiccam, & aſtrictam prætriſtitia inueniens, plus multo quàm expellat, commouet, præſertim quando craſſa materia moleſtat, ſicque datur turbulenta irritatio ventris inferni, & ſolent infirmi cum moleſto murmure pauca, ſed doloroſè teiicere, & interdum cum gemitu torturam natura publicante, ſi non penitus ob delirium intenſum, moleſtiam non ſentiant, aut non tam moleſtè vt gemitu torturam exprimant, nam ſine moleſtia aliqua (etſi ſint phrenetici) expellere repugnat, tuncque inuerecundi quia deliri cum crepitu excrementa deponunt, vt hic habeat locum, quod de flatus excretione in prognoſtico Hippocrates dixit, *melius eſſe flatum exire cum crepitu, quam cum illo recondi*, verum cum crepitu erumpens, aut dolorem ſignificate, aut delirium, niſi libenter homo ita flatum demittat.

De potu dicit Hippocrates, *quod prodibat*, hoc eſt liberè deſcendebat, ſignum quidem prauiſſimum, de quo modo deſcendendi mentionem fecit *7. epid. text.6.* in hiſtoria filij Cydis, dicendo, *& cum biberet, deſcendentis in ventrem, & pectus ſonitus, qualis & chartadi.* Quod ſignum inter peſſima Valleſius collocauit. *Cauſatur enim morienti iam retinenti facultate, & potus pondere proprio, & natiua fluxibilitate fertur, velut inde mortuum iam corpus, atque ob id ſonitum faciat. Accedit etiam alia cauſa ſonitus, quod moribunda corpora flatum iam admittunt intra naturales cauitates, qui ingreſſu humoris qui non ſugitur paulatim à naturalibus inſtrumentis, ſed propria natura incidit, verberatus edit ſonitum.* Hæc Valleſius; videtur verò difficilis opinio, nam experimentum docet, quod quando hoc ſymptoma datur, cadat potus celerrimè, & velut præcipitatus, deberet verò contrarium contingere ſi emortuæ iam eſſent naturales facultates; nam authore Galeno *lib.5. de locis affectis, cap....* quando debilis eſt facultas deglutiens, tardiſſimus eſt tranſitus ciborum, & potus, lentéque mouetur, conſtat verù in iam moribundis, extinctas ferè eſſe, & debiliſſimas facultates naturales, & tardiſſimè debere moueri per gulam, quod deglutitur, & iuxta doctrinam Valleſij, deberet cum ſumma difficultate deglutiri quælibet res, & tardiſſimè moueri, cuius contrarium experimur in relato ſymptomate, & ſecunda cauſa improbabilis videtur, quia vt debilitas facultatom tatdiorem motum cauſat, ſic flatus viam occludens, detinebit quòd mouetur magis quam aër, cum ſit flatus aëre craſſior, & inde reſiſtit magis deſcenſui cibotom, aut potus: vrget Valleſij placitum, quod ſymptoma illud eſſet communiſſimum omnibus moribundis, quia omnes patiuntur eam debilitatem communem, ob defectum vitalis caloris, qui eſt neceſſarius ſimpliciter, vt omnes actiones perfectè celebrentur, & flatuum generatio neceſſaria ſub ea debilitate, videtur, A ſiſemel concedatur debilitas cauſa efficiens adæquata flatuum.

Nos verò putamus ſonum illum cauſari quando præ ſiccitate gula contrahi nequit, & aër in illa incluſus tenuiſſimus, & vt ſic dicam, tarior ſpiritoſiorque redditus eſt, & inde non in omnibus moribundis inueniri debere, quia non in omnibus illa requiſita inueniuntur, ſiccitas enim gulæ contractionem fibrarum tollit, quibus & pelli infernè, & trahi ab infernis ſolet, pellitur tranſuerſis, & trahitur rectis, hæ verò dum operantur naturali contractione, viam potus coarctant, anguſtioremque reddunt, ſicque plus detinetur, & ſi trahatur, & pellatur, qoia plus obſtat præcipitio anguſtia itineris, quàm iuuet contractio B illa quatenus mouet, vt liberius deſcendat, aër verò incluſus, vt purior eſt, eſt neceſſario rarior, & ſic minus obſtat deſcenſui potionis, quia facilius à pondere potus diuiditur, & ſic velocius deſcendit, vt deſcendit verò, velocius etiam aër interceptus impellitur, & latera gulæ impetu maiori percutiens, ſonus maior, & clarior cauſatur, & non ſolum ob dicta, ſed quia aër violentiùs impulſus, tangit, aut percutit duriorem ſuperficiem gulæ, quia ſicciorem, conditio magna, vt ſonus intenſior, & plus reſonans cauſetur, vt propriè dicas gulam præ ſiccitate tenſam, & leuigatam velut tympanum redditam fuiſſe, ſicque potus præcipitatus deſcendens, & aërem puriorem impetuosè diuidens, occaſio illius celeris ſonitus, & C clariſſimi eſt, accedit etiam gula ſiccata, vt in ſe condenſatur, & ſeipſam coarctat, redditur cauitas publica maior, & plus aëris capiens, quam dum humidior, & corpulentior erat, ſicque velocius potus deſcendens, & aërem puriorem in cauitate maiore concluſum, vehementius impellens, præcipitium potus per ſonum percipitur, neceſſe verò velocius deſcendit, vbi iter capacius, & liberius eſt, & aër incarceratus minus reſiſtens deſcenſui, quia rarior, tenuior, & purior, vt eſt ſemper in ſicciori, quam in humido loco, ſiccitatem verò huius mulieris inſignem fuiſſe, narrauit Hippocrates dicendo, *cutis arida circumtenſio.*

Verum eſſe quod diximus conſtat ex formatione D naturali, & poſitione gulæ, nullum enim corpus intra ſe continet, ſed latera cauitatis immediatè ſe tangunt, vt ipſa poſitio doceat, non permittere vt, quod deglutitur ſe præcipitet, ſed indigere vt impetu delationis gula aperiatur, & permittat deſcendere, quod deuoratur, quando verò per morbos ſiccatur, denſatur in ſeſe, vt nuper dicebam, ſicque immediatus contactus laterum impeditur, & quod deuoratur, mouetur velocius, quia medium aëre plenum eſt, & impellitur modo iam dicto, & ſonus ille cauſatur, & inde, etſi innumeri moriantur, rariſſimum eſt hoc ſymptoma, qoia tariſſimum eſt gulam ſiccari tam validè, vt denſata nequeant latera cauitatis immediata eſſe, & neceſſario admittere in cauitate ſua E aërem, cùm vacuum dari non poſſe ſuſceptum ſit apud omnes.

Curatio morbi vxori Dealcis.

Robuſtam fuiſſe vxorem Dealcis omnes expoſitores publicant, alioquin non poſſet vſque ad vigeſimum primum moleſtiam mortis effugere, ſub morbo tam graui à primo inſultu, & cerebrum ſtatim perturbante. Crederem fuiſſe de familia viraginum, quæ robuſtiſſimæ eſſe ſolent ob cordis incendium, carnes duriores, & iecur etiam ſanguinem multum, & minus reſolubilem generans, conditiones vt cum multo ſpiritu duret robur vitale, ſine cuius defectu mori ignoratur. Viragines vero, vt menſtrua

moderatiora habent, & carnes ſolidiores, reſoluuntur minùs, & ſic abundat ſangnis minus quam in aliis, qui à calore iecoris, & cordis intenſiori, quàm ſexui debeatur, vritur, craſſiotque, & melancholicus redditur, incipitque bilem atram fieri quando putreſit, peccatque in ſiccitate magis, & ob id non eſt ſatis inflammabilis ob terream naturam, creatque febres, ſine multa intenſione tenues, vt Hippocrates retulit. Verùm cum tepidiori calore linguam exaſperant, & ſiccant, & ſiti moleſta fatigant, & peruigilio, cum vrinæ tenuitate, & paucitate, ob ſiccam diſtempetiem materiæ, cui calor, etſi non ſit intenſus, adiunctus, relata ſymptomata creat. Sicca enim, & vſta, pauciſſimum ſerum concedunt, & tenue, velut per lapideam materiam percolatum aut expreſſum ex illa, & per vias arctiores emanans, vt ſunt in corporibus ſiccioribus neceſſariò denſatæ, & minus peruiæ, ſicque fuligo eleuata, interius cohibita denſat, & ſiccat, interna verò tepeſcunt, & extrema infrigidantur facillimè, quia à calido effluuio non alterantur, & ab aëre maximè.

Hæc corpora quia minus reſulubilia, largiores euacuationes ſuſtinent, & petunt, vt liberentur à ſarcina per defectum tranſpirationis inceſſanter grauante, indeque Mercurialls, & Phrigius, ſanguinem eſſe ſtatim mittendum aduertunt, tacuit Mercurialis locum in quo ſecanda erat vena, Phrygius ex talo ſecurius putat, & ego ſic cenſeo, nam mutabilitas deliriorum indicabat elatè cetebrum per conſenſum pati cum toto, & fortaſſis etiam eum vteto, vt eſt in fœminis communiſſimum, & in melancholicis cum hypocondriis, quibus occaſionibus ſectio in cruribus maximè conuenit, & hoc facto hyrudines mariſcis applicandæ ſunt, antequam venæ ſupetiores ſecentur, præſertim ſi probabilius ſit, hypochondriacam paſſionem præceſſiſſe, & alui irritationes crebras fuiſſe, non tollentes tamen ſectionem venæ, quibus deterſoriis, & mordacitatem obtundentibus clyſteribus occurtendum crebrò erat, ex iure, oleo violaceo, ſaccharo, & medulla caſiæ fiſtulæ, vtiliterque in iure coquentur maluarum teneriorum, & violariæ folia, & viride anethum, vt ſimul acrimonia eicnretur, & vigilia moderetur, flatuſque reſoluantur, quos affectus viridi anetho lucramur, vt concoquere ſuccos melancholicos, & crudos, vt Galenus 6. ſimplicium, capite proprio docuit, vt conſtet vim conciliandi ſomnum, calidis, & ſiccis medicamentis ineſſe virtute peculiari narcotica, in aniſi ſemine, aloë, & iridis radice etiam inuenta. Clyſteres etiam expurgantes in delirantibus per conſenſum vtiliſſimi ſunt, quos ſine oleorum miſtione parare conſulo, vt actuentur melius, & citius, & validius trahant, ſæpéque neceſſarium eſt fortiores imperare, vt mens deliriis diſtracta irritamento reuocetur ad vſum, ſopitaque expultrix expergiſcatur, & pellat per ſeceſſum, ceſſetque deprauatio mittendi cum tanto periculo ad cerebrum, quod etiam veſicatoriis, lotionibus crurum, & aſſiduis frictionibus procurabitur, vt cucurbitis, natibus, & ſuris firmatis, & ſcarificatis etiam, attendeſque ſi in initio acceſſionum expultrix erronea (vt ſolet) ad cerebrum pellat, vt ſi ita eueniat, cucurbitæ per horam ante paroxiſmi inuaſionem, & multæ imperentur, & locis infernis affixæ, & interdum ſcarificatæ, deprauatio expultricis impediatur, eſtque ſummum remedium, præſertim ſi bis, & ter reiterentur, vt ſoleo, & mox ligaturis implacidis impetum ad ſupera remorari, & ſomnum in tempore paroxiſmis proximo cohibere, & ſi tam fœlix ſis, vt partem mittentem agnoſcas, magnum remedium erit, vt ſupra illam magnam cucurbitam colloces, dummodo inflammata cum tumore non ſit, niſi iam conſtet fluxionem ad illam ſedatam eſſe, tunc enim, & cucurbita firmanda, & ſcarificanda eſt, antequam paroxiſmus incipiat, certuſque ſis partem illam eſſe radicem febris; & cerebri actus, & maximè celebrandum eſt hoc auxilium ſi ſignis agnoſcas ſuppurationem internam incipere, quæ rarò lethalis non eſt, & nullo modo certius impeditur quàm ſcarificando locum primario patientem, iuxta Hippocratis oraculum 6. epid. ſect. 2. text. 34. *Quæ maturare conuenit, intus claudere oportet, contraria vero ſiccare, & aperire.*

Inconſideratè conſulit Phrygins medicamenta expurgantia, ſi aluus non reſpondeat, nihil enim periculoſius in delirantibus cum febre acuta imperatur, & maximè quando tam ſollicitè natura in cerebrum pellit, nam commotio ſuccorum, deuorato pharmaco inexcuſabilis eſt, expulſio verò difficillima, quia ſi delirantes dolores magnos non ſentiunt, ſentient minus leuem moleſtiam humorum agitatorum, ſine qua euacuationem infernam celebrare ignorauit natura, pellet verò ad cerebrum agitata excrementa, iuuaturque hæc expulſin non leuiter ab incendio cerebri trahentis ad ſe præ nimio calore, quæ expultrix partis mittentis ad illud erronèe mittit, ſicque eſſe docuit, quod acutè febricitans vxor Dealeis, moleſtiam ſitis non percipiebat, vt potum ſolo conſilio, & verbis coacta ſumeret, & pauciſſimum tunc, & volebat Phrygius, vt vncias quatuor mannæ deglutiret diſſolutas in decocto ſeminum citri, & abſinthij, vt amara potio fieret, vt ſic deglutiretur auidius; melius Euſtachius dicendu, delirantes in pauco medicamento decipiendos eſſe, ſollicitanda ergo erat aluus clyſteribus, ſuppoſitoriis, & laxante ventris inferioris vnctione, & interdum expurgantibus clyſteribus, vt nuper docebam.

Mercurialis tranſacta decima quarta expurgationem ſeligentem conſulit, etiamſi coctio materiæ non detur, dat verò helleborum nigrum, quem ita Hippocrates præparatum, cicuratumque habebat, vt ſuauiſſimè, blandè, & ſecurè expurgaret, quo *libro tertio de fracturis, text.*98. expurgare conſulit, & mollem helleborum vocat, Mercurialis doctrina ſequitur Celſi conſilium, melius nimitum eſſe aliquid cum periculo tentare, quam ægrum deſperatum relinquere, quod conſilium locum proprium habet in morbis quorum materia incoctilis iam putatur, & morbi victoria certior, quàm naturæ apparere incipit, nondum tamen vires ita effœminatæ ſunt, vt adiutæ ab arte, aliqua victoriæ ſpes dari poſſit, quod & Argenterius conſuluit, quando in morbis acutis coctio materiæ nondum apparet, & præterierunt dies quatuordecim, terminus legitimus acutorum ſimpliciter, vocareque poſſunt Hippocratem huius præcepti authorem, libro de medicamentis purgantibus, dicentem, *quicumque igitur à febribus fortibus corripiuntur, his medicamenta purgatoria dare non oportet, donec remiſerit febris, ſint minus ſaltem non intra dies quatuordecim*: videtur ergo purgationem poſt quatuordecimum permittere, etſi non remiſerint febres, timendo morbi victoriam, per materiæ incoctibilitatem, ſic habet locum aphoriſmus 19. ſect. 2. *Acutorum morborum non ſunt omnino certa prænuntiationes ſalutis, aut mortis*; rationem reddit Galenus dicendo, *cum aliquando quamvis raro contingat Medicum optimum aberrare, & fit propter ſubitam in indicatione permutationem, quæ naturam humorum ſequitur morbificorum, & quia nonnunquam humor noxius ex vno loco transfertur ad alterum, conſtat verò medicamenta noſtra ſecuriſſima eſſe, & ſuo modo critica, quia humores noxios ex vno loco ad alium transferunt, videlicet inteſtina, à quibus extra corpus pelluntur.* Quid obeſſe poteſt, dixit Argenterius, dare caſiam, aut mannam,

vel alia huius generis ſecura, & leuia medicamenta, inter quæ ſingulare eſt tamarindorum caro, cum lactis ſero, aut ſyrupus regius cum medullæ tamarindorum & florum cordialium decocto.

Cordis, & cerebri ſumma ſollicitudo tequiritur in phreneride melancholiæ adiuncta, in melancholia enim cor vehementer patitur, ſimul cum cerebro, & in phrenitide etiam, propter delirium, & febrem acutam, hæc enim, cor, vt delirium cerebrum periculosè affectum eſſe ſignificat, cerebrum humectationem in noſtro caſu requirit, quoniam melancholia, & phrenetis paſſiones ſicciſſimæ ſunt, & febre phrenetidis ſiccatur etiam, vnde non ſolum deliria ſed peruigilium ſiccans etiam creantur, & contabeſcit æger, vt hæc infirma, cuius cutis propter extremam ariditatem, tenſa, & dura percipiebatur, vt ſuſpicari poſſimus febrem illam ex colliquantibus occultè fuiſſe, quæ colliquationis ſpecies euenit corporibus ſiccatis ante febris aduentum, vt decimo methodi cap. vltimo Galenus docuit, & ſi triſtitia ſiccat oſſa, vt hæc magno mærore febricitauit, præceſſit febrem ſiccitas morboſa, pinguedine, & carnibus abſumptis, præ inſolente triſtitia ex occaſione. Erant ergo imperanda pedilabia ſanguinem, & corpus humectantia, & conciliantia ſomnum, ſpina tota inungenda, oleo violaceo, amygdalino dulci recenti, aut irrigabitur lacte ex vberibus cadente ſupra ſpinam, aut hydrælæo, ex oleo dulciſſimo tepido, & non ſine ratione dubitari poterat, ſi balneum aquæ dulcis vtile eſſe poterat in hoc caſu, vt ſiccitas tanta moderaretur, dormiret, delitia tepeſcerent, & irritationes ex excrementis mordacibus ortæ, balneum indicabant, vt vrgeret magis tabida diſpoſitio ad conſulendum balneum, quàm febris putrida ad illud dehortandum, quæ ſi ex vſtione (vt reor) creabatur, non leuiter illud hortabatur, quia vt ſæpè inſinuaui, febres ex vſtione attemperatione magis, quàm concoctione emendantur, imò attemperatio vt coquatur materia, neceſſariiſſima eſt, & in morbo huius hiſtoriæ magnum locum habet, & ſic meritò à medicis cogebatur bibere, non ignorantibus viſcerum vſtionem ſub febre tepida exterius, & robur ægrotantis, hoc auxilium toleraret cum ſummo leuamine, & fortaſſis tanta attemperatione, & auxilio ſaluaretur mulier illa ſi phrenitica paſſio ex inflammatione vera tumoroſa non pendebat, & non creari indicabatur ex mutabilitate deliriorum ex melancholia, & ſanguine originata, lachrymabatur enim & denuo ridebat, & quia pulſus durus non erat, medicus doctus deducere tenebatur, nam ſi vera inflammatio daretur, balneum non conuenire certum eſt, in febre verò ex vſtione, affectui tam melancholico implicata, & tam ſicco, velut in re deſperata tentari commodè poteſt, præcipuè in delirante omne genus attemperationis internæ recuſante, vt erat hæc mulier, quæ tam vſta, & exſiccata ſitis moleſtiam non ſentiens potum niſi admonita non ſumebat, & tunc pauciſſimum, & ſic colliquata, & tabida debitum ſoluit, niſi remedium Fonſecæ quo febres vſtiuas eradicabat, ſatis tibi eſſe videbatur, & eſt hoc, olei roſ. lactis muliebris, ſucci cucurbitæ, lactucæ, & endiuiæ, ana partes æquales, miſce, & hoc linimento, vngantur partes ſqualidæ. Quo linimento Rodericus à Caſtro vngebat dorſum, lumbos, plantas manuum, & pedum, & corpus totum præter caput, & regionem ventriculi, à cuius vnctione contineatur patiens in lecto, quia ſæpè eueniunt ſudores, quorum cauſa eſt robur naturæ à frigore extirpante affectum ſqualidum. Quo ſolo remedio dicit à grauiſſimis, & moleſtiſſimis ardoribus, breui ſpatio multos liberaſſe, quibus alia auxilia irrita fuerunt.

Balneum aquæ dulcis in phrenetide conſului, & fuit expreſſa Traliani doctrina dicendo; *Qui autem febricitantes, eos non lauant, maxime offendunt, nam ægri vigiliis magis torquentur balnei abſtinentia, & magis turbantur animo, ego addo, & tentantur conuulſionibus, & ſiccitate neruorum, & tabidi pereunt, eſtque remedium ſalubre, quia ad cutem trahit potenter*, & ſic eſt reuulſorium auxilium, nam ſi vt Galenus teſtatur *1. ad Glaucanem*, bilioſas diarrhæas efficaciter tollit reuellendo ad cutem, & euacuando per illam, impediet etiam ne in cerebrum humores ferantur, & acrimoniam bilis mitigando, quieſcet expultrix irritata minus.

Topicum remedium eſt in delirantibus grauiter, ſecare venam frontis, aut narium venas internas aperire, has laudat Riuerius, illas Phrygius, aduertens non eſſe ſecandas quando cerebrum per conſenſum patitur, ſunt (inquit) qui vrgente delirio venam frontis ſecant, medicamentum vtile tempeſtiuè adhibitum, ſcilicet euacuato benè corpore, & non delata materia ab infernis partibus, quia tunc plus attrahimus; Quibus docet non licere venam frontis ſecare, niſi in phrenetide propria, & primaria, non quando cerebrum per conſenſum grauiter delirat, quia tunc plus trahitur, quàm euacuetur, doctrina quidem perniciosa, & falſa, quia ſi quod cerebrum recepit, periculum mortis afferre poterit, ſecanda vena frontis eſt, quomodocúmque pars mittens, aut totum ſe habeat, ratio eſt quia directè euacuatur, quod vrget, & præſentaneum periculum trahit, & falſum eſt, quod ſemper trahatur plus quam euacuetur à cerebro, quia quod ſupereſt mittendum, poteſt eſſe minus, quàm illud quod euacuatur, & necat, nec ſi multum ſuperſit mittendum impediet venam frontis ſecare, ſi vrgeat quod cerebrum poſſidet, quia pars mittens, non pellit perpetuo, & continentur, ſed quando grauatur, & deprauatur portio mittenda, ad nouam acceſſionem cauſandam, vt in omnibus febribus repetentibus conſtat, in quarum declinatione, non mittit febrium origo, alioqui non declinaret, ergo tunc euacuabitur, quia partem lædit ſine noua tranſmiſſione, quia vt inſinuaui, pars mittens, non mittit, quia recipiens inaniatur, ſed quia grauatur copia, & corruptela, quæ non adſunt quando occaſiones declinant, ſed quando repetunt nouæ acceſſiones. Qua doctrina non omninò probatur à Galeno adducta *lib. 13. methodi capit. 18.* iis verbis; eadem ratione neque in cerebro, & eius membranis, cucurbitulis in morbi initio vtemur, vbi non influit adhuc quicquam, & totum corpus prius eſt euacuatum, nam vt docui, ſæpè vrget inflammatio partis principis, vt neceſſe ſit euacuare à parte quod periculum affert, antequam totum exquiſitè euacuatum ſit, & fluit adhuc aliquid ad locum affectum, & fuit expreſſa Galeni doctrina *6. epid. ſect. 2. text. 8.* non eſſe perpetuò inſiſtendum reuulſoriis auxiliis, ſed euacuando humores, qui ſunt ad partem prius illati, partem à dolore vindicabimus, & facilius, deindè per reuulſoria remedia aſſequemur intentum, & quod de dolore trahente docet, intelligo etiam de incendio partis affectæ, quo ſemper vocat ad ſe ſuperuacuos humores, nam in phreneticis tractio per dolorem locum non habet, quia non ſentiunt, incendium verò attractorium, magnum, & potens eſt, præcipuè ſi eryſipelaceum apoſtema ſit, aut atrabiliarium, quod vt ſiccum, & calidum trahitur validiſſimè, ex quo deduces, quod ſi ob dolorem aſſiduè trahentem, licet à parte euacuate, vt deinceps reuulſoriis auxiliis fluxio ſedetur, idem cogamur efficere, quando impactum in parte, non ſolum incendio inceſſanter trahit, ſed iam vita periclitatur; randem quod per ſe, & primariò eſt vtile, & neceſſarium, non eſt omittendum propter illud quod per accidens ſequitur,

cum

ſtim eo ipſo poteris non ſuccedere, nec deficit modus, quo impediri poſſit ille ſecundarius effectus, & nullo modo neceſſarius, etſi paſſibilis, aut ſi quando ſecatur vena frontis, aut narium ſeeluditur, cucurbitis multis ſopra hypocondria, & crura, aliaſque partes fluxum timendum detineas, & ligaturis, & frictionibus, idem tentabis, ſic vrgenti occurras altero non neglecto.

Indicationes conciliandi ſomnum, & ſuccorrendi cordi, & partibus aliis principalibus læſis, clariſſimæ ſunt, & auxilia ſimiliter, ſicut & artempetantia, & cordialia in febribus melancholicis, & ſi iam tabidæ appareant: laudatur nimis lac perlarum orientalium in aquis bugloſſæ, lupulorum, borraginis, carduimariæ, oxalidis, condrilæ, & cardui benedicti, & ſi flatus moleſtent, meliſſæ, quæ cardiaca, & capitalis cenſetur, ex quibus exteriùs etiam cordi ſuccurres, ſi diluantur in illis confectiones cardiacæ, quæ epithemata cauenda ſunt in fœminis, quibus bene odorantia, vterum irritant, & hiſtericæ fiunt cum ſummo periculo, quorum loco conſueui pomum dulce redolens in vino albo generoſo, & aqua meliſſæ coquere, & bene piſtatum puluere croci ſeminatum cordis regioni applicare, & ſi maligna qualitas detur theriacam cum ſucco acido citri applico, aut ſolo oleo mathioli.

Explicandum ſupereſt cur reſpirabat magnè, & rarè, & rurſus fiebat breui ſpira parua, & rara erat reſpiratio.

Hiſtoria vltima ſectionis tertiæ.

Adoleſcens Milibea ex nimio potu, & venere dia calefactus decubuit, horrebat, & erat faſtidioſus, inſomnis, nec ſitiebat, aluus primo die multa ſtercora deiecit cum multa effuſione; ſequentibus diebus multa diluta bilem referentia, vrinæ tenues, pauca, decolores, ſpiritus rarus, & magnus per interuallum hypocondrij contenſio ſubmollis, ex vtriſque oblonga, perpetua cordis palpitatio, vrinam oleoſam reddidit: Decimo deliràuit modicè, modeſtúſque, & taciturnus erat, cutis arida, & diſtenta; deiectiones, vel multæ, & tenues, vel bilioſa, & pingues. Quatuordecimo delirauit, cuncta exacerbata ſunt, multum delirauit, vigeſimo inſaniuit, ſeſe iactauit, nullam vrinam reddidit, modicum potionis continebat; vigeſimo-quarto obiit Phrenitis.

ADOLESCENTIA media inter puberem ætatem, & vigorem conſiſtentiæ, cuius temperies calida, & humida, & ſaluberrima eſt, veri temperaturæ correſpondens, & vt hoc eſt ſaluberrimum, ita, & illa, quo fit, vt ſicut ver ſi ſuam temperaturam ſeruet, ignoret morbos creare, & inde corpora robuſtiſſima ſeruet, ſic adoleſcentia ex ſe ſecuriſſima eſt, & corpora firmiſſima, & ſaniſſima tenet, ergo vt ver, ſi morbos creat, eſt ex accidenti, corpora per purgando cacochima, vt doctiſſimè 3. *aph.* text. 1. Galenus docuit, ſic adoleſcentia ex accidenti patitur, occaſio eſt error inſignis in rebus non naturalibus, leues enim errores ob concoctricis vim, & inſignem reſolutionem contem-

A nit, & ſuperat, & inde fit, vt periculosè adoleſcentes ægrotent, quia (vt docui) à ſolis magnis erroribus ſuperantur, vt huic adoleſcenti euenit ex nimio potu, & venere. Eſt potus nimius vini pernicioſus; & exitialior veneris nimietas, vt antea docuimus. Potum nimium dicit Galenus hoc loco cerebrum, & neruos lædere: modum ledendi tacuit; eſt verò multiplex, nam ſanguinem inconſtantem reddit, ob ſuperfluam fluxibilitatem ex partibus igneis in multo humore incluſis mercurium æmulans, & vt hoc neruos tentans, & homines tremulos faciens, ſicque fluxionibus aſſiduis moleſtat, eſt in vino (vt antea inſinuaui) aquæ portionis magna copia, quam partes igneæ ſulphureæ, & volatiles in neruos intromittere cogunt; B ſicque replentur humore multo aqueo, & ſeroſo vſque ad intima, & cùm ſerum incoctile ſit, nec in membra poſſit mutari, permanet, ſemper lædendo; ob quod *deterior eſt repletio potus, quàm cibi*, hic enim conuertibilis eſt in partes viuentes, ſicque vtilis fit, potus verò minimè; alia noxa eſt crudos ſuccos creari; & ſanguinem ineptum commutationi reddere, quia adhærentiam tollit idoneam, ſine qua cibus ſemper diminutè coquitur, & conſiſtentia, & ſoliditate naturali priuatus, partes laxæ creantur, albicantes, inflatæ, & ædematoſæ, velut carnes polypotum, & leucitorum, vt 3. *de cauſ. ſymptomatum* docuit Galenus, ſic malus corporis habitus naſcitur, & omnes actiones effœminantur, quia laxitas omnibus incommodat; vt C naturalibus agentibus raritas, huic inexcuſabili infortunio, ex ſuperflua potatione, ſi addatur quod venus inſolens, & plus vires eneruans, neceſſariò machinatur; quia *ens robuſtiſſimum à corpore euacuat*; vt Hippocrates notat, miraculum erit non periclitari infirmantes ex nimia potu, & venere, quia repleti multis, & incoctis, cùm manifeſta omnium virtutum effœminatione, & inſigni languore, vt prodigium videatur potuiſſe hunc adoleſcentem tantum morbum, & tam acutum tandiu tolerare, præſertim cum ante inuaſionem morbi tam acuti, lentè febricitaſſet, tempore multo, & iam facto debili; & indicarunt horrores, & anxietates à morbi initio, illi enim à facultate debiliori quam rigores creantur, & anxietates ab ichoroſis, D & medicatis humiditatibus in ore ventriculi impactis, ſymptoma malignum & graue, & vigiles ægros reddens, & lædens velut ſi cor pateretur, ſolentque illæ humiditates tam prauæ ſitim moderari, etiamſi ventriculum afficiant, quoniam ſeroſæ ſunt, & laxantes ob ſuperfluam humiditatem, à qua nunquam ſpoliantur, nec poſſunt per putredinem, imò aucta humiditate, vda putredo, & mucida inducitur, ſitim impediens, quia corrugationem ad ſitim excitandam impediunt, & hæ peſtilentes, & mucidæ humiditates, & putridæ ſunt, quæ non ſolum obiectum famis, & ſitis obſcurant, ſed ſimul abominationem ciborum cauſantes, tam deſperatè lædunt, vt teſtentur infirmi velle magis mori, quam comedere, vt de peſte illa Galenus E narrauit 3. *epid. ſect.* 3. *text.* 58. in qua plurimi elegerunt mori, priuſquam aliquid ingererent & fuit velut ſymptoma eſſentiale illius peſtis ciborum abominatio, vt Galenus, & nos docuimus alimentum fuiſſe illius alexipharmacum, quia omnes viriliter comedentes liberabantur.

Ex quibus deduces, duplex ſymptoma oppreſſiſſe vnum in actione ablata, quia penitus ciborum appetentia defecit, aliud in deprauata, ciborum nempe abominatio, fugientes cibi ſumptionem, velut ſi venefica fuiſſet, & mors amabilior quam illa: pendet vtrumque ſymptoma à cauſa duplici, inappetentia quidem, à ſuperexcedente humiditate corrugationem, & ſuctum penitus deſtruente, ſine qua in communi opinione ſenſus famis non datur, abominatio verò

oriebatur ex maligna putredine, & fœtida, quam ventriculus per ſubordinationem cum olfactu ita abominatur, vt ſtatim nauſeet, & nauſeatiua commotione vapor malignus, & fœtidus ſuſcitat de nouo, & ſic alteratio creſcit, & odium ciborum, quæ ſi teneas, inuenies etiam rationem, cur nominato ſolum alimento, nauſeet ſtatim qui cibos abominatur, triſtatur enim vehementer audito alimento ſi conſulatur illius deglutio, aut illa conſiderata, velut res à qua inſigniter commouetur, ſicque ex animi paſſione commouetur materia maligna, & de nouo alterando, nauſeam mouet, quam vehementius concitat ſi violenter procuret cibum deglutire, quia iam actu contendit ſuſcipere obiectum abominatum, ob dicta hic adoleſcens decumbens ex immoderato potu, & inſolente concubitu, horruit, anxius erat, vigilabat, & carebat ſiti, & multa ſtercora ab aluo prodierunt, cum multa effuſione, & biliosa multa, & aquea ſimul excreta ſequentibus diebus fuerunt; nam ſub multa venere, & potu immoderato neceſſe erat primam regionem crudis, & ſeroſis, bilioſiſque repleri, præſertim ſi vinum (vt ſolent venerei) merum ſumebatur, vt luxuria creſceret, aut minus dilutum, nam vt nuper docui, in multo mero bibitur etiam aqua multa incommutabilia, & pars vinoſa in bilem vertitur, non ſolum ex ſe velut materia tam apta vt in bilem vertatur in temperato corpore, & multo certiùs à violento calore concubitus, & tam crebro reiterato, nunquam enim ſine totius æſtuatione hymæneum celebratur, merito ergo erant vrinæ tenues, & paucæ, & decolores, ſi multitudo crudorum, & bilioſorum euacuatio per aluum aderat, & largior diarrhœa lotium ſemper diminuit.

Spiritum magnum, & rarum inſipientiam innuere, publicum eſt in doctrina Hippocratis, & omnium, intelliges verò raritatem in quiete interna eſſe quæ principaliter deſipientiam ſignificat, quia in acutis febribus, & æſtuoſis, incendium cordis vrget ſemper magis, & cum attemperatio fiat tractione aëris frigidi, & hæc retardetur plus ſi in quiete interna thorax detineatur, conſtat detineri, quia delirium ſenſationem incendij obſcurat, vt omnem aliam moleſtiam, & ſi in vigore acceſſionum id eueniat, fortius delirium ſignificabitur, minus verò in acceſſionum initio, in quo oppreſſio fuliginum vrget plus quam in aliis temporibus; verùm ſi conſideres, quod in quiete externa laboret magis thorax, & ſit moleſtior detenſio in illa quiete, vt experimentum docet, ſignificabitur deſipientia fortiter, ſi in quiete externa detineatur, nimia, & vrgentiua ſi in declinatione acceſſionum, quia in illa calor moderatior eſt, & ratione illius minus detineri debebat, ſi vera eſt (vt cenſeo) opinio docentium, quod quietes in pulſu, & reſpiratione, ſint ob eoſdem fines cum motibus antecedentibus illis: ne tamen ignores, quod reſpiratio magna, & rara datur ſæpè ante deſipientiam, quia ſæpè ante illam datur contemplatio attenta obiectorum, circa quæ delirium futurum eſt, túncque reſpirant ægri magnè, & rarè neceſſariò, vt ſoleat hic modus reſpirandi eſſe ſignum certiſſimum venturi delirij, & proximè, quod in acutis paſſionibus ſollicitè contemplari ſoleo, & præſagiendo delirium venturum, quæ ad animam pertinent, celeriter diſponere præcipio, vt debeat Medicus Chriſtianus omnia ſigna delirium venturum pollicentia, tenere ſemper præſentia, ne ante confeſſionem peccatorum, & alia requiſita phrenitis prehendat.

Habuit hypochondrij diſtenſionem ſubmollem vtrinque, & oblongam, per quam Galenus *lib. 2. de difficultate reſpirandi, capit. 8.* intellexit, illum inteſtini tumorem, nec magnum, nec durum nimis, ſed ſubmollem, hoc eſt, duritiei moderatæ non pro-

A priæ, ſed tenſionis eiuſdem ob flatus incluſos cum irrigatione ſeroſæ, & humidæ ſubſtantiæ quæ ob crapulam abundabat, vt obſtaret, ne à flatibus ileon diſrumperetur, & dolore moleſtaretur, ſicque diſtenſio erat ſubmollis internè. Mercurialis Valleſium ſugillans, cenſet muſculos eſſe affectos ob longitudinem tumoris, quæ muſculorum figura proprior eſt, & non fuiſſe veram inflammationem, conſtat, quia nullius doloris fecit mentionem Hippocrates, ſed muſculos affectos non fuiſſe ex Galeni expoſitione conſtat, non ſolùm ex loco citato, ſed ex declaratione huius hiſtoriæ, dicendo, & de ſubmolli hypochondrij diſtenſione, quod illam intelligat abſque tumore, quæ fit quidem muſculis non patientibus, (hic locus legatur in tranſlatione Muſæ) ſed in

B affectione aliqua interiorum partium peritonæi permanentibus; illud certum eſt, quod in venereis, & prauo victu vtentibus, dentur ſemper obſtructiones paulatim congeſtæ in prima regione, & ſubmolles diſtenſiones creare ſolent ob copiam crudorum emollientium neceſſariò, & remorantium duritiem creandam à melancholicis, & bilioſa excrementis cum crudis permixtis, & ſunt ſæpè hæc excrementa mortis frequentiſſima occaſio, quia ignorant Medici acutis morbis occurrere alio modo, quam ſtatim venam, & pluries ſecando, quo fit, vt intrò trahantur excrementa primæ regionis, quorum commotio ſemper maligna fuit, & ad proportionem ſan-

C guinis extracti maligniora fiunt, quia ventriculus debilior redditus ſuperare non poteſt eorum prauitatem, & ſuperatus ab eis ægri periclitantur. Eſt tamen celebris *text. 4. epid. num.* 107. in tranſlatione Valleſij de ſubmolli diſtenſione hypochondrij dextri, ex qua phreniridem præſagit Hippocratea, verba ſunt; *Quibus in dextris ſubmollis extenſio phreniticis ſi non ſoluatur, febre deſinente*: clariùs Foëſius ſic. *Quibus dextra parte aliquantulum mollis diſtenſio ſit, phrenitici euadunt, niſi febre deſinente ſoluatur.*

Cordis palpitatio (vt putat Valleſius) creata fuit ab excrementis collectis intra pericardium, cuius veritatis nullam rationem reddidit, nec potuit reuera,

D quia cauſa illa ſubito creari non poteſt, nec eſſe poteſt ſymptoma morbi acuti, vt erat in hac hiſtoria, meritóque putarunt Mercurialis, & Phrygius, per cordis palpitationem eſſe intelligendam motionem arteriæ magnæ ſub ventriculo vehementer pulſantis, qui motus in acutis morbis, & non ſine periculo, percipitur à Medico explorante vt debet, qualis ſit hypochondriorum diſpoſitio, ſi & præſagare, & mederi rectè deſiderat, de quo ſymptomate ſic in *Prognoſticis* ſcripſit Hippocrates, *ſi autem pulſus inſit in hypochondrio, tumultum ſignificat, aut delirium*, vt huic adoleſcenti euenit. Contingit etiam cor per acutas paſſiones, & calidas palpitare, & grauiſſimè, & moleſtè, non ſolum ob calorem intenſum, ſed præci-

E puè quando cum calore, moleſtatur, etiam à flatibus craſſis, obſtruentibus, aut replentibus cordis ventriculos, ſiniſtrum præſertim, nam vt per æſtuoſas febres dilatatur nimis, vt tractio aëris refrigerantis maior fiat, ne ſuffocetur, ſic deſiderat ventriculos liberos, vt aërem attrahendum liberè recipiant, ſunt verò flatus obſtaculum magnum libero, & maiori aëris ingreſſui, quem vt capaciorem faciat facultas vitalis, diſtendit cor, & dilatat vehementer, quod eſt palpitare; eſt enim obligata vitalis facultas motu, & impulſu afferre impedimentum, & corpora dilatationem remorantia, & hæc ſunt quæ ſemper per facultatem fortem obligant, vt ſemper fortiter pulſet, quia ſemper dantur quæ obſtent, ob idque fortis facultas ſemper tenetur fortiter pulſare, vt

Digitized by Google

vt differentia propria ſollus facultatis robuſtæ, & vt flatus impediunt, vt replent locum, in quâm aër ingrediendus eſt, facultatem obligant, vt cor magis dilatet, quam vſus poſtulet, & ſimul, vt velocius, & magis comprimatur, ſicque palpitat.

Hinc ſi acutiùs ſpeculatus fueris, inuenies, flatus incluſos, & cordis ſinus occupantes, fuliginum, & caloris intenſi fines augere, quia vt fuligines, corporaturâ ſuffocant, & vt locum aëris ingrediendi occupant, dilatationem maiorem celebrare cogunt, vt cogit calor intenſior, tam validéque interdum cor dilatatur dum palpitat, vt non ſolum ſonus internus exterius audiatur, ſed & coſtam frangere viſum ſit, vt Fernelius, & noſter Vega teſtantur, ſic flatus in corde occidunt, & cogunt, vt compreſſionis, & dilatationis fines vehementer vrgeotes, vtrumque motum maximum, velociſſimum, & ſine quietibus anxiè celebrare, & ſi acutiùs diſcurrere cupias, probabiliter argues, fuligines craſſas vtrumque motum, vt flatus expoſcere maiorem, rationibus iam dictis, quæ leues non ſunt.

Hæc dicta ſi de vera cordis palpitatione ſit ſermo, orta à motu illius, & vitali facultate, non à ſolo flatu, vt in aliis partibus motu proprio carentibus Galenus docuit, & à ſolo morbo pendere, non à natura, falsò ſuſtinuit, vt contra illum *capite* proprio de palpitatione Magiſter meus docuit, dubitat verò Mercurialis de hoc tam vehementi, & veloci motu cordis, quando palpitat, ſi ſit poſſibilis cum reſpiratione magna, & rara, quam hic adoleſcens per interualla habuit, dubiúmque vt proprium, & Galeno derelictum, & tanquam nouum, & magnum exagerat, ratio dubij eſt, quia finis cordis auctus, vt mutat pulſum, debet etiam reſpirationem in ſimiles differentias mutare, vndè ſi in palpitatione tam crebrò vt docui mouetur, ob finium vrgentiam, implicabit rarè reſpirare, nam de magnitudine quæſtio non eſt, cum in vtroque caſu inueniatur, nec ſibi ſatisfacit ſi aliquis reſpondeat, vinci à delirio neceſſitatem illam crebritatis maioris; nam palpitatio eſt affectus vehementiſſimus, ita vt nonnunquam ſtatim ſtrangulet, ſed dubium facilè ſoluitur, quia reſpiratio illa non fuit continua, ſed per tempus, in quo potuit palpitatio non ita vrgere, vt vinci à delirio non poſſit, quia finis auctus in corde, non mutat æqualiter reſpirationem cum pulſu; quod deduces, ex ſacrariis Hippocratis 1. *progn.* iis verbis. *Bonam autem reſpirationem exiſtimare oportet valde magnam habere ad ſalutem in omnibus morbis acutis qui cum febribus ſunt, & in quadraginta diebus iudicantur.* Galenus verò per bonam reſpirationem intelligit naturalem, eſt ergo in reſpiratione naturalitas, quando in pulſu magna peruerſio datur, vt datur reuera in omni febre acuta.

De vrinis oleoſis ſæpe dictum eſt peſſimum ſignum eſſe, præſertim quando morbus acutus coqui iam deberet, eſt enim ſignum corruptionis malignæ carnis, & pinguedinis, & calor qui carnes tam firmas, & viuenti tam proprias diſſoluit, & liquat, non coagmentabit, nec coquet cibum ad virium inſtaurationem ſuſceptum, ſed potius corrumpet, liquabitque, deficiétque idonea materia ſpirituum creationi, & agens etiam ob tantam caloris præternaturalitatem, ignoróque cur vrinæ oleoſæ inter ſigna coctioni repugnantia repoſitæ hactenus non ſint, & ex parte agentis, & materiæ, & quia quælibet ſubſtantia ex nobis liquata fœtida, & corruptiſſima eſt, & reliquis ſuccis permixta, illos inquinat, & inficit, & cùm omne oleoſum ſit tam inflammabile, & ſuo modo ardeat ad pinguitudinem, diſponitur grauiſſimè tota ſanguinaria maſſa vt ardeat, quod intelliges

A quando corpus liquatur, non quando renes ſolum vt conſtat ex hiſtoria præſenti, non enim vrinas ſolum pingues excreuit, ſed deiectiones etiam ob vniuerſalem carnium, & pinguedinis liquationem, quæ non dubiè voraciſſima fuit omnium vtilium humiditatum, tam publicè ariditas cutis diuulgauit tam breui introducta. illud verò fallaciſſimum colliquatio vniuerſalis ſortitur, quod prius emollit, & laxat, & deinde indurat, vt docuit Hippocrates his verbis: *omnis extenuatio laxat cutem, deindè circumtenditur & refectio contraria facit*, potuerunt verò deiectiones eſſe pingues, & pallidæ ab eadem cauſa, pinguedine nimirum corrupta, & putrida, nam quod antiquitas cauſat in pinguedine, & axungiis pallidas reddendo, poterit efficere calor febrilis, & cenſeo ſic eſſe
B intelligendum Hippocratem cùm diſtinctione narrando deiectiones, dicendo, *deiectiones multæ, & tenues, vel billioſæ pingues*, multæ enim, & tenues ex pinguedine liquata, erant impoſſibiles ob multitudinem, & tenuitatem; pingues verò billioſæ poſſibiles ſunt, præſertim quando antiqua pinguedo liquatur, & calor eſt fortis non ſolum liquans, ſed etiam corrumpens, raróque datur cordis palpitatio ob ſummum incendium illius ſine colliquatione totius, deliriis, & magno mortis periculo, nam calor intenſior illo cum quo cor palpitare cogitur, ſine ſyncope, & graui mortis periculo excogitari non poteſt, & ſi vir ille colliquabatur, & aluus lubrica erat, & euomebat potum ſi non erat leuiſſimus, & delirabat rationabiliter
C ad mortis extremum perueniens ſuppreſſum fuit lotium, & nihil mingebat, aut à craſſa colliquatione obſtructis renibus, aut vreteris, aut quia ob mentis alienationem moleſtiam non ſentiens vrinæ, illam continebat.

Curatio morbi adoleſcentis Melibeæ.

Complicatio diarrhϾ cum acuta febre incipiens, eſt quæ Medicos torquet, & conſilij interdum inopes reddit circa deliberationem ſectionis venæ, quidam audaciores videntur, vt Mercurialis, & Phrygius, venámque ſecarit in morbo hiſtoriæ, in quo oculariores eſſe deberent, quia præter
D dictam complicationem, datur alia ex inordinata victus ratione bifariam cruditates creante, & billioſa excrementa, fuit verò venus inſolens, & vini immodicus potus, quorum exuperantia obiectum fuit inſuperabile coctricis, etiamſi in ſuo robore ſeruaretur, quod eſt impoſſibile, non enim ſolum debilitatur ab inſuperabili obiecto tam crebrè reiterato, ſed maximè ab exceſſiua venere, quam hìc Galenus viréſomnes exoluere dicit, & in hiſtoria Pythionis ſcripſit, *Venus quidem quanquam ex vacuatione non ſinat plethoram ſubtrahi ſtomachum tamen abundè exoluit*, & nihilominus quamuis venus ſit vacuatoria fatetur virum hiſtoriæ incidiſſe onuſtum praua multitudine, non enim eſt neceſſe vt tantum, aut plus euacuet, quantum ex exceſſiuo potu, & cibo ſuperexcedit, verum à ni-
E mia venere omnia confundi in corpore Galenus ſignificauit dicendo, quod *robur ventriculi abundè exoluit*, quo diſſoluto, & malè coquendo omnia confundi in corpore retulit 6. *epid. ſect.* 3. *text.* 5. verba ſunt. *Segnities autem intelligimus ventris circa cibos concoquendos infirmitatem, quæ omnium affectuum corporis cauſa eſt.* Magnæ ergo conſiderationis eſt, debilitas orta ex læſa coctrice ventriculi, omnes enim partes vitioſo, & incocto alimento imbuuntur, vt in omni corporis regione cacochymia maligna ſeminata, liquatio vniuerſalis fatigat, ſiccatur corpus, & tabeſcit, vt huic euenit, quia nec agens, nec materia nutritioni idonea

ſunt, vt docui, quando febris vſtiua totum corpus colliquat, & ventriculus læſus eſt. Ediſces verò ex Hippocrate venerem extremè debilitare, quia ſubſtantiam robuſtiſſimam euacuat, eſt verò ſemen vt docuit ipſe, talia enim eſſe dicent omnia generationis principia, & quæ eis proxima ſunt, vnde oua, & caſeum robuſta appellauit 2. *de diæta*, quia ouum eſt generatio animalis, & caſeus, quid robuſtum habet, quia proximus eſt generationi, ſemen, verò robuſtiſſimum eſſe docuit, & intulit, quia à veneris vſu paucula adeo re emiſſa imbecilles reddimur, *lib.* de genitura in initio, & ſi verum eſt quod docuit Albertus, eſſe neceſſarium, vt quælibet pars ſeminis creetur ex octuaginta partibus ſanguinis, comparans ſemen amilo, facilè intelliges, quam ſingulariter corpus inaniat, & deſtruat, & imbicilliret, intulit verò Albertus tantæ materiæ conſumptionem pro creatione ſeminis, quia *libro* de genitura docuit Hippocrates, *quod ſemen viri prouenit ab omni humido quod in corpore exiſtit*, & ob id in coitu excerni quod robuſtiſſimum eſt, quia excernitur ens ex omni humido vtiliſſimo, ſpirituoſiſſimo, & perfectiſſimo corporis factum.

Hæc trado, vt teneas venereos eſſe ſpoliatos ente tam robuſto, & omni ferè vtili humore partium, quia omnes inaniuntur, vt ſemen effuſum inſtauretur, & inaniuntur, & ſpoliantur à perfectiſſimo humido, & exquiſitè elaborato, & ob id ſollicitè attendas ſi euacuandi ſuor venæ ſectione, neque te pulſus decipiant, etſi robuſti appareant, quia fallaciſſimi ſunt, non quia non ſignificent vt ſe habeat cor, ſed quia non oſtendont ſolidarum partium omnem iacturam, & laborem, quæ magna eſſe poteſt, & cor in conſenſum adductum non eſſe, cum ſit vltimum quod inanitionem ob cauſam communem patitur, vt *lib.* de marcore Galenus docuit, nam ſi eſt radix vitalis virtutis, tardius neceſſario quam reliqua membra læſionem, & defectum illius oſtendet, nos teſtari, poſſumus omnes ferè venereos morbis acutis oppreſſos; extinctos fuiſſe, quibus ſecta fuit vena, vt cenſeam, habeamque expertum, ſecurius, & certiùs curari, qui pulſibus debilioribus infirmantur, quàm qui mediocribus, ſi illis non ſecetur vena, & iſtis ſecetur, etſi ſint robuſtiores, ob dictas rationes, & addo, ventriculum debilem ita effeminari ſanguinis miſſione, vt illius ſola debilitas mortis occaſio eſſe poſſit, ratio eſt, quia nulla pars ad proprium munus tantam fortitudinem petit, vt ille, quia cum tota mole ciborum, & potus, pugnaturus eſt, & tantam copiam diſponere quando viuenti tam diſſimillima eſt vt eſſe poteſt, & ſi huic veritati addas, repaſſionem ſine aliquo vtili illius ab aliis remediis ſuſcipiendam, videbis perſpicuè cur tanto periculo in venereis vena ſecetur, ſub ventriculo debili, & occulta totius corporis conſumptione.

Summa infœlicitas fuit, ne narraret Hippocrates auxilia imperata in morbo tam acuto, & cum relata complicatione tam difficilis reſolutionis, & dubij iudicij. Mercurialis vt videretur aliquid facere, venam non ſecat, ſed cucurbitis ſcarificatis in regione inferiori medetur, Phrygius etſi vt ſolet non timeat cum diarrhœa venam ſecare, & in huius hiſtoriæ enarratione, rationes & authoritatibus ſuadeat ſuam praxim, tandem timuit in hoc infirmo remedium, putauit enim diarrhœam non ex feruore, ſed ex imbecillo ventriculo, & corpore toto originatam fuiſſe, ſicque totus eſt in huius morbi initio in ventriculi roboratione, & firmitudine, qui facto hyrudinibus ſanguinem euacuat, quia in debili virtute ſecurius ſanguis ex partibus infernis extrahitur, nos verò cenſemus in diebus in quibus aluus tam copiosè,

A & cruda euacuabat, non licere ſanguinem mittere, præſertim cum vrinis tenuibus, & crudis, & deiectiones illæ apertè ſignificabant cacochimiam ſeroſam, & crudam, venæ ſectionem dehortantem, præcipuè in venereo, in quo pingue, & ſubſtantificum totius corporis coitu inſolente depopulatum eſt, ſic enim *libro de genitura* ſcriptum eſt; *Sic autem in homine ab humido ſpumeſcente, id quod robuſtiſſimum eſt, ac pinguiſſimum ſecernitur, & ad medullam ſpinalem venit*; inde meritò ſpeciem tabis recenter ſponſos prehendere docuit, ſi quod pinguiſſimum, & robuſtiſſimum eſt venus à corpore euacuat, quod etiam ſuo modo ſectio venæ præſtat, pinguem ſuccum, & vitale calidum effuodens, quis ergo in tanta cruditate venarum, & B primæ regionis, & defectu tam noto ſubſtantifico, & robuſtiſſimorum, venam aperire conſulat, aut aliter ſanguinem mittere, quando tanta refectione eſt opus, & ſpirituum vitalium additione, vt contra ſuccos tam crudos, & prauos pugnantes, mortalis morbi cauſa emendetur, clariùs copiam, cruditatum verſio Feſij expreſſit his verbis: Aluus primo die ſtercora multa demiſit, cum magno humorum affluxu, proximiſque diebus aquæ ſimilia plurima prodiere, vrinas reddidit tenues, paucas, decolores, addo etiam quod diarrhœa illa ſeroſa erat ſecundum rationem, & fuit opus naturæ, quod tenebatur medicus celebrare, ſi à natura non fieret, ſi authore Galeno, humores tenues, & ſeroſi, ſunt ſtatim expurgandi, quia incoctiles ſunt ob C nimiam tenuitatem, & aquoſam naturam, cuius copia motu aſſiduo cordis attracta, fortaſsè tam moleſtæ, & continuæ palpitationis occaſio fuit, nec dubito quod ſeroſæ ſubſtantiæ tam copioſa euacuatio vtiliſſima fuit, ſi non vt ſaluaretur, ſaltem vt periret tardiùs, fuit enim diuturnior morbus quam tanta ſymptomatum grauitas, & praua cacochimia à morbi inuaſione promittebant.

In illis ergo diebus copioſæ diarrhœæ quieſcendum erat à maioribus auxiliis, quoniam medicus non poterat maius beneficium naturæ conferre, quàm euacuare quolibet die tam grandem portionem humoris ſeroſi, & vt ille quieſceret illo diè, ſi præcepto ſuo talis euacuatio fieret, ſic quieſcere debet, D quando natura idem opus, & minori detrimento exequitur, quia ſine remedio naturam alterante, & ſub dubio ſi ſit paratum vt debet, & impediatur à multis occaſionibus in corpore inuentis quotidie, & hoc eſt quod Valleſius docuit, maioris artis eſſe ceſſare à remediis cum expedit, quam facere opportuna, loquitur enim de remediis maioribus, quæ in caſu hiſtoriæ, dum natura abundè per aluum pellebat, & tam crudam materiam occaſione carebant, & ſic ab eis erat ſuperſedendum, & ſola natura roboratione, omni arte inquirenda, & alexipharmacis ſi malignitatis ſuſpicio dabatur, victu idoneo, & ſomni conciliatione longiori, vt tam cruda materia emendaretur, incraſſaretur, & minori impetu flueret, ſicque virtus E inſtauraretur modo poſſibili operandum erat, & in hoc caſu, ſi ſitis moleſta vt ſolet fatigaret, danda erant vrinam mouentia, & ſitim ſimul ſolantia, cum moderata aſtrictione vt interna viſcera firmarentur tantillum, laxata præter modum, voluptate venerea, & tanta ſeri copia madida, & irrigata, ob quam omnes facultates effœminari certiſſimum erat, vt omnes actiones naturalium agentium debiliores ſub laxa, & rara materia fieri, primum principium, & hoc noto, quoniam in tranſlatione Valleſij legitur hunc ægrum ſitibundum fuiſſe, licet omnes aliæ tranſlationes contrarium ſignificent, in hac complicatione diarrhœæ cum febre, ſiti, & deriuatione fluxus per vrinam, & impedire ne natura præcipitetur vſque ad deliquium euacuando, eſt

mihi

mihi familiare decoctum centinodiæ, radicum pentaphili, foliorum ſonchij, florum nenuphatis, radicum, & foliorum fragariæ, & ſantalorum citrinorum, de quo clarificato albuminibus oui, in qualibet doſi, propinabis ℥.vj. aut viij. ſucci granatorum dulceacidorum ℥.j. citoneorum ℥.ß. electarij de gemmis ℈.j. m. reiterabitúrque, vt opus fuerit ad attemperandum, & extinguendam ſitim, & incraſſandam moderatè, eſt ſequenda Auicennæ doctrina, quod coctio in humoribus tenuibus eſt ingroſſatio, quoniam nimia tenuitas coctionem materiæ ſemper remoratur, & humores tam tenues periculoſiſſimi ſunt, ſi ſemel moleſtare incipiant, quia ſunt facilè mobiles, & in quamlibet partem promptè pelluntur, & cùm in vinolentis, & venereis nulla pars cacochimica non detur, omnes periclitantur, quæ debiliores agnoſcuntur, ſunt verò in illis cerebrum, & ventriculus, & genus neruoſum, vt in initio huius hiſtoriæ Galenus docuit, dicendo, *multi quidem potus neruos lædunt, principium quæ ipſorum cerebrum, veneres autem, & hæ quidem valdè contriſtant*, virtutémque tum exoluunt, tum imbecillam reddunt, & ſic tandem vir ſic phreniticus obiit, nec ſatis fuit tam copioſa diarrhea vt phrenitis præcaueretur, ob inſignem debilitatem cerebri recipientis excrementa, quæ per aluum non potuit natura deponere, eſtque mihi probabile cerebri excrementa in illo putredinem paulatim contraxiſſe, & indicauit reſpiratio magna, rara multo antequam deliraret, & quia delirium primum, moleſtum; & leue fuit, & aucta excrementorum vitione in cerebro maniacus obiit, non enim potuit cerebrum ſuam partialem cacochimiam ſuperare, & putrefacta, fuit maior mortis occaſio.

Si in illo ſtatu in quo magna, & rara erat reſpiratio, iam diarrhœa ceſſauerat. dubium eſt quid tunc operandum eſſet; nam cum ſit delirij venturi nuncius tam certus; totus deberet medicus eſſe in præcautione ne phrenitis præhenderet, & ſi vt ego cenſeo, excrementa cerebri erant cauſa illius reſpirationis, & futuræ phreniridis, conſtabántque vires, extra dubium eſt eſſe ſecandam venam cephalicam, & reiterandum remedium, & crebrò, vt virtus poſſet tolerare, ne firmaretur phrenitis, & irremediabilis fieret, vt eſt ſi firmetur, ſi verò totum mittebat ad cerebrum, quod ferè ſemper motus conuulſiui declarant, optimè phrenitis præcauetur ſecando venas inferiores factis in ipſa eductione certis intermiſſionibus, vt plus ad interna ſanguis inclinetur, & minus exoluantur vires, tuncque vtiliter veſicatoria cruribus applicantur, aut fœmoribus, & cucurbitis ſcarificatis raptus impeditur ad ſupera, & ſi in acceſſionum initio, vt ſæpè contingit pellantur humores ad cerebrum, optimum eſt paolò ante inuaſionem cucurbitas affigere, & ſi opus fuerit aliquas in cruribus, aut ſede ſcarificare, & vt ego ſoleo, bis & ter eas reiterare, & ſummè prodeſſe ſolent, vt expurgantes clyſteres, & decocta tamarindorum in declinatione acceſſionum, & ſummo mane aluum ſollicitare, & ſi alicuius momenti tibi videatur, columbas recenter occiſas plantis pedum applicare, & ſtrictè ligare præcipies, vt ex aliorum placito Schenchius aduertit, & antequam refrigerentur alias renouabis; creditur enim virus, & virulentos humores allicere ad ſe, & deducunt ex inſigni fœtore illarum, quando dimouentur ad aliorum renouationem, niſi putes graueolentes apparere ob ſanguinis earum corruptionem, & putredinem ortam à calore pedum, ſunt applicandæ non domibus cicuratæ, ſed campeſtres, hæ enim calidiores, nitroſiores, & potentios attrahentes cenſentur, nunquam verò applicandæ quando pedes in vitæ extremo algidi ſunt, tunc enim

A ob defectum actuationis non reducuntur ad actum, & vtilitate fruſtramur.

Verum ſi cerebrum primaria paſſione afficiatur, aut per conſenſum onuſtum nimis ſit, inaniendum eſt etiam ſecta vena in fronte, aut naribus, & veſicatoriis retro aures, & ſupra venas cephalicas applicitis, & reſoluentibus aliis, & ſi in aliquo decet cucurbitam in ſyncipite ſcarificare, vt docet Galenus, maximè quando medicus certus eſt de propria paſſione cerebri, & quod non deliret per conſenſum, in hoc enim auxilio efficacia inuenitur ad extrahendam materiam cerebrum ita lædentem, præſertim quando hectica phrenitis fieri incipit, quo tempore oxyrrhodina, & infrigidantia pernicioſa ſunt, quia materia B magis impingitur, & viæ occluduntur, erit verò celebre auxilium poſt ſcarificatam cucurbitam, quod ex Penoto tradit Riuerius, ſi aquæ roſarum loco, decoctum ſerpilli, & chamemali imperes, vt eſt moſchi ℨ. ß. camphoræ ℈. j. decocti ſerpilli, & florum chamemali ℥.xx. caſtorei ℈. j. m. & calidum per omnes ſuturas applicetur nunquam permittendo infrigidari, ſi linteo duplicato imbuatur, ſed permutetur crebrò, cranium enim reſolutioni grande obſtaculum eſt, & meo videri non decet ad ſecandam venam in naribus tantum ſpectare, vt communiter fieri video, ſed multo ante, ratio eſt; quia firmata phrenitis raro mortalis non eſt; vnde euacuato corpore celebranda eſt ſectio in naribus, aut in fronte, nam vt dicebat C Galenus 2. *de victus ratione*, *text*. 10. in medela pleuritidis, *nos verò partem eam quæ phlegmone obſidetur, tum celeriter, tum quam cæteras partes magis in acutis morbis præſertim vacuare contendimus*; non enim licet morbum magnum creari in partibus nobilibus, ſed euacuato corpore, illum ſtatim deonerare modo poſſibili.

Si palpitatione cordis intelligendus eſt motus arteriæ magnæ ſub vmbilico pulſantis conſtat incendium illius eſſe cum affectu phlegmonoſo illius, aut magna obſtructione, cui occurrendum eſt attemperantibus, & deobſtruentibus intus, & extra, & hyrudines mariſcis affixæ, & reiteratæ plurimum conferre certum eſt, vt ptiſana in qua radices graminis, fraga- D riæ, cichoriæ, & bugloſſæ incoxerint cum ſerapio de acore citri, limonis, aut aceroſo ſimplici, eritque vtile decoctum relatum cum guttulis olei vitrioli, eſtque veroſimile illam vehementem pulſationem hypochondrij cauſari à tumoribus illius vtrámque partem diſtendentibus, tumores dico obſtructiones vtriúſque lateris magnas, paſſio propriiſſima potatoribus, & venereis, erantque fouendæ decocto melliloti, ſeminis lini, fenugræci radicum, cichoriæ, ſcolopendriæ, & rumicis, in cuius libris duabus addes olei chamemali, violacei ℥. ij. amygd. amararum ℥.j. aceti roſ. ℥.ß.m. à foris vngentur partes vnguento deopilatiuo ſuccorum vtriúſque partis, vt emolliatur quod à decocto illo, & ſerapiis attenuandum, & detergen- E dum eſt, & ſi opus fuerit ſupra tumentes partes cucurbitæ ſcarificabuntur, vt in iecore, & liene obſtructis conſuetum eſt ad extrahendum malignum ex profundo iam viſum, & ferè tophaceum redditum, & cancroſum. Peruigilium verò, & tumultuoſa deliria impedies ſyrupo papaueris, aut laudano opiato, aut pilula communi contra fluxum, eſt optimum ſomniferum ſumere hora dimidia à prandio, aut cœna ſyrupi papaueris ℥. ß m. ſumatur totum ſuperbibendo aquæ frigidæ ciathum, & inter auxilia voluptuoſa, & ſecura ad ſomni conciliationem eſt optimum flabello ex linteo aqua frigida roſacea imbuto, leniter aërem ſupra cerebrum mouere aſſiduè, ſenſus enim mirè ſuſpendit, & ſomnum allicit, incendium cerebri attemperando, & ſtabiles ſpiritus reddendo à frigore ſuauè denſatos,

denſatos, viaſque occludendo per quas ad ſenſoria externa communicantur, ante quod auxilium attemperandum etiam eſt cor, nam ſola reſpiratio maior à cordis incendio neceſſariò experita, ſatis eſt ad impediendam ſomni conciliatiooem, quoniam motus magnus thoracis eſt ſenſibile expergeſaciens validiſſimum, quoniam ſine violenro partium impulſu fieri nequit, quin imò, & ipſum obiectum ſic inſtigana naturam ad reſpirandum, eſt etiam vehemens vigilia, quia moleſtia magna,eſt velur ſuffocationis initium,& inde decet incendium cordis reprimere, vt æger dormiat.

Mitaberis, virum tam ſeroſum nunquam ſudaſſe, per febrem ram acuram, nec in fine morbi ram exitialis,vt communiter fit; cenſeo fuiſſe carnium duriorum,& habitus denſi,quos difficillimè tranſpirare *lib. de alimento*, Hippocrates docuit, & difficulter liberari, & conualeſcere norauit, & ſic colliquantur cohibito calido effluuio,vt huic contigit,etiamſi denſitas carnium ad colliquandum apta non ſit ex ſe, eſt tamen magna occaſio quatenus agens colliquans detinet, conduxit etiam ad defectum ſudoris, diarrhœa illa ram copioſa ſeroſæ ſubſtantiæ, ſicque cutis denſata ob humidi defectum, & arida reddita, ſudori obſtaculum fuit eriam in fine vitæ in quo labor ſolua reſpirationis difficilis ſolet eſſe cauſa ſudoris in fronte; dixit verò Hippocrates ſine ſudore mori, quibus cutis dura, tenſa,& arida eſt. Quibus laxa,cum ſudore perire.

INDEX

HO1 147/480

INDEX
RERVM ET VERBORVM,
Quæ in hoc Tomo Commentariorum in Hippocratem de Morbis popularibus comprehenduntur.

Prior numerus paginam litterâ p. *Secundus columnam litteris* col. *Caracteres verò* A, B, C, D, E, *litteras inter vtramque columnam interiectas indicant.*

A

Abominatio.

ABOMINATIO ciborum, eorúmque inappetentia diuerſa ſunt. p.99.col 1.E.
Abominatio cibi eſt praua & maligna ſuccorum corruptio circa ventriculum, non ſignum mortui ventriculi. pag.99. col.2.A.
Abominatio cibi à qua cauſâ,& quam graue ſymptoma ſit in morbis. fol.207.col.2.E. & ſeqq.

Aborſus.

Aborſus aliquando committitur potiùs ob mali grauitatem,quàm ob ſectiones venæ. p.83.col.1.B.
Aborſus matri eſt periculoſiſſimus, ideóque dum mater morbo corripitur permittenda ſunt aliqua pro ſalute prolis. ibid.C.
Aborſus non ita ſequitur ad ſectionem venæ ex talo quàm ex brachio. ibid.E.& ſeq.

Acceſſio.

Acceſſiones febris malignæ, maligniùs repetunt ſub debiliori virtute, & moleſtiùs ſi febris maligna non ſit. p.2.col.2.A.
Acceſſio quid ſit authore Galeno. p.4.col.1.C.
Acceſſiones fieri diebus paribus quid ſit. ibid.
Acceſſiones febris Cleonactidis dictæ ſunt ab Hippocrate inordinatæ. p.48.col.2.E.
in Acceſſionibus nullum tempus periculoſius datur quàm principia acceſſionum. p.51.col.2 D.
Acceſſiones phreneticæ non repetunt quando vrina alba,& perſpicua apparet. p.91.col.1.A.
Acceſſiones erraticæ oriuntur ob difformes diſpoſitiones morboſas partium internarum. p.130. col.2.B.
Acceſſiones erraticæ etſi ex ſe lethales non ſint,fuerunt tamen cauſa interitus eorum, qui ex acutis febribus, & colliquantibus debiles remanſerunt. ibid.
Acceſſio ſecunda debet eſſe vehementior priori in motu per pares ex acceſſione ſecundi diei orto. p.141. col.2.D.
Acceſſiones febriles fiunt quia ſemper humor mouetur à parte mittente in focum putredinis, vt acceſſiones repetent. p.158.col.1.E.

Acceſſio ſolius pituitæ lethalis eſſe nequit. ibidem col.2.E.

Aciditas.

Aciditas vim habet fermentandi, multúmque confert ad coctionem ciborum. p.193.col.1.D.E.
Aciditas in excrementis abundans & in ſe ipſa conſiſtens cauſat vrinæ ardorem. ibid.col.2.A.

Actio.

Actiones quas natura non eliceret ſi morbus non daretur,non ſunt omnes ſymptomaticæ. p.6.col.1.C.

Adoleſcens,& Adoleſcentia.

Adoleſcentia media inter puberem ætatem,& vigorem conſiſtentiæ veris temperaturæ reſpondet, ſecuriſſima eſt, & corpora ſaniſſima, & firmiſſima ſeruat. p.207.col.1.E.
Adoleſcentia ſi quid patitur ex accidente patitur. ibid.
Adoleſcens Melibeæ, carnis denſiſſimæ, & habitus difficilis fuiſſe cenſetur. p.212.col.2.A.

Æger,& Ægritudo.

Æger quidam vſtiua febre oppreſſus faſſus eſt elementa formaliter in mixto manere. pagin. 23. col.1.D.
Æger quidam ſenex atrabiliarius potu incredibilis quantitatis aquæ ſanatus, cuius nec guttulam ſudore,nec vrina,nec vomitu, nec alio modo reiecit. ibid.E.
an Ægri per febres pereuntes ideò pereunt, quia natura non expellit humores putridos, & malignos ſtatim antequam coquantur. p.44.col.2.B.
Ægri pereuntes cum alui fluxione non periclitantur quia cruda pelluntur,ſed quia non pelluntur omnia quæ putreſcunt,& corrupta ſunt. ibid.
Ægri pereuntes cum diarrhæis ideò pereunt,quia cauſa putrefaciens plus corrumpit quàm poſſit natura commodè expellere. ibid.
Ægri ardente febre pereuntes pereunt ſiccati, ex Hippocrate. p.61.col.1.B.
Ægri qui cum horroribus prauis horrent ſtatim, & faſtidioſi ſunt,exitioſè laborant. p.64.col.1.E.
Æger nullus in vniuerſali declinatione perire poteſt. p.94.col.1.D.
Æger in primo inſultu febris malignæ ictericus fu-

birò factus, & quomodò ab Aothore liberatus. p.97. col.2.B.& ſeqq.
Ægri multi eum vrinis nigris liberati, p.104.col.1.E.
Ægri cum diuerſis euacuationibus mortem effugiunt, etiam quando ſigna mala vrinæ nigræ aſſociantur. p.ibid.
Ægri aut pereunt, aut io ſummo periculo verſantur, à quartana in acutum morbum mutata.p.125.c.1.E.
Æger ſanguineus in prima acceſſione, totus velut ictericus apparuit ex ſanguinis putredine, & quænam fuerit inſtitura medela. pag.132.col.1.C.
Ægri denſioris carnis difficillimè à febribus putridis & malignis liberantur. p.138.col.1.E.
Ægri ſæpè periclitantur in declinatione particulari quando grauia & longiſſima tria priora acceſſionis tempora fuere, & ægrum valdè effæminauerunt. pag.141.col.2.B.
Ægri toto corpore palpitanti muti ſæpè moriuntur. pag.148.col.1.C.
Æger vnicus liberatus à febre ſyncopali ſudore necante. pag.150.col.2.E.
Ægri in victus ratione inculpari cum ſummo periculo expurgantur ſi incidant in caſum hiſtoriæ Calui. pag.154.col.1.D.
Ægros ſitibundos non continere potum vnde proueniat. pag.156.col.2 A.
Æger in exceſſu bilioſus futurus ſtarim pleutiticus expurgandus eſt contra doctrinam Hippocratis, pag.170.col.2.D.
Ægri ex nimio potu & venere ratò non periclitantur. pag.207.col.2.A,

Affectio.

Affectio riſum induens poteſt aliquando eſſe mortalis. pag.14.col.1.B.
Affectiones à ſanguine ortæ non ſunt omnes ſecuræ. ibid.C.
Affectio peſſima eſt in qua pituita & bilis abundant; & deterior in qua dictis excrementis additur aliud, & plus incoctile. p.40.col.1.B.
Affectiones ortæ ex melancholia vſta aut putri, ferè ſemper deſperatæ ſunt. pag.59.col.1.A.
Affectiones in quibus pituita, & bilis prædominantur, peſſimæ à Galeno reputantur. pag.128.col.1.D.

Affectus.

in Affectibus peſtilentibus, & malignis nulla certa indicatio inuenitur, donec experimenta doceant, quæ auxilia malignitatem coërceant. pagin.153. col.1.B.

Agaricus.

Agaricus cur vomitorius & nauſeabundus eſt. p.136. col.2.C.

Alienatio mentis.

Alienatio mentis delirium ferocius quàm in furore ſignificat. pag.151.col.1.D.

Alexipharmaca.

Alexipharmaca propria ſunt ſemivenena, itavt ſi dentur in maiori quantitate quàm requiratur ad ſuperandum venenum, lædunt corpus.p.151.col.2.C.
Alexipharmaca pleuritidis quænam putentur.pag.175. col.2.B.& ſeqq.

Alimentum.

Alimentum cuiuſdam peſtis tempore Galeni fuit alexipharmacum. pag.99.col.2.B.

Anxietas, & Anxietudo.

Anxietudo eſt ſymptoma propriiſſimum excrementorum impetum facientium ex vtero. p.70.col.2.D.
Anxietas vxoris Dromedei fuit perniciosiſſimum ſymptoma, breuiſſimè vires diſſoluens, & ob alia ita fatigans infirmos vt deſperatos reddat. p.73.col.1.D.
Anxietas magna ſectionem venæ dehortatur donec illius cauſæ occurratur. p.73.col.2.C.

Aqua.

Aquæ tepidæ vſus contra ſalſugino ſos & mordaces ſuccos plurimum valet. p.46.col.1.A.B.
Aqua non mouet aluum, io caſu tamen Metonis lubricam eam fecit, cur hoc ita contigerit. pag.54. col.1.D E. & ſeqq.
Aqua à calore febrili vt frigida remittitur; non tamen vt humida, quia nunquam humiditatem amittit. p 55.col.2.A.
an Aqua danda ſit quando internum eryſipelas fatigat non aſſuetis frigidam bibere. pag.102.col.1.E. & ſeq.
Aqua fragorum mirabilis, & idonea febribus ardentibus & malignis. p.145.col.1.C.
Aqua frigida in principio febris ardentis lata copioſè proficua, & ob quid. p.183.col.2.A.
Aquà frigidà ad ſatietatem datà febris ardens, & colliquans mutanda eſt in frigidam. p.149.col.2.B Vide fol.102.col.1.lit.A.

Auxilium.

Auxilia morbum mitigantia proſunt valdè ſi vincant acrimoniam humorum; ſi verò à prauitate ſuccorum corrumpantur cacochymiam augent. p.23. col.2.B.
Auxilia varia menſtrua moueotia. pag.38. col.1.E. & ſeqq.
Auxilia doloribus muliebrium vtilia quænam. p.39. col.2.B.
Auxilia ſudorem mouentia; ſuſpecta ſunt in enixis, ſi lochia fluant, & non niſi in dolorum vrgentia imperanda. ibid.col.2.E.
Auxilium vtile ad moderandum dolorem lateralem. p.46.col.1.A.
Auxiliom ſingulare ad ſedandum dolorem à pituita ſalſa è capite diſtillata ortum. ibid.B.
Auxilium vtile enixis cum lochiorum ſuppreſſiones præſertim quando ſanguis recurſus ad ſuperiora viſcera cognoſcitur. p.47.col.2.B.C.
Quod tamen non eſt imperandum ſi ſanguis non fluat ad viſcera, ſed in regione vteri detentus corrumpatur, & febres graues exciter. ibid.C.D.
Auxilia ſanguinem detineotia eum firmando potius vbi eſt quàm ſenſibiliter ad contraria loca mouendo pernicioſa ſunt enixis. ibid.E.
Auxilia imperanda contra morbum diuturnum, ſi humorum contrarietas diuturnitatis morbi cauſa præſumatur. p.53.col.2.A.& ſeqq.
Auxilia aliqua viſcera æſtuantia attemperantia quæ cerebrò antequam caleſiant renouanda ſunt donec incendium percipiatur extinctum. p.63.col.1.A.
Auxilia ſudorem reprimentia intùs ſumenda non debent eſſe ſaccharata, neque mellita, & quomodo paranda. p.63.col.1.C.
Auxilia malignitatem reprimentia, & febrem contemtemperantia ſecurè imperantur, certuſque eſt eorum effectus. p.93.col.1.B.
an Auxilia ſomnifera liceat dare aſcenſum humorum ad cerebrum patientibus, & peruigilibus. pag.93. col.2.B.
Auxilia expurgantia chimica vtiliſſima ſunt deſperatis morbis. p.112.col.2.A.
Auxilia ventriculum firmantia, imperanda in caſu adoleſcentis hiſtoriæ. p.125.col.1.
Auxilia ventriculum firmantia nunquam ſunt applicanda

aanda tepida, ſed aut frigida, aut calida actu. ibid.D.
Auxilia in febribus vſtiuis & liquantibus, diarrhœæ implicitis præbenda. pag.133.col.1.B.& ſeq.
Auxilia purgantia mouent menſtruam purgationem. pag.137.col.1.D.
Auxilium faſtidij nullum eſt enixis ſecurum, niſi poſt dies expurgationi lochiorum dicatos. pagin.137. col.1.C.D.
Auxilium crudele eſt inclinationem naturæ retrahere quando incipit deonerare ſe ad inguines,& à viſceribus contagioſam materiam expellit; ſecando venam brachiorum. pag.152.col.2.A.
Auxilia amigdalata ad conciliandum ſomnum periculoſa ſunt fœminis, etiam quando phrenitis timetur ob ſuperfluam vigiliam. p.162.col.2.B.C.& ſeqq.
Auxilia varia ad pleuritidem curandam.p.173.col.1.C. & ſeqq.
Auxilia in acutis febribus per pares moleſtantibus, quo tempore ſint præbenda. p.184.col.2.A.B.
Auxilium Fonſecæ quo febres vſtiuas eradicabat, quodnam. pag.206.col.1.E.
Auxilia ad conciliandum ſomnum, & ſuccurrendum partibus principalibus in acuta febre læſis. p.207. col.1.A.B.

B.

Balneum.

BAlneum aquæ dulcis magnam opem corporibus melancholicis, & febre vſtiua correptis afferr ſicut etiam attabilariis. p.58.col.2.E.
Balneum phreneticis proficuum. p.206.col.1.B.E.
Balneum aquæ dulcis in phrenitide conſulendum. p.206.col.1.E.

Bilis.

Bilis craſſa & vſta diluitur à copioſo potu aquæ,& mobilior, labiliſque redditur. p.55.col.2.B.
Bilis vſta circa cauam iecoris partem ſtabulans cardialgias cum magna ſiti cauſat, ſi circa inteſtina ſuperiora abundet, dolorem ſatis moleſtum lumborum infert. ibid.C.
Bilis non ſeparatur in determinato loco, vt ea deficiente appareat vrina alba. p.91.col.1.B.C.
Bilis æruginoſa craſſiſſima eſt,& ſuo modo terrea, & difficillimæ reſolutionis. p.113.col.2.D.
Bilis æruginoſa duplici ſynceritate moleſtat ſi ſola excernatur. p.115.col.1.A.
Bilis in prima regione ſtabulans ſectionem venæ maximè dehortatur. p.144.col.1.A.

Bubo.

Bubo gallicus,ſicut & fluxio materiæ malignæ ad partes infernas venæ ſectionem brachiorum reformidat, pedum expoſcit contra Mercatum, & alios. p.142.col.1.E.

Buthyrum.

Buthyrum vetuſtatem non ſentiens eſt efficax inflammationibus vteri. p.38.col.1.E.

C.

Cacochymia.

CAcochymia ſeroſa maior cauſa morbi Clazomenij fuit. p.67.col.1.E.
Cacochymia ſeroſa coctioni nimium reſiſtit. p.68. col.1.E.

Calor.

Calor tam vehemens & vſtiuus non poteſt in primo morbi inſultu introduci,vt linguam aridam, peruigilium,ſitim implacabilem, nigras vrinas cum nigro ſedimento,ſuperfluam,nigram, ſpumantemque diarrheam cauſet,ſi magnam diſpoſitionem in materia non inueniret. p.9.col.2.B.
Calor ſuccos ita vrens,vt nigrum etiam ſerum reddatur; incoctiles illos derelinquit. p.12.col.1.C.
D. de Heredia de morbis popul.

Caloris febrilis neceſſaria læſio eſt coctionem deſtruere. p.82.col.2.D.
Calor tepidior cum excedenti & ſordida humiditate complicatio eſt malignæ, & peſtilenti putredini paratiſſima. p.128.col.1.D.
Caloris & frigoris tum in ſanis, tum in ægris impotentia ad lædendum. p.143.col.1.D.

Camphora.

Camphora flatus malignos potentiſſimè diſſoluit, p.191.col.1.A.& p.197.col.1.D.
Ex accidenti refrigerat, etſi calida. ibid.

Cantharides.

Cantharides ab omnibus putantur venenum veſicam erodens, & excedendo ſanguinis mictum cauſare: ſunt autem ad libidinem incitamentum validum. p.72.col.2.D.

Cardanus.

Cardanus omnes morbos curabiles eſſe docuit. p.155. col.1.B.

Cardiaca paſſio.

Cardiaca paſſio in quo diſtinguatur à Cardialgia. p.74.col.2.B.
Cardiaci ſine febre dici non poſſunt. ibid.B.
Cardiaca paſſio non indiget febre, nullam acrimoniam requirit; habetque plus multò periculi quàm doloris. p.74.col.2.D.

Cardialgia.

Cardialgiæ occurritur aut dando ſtatim medicamentū leniens, aut eductorium ſeligens. p.74.col.2.A.B.
Cardialgia in quo diſtinguatur à Cardiaca paſſione. p.74.col.2.A.
Cardialgici ſine febre dici poſſunt. ibid.B.
Cardialgia eſt dolor oris ventriculi manifeſtus, non intenſus nimis, ſed eroſione à ſuccis mordacibus impreſſus ſine febre. p.74.col.2.C.

Cardiogmon.

Cardiogmon ex antiquorum placito appellatur motus creber & velox cordis palpitationi ſimilis,quod non datur ſine vehementi febre, per quam à palpitatione diſtinguitur. p.74.col.2.E.

Caro.

Caro bubula melancholiam generat, obſtruit nimis, & vigiles homines reddit. p.193.col.2.A.

Cauſa.

Cauſam antecedentem morbi ſtatim euacuari non eſt malum vt cauſa. p.25.col.1.D.
Cauſa febris ex venis ad neruos & cerebrum transfertur, & in aſcenſu ad caput neruos moleſtando tremores & motus conuulſiuos elicere cogit. p.59. col.2.D.
Cauſa febris Eraſini ita acris & maligna fuit, vt cum ſemimortuum & delirantem iam, eius acrimoniam concipere coëgerit. p.61.col.1.A.

Cerebrum.

Cerebrum deonerandum eſt ſecta cephalica, aut communi pro moderanda praua & pertinaci diſtillatione, cùm ſatisfactum iam ſit indicationi ſuppreſſorum lochiorum. p.46.col.1.C.
Cerebrum diſtillans nunquam cruditatibus caret. p.120.col.2.D.
Cerebrum eſt pars cum vtero facillimè, & multum conſentiens, & quæ omnium fluxionum origo ab Hippocrate putatur. p.135.col.2.A.
Cerebrum nimis eſt morbis obiectum. p.132.col.2.B.
Cerebrum delitans, & vigil præter naturam ſiccum & calidum eſt,à quo lingua ſiccatur,& nigricat,non autem lotium. p.188.col.2.D.
Cerebrum nequit ſanari ſine ſalute partis illud lædentis. p.197.col.1.B.
Cerebrum primaria paſſione affectum, & nimis onuſtum quomodo ſanandum. p.211.col.2.A.

Index Rerum,

Cibus.

Cibi quibus nutrimur nobis ſunt medicamenta & ob corruptionem non minus quam ab expurgantibus corpora noſtra commouentur. pag.110.col.2.E.
Cibus humidus & frigidus deterſorius eſt, deobſtruens, & aluum ſollicitans, vbi variæ eius proprietates traduntur. pag.120.col.1.C.
ex Ciborum faſtidio, & menſtruorum defectu, ſine rigore & febre, vteri geſtationem arguit Hippocrates. pag.133.col.2.B.
Ciborum faſtidium familiare eſt putrilagini, & fœtori excrementorum à partu. pag.136.col.2.B.C.
Cibus parciſſimus præbendus eſt in febribus per pares moleſtantibus, in primis circuitibus vſque ad ſextum. pag.184.col.1.B.
Si verò in ipſa criſi non pereat æger, & ſpes aliqua ſalutis ſit, plenius cibare incipiendum eſt, & morbus curandus vt nouus. ibid.E.
Cibus ſine fermento pernicioſus ſit, vtpote ineptus coctioni. pag.193.col.1.E.
Cibos capere poſt labores peſſimum eſt: quieſcendum potiùs. pag.143.col.2.D.

Cogitatio.

Cogitationes venereæ inclinant ad coitum hominem exſe ad eum ineptum. pag.11.col.2.B.
Cogitationes venereæ vnde excitentur, & an faciliùs in ſomno quàm in vigilia. ibid.

Colliquatio.

Colliquatio alia eſt grauiſſima, quæ carnes, & ſolida liquat, alia eſt leuior, periculoſa tamen non ita propter incendium, ſicut propter impetuoſam fluxionem in partes totius corporis. pagin.123. col.1.B.
Colliquatio leuior dicta, ſubitaneos ſtatus hydropis ſtatim creat, diarrhœas tenues cauſat, potum autem aquæ non indicat in principio. ibid.C.

Columba.

Columbarum applicatio in plantis pedum ante acceſſiones, vtilis eſſe poteſt, vt maligni vapores caput petentes deorſum trahantur. p.93.col.1.E.
Columbæ inſignem vim reſolutoriam habent, ſuntque participes plurimæ nitroſæ qualitatis. ibidem col.2.A.
Columbæ campeſtres vtiliores ſunt ad malignos vapores caput inuadentes retrahendos. ibid.
Columbæ campeſtres plantis pedum affixæ vtiliores ſunt cicuratis, crebróque ſunt renouandæ. pag.155. col.2.D. & p.211.col.1.E.

Color.

Color liuidus ab extinctione natus deſperatus eſt. pag.104.col.1.D.
Color phæniceus, ſeu ruber eſt ſymptoma communiſſimum fœminis, anxias faſtidioſaſque illas reddens. pag.160.col.1.D.
Color phæniceus eſt ſymptoma accidens, quibus proximus iam eſt menſtruorum defectus; eſt etiam frequentiſſimum Monialibus diſcalceatis, & ſubtiliorem ſanguinem generantibus. p.160.col.1.D.E.
Color ruber ex diminutis menſtruis Virgini Abderæ apparuit, magnus & moleſtus ſatis, plus offendens in aſcenſu quàm in facie firmatus, ſed crebrò repetit; vbi variæ aliæ eius qualitates. pag.160.col.1.E. & col.2.A.
Color rufus vrinæ in febribus æſtuoſis, raptum bilis ad alias partes indicat. pag.160.col.2.E.

Conceptio.

Conceptio fœminæ crudiora excrementa relinquit, aptiora ad obſtruendum, & febres lentas, diuturnas tamen creandas. pag.133.col.2.E.

Conualeſcentes.

Conualeſcentes à morbis optimum licet paucum ſanguinem habent: vnde renutritione, attemperatione, & quietè potiùs tractandi ſunt quàm euacuationibus. pag.32.col.2.A.

Conuulſio.

Conuulſiones cum dolore in delirante apparuere, & quomodo hoc fiat. pag.35.col.2.B.C.& ſeqq.
Conuulſionum quibus torquebatur vxor Philini cauſæ variæ à variis afferuntur. pag.36.col.2.C.
Conuulſiones dolorificæ quomodo moderandæ pag.39.col.2.D.

Copia.

Copia craſſorum morbos diuturnos creare poteſt. pag.52.col.2.C.
Copia craſſorum nequit dari ſine multa obſtructione. ibid.D.
Non eſt tamen perpetuum, quod craſſitudo ſuccorum morbus diuturnos creet. ibid.
Copia frigidi humoris ſudorem perpetuò fluentem cauſans, quæ nec à calore febrili, nec à natiuo calefieri poteſt dehorratur venæ ſectionem. p.61.c.1.E.

Cor.

Cor ita conſentit cum tunicis oris ventriculi, vt ſi os ventriculi doleat, videatur & cor dolere. pag.73. col.1.E.
Cordis palpitatio per morbos. pag.208.col.2.C.

Corpus.

Corpus eſt omni ingenio reddendum perſpirabile, vt ſanetur à febre putrida. pag.5.col.1.A.
Corpus permanere, & faciem rectè valere pro eodem vſurpantur. pag.53.col.1.A.
Corpora moderatè comedentium robuſta ſunt, & munus ſuum exquiſitiſſimè explent: illorum verò qui gulæ ſtudent, flaccida, & morborum examinibus obſeſſa. pag.141.col.1.C.
Corpus refrigeratum calefit ab interno principio, ſiue auxilio extrinſeco. pag.143.col.2.D.
Corpora cibari antequam labor exercitij ſedatus ſit, peſſimum eſt. ibid.col.2.E.
Corpora humore caliginoſo & craſſo imbuta nullam habent partem quæ peſtilentis putredinis radicem effugiat. pag.128.col.1.E.
Corpus totum ſolet eſſe obſtructum in plethoricis. pag.145.col.1.A.
Corpora minus reſolubilia largiores euacuationes ſuſtinent & petunt, vt liberentur à ſarcina, per defectum tranſpirationis inceſſanter grauante. p.205. col.1.B.

Corruptio.

Corruptionem nullam dari quæ emendabilis non ſit abſurdè aſſeritur. p.4.col.2.C.

Clyſter.

Clyſteres non ſecurè iniciuntur ſtatim à partu, ob periculoſam vteri inflammationem. p.137.col.1.C.
Clyſteres enixis non ſunt multùm in vſu; verùm in caſu hiſtoriæ inexcuſandi, & quomodo parandi. p.201.col.1.D.
Clyſteres expurgantes in delirantibus per conſenſum vtiliſſimi ſunt. p.205.col.2.D.

Criſis.

Criſes variæ materiæ non coctæ à natura tentatæ ad ſaluandam mulierem graui morbo oppreſſam. p.41.col.1.D.E.
Criſes intempeſtiuæ ſecuriores ſunt quæ ob ſenſus acutiem excitantur. ibid.col.2.C.
Criſis in febre per pares moleſtante adueniens in imparibus eſt infida, & recidiuam aut mortem ſignificat. pag.189.col.2.B.
Criſes ante idoneum tempus, nullaque expectata coctione

coctione celebrantur à natura vehementiâ acceſſionum irritata,in febribus per pares moleſtantibus, pag.190.col.2.A.

Cruda.

Crudorum copia in acuta febre maximè obſtat. p.1. col.2.B.

Cruda quomodo per venerem euacuentur ſi ſemen ſolum eiiciatur. pag.11.col.2.A.

Cruda primæ regionis nequeunt cum ſanguine vaſorum continuari,aut eſſe immediata. pag.27.col.2.D.

Cucurbita.

Cucurbitarum reiterata applicatio ſuper primas plagas efficaciſſimum auxilium eſt ad impediendam recidiuam, ſi corpus ſatis expurgatum non ſit. p.51.col.2.A.

Cucurbitulæ ventricoſæ, longioris colli, & oris anguſti valenter trahunt, & dolorificæ magis ſunt. pag.72.col.2.C.

Curatio.

Curatio febris Philiſci à quo inchoanda.p.6.col.1.D.E.

D.

Declinatio.

DEclinatio in motu per pares futura eſt ad finem diei ſecundi. pag.141.col.2.C.

in Declinatione acceſſionis poteſt mors contingere. p.141.col.2.B.

Decretoria.

Decretoria non iudicantia aut lethalia ſunt, aut difficilis iudicationis. p.2.col.1.B.

Deiectio.

Deiectiones difficillimæ ſunt oppreſſis teneſmo, & cum maiori cupiditate deiiciunt. p.24. col.1.A.

Deiectiones bilioſæ,& exiguæ cum ſynceritate, & perpetuò moleſtantes ab Hippocrate damnantur,p.120. col.2.C.

Deiectiones ſyncerae bifariam contingunt, aut tales dicuntur. p.114.col.2.D.

Deiectiones Cherionis ſyncerae dictæ ab Hippocrate, quia ſine alterius humoris admixtione apparuere. p.115.col.1.A.

Deiectiones in rigore ſyncerae ſunt quæ ſolæ ſine ſeto, & ſine ſtercore exeunt. p.115.col.1.B.

Deiectiones nigræ per lotium, aluum aut vomitum adueniunt, quando melancholia atræ bilis proprietates induit. pag.125.col.2.A.

Deiectio mollis & conſtans confert multum ad ſalutem in febribus æſtuoſis. p.161.col.1.C.

Deiectionis fœtidæ vltra modum ſunt exitioſæ non ſolùm vt ſignum, ſed etiam, vt cauſa. p.196. col.1.C.

Deiectiones lactoſæ Appollonij non erant continuæ, ſed videbantur per tempora lactoſa egerere. p.195. col.2.B.

Deiectiones variegatæ non ſemper arguunt varias diſpoſitiones morboſas talia excrementa creantes, vt ſine diſtinctione Galenus cenſuit. ibid.D.

Deliquium.

Deliquium aut ſyncope contingit, aut reſoluto, & deficiente ſpiritu, aut ſuffocato, & oppreſſo à copia excrementorum aut ſanguinis. p.144.col.2.B.

Deliquium oppreſſo ſpiritu & denſato oppreſſit Pythionem;& quomodo ab Hippocrate curetur. ibid.C.

Delirans, & Delirium.

Delirium eſt ſignum propriiſſimum, & nimis affine ſepto inflammato. p.12.col.2.E.

Delirium ſepti parum à continuo diſtat, & ideò poſtquam cerebrum ſepto conſenſit, nunquam ceſſat,nec ceſſare poteſt. p.13.col.1.B.& p.69.col.1.D.

Delirans quilibet decipitur ob defectum actionis qua cottigere deberet quæ phantaſia proponit rationi, aut veritati repugnantia. p.15.col.1.C.D.

Delitaturi magnam & raram reſpirationem habent, & quare. p.18.col.2.E.

Delirium ex ſolis vaporibus creatum, ceſſat ab eorum reſolutione. p.57.col.2.C.

Delirare multa eſt delirare non circa vnum obiectum, ſed circa varia,& vnde hoc proueniat. p.34.col.2.E.

Delirare variè non eſt delirare intensè, ſed circa varia obiecta. p.35.col.2.D.

Delirium quodlibet non tollit omnem cognitionem obiectorum quando vehementer immutant. pag.35. col.2.D.

Delirantes variè nequeunt delirare intensè, & quare. ibid.

Delirium ebriorum eſt debile,deliranque ſolùm ſi ſoli relinquantur. p.36.col.1.A.

Delirium ob leuiſſimam cauſam excitatur ſi cerebrum debile ſit. p.56.col.1.D.

Delirantes interdum ſitiunt moderatè, interdum non ſitiunt, etiamſi cauſone opprimantur; vnde paucibuli ab Hippocrate dicti. p.60.col.2.E.

Delirium continuum Clazomenij die quarto vſque ad vigeſimum ſatis validè ſuadet in cerebro, aut partibus illi proximis alium focum eſſe admittendum. p.66.col.2.D.

Delirare in critica perturbatione nouum eſt. pagin.67. col.2.D.

Delirantes à pituita nugacitet delirant, reſte Galeno. pag.69.col.2.B.

Delirantes cum comate ſemper delirant tepidè. p.97. col.1.A.

Delirium naturæ eſt, & perniciosum ſignum decretoria identificari eum initio morbi. p.147.col.1.A.

Delirium ſupetueniente ſi tremores dentur certiù; eſt, quàm tremores ceſſare, ſi ſuperueniat delirium. p.186.col.1.B.

Delirantes vociferationibus dolores magnos ſignificant. ibid.C.

Delitaturi ſolent multò antequam delirium manifeſtetur contemplari attentiſſimè obiecta circa quæ delitaturi ſunt:ſicque ſileores ſunt, & nullis propoſitis reſpondent. p.196.col.1.D.

Delirium per conſenſum quomodo diſtinguatur ab alio. p.197.col.2.B.

Delirantibus continuò ob aluum morbum conſilium. p.197.col.2.C.

Delitia tumultuoſa, & diſformia & quando formentur. p.203.col.1.D.

Denſitas.

Denſitas corporis reſolutionem excrementorum & tranſpirationem impedit, & ideò longitudinis morborum cauſa; Raritas verò & laxitas contraria operantur. p.52.col.2.A.

Denſitas corporis correſpondet hyemi, raritas æſtati. ibid.

Denſitas corporis robuſtiſſimos homines creat, quo fit vt ſuffocati breui pereant,aut ſi morti reſiſtant, tardiſſimè conualeſcant. p.93.col.2.E.

Denſitas pleuræ poteſt eſſe occaſio tuſſis ſiccæ, reſudationem humoris, ac thoracis inanitionem impediens. p.165.col.2.D.E.

Denſitas cutis in febribus putridis pernicioſa eſt. pag. 203.col.1.C.D.

Deſipientia.

Deſipientia nulla ſecura. p.14.col.1.D.

Diarrhœa.

Diarrhœa in principio morbi febrilis adueniens, eſt ſignum multitudinis materiæ, quando alia cauſa ad quam reduci poſſit dari non poteſt. pagin. 115. col.1.D.

Diarrhœa moderata bilioſa iuuanda aſt leuiori pharmaco eductiuo hilis. ibidem E.

Diarrhœa bilioſa,quæ ferè perpetua fuit in enixa, magoum attemperamentum indicabar. p.127.col.1.B.

Diarrhœæ à partu tam funeſtæ ſunt enixis, vt deſperatæ cenſeantur,ſi aluus à partu fluat. ibid.C.

Diarrhœæ tam fœtidæ, & variegatæ enixis ſuperuenientes otiuntur ex inſigni corruptela totius ſanguinis. p.199.col.2.B.

Diarrhœa cum febre acura incipiens, Medicos torquet, & ſæpè conſilij inopes reddit. p.209.col.2.C.

à Diarrhœa nimia omnia in corpore confunduntur. ibid.E.

Dies.

Dies quintus validiſſimus eſt ad mouendam ctiſim in febribus per impares moris. p.81.col.2.A.

Dies ſextus immeritò damnatur à Phrygio, & à Galeno tyranno comparatur. p.82.col.1.A.

Diei ſexti morbi Melidiæ diuerſa & grauia ſymptomata. p.85.col.2.D.

Dies ſextus ineptiſſimos ferè ſemper eſt iudicationibus bonis. p.96.col.1.D.

Dies ſeptimus iudicat vt rex benigniſſimus. pag.114. col.1.E.

Dies quattus ratò ad ſalutem iudicat, quod ſemel tantùm vidit Galenus, & bis Archigines. pagin.155. col.2.C.

Dies vigeſimi omnes magnas mutationes attulere in morbo Heropythi. p.177.col.1.C.

Dies ſecundus in febribus motis per pares grauiſſimus, & partim leuior eſſe debet. pag.181.col.1.D.

Dies tertius morhi mulieris moroſæ, non repugnabat optimæ criſi, contra Mercurialem. pag. 186. col.2.B.C.

Dies quilibet in morbis acutis criticus eſſe poteſt. pag.190.col.1.B.

Diſtemperies.

Diſtemperies Gallica non differt ab obſtructionibus quæ morbos producunt. pag.53.col.1.B.

Doctrina.

Doctrina Galeni imperantis pleniorem eibum in humorum corruptela contra Hippocratis oraculum explicatur. pag. 149.col.1.C.

Doctrina Galeni de colore vrinæ virginis Abderis explicatur & tacitè reprehenditur. p.161.col.1.A.B.

Doctrina Galeni erronea, non mittentis ſanguinem in ſanguinea pleuritide. pag. 166.col.1.C.

Doctrina Hieronymi Montui in pleuritide, de miſſione ſanguinis. pag.167.col.2.A.

Doctrina Hipoocratis in deſcendenta pleuritide priùs expurgantis qoàm venam ſecet, videtur ſputia, nulliuſqne eſt vtiliratis. ibid.col.2.E.

Doctrina Riuerij & Phrygij pernicioſa, docentium in phrenitide venas frontis ſecare. p. 206. col.2.B. & ſeq.

Dormire. Dormiens.

Dormite, cibum appetere, & carere ſiti per morbos febriles, optima ſunt. p.49.col.1.E.

Dormientes profundius quam per naturam, inſenſibiliores fiunt, ob quod nec ſitiunt, nec fameſcunt. pag.17.col.1.E.

Dolor.

Dolor & inflammatio præcordiorum crebram reſpirationem cauſat, non raram. p.3.col.2.E.

Dolor cordis ſeu oris ventriculi licèt ſecare venam dehortetur. tamen in caſu hiſtoriæ dictum auxilium indicare videtur. p.45.col.2.A.

Dolores muliebrium efficaciſſimè moderantur omento caſtrati,& qualiter ſit applicandum. ibid.B.C.

Dolor lateralis quomodo ſedandus. p.46.col.2.A.

Dolorem oris ventriculi, cum dolore crurum aduenisſe vt mirum notatur,& quid indicet.ibid.col.2.C.

Dolor vehemens ſi corpus cacochymum ſit, nuſquam ſolus fatigat. ibid.D.

Dolor crurum cum dolore oris ventriculi aduenieus ob nimiam moleſtiam ſedandus erat,& quo auxilio. ibid.E.

Dolor lumborum ſæpè alui deiectionem præcedit. pag.54. col.2.C.

Dolor capitis, colli & lumborum quo prima die premebatur Clazomenius copiam excrementorum, & motum in cerebrum innuebant. p.66.col.2.E.

Dolor hypochondrij vxoris Dromedai vnde remiſſus fuerit. pag.71.col.1.C.

Dolores vndique affligentes adoleſcentem,originabantur à materia turgente. p.79.col.1.B.

Dolores vndique affligentes,turgentem naturam oſtendunt, per corpus totum irritantes humores diſſeminantem cum periculo decumbendi in partem principem. p.76.col.2.B.

Dolor lumborum vtero gerentem moleſtans plenitudinem vteri,& vaſorum eius ſignificat. p.80.col.2.E.

Dolores colici, & alij innumeri quomodo eueniant. pag.85.col.2.B.

Dolores capitis adiuncti ſunt vrinis non ſubſidentibus. pag.95.col.1.B.

Doloris perſeuerantia vituperatur quando complicatur cum febre maligna. pag.150.col.2.E.

Dolor femoris Calui, quomodo coſtiterit fuiſſe ſublatum, ſi tertia die mente alienabatur. pag.151. col.1.D.

in Doloribus & fluxionibus ſemper eſt adhibenda diſtinctio,ſi priùs venam ſecare liceat, aut expurgare. pag.169.col.2.B.

Dolor pleuriticus periculoſiſſimus eſt, & multos feretro tradidit. p.171.col.1.C.

Dolor pleoriticus valdè pertinax arguit. aut ſuppuratã materiam, aut ſphacelari locum affectum, & quomodo curandus. pag. 173.col.2.E.

in doloribus pleuriticorum vtile eſt aluom mollem eſſe, ſputa colorari, vrinam facilè prodire, ſtrepitum io pectore non fieri. pag.174.col.2.B.

Dolores magni ſolùm à delirantibus percipi poſſunt, mediocres ob aduertentiæ defectum obſcurantur. pag. 186.col.1.C.

E.

Eleuatio.

ELeuationes iecoris, & lienis ſubmolles,non tamen doloroſæ,non indigent remedio. p.108.col.1.D.

Eleuationi hypochondriorum,cum tenſione, & dolore moleſtanti, deobſtruentibus, laxantibus, & roborantibus ſimul occurrendum. ibid.E.

Enixa.

Enixæ femellas ſolent crudis excrementis repleri, quorum febres leuiores eſſe conſueuerunt, & tardioris conſtitutionis. pag.70.col.1.E.

Enixis potus frigidus à Medicis meritò recuſatur. pag.73.col.1.B.

Enixa à graueolentihus hyſterica facta,ſicut à bene odorantibus aliæ tales fiunt. pag.75.col.1.B.

Enixæ magna ſollicitudine curandæ ſunt, innitendumque omni ingenio vt lochia ſuppreſſa redeant. pag. 136.col. 2.D.

Enixis concedenda ſunt narcotica, ſi peruigilium & delirium vires effeminent; non enim propter frigus dormire faciunt. p.201.col.2.A.B.

Eraſinus.

Eraſinus dicitur die qoarto nihil dormiſſe & ſomniaſſe. p.59.col.2.E.

Eraſinus timore conflictus in quatto, maniacus in quinto apparuit:& quomodo hoc euenerit. ibid. D.

Error.

Error.

Error Medicorum tempore Cardani, omnes expurgantium à morbis liberos. pag.32.col.2.E.

Eryſipelas.

Etyſipelas quod verè tale eſt, nequit aliter ſanari quam potu gelidæ ex Galeno. p.23.col.1 C.

In Eryſipelatibus internis ſtatim attemperandum eſt corpus & viſcus affectum. p.102.col.1.A

Etyſipelas quod verè tale eſt non aliter ſanatur ex Galeno quam potu frigido : ſi verò mixtum cum phlegmone, ſpectanda coctionis ſigna. p.63.col.1. A.B.

Eſus.

Eſus aſſiduus piſcium non eſt leuis occaſio ægrotandi. p.80.col.2.E.

Euacuatio.

Euacuatio materiæ antecedentis antequam putreſcat, à natura facta,non eſt ſymptomatica,ſed perfectiſſima. p.6.col.1.A

Euacuatio quæ corpus in naturali ſtatu conſtituit non poteſt eſſe contra naturam. ibid.

Euacuatio vſque ad deliquium non eſt ſtatim imperanda in principio,in ardente putrida. p.6.d.2.E.

Euacuatio vſque ad deliquium tentanda eſt in augmento,& maximè ad finem illius. ibid.col.2

Euacuatio vſque ad deliquium temeraria eſt quando ſigna cruditatis adſunt, maximè ſi ſint contraria aut repugnantia coctioni. ibid.B.

Euacuationis modus ab Hippocrate in prognoſticis damnatus. p.19.col.2.B.

Euacuare crudam materiam,& euacuare quando datur materiæ cruditas diuerſiſſima ſunt. p.21.col.1.E.

Euacuationes omnes ſymptomaticæ non ſunt ſtatim ſupprimendæ. p.21.col.1.C.

Euacuari aliquid vtiliter vtilitate adæquata aliquo modo eſſe impoſſibile rectè dici poteſt, abſolutè non poteſt. p.22.col.1.C.

Euacuatio qualibet ſemper aliquid boni cum malo euacuat in principio morbi. p.25.col.1.A.

Euacuatio ſummi vigoris erit perniciolior quam euacuatio principiis & antecedentis materiæ. p.25. col.1.B.

Euacuatio materiæ antecedentis commodior,& vtilior eſt quàm eius retentio. p.25.col.2.A.

Euacuatio materiæ coniunctæ, quæ iam putrida eſt, aut vſta, non tentatur ſecurè ante coctionem. p.25. col.2.C.

Euacuatio qualibet iudicatoria eueniens die ſexto damnatur ab Hippocrate. p.26.col.2.D.

Sed ab hac regula excipienda eſt febris quæ per pares mouetur. ibid.

Euacuatio enixe vt decet procedens poteſt videri Medico idonea; quæ tamen in ordine ad tale indiuiduum non eſt idonea. p.33.col. 1.E.

Euacuationum ſymptomaticarum vtilium ratum exemplum. ex parte dierum & cruditatis materiæ. p.41.col.5.E.

Euacuationibus ſymptomaticis quidam liberantur, alij periclitantur, aut occiduntur. p.42.col.2.D.

Euacuatio craſſorum & concoctorum reiteranda paulatim moderatis expurgationibus, in morbo diuturno,in quo natura varias expulſiones celebrauit. p.47. col.5.A.B.

vbi methodos traditur quomodo ſe gerere debeat Medicus. ibid.B.

Euacuatio ſanguinea debilitat nimis, & omnes humores indifferenter euacuat. p.56.col.1.D.

Euacuatio ſanguinis ſymptomatica toto genere præter naturam cenſetur. ibid.col.1.E.

Euacuationes omnes in ſomno ſupprimuntur præter ſudorem. p.64.col.1.A.B.

Euacuatio per aluum incepta à natura in vtero gerente, iuuanda eſt à Medico quando partes ſuperiores patiuntur. p.84.col.1.C.

Euacuationes aliæ ſunt maligniſſimæ, aliæ ſalubres. p. 106.col.2.E.& ſeqq.

Euacuatio qua expellitur materia morbi antecedens, quæ nondum computruit, non eſt in rigore vocanda ſymptomatica. p.107.col.1.D.

Euacuatio per aluum lochiali expurgationi nequit ſatisfacere. p.127.col.21.E.

Euacuatio biliòſa per aluum eſt in moribundis frequentiſſimum, & perniciosum ſignum ob ſemimortuam iamiam retentricem. p.136.col.1.A.

Euacuatio qualibet in corpore lochiorum ſuppreſſione onuſto, vtiliſſima eſt. p.138.col.1.A.

Euacuatio vrinarum nigrarum conſideranda in enixis lochiis ſuppreſſis. p.138.col.1.C.

Euacuationes Periclis tam diuerſas in primo morbi inſultu & die celebratas tam felices fuiſſe & ſine periculo recidiuæ,vt quid mirabile notatur. p.155. col.2.D

In Euacuatione qualibet vtili nihil includitur præter naturam; omne enim vtile morbum tollens aut minuens contra naturam eſſe nequit. p. 157. col.2. A.

Euacuationes omnes materiæ antecedentis, ſunt tempeſtiuæ, & conſequenter vtiles, ſecundùm mentem Authoris. p.158.col.2.E.

Euacuationes antecedentis materiæ quo citiùs à natura tentantur,ſecuriores ſunt. p.159.col.1.C.

Euacuationes incipientes cum morbo vt ſignum ſunt prauæ,vt cauſa ſunt bonæ. ibid.C.D.

Euacuationes vtiles poſſunt fieri eo tempore quo à cauſis morbum facientibus natura grauatur,& adeſt humorum grauitas. p.189.col.1.A.

Euacuationes quædam ſine ſenſu moleſtæ celebrantur, p.202.col.1.A.

Excrementa.

Excrementa calida ægros inappetentes reddunt. p.50 col.5.C.

Excrementa variegata tardiùs ſuperantur vniformibus. p.40.col.2.B.

Excrementorum varietas arguit plures locos malè affectos tam varios ſuccos creantes. ibid.

Excrementa ſubrubra à Metone eiecta quænam, & vnde talia appareant. p.55.col.1. D.

In Excrementis & ſuccis putridis & vſtis datur vis fermentatiua, à qua feruent, & miſcentur. p.96. col. 1.B.

Excrementa creantur per certam corruptionem, quæ etſi calida ſint, ſunt nihilominus narcotica. p. 99. col.2.E.

Excrementa deprauata, & toto genere præter naturam ſemper naturam reddunt turgentem, quamvis non pellat. p.111.col.1.D.

Exercitium.

Exercitium tam neceſſarium eſt ad tuendam valetudinem, vt vacare excrementis. p.9.col.2. D.

Exercitium bifariam intempeſtiuum fit. p. 11. col. 2.E.

Expulſio.

Expulſio quæ contriſtantia reiicit nunquam includit præternaturalitatem,etſi ſanguinem nobis tam amicum expellat. p.157.col.2.B.

Expulſio quà natura in febrium initio materiam antecedentem euacuat, non eſt ſymptomatica, ſed opus naturale. ibid.A.

Expurgatio.

Expurgatio in motione per pares,etſi materia ſit cruda, rationa

rationabiliter tentatur. p.4.col.2.A.
Expurgandi difficultas dum cauſa febris cruda cenſetur, pend. t ex motu, non ex quiete. p.5.col.2.C.
vt Expurgatio felix ſit attendendum quod hypochondria nimis obſtructa non ſint, & quomodo operandum ſi obſtructa ſint. p.53.col.1.E.& ſeqq.
Expurgatio nunquam ſecurior eſt quam in morborum initiis, ſi expurgare conuenit. p.68.col.2.B.
Expurgatio vnica non ſufficiebat ad tollendam cacochymiam incoctilem Clazomenij, vbi traditur conueniens ad rem expurgandi modus. p.69.col.2.E.
Expurgatio nullo modo conuenit in doctrina Galeni, quando iecur inflammatur. p.53.col.2.B.
Expurgatio in principiis morborum maturationem remoratur, aut tollit, & in longum morbos protrahit. p.106.col.2.E.
Expurgationes in vtero gerente ab octauo menſe vſque ad legitimum partum crebrò imperatæ non damnandæ in caſu morbi Philiſtes. p.121.col.2.C.
Expurgatio maiori cautela, & publicatu periculo imperanda ante quartum, & poſt ſeptimum menſem. ibid.D.E.
in Expurgatione iterata tota ſpes ſalutis inuenitur quando morbus præ repugnantia coctionis materiæ & indomitæ prauitatis ex acutiſſimo redditur diuturnus. p.138.col.2.E.
Expurgatio non ſemper impeditur in febribus malignis, cacochymiæ biliosæ implicitis, ob linguæ ſiccitatem, pallorem, & aſperitatem. p.145.col.1.D.
Expurgatio ſtatim eſt imperanda ſi febris maligna, & abſceſſus ſine correctione, & coctione materiæ breui augmentum ſuſcipiat. p.163.col.2.C.
Expurgatio in principio pleuritidis ſiue aſcendens, ſiue deſcendens ſit, non eſt idonea. p.168.col.2.E.
Expurgatio nunquam imperatur in principio pleuritidis, phrenitidis, inflammationis pulmonis, & aliarum partium, ſicut fit in turgentia, & quare. p.169.col.1.C.& ſeqq.
Expurgatio aliquando conſentanea eſt in incipientibus inflammationibus, etiam in doctrina Hippocratis. ib. col.2.C.
Expurgatio quare non conueniat in ſputo bilioſo, & cur ſputum ſurſum prodire impediat. p.170.col.1.C. & ſeqq.
Expurgatio damnatur in pleuritide ſi ſputum iam coctum appareat. p.170.col.1.E.
Expurgatio non erat imperanda in caſu morbi Heropythi, & imperatur in turgentia, licèt aliqua id indicarent. p.179.col.2.E.& ſeqq.
Expurgatio poteſt fieri in febrium principiis ſubcruda materia. p.182.col.1.D.
Expurgatio excrementorum prauorum cauam iecoris partem occupantium, eſt totum remedium diarrhϾ malignæ in acutis, vbi grauis adeſt excrementorum corruptio, & difformitas. p.198.col.1.B.
Expurgatio in principio conſulitur in turgentia venenoſæ materiæ in peſtilenti febre. p.149.col.2.C.D.
Expurgatio in principio pro ſupernacantiæ bilioſæ ſedatione, conſulitur. p.178.col.2.A.
Expurgatio in principio morborum malignorum, & peſtilentium periculoſa nimis. p.196.col.1.A.B.

F.

Fauces.

FAuces vxoris Epicratis à tam pertinaci, acri, & falſa fluxione non exulcerati, vt prodigium notatur, & vnde hoc euenerit. p.43.col.1.A.
Fauces, guttur & gurgulio frequentibus vomitibus excruciata quando firmanda. p.45.col.2.D.

Febris.

in Febribus per pares periodicantibus duo inſignia in diebus paribus inueniri debent. p.2.col.1.C.
Febres per pares moueri quid ſit, explicatur. p.4.col.1.A.
Febres paribus periodicantes ſecundo, & quarto ſolent occidere, multos autem ſexto, & quare. p.4.col.2.A.
Febrium putridarum medela dehortatur vſum adſtringentium. p.5.col.1.E.
in Febre diaria continente ſecuriùs vſque ad deliquium vena ſecatur. p.6.col.2.C.
in Febre putrida aperienda eſt Baſilica ex vtroque brachio, communis verò ſi phrenitis timeatur. ib.D.
in Febre quæ per pares mouetur, maturiùs & plus euacuandum. p.7.col.1.A.
in Febre per pares periodicante capiti ſuccurrendum eſt, ſi timeatur phreneſis, & quomodo hoc tentandum in caſu Philiſci. ibid.D.
in Febre per pares periodicante non eſt ſperanda declinatio vt vena ſecetur, ſed in vigore eſt imperanda ſectio, & poſt recreato ægro reiteranda. ibid. col.2.B.
Febris Sileni quænam fuerit. p.12.col.2.B.C.
Febri malignæ copioſo alui fluxui copulatæ, quænam auxilia efficacia. p.18.col.2.& ſeqq.
Febris Sileni colliquatiua fuit. p.23.col.1.C.
Febres ardentes ſi ſenes inuadunt, duo arguunt. p.23.col.1. & col.2.A.
Febres pernicioſiſſimæ ſunt, & ferè inſuperabiles. p.24.col.1.C.
Febres longæ propriè dicuntur reuerſiuæ, non ita acutæ. p.30.col.2.E.& ſeqq.
an Febres poſſint accendi in enixis abſque occaſione extrinſeca, & fluentibus lochiis, vt per naturam requiritur. p.33.col.2.A.& ſeqq.
Febris vxoris Epicratis exponitur, vbi diſcutitus an fuerit ſimilis febri vxoris Philini. p.40. col.2. A. & ſeqq.
Febris aliquandu eſt velut ſuffocans, & anxioſa etſi ſit pituitoſa. p.48.col.1.E.
Febris erratica quæ, & vnde cauſetur. ibid.col.2. C.D.
Febres propriæ erraticæ quænam. p.51.col.1.E. vbi traditur quomodo earum curatio incipienda. ib.
in Febribus continentibus eundem tenorem ſemper ſeruantibus, aut perpetuò creſcentibus, remedia maiora methodicè fiunt, non verò in errantibus ſi ſine periculo imperentur. p.51.col.2.B.
in Febribus chronicis Medicus expectare poteſt conſtantiam vt ſecurè medeatur. p.51.col.2.C.
Febres pituitoſæ à cibo augentur, bilioſæ moderantur; melancholicæ & ſanguineæ medio modo ſe habent. p.52.col.2.B.C.
Febres æſtiuæ quartanæ breues, autumnales verò longæ, & maximè quæ hyemem attingunt, p.52. col.2.A.
Febres æſtiuales quartanæ in opinione multorum ex bile fiunt. p.52.col.2.D.
Febris quartana ſeptem circuitibus perfectiſſimè terminata. ibid.E.
Febres diuturnæ quomodo curandæ ſi tenues ſucci, ſeroſi aut pituitoſi, crudi, & melancholici eodem tempore moleſtent. p.53.col.2.D.E.
Febris quartana rarò datur ſine læſione lienis, nec tertiana ſine iecore læſo, nec quotidiana ſine ventriculi culpa: & quod præcipuè ſit læſis occurrendum ad iugulandas febres: vbi circa febrium putridarum medelam, ſpecialis caſtigatio Augenij Ferrarij affertur. p.52.col.2. B.C.& ſeq.
Febris poteſt ceſſare cum ſignis cruditatis, contrariis etiā coctioni, ſi natura materiam antecedentem, ad focum tranſmittendum, vt nouas acceſſiones ſuſciret, extra corpus reiiciat: Et hoc Metoni euenit. p.55.col.2.C.

Febres

Febres reuerſiuæ quædã, à quibus multi periere: in quo euentu Medici verſuros ad recidiuam expurgare cœperunt, & omnes occiſi ſunt, mutato verò conſilio venam ſecarunt, & ægri aut liberabantur in recidiuis, aut febris non reuertebatur. ibid.E.

Febres quæ paribus mouentur, paribus iudicantur; ſed interdum contingit vt propter irritationem & violentiam criſis, ordo peruertatur, vt Metoni contigit, p.56.col.2.C.

Febris duplex putrida & ſymptomatica Eraſmum oppreſſit. p.59.col.2.B.

Febris ſymptomatica Eraſini malignißima fuit, pendens ab affectu inflammatorio hypochondriorum. ibid.C.

Febres continentes creantur ſine determinato loco patiente, in quem humores confluant. p.60.col.2.B.

Febricitantes lentè decubitum mutare debent, non omninò eſſe quieti, vt Mercurialis conſulit. p.62. col.1.C.

vbi tria à Mercuriali notata impugnantur. ibid.C. D.E.

Febres poſſunt prorſus ceſſare, & rurſus redire, per ſymptomaticas febres, & crudos abſceſſus. p.68. col.1.A.

in Febribus ſiue per pares, ſiue per impares moueantur dies ſextus ferè ſemper infelix eſt, & infelicitatis rationes traduntur. p.72.col.1.E.& ſeq.

Febrem magnam à rigore ſequi, non eſt omninò tutum. p.77.col.2.D.

Febres cum rigore incipientes non iudicantur per rigorem, harum enim rigor, nec euacuat focum, nec acceſſionum materiam. ibid.E.

Febres quæcumque non intermittentes tertio die fortiores fiunt magis periculoſæ. p.81.col.1.C.

in Febribus per impares motis dies quintus validiſſimus eſt ad mouendam criſim. ibid.col.2.A.

Febres longè pleniorem cibum permittendo non ſunt ob inediam aborſiuæ. p.82.col.2.C.

Febris poſt iudicium imperfectum ſeptimi diei ferè ſemper ſolet redire. p.86.col.2.B.C.

in Febribus vſtiuis aliquando aduritur locus obſtructionis, & humores obſtruentes atrabiliarij fiunt, & maligni. p.98.col.2.D.

Febris quæ Hermocratem prehendit, colliquantis magnum initium habuit. p.101.col.1.E.

in Febribus vſtiuis, & colliquationem machinantibus ſtatim attemperandum eſt corpus, & viſcus affectum. p.102.col.1.B.

Febris acuta olitoris per impares mouebatur, & die tertia habuit praua ſigna. p.104.col.1.C.

Febres motæ per pares primo quaternario iudicandæ locum idoneum maioribus auxiliis negant. p.110. col.2.A

Febris maligna illuſtris Comitiſſæ de Fuenſalida exponitur, eiuſque curatio. p.111.col.1.B.& ſeq.

Febribus quarum acceſſiones ſudore finiuntur vtile eſt ſudorem aliquo auxilio mouere. p.114.col.1.D.

Febris filiæ Eurianactis fuit erratica, quod à nullo expoſitorum notatum. p.118.col.2.A.

Febres atrociores, & moleſtiores fiunt, quæ à partu maſculino ſuperueniunt. p.123.col.2.D.

Febris enixæ hiſtoriæ hemitritæum fuit, quod nunquam datur ſine alicuius partis internæ corruptela. p.124.col.1.A.

Febres quartanæ in acutos morbos mutatæ, aut occidunt, aut ægros in ſumma pericula deducunt: & quomodo mutentur. p.125.col.2.A.

Si Febris colliquans futura eſt, frequentiſſimum eſt deriuari per aluum portionem aliquam futuram colliquationem indicantem. p.128.col.2.D.

Febres acutæ & colliquantes, ſi in termino acutorum legitimo non occidant, nec ad ſalutem terminentur, acutiem perdunt, & in alios affectus terminantur, p.130.col.1.E.

Febris quælibet etſi diaria ægro debiliſſimo ſuperueniens, illum occidet. p.130.col.2.B.

Febris Patij colliquans fuit, & timenda à primo inſultu. p.131.col.2.E.

Febris putridæ colliquantis initium, & ſigna certiora. p.132.col.1.A.

Febres ex lochiis ſuppreſſis ortæ malignæ, & praui moris ſunt. p.133.col.2.E.

Febris maligna contagio cuiuſdam infirmi Authori impreſſa narratur. p.134.col.2.E.

Febres lentæ ſi ſemel occupatam prehenderint, rarò ante partum tolluntur. p.139.col.2.D.& p.133.c.2.E.

Febres malignas à vehementi, & inſolito rigore incipere perniciosum. p.140.col.2.D.

Febri per pares motæ conuenit ſecare venam antequam acceſſio declinet. p.144.col.1.B.

in Febribus cacochymiæ biliosæ implicitis, ortis ex prauo alimento potiùs quàm ex diſtemperie viſcerum, rariſſimum eſt non dari in aliqua parte interna affectus eryſipelaceos, aut ardorem inſignem, à quo acceſſiones foueantur, & repetant. p.145. col.2.E & ſeq.

Febris hiſtoriæ Phrenetici quænam fuerit, vbi oſtenditur talem ægrum non laboraſſe vera phreneſi. p.146.col.2.C.& ſeqq.

in Febribus ſyncopalibus, ſudore diaphoretico, aut ſyncopali occidentibus ſerum cum ſanguine exiens ſæpè corruptum eſt. p.147.col.2.C.

in Febribus malignis mortem machinantibus ſudoribus diaphoreticis & ſyncopalibus, cauendus eſt vſus cucurbitarum, & oleorum laxantium, & aperentium præſertim fugiendus in dorſo. p.150.col.1.B.

Febris Calui deterior facta non fuit quia dolor femoris euanuit, ſed quia erat deterrima, de quibus dixit Hippocrates quarto die aut citiùs occidere, ſi ſignis peſſimis firmentur. p.151.col.1.C.

Febris putrida ſanata ſuperueniente diaria. ibid. col.2.B.

Febris Comitiſſæ de Saldaña exponitur, eiuſque varia accidentia, & quomodo ſanata fuerit. ibid. & ſeq.

vbi de alexipharmacis, ſi dentur in maiori quantitate quam requiratur ad ſuperandum venenum. p.151. col.2.A.B.

in Febribus diariis continentibus vrina non mutatur, etſi cauſentur ex ſanguinariæ maſſæ feruore. p.154. col.2.A.

Febris carentia periculoſa eſt quando datur cauſa interna febris productiua. p.154.col.2.E.

in Febribus valde acutis victus tenuiſſimus conſulendus eſt. p.155.col.1.E.

in Febribus motis per pares eſt imitanda natura ad ſecandam venam. p.156.col.1.D.

Febres motæ per pares ex Galeni doctrina habent naturam longorum morborum; quomodo autem hoc verificetur, ſi ſecundo aut quarto occidant, vt plurimi ſexto pereant. p.105.col.1.C.D.

in Febre per pares mota ſupponitur tota materia antecedens creata, quæ ſi ſanguis non eſt, adeſt inſignis cacochimia. p.157.col.1.A.

in Febribus motis par pares totam materiam antecedentem eſſe genitam ante morbi inceptionem conducit maximè vt expurgatio ante coctionem facilior & ſecurior ſit. p.157.col.1.C.

Febris quæ primo inſultu ſitim moleſtam, & peruigilium cauſat, nunquam eſt ſine periculo. p.160. col.1.A.

Febris ardens bifariam vrinæ colorem pallidum in intenſiorem vertit. p.160.col.2.D.

Febris

Index Rerum,

Febris Aoaxionis plus ſymptomaticæ quàm putridæ habere videbatur. p.164.col.a.A.

Febris Anaxionis duplex fuit, vna accidens inflammationis vocata, quæ nunquam defecit, alia eſt putrida febris quæ morbus propriè dicitur, & hæc eſt quæ ſudore vigeſimi euanuit. p.165.col.1.C.D.

in Febribus putridis non datur indicans expurgationem materiæ crudæ. p.169 col.1.A.

Febris Heropyri præter inconſtantiam multa alia ſigna habuit, eſtque æmulata febres aſſodes dictas. p.176.col.1.B.

Febres cum accidentibus ſimplici curatione delendæ non ſunt, vtquando ſolæ fatigant. p.178.col.1.D.

Febres moueri per pares à multis ſiniſtrè interpretatum. p.181.col.1.B.C.

Febres moueri per pares refertur inter lethalia ſigna à Galeno. ibid.C.

In Febre acuta qua ob aliquod inconueniens expurgare non licet, neque venam ſecare conuenit, ad clyſteres emollientes, & expurgantes recurrendum eſt. p.183.col.a.A.

in Febribus acutis per pares moleſtantibus, magna infelicitas eſt, ſi venam ſecare non liceat, & expurgare ſit opus. p.184.col.a.E.|& ſeq.

Febris ardens, & acuta debet habere focum putredinis, vbi ventriculus patitur nimis. p.188.col.a.D.

in Febribus per pares moleſtantibus, vehementia acceſſionum ita irritatur natura, & ante idoneum tempus, vt nulla expectata coctione criſes vt ſe defendat, procuret. p.190.col.a.A.

Febris quotidiana rarò datur quin ventriculus patiatur. p.192.col.1.C.

Febres tertianæ vomitu à elbo eradicare curat Galenus. p.193.col.1.A.

Febres enixarum periculoſiſſimæ ſunt ex defectu lochiorum. p.199.col.a.C.

Febrem deficere ab extinctione caloris vitalis & natura ad mortem properante, deſperatus caſus eſt. p.203.col.a.D.

Febres ſepultæ quænam dictæ. ibid.E.

Febris acuta cor, vt delirium cerebrum periculosè, affectum eſſe ſignificat. p.216.col.1.C.

Fermentatio.

Fermentatio ciborum in ventriculo ad coctionem eorum neceſſaria quam ignorauit Galenus. p.193. col.1.A.

Filia.

Filiæ Eurianactis natura exponitur; variaque eius morbi accidentia. p.118.col.1.A.& ſeqq.

Et tandem aſſeritur in tam deſperatum morbum incidiſſe quando menſtrua iam fluere tenebantur, & non potuerunt. p.119.col.a.C.

Fluxio.

Fluxiones alui, & Diarrhœæ ſolent ferè ſemper in enixis eſſe lethales. p.35.col.1.E.

Fluxus ſanguinis è narribus carentia, fuit non leuis occaſio mortis Eraſini. p.59.col.a.C.

Fluxio ſanguinis meri per nares expulſi non eſt lethale ſignum. p.104.col.1.E.

Fluxio ſanguinis modica, non ſemper arguit debilitatam expultricem. ibid.col.a.B.

Fluxus alui in peſtilente conſtitutione rarò non eſt lethiferus. p.107.col.1.E.

Fluxio per venas deriuata duplicem febrem creauit filiæ Eurianactis. p.118.col.1.E.

Fluxio cerebri per palatum ad œſophagum non deriuatur nobis noleotibus. p.119.col.1.C.

Fluxio alui moderanda eſt dum vena ſecatur ſi inutilis ſit. p.122.col.a.B.

Fluxio bilioſa colliquatiua ſpumans & feruens non dehortatur frigidæ potum ſed illum enixè indicat. p.123.col.1.B.

Fluxio alui liquida, & bilioſa initio febris eueniens, poteſt ex liquatione partis pinguis maſſæ ſanguinariæ contingere. p.132.col.2.A.

Fluxio alui copioſa indicabat in Pario duplicis excrementi copiam. p.134.col.a.A.

Fluxio ſanguinis ex naribus prodeſt inflammationibus iecoris & lienis. p.157.col.a.B.

Fluxio ſanguinis per nares neque intempeſtiua, neque ſymptomatica eſt, quia in primo die contingit, cum nihil ſalubrius poſſit à natura tentari, ſuppoſito affectu inflammatorio lienis, fieri incepto. ibid. D.

in Fluxionibus aut doloribus, ſemper eſt adhibenda diſtinctio ſi priùs ſanguinem mittere liceat, aut expurgare. p.168.col.1.A.B.

Fluxus ſanguineus ex naribus copioſè fluens ſolet in primo circuitu dierum criticorum febrium ardentium cum magna vtilitate à natura moueri. p.176. col.2.E.

in Floxionibus alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad praua fiat mutatio. p.195.col.2.D.

Fœmina.

Fœminæ vtero refrigerato, flatuoſo, vaporoſaque ſubſtantia pleno dolore partis poſterioris capitis, & ceroicis moleſtantur. p.34.col.1.E.

Fœminæ quibus à partu purgatio ſopprimitur aut in mortis diſcrimen veniunt, aut non valdè mediocriter affliguntur. p.35.col.2.A.

Fœminæ vtero gerentes non leui humorum vitio ferè ſemper inquinantur. p.74.col.1.G.

Fœminæ vtero gerentis ſtupenda & horribilis cupido. p.80. col.1.D.

Fœminæ ſunt corpulentiores viris, & carnoſiores. p.138.col.1.E.

Fœminæ frigidiores viris denſioris ſunt cutis. ibid.

Fœminis menſtruatis enixis & hyſtericis non applicatur ſecurè oxyrhodinum ex roſacea vel odorato liquore. p.162.col.2.D.

Fœtus.

Fœtus in vtero exiſtens nunquam abſumit tantum ſanguinem, quantum ante geſtationem ſingulis menſibus euacuabatur. p.33.col.1.G.

Fœtus In vtero pro ſui incremento, & nutritione trahit ad ſe puriorem, & defæcatiorem matris ſanguinem, & quomodo hoc fiat. p.90.col. a.A.B.

Fœtus quadrimeſtres, & quintum ferè complentes fortiores ſunt, magiſque reſiſtunt iniuriis morborum quàm trimeſtres. p.82.col.1.D.E.

Fœtus puriorem & meliorem ſanguinem à matre furatur tum ob facultatem attrahentem debilem, tum ob anguſtiam vaſorum quibus fœtus in vtero ornatur. p.134.col.1.D.& ſeqq.

Fontanella.

Fontanella Monialibus & quibus menſtrua iam deficiunt, & caſtè viuentibus proficua. p.160. col.1.E.

Fotus.

Fotus vtiliſſimus pro viſceribus æſtuantibus. p.122. col.1.D.

Fotus in tali caſu quomodo debeant applicari. ibid.

Frigiditas.

Frigiditas extremarum partium damnatur vt pernicioſum ſignum. p.8.col.a.G. & p.151.col.a. D.

Furor.

Furor continuus & vehemens in morbis acutis ſuperueniens non eſt ſignum criticum. p.151.col.1.E.

Furor ingens & tumultuoſus poteſt vt cauſa reſoluendo humorem bifariam eſſe bonus. ibid.

Galenus

G.

Galenus.

GAlenus docens tempore cruditatis, bonum cum malo euacuari, eſt intelligendus de euacuatione vitalis ſpiritus. p.6.col.2.E.
Galenus non eſt ſequendus in eo quod in febre putrida continente ſanguinem vſque ad deliquium miſerit. p.6.col.2.B.
Galenus recta victus ratione vtens, nunquam niſi aliqua febre diaria laborauit. p.10.col.2.D.
Galenus paruæ pilæ exercitio proprium libellum dicauit. p.10.col.1.A.
Galenus ſine euidenti, & probabiliſſima ratione defendus non eſt, quando rem ex profeſſo tractat, & ſuam aſſertionem experimentis ſuadet. pag. 19. col.2.E.
Galenus imperans pleniorem cibum in humorum corruptela explicatur. p.149.col.1.C.
Galeni reſolutio difficilior de expurgatione imperanda in caſu hiſtoriæ Calui. p.155.col.1.E.& ſeq.
Galenus fuit ſiniſter interpres oraculi Hippocratis ex ſexto Epidemion. p.171.col.1.D.& ſeq.
Galenus non damnatur eo quod dicat poſſe dari pleuritidem tam leuem vt non indigeat ſectione venæ, ſed quia dixit ſecurum eſſe non ſecare venam in pleuritide. ibid.col.2.A.

Geſtatio.

Geſtatio vteri eſt dupliciter occaſio ægrotandi. p.80. col.1.C.D.
à Geſtatione vteri varia & peſſima emanant ſymptomata. ibid.D.E.

Gula.

Gula omnia poſſibilia humano corpori mala cauſare poteſt. p.141.col.1.B.
Gula eſt mater inſcitiæ,& ſapientiæ nouerca. ibid. col.1.B.

H.

Hæmorrhoidæ.

HÆmorrhoïdæ frequentiſſimè enixis ſponte ſuperueniunt. p.45.col.1.A.

Hippocrates.

Hippocrates explicatur conſulens recenter enixis ventrem emollire, & clyſteres imperare. ibid. E.
Hippocrates non præcepit in morbis doloſis mutanda eſſe remedia. p.117.col.1.C.
Hippocrates ex colore cutis exceſſum cuiuslibet humoris publicat. p.141.col.1.E.

Hirudines.

Hirudinum applicatio mariſcis multum valet ad reuocandam mentem, & moderandum delirium. p.28.col.2.B.& p.84.col.1.A.
Hirudines mariſcis applicatæ vtiliſſimæ ſunt ad educendam fæculentiam huius regionis. ibid.C.
Hirudines amplioribus venis capitis affixæ ſecutius auxilium ſunt, licèt non ita efficax ad moderandam diſtillationem per carneis,& vaſa deriuatam, febris diuturnitatem, & alia grauiora ſymptomata cauſantem. p.46.col.1.D.

Homines.

Homo non debet cibis repleri ſi ſanus ſeruari velit. p.9.col.2.C.
Homo comedens ſi non exerceatur ſanus eſſe non poteſt. p.10.col.1.A.
Homines omnes in victus ratione inculpati, non morbo aliquo, ſed naturali morte obeunt. p.10. col.1.D.
Homines quidam ita à principio ſui ortus male conſtituti ſunt, vt nunquam valere poſſint. pap.14. col.1.A.
Homines vino obſecundantes duobus excrementis corpus replent. p.109.col.2.C.
Homines largiùs potantes & comedentes in omnibus regionibus corporis varia excrementa accumulant, & fraudulentos morbos creant, recidiuis opportuniſſimos. p.116.col.2.A.
in Hominibus vitam ſedentariam agentibus apriſſima eſt diſpoſitio, vt totus eorum ſanguis & caro etiam à calore violento liquetur. p.121.col.1.A.
Homines cibum abominantes ſola alimentorum publicatione etſi nec videantur, nec odorentur, moleſtiſſimè nauſeant. p.136.col.2.C.
Homines ventri & veneri obſecundantes rarò non pereunt ſubitò aut deliri, aut mente priuati, quod dolendum eſt. p.141.col.1.D.

Horror.

Horror aſſiduus eſt prauum ſignum & cauſa peſſima. p.64.col.1.E.
Horror continuus vt ſymptoma non dehortatur ſectionem venæ, ſed illam expoſcit. p.65.col.1.D.
Vbi traditur ex qua vena emittendus ſit ſanguis,& quod extrahendus ſit in quantitate poſſibili in ordine ad vires. ibid.E.
Horror à rigore differt tanquam minus à magis. p.124.col.1.C.
Horrores inordinati ſunt ſymptoma ab hæmitriteo inſeparabile. ibid.D.
Horrores indicantea malignitatem & acrimoniam cauſarum, quomodo mitigandi in enixis. pag 127. col.2.B C.
Horrorum inordinatè inuaſio eſt ſignum efficax malignarum febrium. p.134.col.1.B.
Horrores ſuperuenientes enixæ mitigandi, quia valdè obſtant redditui lochiorum. p.137.col.2.E.
Horrores cauſantur ob mordaces fuligines ambitum mordentes, nec in continuis febribus ſine malignitatis timore inueniuntur. p.160.col.1.B.

Humor.

Humores febre ardente aduſti inſignem aſſiduamque contemperationem requirunt. p.23.col.2.A.
Humores præternaturales à putredine deprauati tam aduerſi ſunt noſtræ naturæ, vt purauerit Auerroës ex talibus humoribus nunquam eſſe poſſibiles febres. p.24.col.1.D.
Humores præternaturales praua qualitate, & maligna natura magis quàm quantitate occidunt naturales verò debent in magna copia putreſieri, vt necent. ibid E.
Humores ad tibias tranſlati, non omnino coƈti recidiuare faciunt. p.27.col.1.C.
Humor cauſa acutorum nonnunquam ex vno loco transfertur ad alium, & quomodo. p.56.col.1.B.
Humores omnes nequeunt ſimul eſſe culpabiles. ib.D.
Humor pituitoſus in febribus quotidie repetit, & ideo impurior eſt eius intermiſſio, alteriuſque acceſſionis maturius principium. p.114.col.1.D.
Humores tenues & ſeroſi ſtatim ſunt expurgandi. p.159.col.1.B.
Humor melancholicus eſt efficaciſſima cauſa delirij. p.185.col.1.A.

I.

Ichor.

ICHor eſt ſanguis prauam in ſe ac tenuem humiditatem continens, non aqueam mordacem, & erodentem

dentem, qui ſanguinis fluxus periculoſus eſt. p.57. col.1.A.

Ichor eſt atræ bilis ſtrenuè fermentatiuus, omnia quæ pertingit commouens; pruritum excitat & vrit, vbi aliæ eius proprietates. ibid.D.

Ichor malignus ita eſt moleſtus naturæ, vt velut turgens, & ſummè inquieta, & lancinata expulſionem illius indeſinenter procuret, & conſtanter. p.147. col.2.B.

Icterus.

Icterus color prima die à qua cauſa, & quid ſignificet. p.141.col.1.D.

Implaciditas.

Implaciditas eſt ſymptoma pernicioſum, non permittens ægros quieſcere, ſed inceſſante motu decubitum mutare cogens. p.60.col.1.B.

Implaciditas eſt pernicioſa vt cauſa, ob inquietudinem, & motum aſſiduum vires proſternentem. ibid. C.

Inappetentia.

Inappetentia datur ob vitioſos humores ventriculum replentes. p.30.col.2.B.

Inappetentia ciborum & eorum abominatio diuerſa ſunt. p.99.col.1.E.

Inappetentia adoleſcentis Melibææ, à quo cauſata. p.218.col.2.B.

Inedia.

Inedia totum inanit, in qua bilioſi exaſperantur: pituitoſi meliùs ſe habent. p.52.col.1.B.

Inedia calidis & ſiccis naturis aduerſa eſt, vtilis verò pituitoſis, in quibus ſemper inuenitur nouum febris incrementum. ibid.

Inflammatio.

Inflammatio vteri ſuppuranda eſt, & non auxiliis reſoluentibus auferenda. p.39.col.1.C.

Inflammationes internæ frigidum potum ſemper recuſant. p.40.col.1.A.

Inflammatio iecoris ſi ſit conſiderabilis ſemper habet rationem vrgentis: & quam ſectionem venæ indicet. p.61.col.2.D.

Inflammatio propriè dicta non benè deducitur ex eleuatione cum parua contenſione. p.66.col.2.B.

Inflammatio propriè dicta humorem extrauaſatum requirit, carnem viſceri inflammati diſtendentem, & continuitatem ſoluentem. ibid.C.

Inflammatio ſubmollis quà dicitur laboraſſe adoleſcens quidam, non erat inflammatio propriè dicta. p.76.col.2.A.

Inflammatio in iecore non admittit expurgationem fortioribus medicamentis. p.101.col.1.C.

Inflammatio iecoris validiſſimè trahit & proritat fluxiones. ibid.col.2.C.

Inflammationes internæ tam rigoroſè ſectionem venæ expoſcunt, vt nullo alio remedio ſedari permittant; & ſi grandes ſint, vſque ad deliquium eſt euacuandum. p.122.col.1.D.

Inflammatio partis ſulphureæ ſanguinis non habet mitigatorium in doctrina Hippocratis, & Galeni. p.150 col.2.E.

Internæ inflammationis ſigna poſſunt aliquando non oriri ab inflammatione. p.183.col.1.D.

Inflammatio cauæ hepatis expurgatione benigna curatur. p.198.col.1 A.

Inflammatio vera nunquam expurgationem indicat, niſi euidenter conſter eſſe humoris fluentis, ſupernatantiam. p.168.col.1.C.

Inflammatio vteri magnas permutationes in lotio, & alui excrementis creat, & præſertim in lotio. p.199. col.1.C.

Intermiſſio.

Intermiſſio febris Philiſci fallaciſſima. p.2.col.2.D.

Intermiſſio quædam febrilis non ſecura, ſed maligna vt ſignum. p.99.col.1.A.

Intermiſſio febris Cherionis vnde ortum habuerit. p.114.col.1.C

L.

Labor.

Labor articulis & carnibus cibus. p.10.col.2.B.

Labor intempeſtiuus fit bifariam. p.11.col.2.E. & quomodo. ibid.

Lacticinia.

Lacticinia facillimè tranſmutantur in bilem præternaturalem, quam viſcus commutatiuum ciborum in ſanguinem obſtructum, & calidum eſt. pag.194. col.2.E.

Lenitiuum.

Lenitiuum expurgans tutiſſimè & neceſſario datur, in febribus malignis ardentibus ſtatim à venæ ſectione. p.145.col.1.D.E.

Lenitiuum expurgans ſemper dandum eſt cum maligna bilis in prima regione ſtabulatur. pag. 145. col.2.B.C.

Lacticinia tribus, aut quatuor excrementis imbuta ſunt. p.193.col.2.A.

Lien, Lienoſi.

Lienis intumeſcentia in morbo Herophontis vnde. p.26.col.1.C.

Lienoſi ſi habent ſanguinem ſeroſum & ichoroſum ſimul, laborant periculoſè ſatis. p.159.col.1.E.

Lingua.

Lingua pallida, ſicca, & aſpera in febribus malignis cacochymiæ bilioſæ implicitis, non ſemper indicat venæ ſectionem, nec ſemper dehortatur expurgationem. p.145.col.2.A.B.

Lingua vſta & ſitis moleſta aliquando in morbis acutis expurgationem ſignificant; ita vt ſi vena ſecetur, error grauiſſimus ſit. p.185.col.2.D.

Lingua vt lotium ſignificat, ab Hippocrate dictum quomodo intelligendum. p.188.col.2.C.

Liquor.

Liquor acidus perlarum Hadriani ad ardorem febrilem & putredinem commendatus. p.145.col.1.C.D.

Liquatio.

Liquatio totius ſubitam hydropem creat; vbi affertur exemplum experientia confirmatum. p.129.col.2. C.D.

Lochia.

Lochia ſuppreſſa poſſunt cauſare omnia mala ab excrementis dependentia. p.33.col.2.B.

Lochia prodeunt velut ſanguis à victima ſi mulier ſana fuerit. p.44.col.1.A.

Lochia putreſcentia prauam veneni qualitatem induunt, indeque malignam febrem creantur. p.134. col.1.A.

Lochiorum defectus in enixis eſt cauſa tam prauâ vt rarò vterus non afficiatur contagio putrilaginoſo. p.199.col.2.B.

Longitudo.

Longitudo morborum originatur à corporis denſitate, multitudine obſtructionum, copia craſſorum, & denique à læſione & diſtemperie plurium partium. p.52.col.1.E.

Loquela.

Loquelæ carentia in pluribus ægrotis viſitur, quando mens conſtat, & vitalis facultas nondum eſt inſigniter lapſa. p.100.col.1.A.

vbi traditur cauſa cur Hermocrates loquela caruerit. ibid B.

Loquelæ defectus in filia Eurianactis vnde prouenit. p.118.col.2.E.

Lumbrici.

Lumbrici præcipuè generantur ex putredine crudorum. p.76.col.2.D.

Lumbrici

Lumbrici expulſi quomodo ab Hippocrate in acutis morbis laudati. ibid.E.
an Lumbrici ex ſemine generentur, an ex ſola putredine iuncta calori. p.77.col.1.A.& ſeqq.
Lumbricorum expulſio morbo cunte in ſalutem laudatur. ibid.E.
Lumbrici ante morbum geniti nullam ſignificationem præſtant, & in quolibet tempore excreti bene excernuntur, ſi viui pellantur, ſi verò mortui, peſſimæ ſignificationis ſunt. ibid.col.2.A.
Lumbrici breui tempore creari poſſunt. ibid.B.

Luna.

Lunæ aſpectus ad criſim concurrit in quinto die.p.81. col.2.A.B.

Lurco.

Lurcones nihil aliud ſunt quàm bucca, & maxilla, ex mente Clementis Alexandrini. p.141.col.1.C.
Lurcones idololatræ putantur, quia veotrem vt proprium Deum habent. ibid.

M.

Materia.

Materia putrida nunquam in febribus expurgationem indicat. p.4.col.2.E.
Materia putrida non eſt detinenda intra vaſa vt coquatur à natura. p.5.col.1.A.
Materia expurganda eſt in morborum initiis, quando Medicus tantam illius prauitatem aut copiam agnoſcit, vt morbum inſuperabilem à natura iudicet, & repugnantem coctioni. p.21.col.1.D.
Materia ſummi vigoris moleſtior & malignior eſt quàm materia antecedens. p.25.col.1.B.
Materiam quæ coquitur iam tardius coqui ſi expurgario imperetur; expurgationem verò poſſe alia ratione morbum breuiare, diuerſa ſunt. p.68. col.2.A.
Materia praua minuenda eſt in ægro paratiſſimo euacuationi per aluum, vt fœlix purgatio leui medicamento, & ſine torminibus ſperetur. paginâ 107. col.2.C.
Materia febris Heropythi nunquam fuit cocta, quia nunquam inuenta eſt quieta. p.176.col.2.D.

Medela.

Medela morbi Clazomenijâ quo auxilio inchoanda, vbi oſtenditur quomodo Clazomenius in manibus Medicorum huius temporis periclitaretur. pag.68. col.2.D.& ſeqq.
Medela vxoris Dromedei quomodo eſſet inſtituenda proponitur. p.72.col.2.B.& ſeqq.
Medela adoleſcentis ægroti duodecimi à quo inchoanda: vbi varia traduntur auxilia. p.78.col.2.B. & ſeq.
Medela morbi enixæ quomodo inſtituenda proponitur. p.126.col.1.A.& ſeqq.
in Medela morborum rectè inſtituta eueniunt mooſtra vt in natura. p.113.col.1.C.
Medela fortium apoplexiarum non eſt impoſſibilis, vt putauit Hippocrates. ibid.D.
Medela morbi Pythionis à quo remedio inchoanda. p.143.col.2.C.& ſeqq.
in Medela iecoris inflammati non eſt ſperanda coctio phlegmonis, vt detur leue medicamentum expurgans, ad extrahenda aſſidua excreta ex caua parte emanantia. p.198.col.1.D.

Medicamentum.

Medicamentum leniter bilem excrementitiam educens, & deorſum trahens ſecuriſſimè datur in febribus malignis, ortis ex prauo alimento, potiùs quàm ex calida diſtemperie viſcerum; ſecta tamen priùs vena. p.145.col.1.E.
Medicamenta ſeroſos humores expurgantia, debent talia dari quæ in parua quantitate multum educunt. pag.149.col.2.E.
Medicamentum expurgans dandum erat in caſu hiſtoriæ Caloi ad iuuandam naturam mittentem ad inferiora, ſi cooſtabat febrem eius ortam eſſe à praua victus ratione ingentem cacochymiam creante. p.154.col.2.A.B.C.
Medicamentum expurgant ſemper timendum eſt, vbi lingua exuſta eſt, & clamoſa ſitis fatigat.p.183. col.1.C.
Medicamentum totum commouens, & ex toto attrahens ineptum eſt his qui molta cruditate laborant. p.196.col.2.B.
Medicamenta expurgantia ſi aluus non reſpondeat, periculoſa ſunt delirantibus cum febre acuta.p.206. col.1.C.D.
Medicamenta euacuantia, & purgantia non ſont imperanda, natura copia excrementorum ſtimulatâ euacuante abundè. p.131.col.1.

Medicus.

Medici qui non attendentes an natura ſufficienter euacuet materiam morbi, & quia morbus ſtatim non remittitur, plur inanierunt, aut ſecta vena, aut aluo ſollicitata, ægros in grauiora pericula deduxerunt. pag.20.col.1.E.
Medici debent neceſſariò ſcire recidiuæ ſigna, eámque prædicere, vt liberentur à calomnia vulgi. pag.29. col.2.D.
Medicus tempore intermiſſionis prioris morbi debet prædicere recidiuam, & ita operari, vt operaretur præcauendo malum certò futurum; vbi varia obſeruanda traduntur. p.31.col.1.D.
Medicus eruditur quomodo ſperandum ſit iudicium bonum in criſi; quomodo dignoſcatur intermiſſio fallax morbi; & quomodo in talibus caſibus ſe gerere debeat. pagin. 31. col.1. B. & ſeqq.
Medici febricitantes, aut alio morbo laborantes enixas curantes, falluntur ab obſtetricibus, & aliis mulieribus enixæ aſſiſtentibus; Et vnde fallacia oriatur. p.33.col.1.B.
Medici attendere debent ad euacuationem enixarum; vt iudicent an idonea ſit. ibid.E.
Medici accipientes præcepta vniuerſalia, & omnibus caſibus illa accommodantes cum certa ægrotorum pernicie, reprehenduntur. p.39.col.1.B.
Medici monentur curare partes quæ excrementa generant, tanquam primam radicem morborum. p.43.col.2.C.
Medici magni eſt longitudinem aut breuitatem morbi ſtatim agnoſcere non ſolum ad idoneam victus rationem inſtituendam, ſed etiam ad idoneam curationem, rectè præſagiendum, & ſpectandam criſim. p.52.col.1.E.
Medici omnes variegatar deiectiones vt longiſſimas damnant. p.53.col.1.A.
Medici etiam periti valdè attendere debent ne ſeducantur dum inquirunt cauſam diuturnitatis morbi, p.53.col.2.C.
Medicus non errat ſi in prima acceſſione venam ſecare conſulat, quando febris per pares mouetur,

utur, & continentem ſemper creſcentem æmulatur, & hoc in Metone imperandum erat. pag.57. col.2.B.

Medicus cum maiori arte ceſſat ab auxiliis dum expedit, quàm faciat opportuna. p.58.col.1.B.

Medicum terreri non decet, ſi dum incipit operari non minoretur morbus. ibid.D.

Medicus cognoſcens à primo morbi inſultu fore malignum præ ardore, tenetur ſtatim illum reprimere, & ſi poſſibile ſit, in aliam morbi ſpeciem mutare: quod præceptum obſeruauit Hippocrates in morbo Metonis. p.59.col.1.B.

Medicus in morbi valdè periculoſi prima inuaſione egregiè & animosè operari debet, vt vnico remedio iuguler febrem, iuxta conſilium Galeni. p.62. col.2.B.C.

Medicus oleum & operam perdit ſi initio egregiè non dimicet contra ſudorem ex inflammationis vehementia ortum. ibid.C.

Medicus debet eſſe imitator naturæ benè operantis. p.69.col.1.D.

Medicus bifariam aſſequi poteſt an detur retentio excrementorum ex cibis, aluo copiosè fluente. p.67. col.1.C.& ſeq.

Medicus debet eſſe confidentis animi in complicationibus ſimilibus iis quæ euenerunt in morbo Clazomenij. p.69.col.1.A.& pag.74.col.1.E.

Medici in acuta febre rigidè abſtinentiam potus conſulentes, peccant; meritò tamen enixis potum frigidum recuſant. pag.73.col.1.B.

Medicorum frequens error imperantibus enixis epithemata odorifera in cordis regione. p.74.col.2.E. & pag.202.col.2.B.

Medicus criſim futuram prædicendo quid diuinum apud vulgus operatur, & ſic audent homines ſe Medicis committere. p.86.col.1.C.

Medicus naturam mouentem per regionem ſalubrem, & euacuantem quod decet, ſed diminutè, iuuenens, debet motum illum iuuare. pag.90. col.1 B.

Medici in praxi duplex peccatum vulgo committunt. p.94.col.1.B.

Medicus agnoſcens verum eryſipelas iecur affligere, debet ſtatim miſſo ſanguine iecoris calorem extinguere omni ingenio. p.101.col.2.E.

Medicus ſollicitus eſſe debet vt operi & inclinationi naturæ rectè operantis, contrariis auxiliis non ſe opponat. p.108.col.1.B.

Medicum in morbis grauibus non operantem timiditatis aut ignorantiæ vulgus ſemper accuſat. p.122. col.2.C.

Medici audentes venam ſecare aluo fluente, ægros in maiora pericula deduxerunt, ſecundum Galeni doctrinam. p.115.col.2.C.

Medici euacuantes ſolùm excrementa genita, & non medentes affectui partis illa creantis, à Galeno reprehenduntur. p.135.col.2.E.

Medici fallontur ſi in febribus malignis cacochymiæ bilioſæ implicitis ex linguæ ſiccitate, pallore, & aſperitate, deduxeant ſemper ſectionis venæ indigentiam, expurgationem autem recuſent. p.145. col 2.A.

Medici ſollicitè attendere debent ſi febris ardens vſtione aut putredine creetur. pag.146.col.1.C. & ſeq.

Medicus non debet ſperare in incipientibus phlegmonibus, & in febribus quæ per pares mouentur expectare declinationem primæ acceſſionis ad ſecandam venam. p.156.col.1.C.

Medicus peccaret ſi incipiente lienis inflammatione cum acuta febre tardaret ſectionem venæ. p.157. col.2.D.

Medicus non debet ſperare fortuitum auxilium naturæ vrgente periculo. p.163.col.1.C.

Medicus eruditur ad attentionem, & conſiderationem periculi pleuritidis, vt mirabilis fiat. p.174. col.2.A.B.

Medici docti eſt præcauere ſemper nè morbi periculoſi incrementum acquirant. p.166.col.2.D.

Medicus quodcunque auxilium praui ſucci in acutis affectionibus debet fugere. p.172.col.2.C.

Medici ignorantes febres continuas curare, niſi ſtatim venam ſecando, reprehenduntur. pag.178. col.1.D.

Medicus non debet ignorare quid ſit febres moueri per pares, vel impares, ſi rectè præſagire velit; vbi traditur Hippocratis & Galeni doctrina circa hoc valde vtilis ad praxim. p.182.col.1.B. & ſeqq.

Medicorum error cerebro tantùm in delirio occurrentium, radicem delirij incuratam relinquentes. p.197.col.2.B.

Medicus Chriſtianus omnia ſigna delirium venturum pollicentia debet tenere ſemper præſentia. p.208. col.1.E.

Medicus non poterat maius beneficium naturæ conferre in morbo adoleſcentis Melibeæ, quàm euacuando quolibet die grandem copiam materiæ ſeruſæ. p.210.col.2.D.

Mediocritas.

Mediocritas ſeruanda in omnibus, rebus non naturalibus ad valetudinem. p.11.col.1.A.

Mediocritas quid ſit. ibid.C.

Melancholia, & Melancholicus.

Melancholici ſaliuoſi ſunt, & humidiores, & hoc particulare habent, quod ſerum malignum ſit. & ſanguis eorum ichoroſus. p.52.col.1.E.

Melancholici multimodas viſiones, & ſpectra concipiunt, & ratio affertur. p.57.col.1.C.

Melancholicis propter ſiccitatem viſa in ſomnis euidenter apparent. p.57.col.1.D.E.

Melancholici carent copia vitalis caloris, inſomneſque ſunt, & animi deiectiſſimi. pag.185. col.2.A.

Melancholia efficaciſſimè mouet phantaſiam, & delirare cogit, ſi ſeparetur à reliquis ſuccis. pag.203. col.1.B.

Melancholia bifariam ſiccat. p.203.col.1.C.

Meliſſa.

Meliſſæ aqua aut eius decoctum mirabilis ad hyſtericam paſſionem. p.191.col.2.E.

Meliſſæ qualitates & dotes. p.192.col.1.A.

Menſtrua.

Menſtrua diminuta fuere Melidiæ ægrotandi occaſio. p.85.col.1.E.

Menſtruorum ſuppreſſorum grauitas à Galeno diuulgata p.133.col.2.E.

Menſtruis retentis ſi putreſcant in vtero hyſterica paſſio creatur. p.134.col.1.A.

Menſtrua quæ in vtero putreſcunt velut venenum corrumpuntur. ibid.

Menſtrua primò apparentia fluunt diminutè, quod ſæpè virginibus eſt ægrotandi non leuis occaſio. p.159.col.2.E.

Menſtrua quomodo mouenda in muliere moroſa, quorum defectu laborabat. p.188.col.1.A.

Menſtrua

Menſtrua ſine ſenſu præcendente vigilando manaot, & ſæpè dormiendo emanare incipiunt. pag.201. col.2.E.

Mercatus.

Mercatus improbatur ſentiens in bubonibus Gallicis ſanguinem eſſe mittendum ex brachiis. pag.152. col.1.E.

Mœror.

Mœror qui ſolet eſſe febris diariæ origo, fuit in vxore Dealcis occaſio febris malignæ. p.203.col.2.A.
Mœroris & riſus complicatio quomodo poſſibilis in morbo vxoris Dealcis. ibid.E. & ſeq.

Moleſtia.

Moleſtia quælibet merito ſperatur in commotione excremeotorum,& ſanguinis iam putrefacti in corpore pleno. pag.155.col.2.E.

Monſtra.

Monſtra vt in natura, ſic in morbis creantur.pag.131. col.2.B.

Morbus.

Morbi indicati ſine ſignis recidiuant, & ſæpè malignius. pag.2.col.1.D.
Morbi quilibet pendentes à bile atra quæ propriè talis eſt, lethales ſunt. p.22.col.1.A.
Morbi doloſi quinam, & quomodo à Græcis vocentur. pag.32.col.2.B.
Morbi diſtillationibus ex cerebto copulati diuturniſſimi ſunt. p.43.col.1.D.
Morbi peſſimi ſunt in quibus bilioſi, crudi & craſſi ſucci abundant. p.53.col.1.A.
Morbus Critonis eiuſque cauſæ exponuntur, & cur tam breuis fuerit. p.64.col.2.B.C.& ſeqq.
Vbi etiam traditur cauſa cur deiectiones alui bilioſæ fuerunt, ſi puſtulæ pedis nigræ apparuerunt. p.65. col.1.A.
Morbi interdum tam maligni ſunt vt ægri exſpirent antequam poſſint Medici arte repugnare; quod verificatur in morbo Critonis. ibid.B.
Morbi Critonis inuaſio fallaciſſima fuit, & vnde fallacia. ibid.
Morbus Clazomenij non fuit inflammatio hypochondrij. pag.66.col.2.A.
Morbus Melidiæ qnis fuerit exponitur. p.85.col.1.D. & ſeqq.
Morbi acuti rarò terminantur per euacuationem per vterum à natura fieri ſolitam, quia lenta nimis eſt. pag.88.col.1.D.E.
Morbus in quo ſomnus laborem facit mortale eſt. p.93.col.2.D.
Morbi diuturni à pituita,& atra bile creantur. p.94. col.1.A.
Morbus regius ante ſeptimum adueniens, bilis multitudinem ſignificat, & periculoſus ab Hippocrate cenſetur. p.96.col.2.B.
in Morbis acutis multam & craſſam eſſe materiam peſſimum ſignum eſt. ibid.C.
vt Morbus regius periculoſus non ſit magno indiget auxilio. ibid.E.
Morbus regius ante ſeptimum adueniens, ſolutio febris ardentis ſolus eſſe nequit. p.97.col.1.E.
Morbi Hermocratis fallaciſſima conditio, quæ bona in die tam celebri euenientia,tam caduca & ficulnea reddidit. p.98.col.1.B.
in Morbo fallaci, & acuto contemnenda ſunt omnia carentia periculo, & periculoſo morbo ſolicitè occurrendum. p.103.col.1.A.

D. de Heredia de morbis popul.

Morbus nullus tam deſperatus eſt vt aliquando videri non poſſit. p.113.col.1.C.
Morbi febriles cum alui fluxu incipientes rarò non ſunt longioris conſtitutionis. p.115.col.1.B.C.
Morbi palumbuli quinam, & cuius occaſione ab Hippocrate expoſiti. p.116.col.2.C.
in Morbis doloſis intenſiora remedia quàm prius non ſunt imperanda. p.117.col.1.A.B.
Morbi recidiuantes doloſi nequeunt appellari ab Hippocrate. p.117.col.1.E.
Morbus Cherionis non fuit vt doloſus ab Hippocrate traditus. ibid.col.1.B.
Morbi acuti ſi ab atra bile exquiſita creentur, deſperati ſunt, ſi verò à melancholia rarò non ſunt exitiales. p.125.col.1.E.
Morborum inſignis varietas ab Hippocrate relata, vnde. p.128.col.2.A.B.
Morbus nullus, etſi ſecuriſſimus, ſecutus eſt reſpectu omnium. p 130.col.2.B.
in Morbis acutis non ſunt omninò certæ prænunciationes ſalutis aut mortis. p.131.col.2.A.
in Morbis acutis dolent grauiter interiora, & quando. ibid.C.
in Morbis diuturnis decidentibus, & tam inconſtantibus dantur plures partes affectas diuerſa excrementa creantes. p.140.col.1.C.
in Morbis pertinacibus practicum præceptum eſt deobſtruere efficaciter regionem naturalem. ibidem.D.
in Morbis periculoſis & acutis nulla occaſio magnorum remediorum omittenda eſt. pagin. 144. col.2.D.
Morbi omnes ex Cardani ſententia eſſent curabiles ſi in primo inſulto vt ſunt agnoſcerentur, & æqualibus contrariis Medicus egregiè pugnaret. p.155.col.1.B.
Morbi duratio vſque ad centeſimum rara, & ſingularis. p.175.col.2.E.
Morbum acutum in tanta duratione non ſuſtuliſſe ægrum duplex cauſa traditur. p.176.col.1.A.
Morbus Heropythi non ſemper fuit febris ardens, ſed varias mutationes habuit. p 176.col.1.B.
Morbus Heropythi quomodo curandus, quidve agendum in primis illius diebus. p.177.col.2.D.& ſeq.
Morbi etſi grauiſſimi minùs lethales putantur, ſi à cauſis externis creentur, quàm ſi inculpatis eueniunt. p.180.col.1.E.
Morbi qui diebus paribus habent acceſſiones, tardane in iudiciis. p.182.col.1.B.
Morbus Gallicus non poteſt creari ex immodica venere ſine concubitu cum contagioſa. pag.182. col.1.C.
Morbus Gallicus non eſt tam antiquos vt immodica venus. ibid.
Morbus firmatur in parte quæ in principio per conſenſum doluit; ibique fit quaſi ſecundus morbus, & aliquando malignior priore; vt exemplat hiſtoriæ confirmatur. p.201.col.1.E.

Mors.

Mors vitalis caloris quieſcere. p.10.col.2.A.
Morituri difficilè reſpirant, delirè loquuntur, inſomnes ſunt,& alia peſſima ſigna habent. pag.122. col.1.A.

Motus, & Motio.

Motio per pares nunquam contingit ſine magna copia ſucci febrem creantis. p.4.col.1.C.
Motus duplex partim dormiendo partim vigilando celebratur. p.10.col.2.D.

Motus tremuli in acuta febre ſunt propriiſſimum ſymptoma delirij. p.19.col.2.D.

Mulier.

Mulieres deſperatæ ferè ſuppurata lochiali purgatione & ſenſim manata liberatæ. p.73.col.1.A.
Mulier quædam ob vteri geſtationem, & non ob aliam occaſionem ægrotauit. p.80.col.2.D.
Mulieres vtero gerentes ſi acuto morbo corripiantur, lethale eſt. p.82.col.2.A.
Mulier grauida valens, ſenex robuſtus, & puer firmus tutò per venæ ſectionem curantur. pag. 83. col.1.D.
Mulier grauida quædam quomodo à Medico tractanda in tribus diebus, in quibus ſine febre fuit. p.84.col.2.D.E.
Mulier nobilis febre maligna oppreſſa, quam die vigeſimo rigor inuaſit cum cordis anxietate, & ſuſpirio ab Authore ſanata. p.86.col.1.E
Mulier liberata cum deiectionibus nigris fœtidis, & paucis admodum, cum admiratione Expoſitorum omnium. ibid.col.2.E.
Mulieres vtero gerentes purgare licet, etſi non turgeat materia, & in hoc non eſt ſequenda Galeni doctrina. p.111.col.1.C.
Mulieres grauidæ non febricitant neceſſariò, plurimom tamen contingit ob ciborum faſtidium. p.133.col.2.D.
Mulieribus grauidis prauorum ciborum eſus permittitur timore aborſus. p.136.col.2.E.
Mulier quæ copioſo fluxu ſeroſo per nates animam egit, poſtquam expultrix totum ſanguinem iam reiecerat. p.189.col.1.E.

N

Natura.

NAturæ abundè euacuanti, & copiâ excrementorum ſtimulatæ non eſt addendum nouum calcar ad euacuationem. p.19.col.1.A.
Natura ſufficienter materiam morbi euacuante ſine interna inflammatione, ſequenda eſt doctrina Galeni, 1. *ad Glauconem* tam rigoroſè ſcripta. pag. 19. col.2.E.
Naturam ſufficienter euacuare quomodo intelligendum. p.20.col.1.A.
Naturæ tantùm quolibet die euacuanti quantum per artem euacuari poterat, non eſt opus alia euacuatione, etſi talis non ſit pro ratione multitudinis. p.20.col.1.D.
Natura non operatur deprauatè in morborum initiis euacuando materiam antecedentem tempore cruditatis. p.14.col.2 B.C.
Natura reiterando criſim morbum finit, ſi criſi imperfecta priùs intermiſit. p.31.col.2.D.
Natura tam ſagax eſt vt aliquando menſes ſimul cum vteri geſtatione manent, præcauendo mala ex eorum retentione oriunda. p.31.col.2.E.
Naturæ mira ſollicitudo ad varias criſes tentandas ad ſaluandam vxorem Epicratis tam grauiter oppreſſam. p.41.col.1.E.
Naturam non expellere nociua ſtatim ac creantur dependere poteſt non ſolùm ex debilitate facultatis pellentis, ſed quia quod corrumpitur non irritat, quod eſt magnum infortunium. pag.44. col.2 B.
Natura indicat febres ſine periculo recidiuæ, etiam cum materiæ cruditate duplicitèr. pag.55. col.2.E. & ſeqq.
Natura ferè ſemper turgens fuit durante morbo Clazomenij. p.69.col.2.E.
Naturæ potentia & ſagacitas laudanda. p.70.col.1.B. & p.143.col.2.A.B.& p.41.col.1.E.& 161.col.2.B. & 33.col.2.E. p.189.col.1.B.
Natura delirans in principiis malignum eſt. p.141. col. 1.A.& pag.147.col.1.A.
Natura rarò quieſcit in exitioſis paſſionibus p.143. col.1 E.& ſeqq.
Natura nequit tempore cruditatis ſolos peccantes humores reiicere. p.91.col.2.D.
Natura ægrum liberare tentans per decubitum in partes inferiores pellit portionem certam humorum per vrinas. p.106.col.1.C.
Naturæ ſagacitas calidum effluuium in partes algidas mittentis ne pereant paralyticæ. p.143.col.1.B.
Natura mitteus ad infera iuuanda erat pharmaco expurgantē, ſi conſtabat corpus eſſe cacochymum ob prauam victus rationem, in caſu hiſtoriæ Calui. p.154.col.1.A.B.C.
Natura eſt docta ſine doctore, ex ſe ſola poteſt peracutas paſſiones ſuperare, vnde dicitur morborum medicatrix. p.155.col.2.C.
Natura non debet putridum humorem febrem cauſantem, aut alium tumorem retinere vt concoquat illum. p.158.col.1.A.
Natura eſt aſſidua in motione lædentium, & ſi aliquid retinet, non eſt quod velit illud retinere, ſed quia nequit illud expellere. ibid.col.2.A.
Naturæ mirabilis prouidentia copulans in eadem ætate quæ diuerſis conueniunt. p.161.col.2.B.
Natura Medicus prudentiſſimus. p.178.col.1.E.

Nicodemus.

Nicodemus non incidit in morbum ex immodica venere, ſed ex eius indextero vſu. p.183.col.1.A.
Nicodemus vnde dictus; vbi ſuadentur aliam fuiſſe cauſam eius morbi. ibidem

Nimium.

Nimium quodlibet eſt naturæ inimicum. pagin.19. col.2.B.

Nitrum.

Nitri vitriolati Hadriani dotes. p.145.col.1.D.

O

Obſtructio.

OBſtructio vniuerſalis ſi tota corrumpatur diuturnas paſſiones generare poteſt. pag 52.col.2.B.
Obſtructiones multæ putredinem diutiſſimè fouent, morbóſque producunt. ibid.
Obſtructio vniuerſalis à plenitudine ſola orta, non eſt occaſio morborum diuturnorum, ſed aut repentè occidit, aut decumbens in partem debilem internam deſperatas inflammationes creat. ibid.

Odor.

Odor bonus eſt enixis certa pernicies, præſertim quando lochia partes ſuperiores expugnare cœperunt. p.47.col.2.E.

Oleum.

Oleum oſſium humanorum ad mitigandos obſcurandóſque dolores articulorum, quomodo parandum. pag.109.col.1.E.

Oleum quod ex lapa maiore paratur celebre eſt ad mitigandos dolores enixam ex lochiorum ſuppreſſione moleſtantes. p.139.col.1.A.

Olea aperientia vt laxantia præſertim fugienda in dorſo in febribus malignis, mortem machinantibus ſudoribus diaphoreticis & ſyncopalibus.p.150.col.1.B.

Oleum Mathioli ſeleſtiſſimum nunquam ſecurum eſt vbi venenum expugnandum non datur. p.160.col.1.C.

Olea ad mitigandum dolorem pleuriticum idonea quænam. p.173.col.1.E.

Olitor.

Olitoris munus grauiſſimis morbis paratiſſimum. p.103.col.2.E.

Olitor æger de ſolo capitis dolore querebatur, quia moleſtia cerebri reliquas ſuperabat. pag.104.col.1.D.

Opinio.

Opinio communis Medicorum docentium tantum tempus requiri ab augmenti generalis principio vſque ad morbi perfectam ſolutionem, quantum à primo morbi inſultu, ad diem primum vniuerſalis augmenti, ſuadetur vt vera. pag.50.col.1.E.

Os.

Os ventriculi ita cum corde conſentit, vt ſi doleat compatiatur ſtatim cor. p.73.col.1.D.

Os ventriculi ab antiquis cor etiam dictum fuit. ibid.E.

Oxyrrhodynum.

Oxyrrhodinum quando ſine roſacea, & ſine aceto, & quando cum illis conueniat. p.162. col.2. A.B. & ſequentibus.

Oxyrrhodinum ſuſpectum, iuſtante criſi per hæmorrhagiam. p.163.col.1.C.& p.179.col.2.A.

Oxyrrhodinum ſuſpectum in phrenitidis ſtatu, & in principio illius hecticæ. p.107.col.2.E.

P

Palpitatio.

PAlpitatio perpetua hypochondrij à ſolo incendio non cauſatur. p.13.col.1.D.

Palpitatio vigeſimatertia morbi olitoris adueniens quomodo fouenda, & à qua cauſa prouenirer. p.109.col.1.A.

Palpitatio totius corporis phrenitico ſuperueniens erat motus creberrimus arteriarum, & inæqualis ad expellendam oppreſſionem ſeroſæ & malignæ ſubſtantiæ. p.147.col.2.E.

Palpitatio vera non fit à ſolo flatu, ſed à ſeroſis & prauis excrementis, in exhalationes, & vſtilagines exiguas diſcreris. p.148.col.1.A.

Palpitatio Phrenitici ſimilis erat ei quam barbari ieſtigationem vocant: vbi explicatur Hippocrates loquens de palpitatione totius corporis. ibid.B.

Palpitatio totius corporis phrenitici non poterat fieri à flatibus, ſed erat ieſtigatio concuſſiua membrorum. p.148.col.1.E.& ſeq.

Palpitatio cordis adoleſcentis Melibeæ quam habuerit cauſam. p.108.col.2.D.

Palpitationes cordis variæ, & quænam dicantur veræ. p.109.col.1.B.C.

Palpitatio cordis per quam intelligitur motus arteriæ magnæ ſub vmbilico pulſantis, quomodo curanda. p.211.col.2.D.

Palpitatio cordis, & pulſus hypochondriorum per morbos. p.208.col.2.C.D.& ſeqq.

Paraphrenetici.

Paraphrenitici rarò in initio & fine acceſſionum delirant, ſed ab augmento ad vigorem. p.60.col.1.B.

Parotides.

Parotides Clazomenij ſola anodyna poſcebant, neque tentandum erat earum incrementum. pag.70.col.1.B.

Pars.

Nulla pars Princeps poteſt effugere compaſſionem cum vtero ſi inflammatione laborat. pagin.34. col.1.C.

Partes internæ morboſæ, quando oppoſitis qualitatibus diſtemperantur, & cauſas morboſas creant contrarias, moleſtiſſimè & diuturnè lædunt, cogûntque cum periculo contraria auxilia mouere. p.52.col.1.E.

Pars eadem & paralytica, & conuulſiua eſſe poteſt. p.86.col.1.D.E.

Partus.

Partus etſi naturaliſſimus nullus datur abſque inſigni virium diſpendio. p.33.col.1.E.

Partus fœmineus morbis creandis paratiſſimus cenſetur, maſculinus tamen non caret ſuo ſcrupulo, & periculo cadendi, quæ ſi eueniant ex eo, atrociores & moleſtiores fiunt. p.133.col.2.D.

Partus femineus periculoſior eſt maſculino, periculoſiſſimus autem ſi ſit gemellarum. pag.198.col.2.C.

Paſſio.

Paſſio illiaca deſperata cenſetur quando motu periſtaltico cauſatur. p.141.col.1.A.

Peſtis.

Peſtis quædam tempore Galeni fuit, in qua tanta erat ciborum abominatio, vt ægri dicerent ſe malle mori, quàm comedere. p.99.col.2.A.B.

Phrenitis.

Phrenitidem in lethargum mutari peſſimum, ab Hippocrate dictum quomodo intelligendum. p.200.col.1.C.

In Phrenitide iam ad hecticam tendente perniicioſa eſt oxyrrhodini, & aliorum repellentium applicatio. ibid.D.

Phrenitis melancholiæ adiuncta cordit, & cerebri maximam ſollicitudinem requirit. pagina 206.col.1.A.

Pilula.

Pilulæ Cratonis pro diſtillationibus cerebri. col.2.D.

Eiuſdem pilulæ ſomniferæ. pag.201.col.2.E.

Piſces.

Piſcium aſſiduus vſus, non leuis ægrotandi occaſio. p.80.col.2.E.

Pituita.

Pituita eſt frigidior omnium quæ dantur in corpore. p.11.col.1.D.

Pituita ſola non poteſt creare febres per paret periodicanter, neque acceſſiones lethales. p.158.col.2.C.

Index Rerum,

Plenitudo.

Plenitudo duplex ex multo cibo creatur. pagin.9. col.2.D.
Plenitudo primæ regionis ventriculum opprimens vomendo eoacuatur. p.45.col.1.D.
Plenitudo magna totius requiritur, & quod euacuatio brachiorum magna non ſit, vt ſecurè venæ ſupernæ priùs ſecentur in menſtruorum defectu & diminutione. p.87. col.2.E.
Plenitudo excrementorum abſumendorum per exercitia, ſemper copulata eſt vitæ ſedentariæ. p. 121. col. 1.E.

Pleura, & pleuritis.

In pleuritide omnia ſiccantia inimica ſunt. pag.172. col.2.E.
Qualis potus conueniat. ibid.& ſeqq.
In pleuritide quomodo ſomnus lædat & proſit.p. 173. col. 1.C.
Pleuriticis acida non conueniunt. p.174.col.1.B.C.
Pleuritidis alexiphatmaca varia.p.175.col...B & ſeqq.
Pleuritide incipiente ſimul cum febre putrida, non ſolùm eſt focus putredinis locus inflammatur, ſed vaſa etiam loco inflammato immediata. pagina 165.col.2.A.
Pleura Anaxionis denſiſſima fuit, ob tardam reſudationem, & longitudinem doloris pleuritici. ibid. col.2.E.
in nulla Pleuritide ſecuriùs ſanguis mittitur, quàm in qua cruenta expelluntur. p.166.col.1.C.
in Pleuritide priùs conſiderandum eſt ſi vrgeat, quod in parte affecta confluxit. ibid.E.
vbi quod ex vena eadem ſecta reuulſio, & euacuatio ſimul poteſt fieri. ibid.col.2.A.
In Pleuritide non eſt ſemper reiteranda ſectio venæ vſque ad mutationem coloris:vbi traditur conſilium Hippocratis & Galeni. ibid.col.2.E.
in Pleuritide vera ſiue aſcendens, ſiue deſcendens ſit, non eſt expurgandum in principio. pag.168. col.1.C.
Pleuritidis bilioſæ medela à medicamento expurgante inchoatur ſecundum mentem Hippocratis, dum priùs expurgans præbeatur antequam æger bilioſam ſaliuam expuerit. p.170.col.1.C.
Pleuritidis periculum & frequentia, multa conſideratione,& attentione Medici digna ſunt.p.174.col.1. D.& ſeq.
in Pleuritide vera deſcendente non eſt expurgandum, eo quod deſcendens ſit. pagina 171. col.2.B.
Pleuritidem ſanguineam impedire miſſionem ſanguinis abſurdum planè. pag.171.col.1.D.
Pleuritis genericè eſt periculoſior febre putrida à ſanguine orta. ibid. E.

Poſſibilitas.

Poſſibilitas res eſt ampla. pag.129.col.2.B.

Potentia.

Potentiæ omnes humani corporis operando vt decet robuſtiores, & agiliores efficiuntur. pag.10. col.1.E.

Potus, & Potio.

Potus gelidæ ad ſatietatem vtilis eſt ad curationem febrium colliquantium. p.23.col.1.C.
Potus gelidæ vrgentius indicatur in febre colliquatiua,ſi ſeptum tranſuerſum cum toto hypochondrio habuit magnum eryſipelas. ibid.D.
ad Potum gelidæ copioſè dandum non ſunt ſperanda ſigna coctionis in concurſu ſymptomatum ab eryſipelate viſcerum dependentium. ibid.E.
Potiones valdè frigidæ enixis ſunt ſuſpectæ, etiamſi febre ardente laborent. p.39.col.2.E.
Potio frigida in vigore ſummæ acceſſionis danda eſt: p.40.col.1.B.
Potus aquæ audaciùs eſt concedendus ſi febris cauſa vſta ſit: Si verò ex putredine ob ſuperfluam humiditatem accendatur febris,cum maiori cautela, & moderatione attemperatio fiet. pagina 2.col.1. A.B.
Potui frigido in principio dando ob vrgentiam caloris, admiſcendum eſt aliquid deobſtruens, & ad diſtributionem celerrimam conducens. ibidem C.
Potus gelidæ dandus in fine vigoris acceſſionis, & non in declinatione. ibid.D.
à Potu gelidæ non erat ſecanda vena in caſu Metonis, vt conſulit Amatus Luſitanus. pagina 59. col. 1.B.
Potus gelidæ & ſectio venæ ſunt duo magna auxilia pugnantia ſimul contra calorem vitalem, à quibus multas læſiones patitur. ibid.C.
Potioni frigidæ miſcendum eſt acetum lympidiſſimum, aut alia quæ affectuntur; ſi detur in putredine vda vt calor extinguatur. pagin.58. colomn.2.C.
Potus parum frigidus mucilaginoſa humiditate conſtans eſt remedium contra obſtructiones. pag.99 col.2.B.
Potus largior imperandus in febribus vſtiuis, etiam ſine appetitu potionis. p.102.col.1.D.
Potus frigidæ in caſu adoleſcentis hiſtoriæ dandus erat,ſi alui fluxio colliquatiua, ſpumans, & fetuens apparuit. p.123.col.1.B
Potiones dandæ in febribus vſtiuis, & liquantibus diarrhœæ implicitis. p.132.col.2.E.& ſeq.
Potus aquæ frigidæ celebre remedium eſt in colliquantibus febribus, etſi diarrhœa detur. pag.133. col.1.E.
Potiones cordiales & attemperantes pro cerebri defenſione, & ſomni conciliatione conueniunt. p.139.col.2.D.
Potio attemperans vtilior in febribus ardentibus eſt, quæ ſit ex pulpa tamarindorum pagina 145. colomn.1.B.
Potiones aliæ ad idem, & colliquationi obſtantes. Ibidem.C.
Potio febribus ardentibus & malignis idonea, & laudabilior quæ. p.145.col.2.C.
Potiones frigidæ ſuſpectæ ſunt, niſi adſtrictoriæ ſimul ſint, corde nimis æſtuante. p.162.col.1.A.
Potiones acidæ pernicioſæ ſunt pleuriticis. pag.174. col.1.B.
Non tamen ſi mixtæ ſint calidis quando iam materia cocta eſt. ibid.C.
Potiones enixis aptæ ad ſolandam ſitim & menſtrua mouenda. p.202.col.1.C.
Potio periculoſiſſima enixis à Phrygio propinata. p.202.col.2.B.C.
Potus ſonare in pectore cum bibitur,cauſa,& prognoſticum. p.204.col.1.C.D.& ſeqq.

Praxis.

Praxis Galeni Clyſteres pro iecore inflammato parantis non placet. p.102.col.2.E.

Praxis

Praxis pernicioſa eſt venam ſecare quando excrementa primæ regionis fatigant. paginâ 507. columna.2.C.
Praxis pernicioſa Phrygij in colliquaote febre fluxui bilioſo ſuccurrentis lactis ſeto,cum ſyrupo roſaceo ſolutiuo. p.133.col.1.C.
Praxis Mercurialis ſecutior in curatione enixæ.p.137. col.1.A.
Praxis Mercurialis & Phrygij, medelam Phrenetici proponentium non imitanda. pagin.548.col.2.B. & ſeq.
Praxis pernicioſa impediens miſſionem ad inſera, & retracto veneno celerrimè occidens, à Mercato diſſeminata, & in pluribus locis communiſſima cum magno ægrorum periculo. pagin. 152. col.1. E. & ſeq.
Praxis communis expurgationis minoratiua, difficillimæ veritatis apparet in caſu hiſtoriæ Calui.p.154. col.1.E.& ſeq.
Praxis quæ prius venam ſecat, & mox expurgat in pleuritide non eſt ſecura. p.168. col.2.A.
Praxis ictationalis eſt in febribus acutis ſi vrerus ſit pars tranſmittens, ſanguinem ex brachiis mittere. p.195.col.1.A.

Primeroſius.

Primeroſius delirauit cenſens nullum delectum venarum in brachiis teorandum eſſe. p.107.col.2.B. & p.6.col.2.E.

Puerperia.

Puerperiis recte fluentibus fieri non poteſt vt aliquid aduerſum ſuperueniat. p.32.col.2.E.
Puerperia non ſolùm dicuntur euacuatio ſanguinea, ſed etiam purgatio. p.33.col.2.D.

Pulmo, & Pulmonia.

Pulmo ſenſus eſt expers. p.85.col.2.A.
Pulmonia ſine tuſſi moleſta,& ſputo aliquo conſiſtere nequit. ibid.
Pulmoniæ ſignum inſeparabile, maxillarum rubor. ibid.

Pulſus.

Pulſuum differentiæ in ægrotum hiſtoriis, non fuerunt ab Hippocrate relatæ, ſuppletur autem hic defectus per relatas reſpirationis differentias. p.564 col.1.E.
Pulſus & reſpiratio in communibus paſſionibus mutantur eodem modo. ibid.
Pulsùs quies homini & cordi mors eſt. pagin. 98. col.2.C.

Purgatio.

Purgatione minoratiua vtendum non eſt in curatione puncticularis febris. p.22.col.1.C.D.
Purgatio lochialis magis per exterius applicita, & non vrctu indita prouocanda eſt quàm per obiecta. p.37.col.2.B.
Purgatio lochialis in vxore Dromedæi ſuppreſſa fuit, quod Hippocrates non retulit. pagin. 70. columna.2.B.
Purgatio lochialis detenta in febre acuta largiorem potum expoſcit. p.73.col.1.A.
Purgatio à partu talis nuncupatur, quia ob ſanguinis vitium, non meretur ſanguinis euacuatio appellari. p.126.col. .C.
Purgatio minoratiua, vt communiter à practicis conſulitur, ſecando prius venam,& mox expurgando, nec eſt rationalis, nec ſecura. pagin. 169. columna.1.A.
Purgatio electiua poſt decimum quartum diem menſis vtilis,etiamſi non remiſerit febris. p.205.col.1.D.
Purgatio in principio morborum peſtilentium periculoſa. p.196.col.1.A.

Putredo.

Putredo humoribus naturalibus ſuperueniens ſimplices febres creat, & ſalubres; etiamſi primo aſpectu horribiles. p.24.col.1.C.
Putredo ſupereueniens humoribus præternaturalibus illos ita deprauat vt vim veneni æmulentur in inſuperabilitate, & reſiſteotia coctionis. ibid.D.
Putredo vda valdè conducit ad ciendum ſudorem. p.63.col.1.E.
Putredo crudorum conditio eſt vt genetentur lumbrici, oblquam tales feras gignentes paratiſſimi ſunt cadendi in febres. p. 6.col.2.D.
Putredo vniformis ſuccorum & pinguedinis quænam ſit. p.129.col.1.B.

Pythion.

Pythion non plus fuit liberatus multitudine vlnatum, quàm euacuatione per abſceſſum celebrata. p.94.col.1.C.

Q

Quartanæ.

In Quartanis datur in eiſdem quartis diebus certa implacidìtas, & melancholica diſpoſitio quæ per plurimos quaternarios reperit.pag.27. col.2.A.
Quartanæ ſæpè ſudoribus iudicantur. ibid.B.
Quartanis remedium. p.152.col.2.E.& ſeqq

Quies.

Quies ſimilia incommoda creat quæ repletio ciborum. p.9.col.2.E.
Quies omnium facultatum corporis humani lapſus. p.10.col.2.B.
Quies Pythionis circa meridiem quarti diei non fuit bona, ſuſpicaturque fuiſſe potius exolutionem facultatum, quàm veram quietem. pagin.142. col.1.D.

R

Recidiua.

Recidiua non eſt ſemper deterior priori morbo, ſed radice. p.27.col.2.B.
Recidiua propriè & rigoroſè dicta quid ſit; quid recidiua vulgo talis dicta. p.29.col.1.E.& col.2.A.
Recidiua propriè debet dici quæ ſtatum meliorem prioris morbi ſequitur. p.29.col.2.B.
Recidiuæ ſigna à Medico non debent ignorari. ibid.D.
Recidiua fit ob ea quæ derelinquuntur poſtquam morbus ob intermiſſionem iam iudicatus videtur, non eſt tamen integrè. ibid.E.
Recidiuæ plurima ſigna. p.30.col.1.A.
Recidiuæ ſigna principaliora quænam, & quare ita dicta. ibid.col.2.E.
Recidiuam faciunt & ea quæ relinquuntur, & ea quæ excernuntur:vbi explicatur Hippocratis dictum circa hoc. ibid.col.2.A.B.
Recidiuæ febrium longarum, & acutarum diuerſa habent ſigna. p.31.col.1.A.B.

Recidiua efficaciſſimè impeditur per iteratam cucurbitarum applicationem ſuper primas plagas, ſi anteà corpus ſatis expurgatum non fuerit. ibid col.a.A.

Recidiua ſectione venæ precauetur, non expurgatione, ſi febris quando ceſſauit erat in ſtatu cruditatis petenſe vlteriorem ſectionem venæ. pag.55. col.2.D.

Recidiua, & alia pericula ſemper ſunt à Medico prædicenda, ne auxiliis imputetur quod malignitati morbi debetur. p.84.col.2.E.

Recidiuæ periculum valdè augetur ex defectu coctionis. p.114.col.1.E.

Refrigeratio.

Refrigeratio in acutis eſt occaſio aut ſignum, quod ſi ſputationem vomitum ſignificantem præcedat, nigra debeant euomi. p.78.col.1.E.

Regula.

Nulla regula ſine exceptione accipitur, pagin. 75. col.1.B.

Remedium.

Remedia ad obſtructiones auferendas idonea. p. 53. col.2.E.

Remedia in ardentibus febribus ſomnum conciliantia quomodo paranda. p.43.col. a.D.E.

Remedium contra Critonis morbum, & tam deſperatum affectum. p.65.col.1.C.D.& ſeqq.

Remedia lumbricos necantia quæ non porrigenda, ſi adſit iecoris inflammatio. pagina 79. col.2.E.

Remedia quæ ſimpliciter pro ſalute matris neceſſaria non ſunt, ſi ab eis aborſus timeatur, imperanda non ſunt. pag.83.col.1.A.

Remedia contra Pythionis morbum quænam imperanda. p.92.col.1.B.C.& ſeqq.

Remedium contra obſtructiones quomodo parandum. p.99.col.1.E.

Remedia ad mitigandum iecoris incendium imperanda. p.101.col.2.D. E.

Remedia in morbis recidiuantibus mutanda, quæ non ſolùm intermittere faciant, ſed quæ penitus extirpent morbum rebellem. pag. 117.col.1.E.

Remedia varia ad tuſſis aſſiduæ moleſtiam coërcendam. p.120.col.1.A.& ſeqq.

Remedia ad mitigandum grauem, & diuturnum dolorem coxæ, poſt ſectam venam pedis adhuc moleſtantem. p.139.col.1.A.

Remedium inſigne ad extinguendum febrilem calorem vſtiuum & colliquantem. p.183.col.1.B.

Remedia enixis idonea ad ſoluendam ſitim, & purgationes à partu mouendas. p.201.col.2.B.& ſeq.

Repletio.

Repletio cibi duplex incommodum cauſat in corpore humano. p.9.col.2.D.

Reprehenſio.

Reprehenſio Valleſij explicantis cauſam riſus Sileni. p.14.col.1.B.& ſeq.

Res.

Res non naturales ad ſalutem & mortem ſunt indifferentes. p.21.col.2.C.

Reſpiratio.

Reſpiratio magna, & rara deſipientiam oſtendit, aut proximè venturam, aut præſentem. pagin.3. col.2.C.

Ridere nullam aliam ſecoritatem ſignificat niſi quatenus innuit talis morbi ſanguinem eſſe cauſam. p.14.col.1.C.

Reſpiratio magna, & rara fortem facultatem requirit: vbi traditur quomodo vxor Dromedei, morti tam proxima potuerit magnè, & rarè reſpirare. p.72. col.2.C.

Reſpiratio magna & rara datur ſæpè ante deſipientiam. p.208.col.1.C.

Rigor.

Rigor in febre ardente vtiliſſimus eſſe conſueuit, inutilis tamen fuit in caſu hiſtoriæ vxoris Philini. p.35.col.1.C.

Rigor ſolus ſolet eſſe ſatis ad eradicandam febrem ardentem. p.77.col.2.C.

Rigor frequentiùs eſt ſignum decretorium quàm criſis. ibid.D.

Rigor ſolus tunc perfectè iudicare poteſt, quando per illum materia ſocum putredinis conſtituens euacuatur. ibid.E.

Rigor febrem interdum iudicat, & nunquam iudicat febres cum rigore incipientes. ibid.

Rigor ſolus iudicare poteſt febrem à tenoiſſima, fuliginoſa, aëriqve materia ortam, reliquas nequit iudicare niſi imperfectè. p.81.col. 2.E.

Rigor dicitur febrium ardentium occiſor; vnde à rigore ſudare frequentiſſimum.p.26.col.2.E.& p.105. col.1.E.

Rigor die tertia Cherioni adueniens quomodo curandus. pag.115.col.2.C.

Rigores, motus conuulſiui, & tremuli fiunt quando natura extra corpus expellere cupit. pagin. 115. col.1 A.

in Rigoribus & motibus conuulſiuis ob tantam moleſtiam aſtringitur natura vt in omni dolore. ibid.B.

Rigores enixæ hiſtoriæ infructuoſi, quia ab acrimonia ſolùm humorum excitati. paginâ 123. col.2.E.

Rigor & horror in quo diſtinguantur. pagin.124. col.1.C.

Rigores frequentes ſuperuenientes enixis, quomodo moderandi. p.127.col.2.B.

Rigor vehemens in principio febrium acutarum, & continuatum eſt perniciosum ſignum, quia eſt earum naturæ diſſimillimum. p.140.col.2.E.

Rigor, qui in febribus ardentibus iudicatorius eſſe ſolet & morbum eradicare, peſſimus fuit Apolonio in die decretorio adueniens. paginâ 194. col.1.C.

Rubor.

Rubor oculorum magnum indicium eſt inflammationis,& paſſionis propriæ cerebri. p.84.col.1.E.

Rubor maxillarum eſt ſignum inſeparabile pulmoniæ. p.85.col.2.A.

Rubor maxillarum non ſemper pendet ex pulmonum inflammatione. p.85.col.2.E.

Rubor faciei eſt ſymptoma communiſſimum mulieribus, quando menſtruorum ſuppreſſio communiſſima eſt, magis fatigans moniales, & alias caſtè viuentes. p.180.col.2.E.

S

Saliua.

SAliua humana inſignem vim fermentandi habet, & ſummè prodeſt ad coctionem ciborum. pag. 193. col.1.E.

Salſugi

Salſugineſi.

Salſugineſi debent ſemper vti liquidis & tepidis, non craſſis. pag.46.col.2.A.

Sanguis.

Sanguinis aſcenſus in cerebrum ægrotantes ridere efficit. p.15.col.1.A.

Sanguinis impuritas obſtat ſectioni venæ. pag.22. col.1.E.

Materia vrgens quomodo euacuanda in febribus putridis fluxui ventris copulatis. ibid.2.A.

Sanguinis à partu expurgandi incommoda. pag.32. col.1.A.

Sanguis nullus à partu expurgandus poteſt eſſe inculpatus. ibid.C.

Sanguis à partu expurgandus deterior eſt, quàm qui ſingulis menſibus per vterum expurgatur, teſte Galeno. p.33.col.2.E.

Sanguis Cleonactidis durante febre ex nare fluens, erraticè fluebat: vbi exponitur quid ſit fluere erraticè. p.49.col.1.C.D.

Sanguis quartus humor eſt antidotum humoris melancholici, & quomodo. pagina 56.col.2.D. & p.203.col.1.B.

Sanguis dum aſſari incipit vrinas reddit rubras, & craſſas, & linguam aridam. p.76.col.1.C.

Sanguis per menſtrua pellendus nunquam totus in nutritione fœtûs abſumitur. p.80.col.1.E.

Sanguis purior, & defæcatior vtero gerentis pro incremento & nutritione fœtûs trahitur. ibidem col.2.A.

Sanguis merus de ſiniſtra nare quarto morbi olitoris die fluxit, & quid per ſanguinem merum ſit intelligendum. pag.104.col.2.E.

Sanguis totus adoleſcentis cuiuſdam bilioſam infectionem contraxit ob labores, & curſus inſolitos, vnáque colliquatus fuit totus. pagina 121. col.2.A.B.

Sanguis poteſt totus in alios humores conuerti. p.124.col.1.B.C.

Sanguis per nares à morte proximis expulſus, eſt tertericis paralyſis effectus. p.125.col.2.D.

Sanguis à partu expurgandus rarò non eſt melancholicus. p.134.col.1.B.

Sanguis puriſſimus, & defæcatus exit, quomodo cui vena ſecatur animo linquitur, & quare. pag.134. col.1.E.

Sanguis melancholicus quandam vim fermentatiuam habet, omnia quæ contingit reſoluere procurans. p.175.col.2.C.D.

Sanguis mulieris moroſæ ichoroſus fuit. ibid.E.

Sanguis à partu expurgandus eſt qui per nouem menſes ex menſtruis detentis relinquitur, ideóque plures malignas qualitates continet. pag.198. col.2.E.

Sanguine in venis vteri putreſcente febres continentes creantur. pag.100.col.2.D.

Scrupulus.

Scrupulus circa verba Galeni explicantis quid ſit moueri per pares diſſoluitur. pag.8.col.2.C. & ſeqq.

Sectio.

Sectio venæ non impeditur ſi aluus fluat minutatim & crebrò, & febris ſit ex acutis, & humor lentè expulſus, non à prima regione, ſed à ſecunda pellatur, ſed iniecto clyſtere roboratóque ventriculo vena ſecanda eſt. pagina 19. columna 1.E.

D. de Heredia de morbis popul.

Sectio venæ non caret ſcrupulo, ſi humor paulatim fluens, à prima regione pellatur, ſed tunc differentia eſt donec reiteratis Clyſteribus vitium primæ regionis auferatur. ibid.col.2.B.

Sectio venæ imperanda eſt viribus permittentibus, ſi cum alui fluxione detur initium inflammationis internæ, & fluxio excedens non ſit. p.20.col.2.B. & ſeq.

Sectio venæ tentanda non erat in caſu Herophontis intumeſcente liene. p.28.col.1.B.

Sectio venæ ex talo ſecurior eſt quàm ex brachiis ſi Medicus cognoſcat lienis & hypochondrij eleuationem fieri, ita vt per hanc contendat natura ad partes inferiores humorem, & cauſam morbi reiicere, & abſceſſum tentare. ibid.D.

Sectio venæ imperanda eſt, & non expurgandum ſi recidiua timetur, ſi febris quando ceſſauit erat in ſtatu cruditatis petente vlteriorem ſectionem venæ. p.55.col.2.D.E.

Sectio venæ & potus gelidæ ſunt duo magna remedia contra calorem vitalem pugnantia, à quibus multas læſiones patitur. p.59.col.1.C.

Sectio venæ in robuſtis tentanda eſt quando prima acceſſio tam pernicioſa eſt, vt febris colliquans, aut præ ardore interficiens, aut ſuffocans poſtea timeatur. ibid.

Sectio venæ vtilis ad moderandos ſudores nimios: vbi traditur praxis obſeruanda circa hoc. pag.61. col.2.B.& ſeqq.

Sectio venæ in acutiſſima febre, & continente perpetuò creſcente poteſt tentari, ſecuriùs verò operabitur Medicus ſi imperet primam ſectionem ſatis magnam, breui reiterandam, vbi alia traduntur notanda. p.62.col.1.B.

ad Sectionem venæ non ſunt ſperanda ſigna coctionis, vt potu frigido extinguatur incendium febris vſtiuæ. ibid.col.2.E.

ad Sectionem venæ non eſt expectanda declinatio in fluxionibus malignis, quæ breui in ſphacelum, aut partium dolentium gangrænam terminantur. p.65. col.2.A.B.

Sectio venæ tentanda non erat ſtatim à principio morbi Clazomenij. p.68.col.2.D.

Sectio venæ eſt auxilium maximè præcautorium delirij, præcipuè cum acuta febre. p.60.col.1.A.

Sectio venæ quomodo imperanda ſtatim antequam circa paſſionem oris ventriculi vxor Dromedei melius ſe habuiſſet. p.73.col.2.A.

Sectio venæ in qua parte erat imperanda in caſu morbi Pythionis. p.92.col.1.D.E.

Sectio venæ ſtatim eſt imperanda etſi adſit moderata anxietas, defectus verò lochiorum grauia ſymptomata afferat. p.74.col.1.D.

Sectio venæ in talo ob vrgentiam imperanda eſt gerentibus vtero. p.83.col.1.A.

Sectio venæ ex brachio certiùs cauſat aborſum quàm ex talo. ibid. col.1.E. & ſeq.

Sectio venarum ſuperiorum non eſt imperanda in grauida, donec corpus per ſectiones talorum, & vterus ipſe inanita ſint, ſi ſit ſuſpicio quod vterus ad ſuperiora mittat. ibid.col.2.E.

Sectio venæ baſilicæ dextræ eſt exequenda quando inflammatio, aut eryſipelas iecur fatigat. pag.101. col.1.B.

Sectio venæ retractione ad ſupera nimis obſtat euacuationi per aluum. p.107.col.2.E.

Sectio venæ ex talo conuenit morbo virgineo laboranti, ob menſium defectum, dummodo vires permittant. pag.120.col.2.E.

Sectio venæ à nulla febre minùs impeditur quàm à colliquante, durante alui fluxione. pagina 132. col.2.A.

Index Rerum,

Sectio venæ impetanda in febre pet pates mota ante declinationem primæ acceſſionis, ne febris vſque ad diem ſecundum inceſſante incremento fatigans fiat ex continentibus perpetuò creſcentibus. p.144.col.1.C.

Sectio venæ in quonam loco imperanda in caſu hiſtoriæ Calui, vbi controuerſia latè diſcutitur, & erronea praxis aliquorum reprehenditur. pag.152. col.2.B. & ſeq.

Sectio venæ quænam aptior in cura quartanæ, vbi aduertes methodum Galeni & Authoris, ibid.E. & ſeq.

Sectio venæ quo in loco imperanda in pleuritide, p.166.col.1.E. & ſeqq.

de Sectione venæ in pleuritide multa, pagina 167. col.1.& 2.

an Sectio venæ lethalis ſit quando ſaliua bilioſa eſt, vt eſt expurgatio. p.170.col.1.C.D.

Sectio venæ non caret ſcrupulo quando coctio maior adeſt in pleuritide. p.172.col.2.D.

Sectio venæ non erat imperanda ad curationem mulieris moroſæ, laborantis febre acuta, ex ingenti mœrore orta. p.187.col.1.D.E.

Sedimentum.

Sedimentum farinaceum ortum ex colliquatione febrium ardentium aut malignarum, ſemper eſt exitiale, & breuem futuram iudicationem ſiue ad ſalutem, ſiue ad mortem ſignificat. pagin.18. col.1.A.

Sedimentum farinaceum ex propria idea longum morbum non ſignificat. ibid.B.

Sedimentum longam ægritudinem ſignificans non eſt farinaceum illud *in prognoſticis* ab Hippocrate damnatum, ſed quod ex pituita cruda illud æmulatur in albedine, & inæquali partium diſpoſitione. ibid.C.

Semen.

Semen & omnia generationis principia debent eſſe robuſtiſſima. pag.210.col.2.A.

Serum.

Serum phreniticorum erit album vt lotium ſi bilis ringens ſerum mittatur in cerebrum, aut ſeparatur in loco à quo irata erat ad tingendum. pagin.91. col.2.D.

Serum melancholicum, certam prauitatem inducit, & quando putredine inficitur, malignius fit. pag.103. cor.1.A.

Seroſos humores quæ medicamenta purgent. p.149. col.2.E.

Silenus.

Silenus non delirauit ob ſepti inflammationem.p.13. col.1.A.

Silenus tota nocte tertij diei vigil fuit, loquebatur, & ridebat; vbi variæ Authorum ſententiæ circa cauſam riſus. p.13.col.2.D.E. & ſeqq.

Silenus qui in principio febris ſiticuloſus erat, tandem decimo die ob duplicem cauſam non ſitiuit. pag.17.col.1.E.

Singultus.

Singultus in acutis ſuperueniens, ratum eſt vt lethale ſignum non ſit. p.125.col.2.B.

Sitis.

Sitis non ſemper reſpondet linguæ exuſtioni, & nigredini. p.94.col.2.D.

Sitis defectus in acuta febre ex multis pendere poteſt. p.99.col.2.C.D.

Sitis cauſa communiſſima quæ vt minùs notata communiter ignoratur. p.156.col.1.A.

Sitis implacabilis eſt ſymptoma familiariſſimum affectionibus oris ventriculi calidis. pagin. 180. col.2.D.

Sitis moleſta & lingua vſta aliquando in morbis acutis expurgationem ſignificant, ita vt ſi vena ſecetur, error grauiſſimus ſit. pagina 183. col.1.B.

Sol.

in Sole datur vis magnetica mirabilis quæ leuiter mouet Solſequij florem. p.48.col.1.B.

à Solis vi magnetica omnes ferè flores gyrantur, & exemplum occurrit in maluarum foliis. ibid.

Somnus. Somnians,

Somnus vtilis eſt viſceribus, vt labor articulis, & carnibus. p.20.col.1.E.

Somnus viſceribus cibus. ibid.col.2.B.

Somnians vnum crus habere lapideum incidit in paralyſim, qui ante nulla ſigna futuræ paralyſis habuit. p.11.col.2.B.

Somniantes nonnulli ſemen effundunt qui per vigilias nullo modo irritantur: vbi euentus mirabilis de febricitante affertur. ibid.C.

Somnus à prandio in diſtillationibus à capite in fauces pernicioſus eſt. p.122.col.1.E. & ſeq.

Somnus à Galeno, inſinuatus inter ſpecies cari, quiſnam. p.124 col.2.E.

Somnus ſpeciem cari referens, ſomnus in rigore non eſt, ſed inſenſibilitas quædam ob quietem ſpirituum vitalium internè. ibid.

Somni in recidiuis mali ſunt. p.130. col.2.D.

Somni mali varia incommoda. ibid.E. & ſeq.

à Somno lædi infœlicitas eſt. p.131.col.2.B, & p.175. col.1.D.

Somni mali dici debent venientes quando vigilare eſſet melius. ibid.

Somni Pythionis ſummo mane dierum parium aduenientis duplex ratio affertur. pag. 143. col.1. A.B.

Somnus conſulitur in principio externarum fluxionum. p.113 col.1.D.

Somnus contra omnem dolorem validum remedium. p. 173.col.1.B.

Somnus profundus à vigiliis ſuperfluis, & variis deliramentis ſuperueniens ſubitò pericuſoſus eſt ex Galeno. p.194.col.1.E.

Somni conciliatio melancholicis, & delirantibus omni ingenio procuranda. p.201.col.1.A.

Somnus non cohibet euacuationem menſtruam, & à partu. p.201.col.2.E.

Sonus.

Sonus ab hauſto potu in pectore cauſatus inter peſſima ſigna à Valleſio collocatus, duplexque eius ratio adducitur. p.204.col.2.C.

Sonus à potu cauſatus non eſt ſymptoma commune moribundis. ibid.col.2.A. & ſeq.

Vbi affertur opinio Authoris contra mentem Valleſij. ibid.

Spagyrici.

Spagyrici partem ſulphuream in quolibet mixto admittunt vt eſſentialem ſuæ conſtitutionis, nullum mixtum inueniunt, nec metallum, à quo proprium oleum non extrahant. pag. 150. col.2.D.E.

Sagyrici

Spagyrici cenſent nunquam chylum perfectum dari ſine aliqua aciditate, in priori fermentatione contracta. p.193.col.1.B.

Spiritus.

Spiritus vitales denſati, & craſſi non operantur validiùs vt alia agentia, ſed æmulantur naturam agentium illuminantium. p.128.col.1.E.

Spiritus omenti arietis multùm conferunt ad moderationem omnium ſymptomatum dolorum inteſtinorum. p.180.col.1.B.

Spiritus magnus, & tarus inſipientiam ſignificat, dummodo raritas in quiete interna ſit. pag. 208. col.1.C.

Spuma.

Spuma in deiectionibus viſa, vt prauum ſignum, habenda. p.12.col.1.D.

Sputatio, Sputum.

Sputum præmaturum quodnam ita dictum. pag.10. col.2.D.

Sputum præmaturum durans incendium in thorace ſignificat, in quem ſenſum ab Hippocrate dictum: *Sputa rotunda delirium ſignificant.* ibidem.

Sputatio in acutis ſuccedere poteſt quando cerebrum humore crudo, & pituitoſo onuſtum liquationem patitur, & ad palatum, fauces & linguam humiditas deriuatur. p.78.col.1.C.

Sputatio in acutis quæ fit ex acrimonia exhalationum fauces, & oris partes irritante, malignior eſt, futuri delirij ſolet eſſe nuncia, aut in iam delirantibus inueniri. ibid.D.E.

Sputum plus obſtat expurgationi, quàm ſectio venæ. p.180.col.1.D.E.

Sternutatio.

Sternutatio ſuperueniens mulieri quæ vterinis moleſtatur, aut difficulter parit, bonum eſt. pag.15. col.1.C.

Sternutatio aliquando bona eſt vt ſignum, aliquando vt cauſa. ibid.

Stilla.

Stillæ ſanguinis apparentes in die quarta febris malignæ, pernicioſæ ſunt, & quid ſignificent. pag.2. col.2.D.

Stilla ſanguinis puri, & rubri, nunquam in morbo exitiali viſa fuit, ex ſententia Galeni. paginâ 3. col.1.A.

Stillæ ſanguinis apparentes in febre Philiſci, non ſolùm craſſæ fuerunt, ſed etiam nigreſcentes. ibid. A.

Succus.

Succi æruginoſi in valdè magna copia in regione ſecunda cum ſanguine dari nequeunt. pag. 110. col.1.B.

Sudor.

Sudor primi diei febris Philiſci calidus fuit, vt author notauit. p.1.col.1.B.

Sudor primus & alius in colliquante febre calidi, ſunt, mox verò ſubſequentes frigidi emanant. ibid.

Sudor frigidus in acuta febre vt pernicioſum ſignum damnatur à Galeno. paginâ 1. col.2. A. & ſeq.

Sudor abundans maximè conducit ad remiſſionem, aut intermiſſionem febris. paginâ 2. colomn.1.A.

Sudores frigidi ab Hippocrate damnati, ſiue circa caput, & collum tantum fiant, ſiue à toto corpore emanent. p.16.col.1.B.

Sudor frigidus manare poteſt febre calidiſſima hominem detinente. ibid.col.2.A.

Sudores frigidos ex cute euacuari à Galeno dictum quomodo intelligendum. ibid.B.

ex Sudore frigido non benè deducitur dari tantam copiam crudorum ſuccorum, vt nec à calore natiuo, nec febrili calefieri poſſit. ibid.C.

Sudor quem eiecit Herophon die ſexto duo peſſima participabat. p.26.col.2.C.

Sudores frigidi licèt rarò, ſunt tamen aliquando vtiles in acutis. p.29.col.1.A.

Sudores ſymptomatici durante febre Cleanactidis inordinatè mouebantur, & quare. p.48.col.2.E.

Sudor perpetuus dedit cauſam cur ſudatorias febres appellarent. p.60.col.1.E.

Sudor perpetuus eſt ſymptoma pernicioſiſſimum, vires breui exoluens, & idoneæ curationi eſt terribile obſtaculum. ibid.col.2.D.

Sudor totum corpus contaminat, à centro ad circumferentiam diſtribuitur quandò malignus eſt, & alimentum, & totem omnium partium contaminat. ibid.

Sudor cum quo perpetuò febricitauit Eraſinus fuit calidus. ibid.B.

Sudores quidam fiunt præ corporis diſſolutione, alij præ inflammationis vehementia. ibid.B.

Sudor ab initio morbi ſemper fluens ſi multus ſit, ſignificat cauſæ ingentem copiam. p.61.col.1.D.

Sudor indicans multitudinem frigidam peior eſt indicante calidam, & hæc doctrina reſtringitur. ibid.D.E.

Sudor frigidus cum acuta febre mortem ſignificat. ibid.col.2.A.

Sudor eſt ſignum ſatis moleſtum, & malignum quando ex colliquatione creatur. paginâ 62. col.2.D.

Sudor cum morbo incipiens, & continuò fluens, indicat colliquationem venturam, & Medico præcauendam. ibid D.

Sudor ſumma arte & ſollicitudine reprimendus eſt cùm ſomnus conciliatur, quando in vigilia iam apparuit. p.63.col.2.D.E.

Sudor multus ex ſomno factus abſque cauſa manifeſta corpus vti multo cibo ſignificat. pagin.64. col.1.B.

Sudor Clazomenij ob duo die vigeſimo ceſſauit. p.68. col.1.C.

Sudor calidus apparens in morte iam proximis fallit aliquando Medicos. p.72.col.1.A.

Sudor capitis & clauicularum vtilis eſſe potuit in morbo olitoris, cùm caput grauatum deonerarer, ibique eſſet morbus ante febris inuaſionem. p.105. col. 1. B. & ſeqq.

Sudor in enixis cum ſuppreſſione lochiorum ſuppreſſorum vtiliſſimus eſt. p.138.col. 1.A.

Sudor circa declinationem ſecundæ acceſſionis apparens in motu per pares non eſt pernicioſum ſignum. p.141.col.2.E.

Sudor quem decima die Pythion moribundus emiſit fuit frigidus & multus, ad cuius copiam duæ cauſæ concurrerunt. p.12.col.2.E.

Sudor ſyncopticus difficilè permutatur in aliam naturam, & quomodo huic morbo occurrendum. p.149. col.2.A.

Sudores diaphoretici potiones liquidorum petunt, quia eorum cauſa putatur eſſe in ſecunda regione. p.150.col.1.C.

Sudores diaphoretici oriuntur præcipuè ex corruptione partis ſulphureæ ſanguinis, aut ex eius vſtione. ibid.col.2.C.D.

Suppuratio.

Suppurans omne eſt ſine recidiua. pagina 94. columna 1.D.

Surditas.

Surditas non eſt certum ſignum futuri delirij aut phrenitidis. p.25.col.2.E.

Surditas eſt ex ſe ſignum indifferens, & ex adiunctis quid ſignificet accipiendum. p.26.col.2.D.

Surditas aliquando eſt ſignum bonum, aliquando malum. p.26.col.1.A.

Symptoma.

Symptomata diei ſexti morbi Melidiæ erant ſignum criſis futuræ in die ſeptima. p.85.col.1.D.E.

Symptomata ob criticam commotionem moleſta ſedantur benè, & ſecurè iuuando naturam, vt euacuationem quam tentat, nondum tamen viam deregit, determinet. p.89.col.1.A.

Symptomata initio morbi Hermocratis apparentia, expurgationem fortioribus medicamentis dehortabantur. p.101.col.1.C.

Symptomata primis diebus morbi olitoris apparentia ægro fuerunt debilia, Medicis fallacia. pag.105. col.1.C

Symptomata omnia vſque ad ſeptimam diem morbi Cherionis, valdè neruoſum genus pati oſtenderunt. p.115.col.1.B.

Symptomatum periculoſo cumulo adueniente cum alui fluxu conſidarabili qui nullo modo grauitatem, & periculum illorum moderetur, funeſtus caſus eſt. p.116.col.1.C.

Symptomata diei ſeptimi morbi enixæ, tam exitialia fuere, vt nona, aut decima perituram oſtenderent, & cur non ſucceſſerit. p.124.col.1.B.C.

Symptomata febri colliquanti propriiſſima quænam. p.130.col.1.B.

Symptomata maiora in morbo calui non euenere quia cauſa doloris femoris in alium locum expulſa fuit, ſed quia febris erat mortalis & peſtilens. pag.151. col.1.C.

Symptomata vehementiſſima ſuperuenientia in morbis acutis ſolent aliquando bonas criſes operari. ibid.E.

Symptomata à naturæ operibus in morbis acutiſſimè à Galeno diſtincta. p.157.col.2.A.

Syncipus.

Sinciput cur doleat per conſenſum cum vtero. p.200.col.2.E.

T

Tabifica diſpoſitio.

TAbifica diſpoſitio directè ſuccedit colliquantibus cauſis, ſubſtantiam vtilem populantibus. p.130.col.1.E.

Tabifica diſpoſitio nunquam eſt actuoſiſſima, & quare. ibid.col.2.A.

Temulentus.

Temulentus omnis rarò lurco non eſt. pag. 212. col.1.E.

Temulenti non comedunt vt cibo egentes, ſed vt potùs deſiderium ſuſcitetur, vt bibant frequenter. ibid.& ſeqq.

Teneſmus.

Teneſmus affectus moleſtiſſimus recti inteſtini. p.23. col.2.E.

Thus.

Thus qua ratione pleuritidi vtile ſit. pag. 215. col.1.B.

In ſecunda valetudine inſaniam mouet, ex Dioſcoride. ibid.C.

Tenſio.

Tenſio dolorifica per totum hypochondrium Eraſini ſeminata ab Hippocrate damnatur: huic autem valdè opitulabatur carentia fluxus ſanguinis è naribus. p.59.col.1.C.

Tenuitas.

Tenuitas maior in crudis excrementis, vt deterior cenſenda. p.12.col.2.B.

Tepidum.

Tepida contra ſalſuginem egregiè pugnant, non frigida aut calida. p.40.col.1.A.

Timor.

Timor & furor licet ſint paſſiones oppoſitæ, poſſunt eundem ægrum affligere. p.59.col.2.E.

Timores vnde cauſati qui in ardentibus febribus ægros crebrò moleſtarunt. p.60.col.1.A.

Timores peſſimi ſunt in febribus ardentibus ſi inter vigilandum moleſtent. ibid.

Timor mortis adeſt in omni febre vſque ad declinationem, ex Auicenna. p.130.col.1.B.

Torpedo.

Torpedo rigoroſè debilitatem ſignificat. pag. 90. col.1.A.

Tremor.

Tremores malignitatem ſemper ſignificant, & cauſæ acrimoniam, neruos lancinantem, & ferè ſemper ſunt deliriorum iam proximorum præcones. p.59. col.2.D.

Tremor mulieris ægrotantis quinto die adueniens, decretorius fuit. p.81.col.2.D.

Tremores primi diei morbi Pythionis à robuſta facultate creari fuère. p.89.col.2.E.

Tremores manuum Pythionis non ceſſauerunt quia cauſa eorum ſputis expulſa fuit, ſed quia totum corpus fuit ſudore perpurgatum. ibid.col.2.A.

Tremor labij, & capitis Cherionis decretoria fuerunt. p.114.col.1.C.

Tumor.

Tumor rotundus lienis adueniens Philiſco febricitanti non fuit vera inflammatio. p.3.col.2.D.

Turgentia.

Turgentia occulta quæ appelletur. pagin. 79. col.1.E.

Tuſſis.

Tuſſis ſicca non ſoluitur niſi dolore forti in coxam, aut in crura, aut in teſtem. pag.136.col.1.C.& ſeq.

Tuſſes à ceſſatione doloris coxæ, enixæ ſuperuenientes, caput onuſtum eſſe ſeroſis, & crudis excrementis arguebant, & quomodo his malis occurrendum. p.139.col.1.B.

Tuſſire eſt proprium & inſeparabile ſignum pleuritidis, tuſſire verò ſiccè aut humidè eſt accidentale. p.164.col.2.A.

V

Vaſa.

VAſa inanita trahunt ſolùm quando extrema inanitio eſt. p.27.col.2.E.

Vena.

Vena interdum ſecatur in vigore ſi non remittit febris vt remittat. p.7.col.1.B.

Vena baſilica cur ſecanda in inflammatione partis cauæ. p.101.col.2.B.

an Vena interna brachij ſit ſemper ſecanda, ſi inflammatio occupat ſolùm cauam iecoris partem & nullo modo gibbam. p.102.col.1.E.

Vena aperta in alui fluxu cum torminibus ob vrgentiam febris acutæ. p.108.col.1.A.

Vena brachiorum magno periculo ſecatur, quando caput tentari cœpit, & natura ventrem reiteratis euacuationibus ſollicitat. p.107.col 2.E.

Vena

Vena ſecands eſt in vigore,ſut augmento acceſſionis, neque eſt expectanda declinatio in complicatione diarrhœæ biliosæ cum inflammationibus internis. pag.122.col.1.E.

Vena ſecanda in pede inter quartum, & minimum digitum ad ſuccurrendum graui & diuturno enixæ dolori coxæ. p.138.col.2.A.

Vena cruris non dolentis ſecurius ſecabitur in caſu hiſtoriæ Calui. pag.152.col.2.C.

Vena baſilica non communis ſecanda, ad ſedandam iecoris inflammationem. p.197.col.1.B.

Venter, & Ventriculus.

Ventriculus ſecta vena debilitatur, & cruda primæ regionis minus concoquuntur. p.27.col.2.E.

Venter variis modis recidiuam ſignificat.p.30.c.2.D.E.

Ventris ſtupore omnia in corpore confunduntur. paginâ 75. col.2.D.

Ventriculi cum vtero magnus conſenſus. pag.136. col.2.C.

Ventriculus debilis cur venæ ſectione effeminetur. p.210.col.1.D.

Ventriculus quomodo roborandus enixis malè affectis. p.47.col.1.E.

Ventriculus diminutè & ſegniter concoquens torpiduſque in chilo, arguit omnia confundi in corpore. p.192.col.2.D.

Ventriculus debilitatus ſanguinis miſſione, poteſt ipſe ſolus eſſe mortis occaſio. p.210.col.1.D.

Venus, Venerei.

Venus eſt pituitoſis minùs vitanda. p.181.col.2.D.

Venus ſenibus eſt certa pernicies. ibid.E.

Venus venenum fortitudinis. p.183.col.1.A.

Venus quibus naturis meliùs conueniat, quibus minùs, vbi explicatur Hippocratis dictum, coitum pituitoſis conſulentis. ibid.& ſeq.

Venus corpus valdè debilitat, quia ſemen euacuat. ibid.& p.210.col.1.A.

Venerei nullum peccatum, & errorem recuſant in victus ratione, potu & cibo replent, ex multo verò cibo crudis replentur, non propter ventriculi lapſum, ſed propter exceſſum obiecti. p.180.col.1.B.

Venus quamquam ex vacuatione non ſinat plethoram ſubtrahi, abundè tamen ſtomachum exoluit.p.209. col.2.D.

Venus immodica multis ſæculis præceſſit Gallicam luem; non relinquit autem ſemen quod putrefieri poſſit, vt hoc corruptum rorem partium inquinet. p.182.col.2.C.D.

in Venereis & prauo victu vtentibus dantur ſemper obſtructiones paulatim in prima regione congeſtæ, & ſubmolles diſtenſiones creare ſolent. pag.208. col.2.B.

Venerei ſpoliati ſunt omni ente robuſto, & omni ferè vtili partium humore. p.110. col.1.C.

Victus.

à Victu indextero omnia in corpore confunduntur. pag.75.col.2.D.

Victus inſtituendus gerentibus vtero quando acutè febricitant. p.82.col.1.C.

Vigilia.

Vigilia vorax eſt, quia multùm reſolutoria & euacuans. pag.133.col.1.C.

Vigilia conſulitur in principio internarum fluxionum. p.173.col.1.D.

Vinum.

Vinum innata proprietate duobus excrementis replet. p.109.col.2 C.

Vinum quia narcoticum ſenſus internos ſuſpendit, ſpiritus turbat, diuerſaſque ſpecies phantaſiæ proponit. ibid.E.

Vino obſecundantes duobus excrementis corpus replent. p.209.col.2.C.

Vinorum magna differentia in calore, antiquitate, & vuarum temperie. p.113.col.2.B.

Vinum narcoticum eſt ſub forma vini mutatum, aut in ſuaues vapores conuerſum, non iam in bilem mutatum. p.114.col.1.A.

Vinum non vrit bilem, ſed in illam conuertitur, in illam autem conuerſum, narcoticum non eſt. ibid.

Vinum non aliter ſpoſtatas creat quàm cogendo ad libidinem. pag.141.col.1.D.

Virago.

Viragines cur robuſtiſſimæ eſſe ſoleant. p.204.col.2.E.

Virtus.

Virtus ſentiens bifariam extinctionem pati poteſt. p.17.col.2.A.

Viſcus.

Viſcera in ſomno operantur validiùs quàm per vigiliam. p.10.col.2.A.

Vita.

Vita hominis ex Hippocrate eſt ſeptem dierum.p.119. col.1.D.

Vita per inediam deficit ob ſpirituum defectum. ib.E.

Vomitio, Vomitus.

Vomitio vtiliſſima quænam. p.42.col.1.A.

Vomitio ſubcrebra quæ ſit, & in quo diſtinguatur à crebra. ibid.

in Vomitu deſideratur permiſtio bilis & pituitæ, quod in deiectionibus non experitur. ibid.B.

Vomitus periculosè imperatur lochiis ſuppreſſis, præſertim ſi partes ſuperiores patiantur. pag.45. col. 1.D.

Vomitus idoneus eſſe videtur quando ex vtero retrograda lochia ventriculum moleſtant. ibid.C.

Vomitus magis concutit vterum quàm ſternutatio; commouet autem vtero hærentia vt fluant, & aperiantur oſcula. ibid.D.

Vomitio fœtens horribilis eſt. p.125.col.2.A.

Vomitio in qua bilis ſyncera pellitur damnatur ab Hippocrate. ibid.col.1.E.

Vomitio inſolens cum nigredine & virulentia lethalis eſt. ibid.B.

Vrina.

Vrinæ nigræ tertij & quarti diei apparentes in febre Philiſci vnde procederent. p.2.col.2.B.

Vrinarum quinti diei varietas oſtenditur, earumque cauſa aperitur. p.3.col.1.E.& ſeq.

Vrina tenuis, & decolor redditur variis ex cauſis, quæ afferuntur. p.34.col.1.C.& ſeq.

Vrinarum craſſarum tres ſpecies a Galeno relatæ nequeunt eſſe ſub ſpecie craſſarum iumentorum. p.36.col.2.B.

Vrinæ Cleonactidis tenues, non tamen decolores fuerunt, & quare tales per totum morbum apparuerint. p.49.col.2.B.

Vrinæ Cleonactidis color non mutatur ob perſeuerantiam duarum partium oppoſitos humores creantium mutuò ſe contemperantes: quæ complicatio partium oppoſitarum eſt grandis occaſio longitudinis morborum. ibid.C.

Vrina tenuis & tuſſa longitudinem morbi ſignificat, quæ priùs fuit diſcolorata & tenuis; non illa quæ ob putredinem ſeri reddita eſt talis, & à principio morbi talis apparet. p.49.col.2.E.

Vbi explicatur Hippocratis dictum circa hoc, & Cardani tranſlatio. p.50.col.1.B.

Vrinæ ſubrubræ ſunt melioris conditionis, quàm tenues, & naturalis coloris, ſi hæ ex ſanguine crudo creentur. ibid.D.

Vrinæ color ruber iudicationibus ſuffragatur, & quomodo. ibid.col.2.A.B.

Rationem tacet Galenus. ibid.

Vrina cum ſedimento albo & læui victoriam naturæ oſtendit. p.50.col.2.E.

Index Rerum

Vrina quæ non reſidet, & cui nullum ſedimentum apparet, longum morbum ſignificat. p.53.col.2.C.

an Vrinæ nigræ Metonis fuerint ſignum mortis, aut paſſionis. p.55.col.1.E.

Vrina dari poteſt cum ſucco crudo, & tamdiù durante. pag.67.col.1.A.

Vrina rubra vt ſalutaris laudanda non eſt ſecundum Hippocratis mentem. p.76.col.1.E.

Vrinæ adoleſcentis ægroti duodecimi indicabant omni ſtudio colliquationi occurrendum eſſe. pag.79. col.2.B.

Vrina tenuis, & boni coloris eſt ruffa, quæ morbum crudum eſſe ſignificat. p.87.col.1.B.

Vrina quandiu fulua fuerit & tenuis, morbum incoctum eſſe ſignificat, ſi verò diuturna fuerit, talis exiſtens, periculum eſt ne ſufficere homo poſſit donec concocta ſit vrina. ibid.E.

Vrina fulua & tenuis periculoſa in acutis eſt. ibidem col.2.A.

Vrinæ tenues & decolores Pythionis cruditatem oſtendebant, & præterea flauam bilem ad caput rorum rapi. p.90.col.2.B.C.

Vrina tenuis & decolor ob raptum bilis ad cerebrum, non debet extremam cruditatem ſignificare. ibid.C.

Vrina alba non eſt occaſio vt acceſſiones phreniticæ non repetant. p.91.col.1.C.

Vrinarum ſuſpenſio nebuloſa quid ſit, & quid ſignificet. p.91.col.2 E.& ſeq.

Vrinarum multitudo non plus liberauit Pythionem, quàm euacuatio per abſceſſum celebrata. pag.94. col.1.C.

Vrinæ primæ Hermocratis, quænam fuerint exponitur. pag.95.col.1.A.

Vrinæ bonæ nunquam ſperandæ in affectione iecoris. ibid.

Venas Hermocratis inter ſubiugales numerat Galenus. ibid.B.

Vrinæ ſubiugales non debent eſſe rubræ, & in quo debeant eſſe vrinis iumentorum ſimiles. ibid.D.

Vrinæ ſimiles ſubiugalibus debent eſſe craſſæ, turbidæ, & iam confuſæ vt repoſitæ non ſubſideant. ibidem col.2.A.

Vrinæ ſubiugalibus ſimiles debent originari à ſolo morbo febrili tanquam adæquato principio, vt ſint certum ſignum doloris capitis, conuulſionis & mortis. ibid.B.

Vrinæ tenuitas [illegible] hypoſtaſi denſa quomodo poſſibilis. ibid.B.C.

Vrinæ tenues, & incoctæ indicarunt morbum olitoris non fuiſſe perfectè iudicatum. p.100.col.1.A.

Vrinarum conturbatarum quæ non ſubſident, tria ſunt genera ex Cardano. p.101.col.1.A.

Vrinarum ſuſpenſio nubiloſa decimoſexto apparens, bona fuit, & morbi augmentum vniuerſale incepiſſe ſignificabat. p.106.col.1.D.

Vrinæ olitoris ſemper fuère tenues. p.106. col.1.C.

Vrinæ tenues, & diaphanæ in morbo bilioſo, & valdè acuto mortales ſunt. p.110.col.1.D.

Vrinæ ſiniſtrè ad mentem Hippocratis dicuntur oleoſæ ſi in ſola corporatura, & colore ſimilitudo cum oleo intelligatur. p.129.col.1.D.E.

Vrinæ oleoſæ tertia ſpecies à Galeno conſtituta, quæ tota oleoginoſa eſt, & exitialem præ cæteris iudicat, cùm ex totius liquatione creata cenſeatur. ibid. col.2.A.& ſeq.& p.142.col.2.B.

Vrinas oleoginoſas dari non repugnat, non ſolùm quia in colore, & modo ſubſtantiæ oleum æmulentur, ſed quia craſſæ ſunt, & in qualiber regione pinguedo liquata permanere poteſt. p.128.col.2.E. Hæ autem rigoroſè ſunt oleaginoſæ.

Vrinæ oleaginoſæ exitialiſſimæ ſunt, quando per vniformem ſuccorum, & pinguedinis putredinem creantur. p.129.col.1.B.

Vrinæ oleoginoſæ tres ſpecies ab Auicenna traditæ. p.134.col.1.A.

Vrinæ perpetuò malæ cum vomitu virulento Parij inſignem corruptionem in prima, & ſecunda regione ſignificant. p.131.col.1.C.

Vrinæ prauæ cauſant varias læſiones, vt ſunt ſuccorum variæ corruptiones. ibid.E.

Vrinæ albedo à quo pendeat. p.131.col.2.E.& ſeq.

Vrina non mutatur in diariis continentibus, etiamſi feruor ſanguinis à calore cauſetur, & quare. p.154. col.1.A.

Vena multa turbata, alba, & repoſita non ſubſidens, & fluxio ſanguinis abundans ex nare ſiniſtra, docent modum quo acutis paſſionibus occurrendum eſt, ſi Medici infirmos liberare procurent. p.157.col.1.E.

Vrina boni coloris in ardentibus nequit dari. pag.170. col.2.B.

Vrinæ Nicodemi nigræ apparuerunt, cuius nigredinis variæ afferuntur cauſæ. p.180.col.1.E.& ſeqq.

Vrinæ morbi Regij craſſiſſimæ ſunt. p.193.col.1.B.

Vrinæ mulieri habitanti in Cizico morti iam proximæ defecere; & quare. p.199.col.1.E.

Vrinæ oleoſæ in morbis acutis ſunt ſignum corruptionis malignæ, præſertim quando morbus coqui iam deberet. p.209.col.1.D.

Vterus.

Vteri ſupra totum corpus validiſſima poteſtas. p.136. col.2.D.

Vterus raro non inflammatur, ſi purgatio à partu ſupprimatur. p.137.col.1.C.

Vterus odore ſuaui ſurſum commotus, grauiſſimorum accidentium eſt author, & ſæpè inopinatæ mortis. p.191.col.2.E.

Vxor.

Vxor Philini non miniebat conuulſoriè, ſed durantibus conuulſionibus. p.136.col.1.D.

Vxor Dealcis robuſta ab omnibus Expoſitoribus publicatur, & ab Authore creditur fuiſſe de familia viraginum. p.204.col.2.E.

Z.

Zacutus.

ZAcutus pernicioſam praxim in curatione deſcendentis pleuritidis conſulit. p.171.col.1.B.

Zacutus ad probandam ſuam doctrinam falſiſſima ſupponit principia. ibid.C.

Zacutus cum Galeno conuenit in eo quod dicat aliquam dari pleuritidem quæ venæ ſectionem impediat. ibid.col.2.D.

Zacutus multa falſa docet in controuerſia de vſu lentium in pleuriticis. p.175.col.2. B.

Zedoaria.

Zedoariæ radix ſingularis ad reſoluendos flatus. p.137. col.2.E.

FINIS.

A01 1471480